TRACTATVS.

DE ANNVIS, ET MENSTRVIS REDITIBVS.

IN TRES LIBROS, ET QVINQVAginta tres quæstiones diuisus, quo census, & eius quod interest, necnon vsurarum materia tàm in theoria, quàm in praxi nouè, & analitycè pertractatur.

OPVS SANE ARDVVM, AC DIFFICILE, & omnibus Iuris professoribus, & in foro versantibus necessarium, vtriſque; & etiam Theologis perutile.

AVTHORE GASPARE RODERICO

Iurisconsulto Gallæco Limæo in ampliſsimo, & vtriusque Iuris lumine Regio Valliſoletano Senatu Causarum Patrono.

OPERIS CONTENTVM IN PRINCIPIO, indicem verò copioſiſsimum in extremo totius operis reperies.




CVM PRIVILEGIO.

Metymnæ à Campo.

Apud Christophorum Laſſum, & Franciſcum Garciam.

Anno, M DC IIII.



TASSA.

YO Ioã Gallo de Andrada, secretario de Camara de su Magestad d̃ los q̃ re sidẽ en su Cõsejo, certifico y doy fee, q̃ auiendose visto por los señores del, vn libro intitulado de Annuis reditibus, cõpuesto por el Licenciado Gaspar Rodriguez abogado en la Real Chancilleria de Valladolid, que reside en Medina del Campo: tassaron cada pliego del dicho libro a tres marauedis y medio, el qual tiene ciento y nouenta y dos pliegos, que a los dichos tres marauedis y medio cada vno monta el dicho libro seyscientos y setenta y dos marauedis en que se ha de vender en papel, y dieron licencia para que a este precio se pueda vender, y mandaron que esta tassa se ponga al principio del dicho libro y no se pueda vender sin ella, y para que dello conste di la presente en Valladolid a veynte y vn dias del mes de Agosto de mil y seyscientos y quatro Años.

Ioan Gallo de Andrada.

ERRATA.

Folio. 1 col. 4. linea 15. dicit, dina. lege, dicina. 9. 1. 16. pit. dit. 3. 9. destuitur. definitur. 124. 40 perpici. percipi. 13. 3. 30. 9. si. 29. 2. 16. ab. ad. 67. 3. 22. absconabscin. 140. 2. 27. taem tatẽ. 150. 2. 4. quibusquibus in. 167. 4. 37. l. & l. 177. 3. 33 primã secundã. 182. 4. 3. pacto, facto. 7. hos. hic. 201. 3. 45. sole esset. solet esse. 203. 2. 42. side profide. 215. 1. 35. istum. iustum. 218. 1. 22. ner. nere. 234. 4. 22. pacti. pati. 251. 1. 18. ditus. reditus. 253. 4. 26. solutio. fideiussoribus. 260, 2. 1. Tertius. Quartus.

In tertio libro. 8. 1. 20. vsurarijs. vsuris, 15. 2. 39. tata. rata. 18. 1. 24. incuria. iniuria. 19. 1ª. 20. parti. particu. 35. 1. 33. tur. ter. 37. 1. 18. ortem fortem. 40. 3. 15. ier. ter. 48. 4. 11. vsurario. vsurio. 49. 4. 44. venditur. vẽditor. 54. 2. 8. ratione. ratio. 58. 2. 47. sius sus. 63. 2. 5. intellecta. intellectu. 69. 3. 43. illicitum. licitum. 70. 3. 13. irregulari, regulari. 74. 3. 19. dati. dari. 78, 3. 1. vsuras. vsura. 4. 35. scutator si curator. 91. 1. 16. re. res. 4. 5. inte, ante. 103. 1. 24. dominium dominum. Vallisoleti, pridie idus Augusti, Anni. 14.

Doctor Alphonsus Vacca de Sanctiago.

¶ 2 Appr°

Approbatio doctissimi & egregij Iurisconsulti Doctoris Francisci Caldera Lusitani in Salmanticensi Schola vesperorum Gymnasiarchi.

PERLEGI *librum, quem de Annuis & menstruis reditibus conscripsit Licetiatus Gaspar Rodriguez, omnia lato & eleganti sermone disputata, suo loco, & ordine collocata sunt: Pleraq; a doctoribus omissa latissimè disputauit, cætera quæ ad præsens institutum non pertinent, consulto omisit: latissimum in vtroq; iure vsurarum argumentum coniunxit, non vt artem fœnerandi ex hoc libro discerres, sed vt à prauæ fœnerandi consuetudine recederes, & iustum ab iniusto, licitum ab illicito separares. Inextricabilem quoq; eius quod interest adijt labyrinthum, & in hac iuris parte manum conseruit; vbi crudissima inter Doctores pugna vigescit, vt testatum faceret Gallæciæ Regnum, non solum armorum gloria semper floruisse, verum etiam literarum splendore adhuc florere. Quare existimo esse opus dignissimum luce, & celebritate hominum. Vallisoleti 12. die Nouembris, Anno à Natiuitate Domini Millesimo sexcentesimo primo.*

Doctor Franciscus Caldera Iuris Ciuilis professor & Cathedræ Vesperorum in Salmanticensi Academia moderator.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Gaſpar Rodriguez abogado en la nueſtra Audiencia del Reyno de Galizia, nos fue fecha relacion que auiades compueſto vn libro intitulado de Annuis & mẽſtruis reditibus, que era muy vtil y prouechoſo, ſuplicandonos fueſſemos ſeruido de daros licencia para le poder imprimir, y priuilegio por el tiempo que fuesemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro Cõſejo, por quãto en el dicho libro ſe hizieron las diligencias que la prematica por nos vltimamente fecha, ſobre la impreſſion de los libros ſe dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por lo qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad para que vos, o la perſona que vueſtro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro intitulado de Annuis & mẽſtruis reditibus, que de ſuſo ſe haze mencion, en todos eſtos Reynos de Caſtilla por tiempo y eſpacio de diez años, que corran y ſe quenten deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula, ſopena que la perſona, o perſonas que ſin tener vueſtro poder lo imprimieren y vendieren, o hiziere imprimir y vender, por el miſmo caſo pierda la impreſsion que hiziere, con los moldes y aparejos della: y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo acuſare, y la otra tercia parte, para nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare. Con tanto que todas las vezes q̃ quieredes de hazer imprimir el dicho libro durãte el tiẽpo d̃ los dichos diez años, le traygays al nueſtro Conſejo, juntamente con el original que en el fue viſto; que va rubricada cada plana y firmado al fin del, de Iuan Gallo de Andrada nueſtro ſecretario de Camara de los que en el reſiden para que ſe vea ſi la dicha impreſsiõ eſta conforme al original, o traygays fee en publica forma, de como por corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſsiõ por el original, y ſe imprimio conforme a el: y quedan impreſſas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que aſsi fueren impreſſos, para que ſe taſſe el precio que por cada volumen ouiere de auer. Y mandamos al impreſſor que aſsi imprimiere el dicho libro no imprima el principio, ni el primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor o perſona acuya coſta lo imprimiere, ni a otro alguno para efecto de la dicha correccion y taſſa, de haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando hecho y no de otra manera pueda imprimir el principio y primer pliego, y ſucceſsiuamente ponga eſta nueſtra cedula y la aprouacion, taſſa y erratas, ſopena de caer e incurrir en las penas contenidas en las leyes y prematicas

deſtos nueſtros Reynos.y mandamos a los del nueſtro Conſejo y otras qualeſquier juſticias dellos,que guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y lo en ella contenido: fecha en Valladolid a ſeys dias del mes de Dezi̅e bre de mil y ſeyſcientos y vn años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

Don Luys de Salaçar.

Secretario Gallo.

MAGISTRI GOmetij de Neira in Autoris laudem, Epigramma.

CAVSIDICOS inter, præclarũ Tullius alto.
Extulit eloquio, Martis in vrbe, caput.
Iamque satis doctus causis sapienter agendis,
Curia cum pendens eius ab ore foret,
Constituit, doctas vt se conferret Athenas,
Per modicum patriæ tempus abesse suæ
Declamare videns orator magnus at illum
Græcus ibi, exclamans fertur, & ipse dolens.
Quod solis habitus Græcis, transiret ad ipsos,
Dicendi Latios in Cicerone, lepos.
Accidit hoc etiam Gaspar tibi tempore nostro:
Qui patriam linquens, non inopesque Lares,
Causidicùm ad doctas Methymnæ tendis Athenas,
Atque ibi Regali plauderis vsque foro.
Et te plus doctus facientem verba videndo,
Forsitam, & nostris corde dolente bonis,
Bæthicus exclamat, causis quod iuris agendis,
Hactenus illorum natus in ore melos,
Transitus ad nostros Gallacos cernitur in te
O Roderice Sophos inter habende viros.

† Posidonius appellatus.

Eiusdem, ad Lectorem.

AVSERIT inuidia Rodericum rodere quisquam,
Cum nequeat mentis Gasparis esse paris,
Ille labore graui, quæ multa peruigil hausit
Nocte, refert claro lucidiora die.
Hoc opus ergo velis, lector, caue carpere dente,
Imo alacri fructus carpere mente suos.
Egregiæ sedres imitari semper habentur,
Difficiles, faciles carpere valde tamen.

Protestatio Authoris.

Hoc opus in publicum vulgaturus, testor me in eo nihil ita asseuerate, vt à Sacrosanctæ Ecclesiæ decretis, canonibus & traditionibus vllo modo deuiare præsumam, & eiusdem Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ censuræ omnia submitto.

EXCELLENTISSIMO

DOMINO D. GASPARI A Zuñiga, & Azeuedo Comiti Montis Regij, Domino Biezmæ, & Villoæ, Solaris de Ribera, Compostellanensi Pertiario maiori, seu Præfecto Peru, Proregi, & militum Imperatori, Gaspar Rodericus Iurisconsultus Gallæcus, & in Vallisoletano Senatu aduocatus, S. D.

TRACTATVS His de annuis reditibus (excellentissime Princeps) iure optimo ad te confugit: tum quia vassalli reditus dominicali iure ad Dominum expectãt: tum etiam quia noue in vulgum prodiens periculosæ plenus est aleæ, & multorum obtrectationi expositus tãti Principis aduersus liuidos & maligne pleraque interpretantes, præsidio, & approbatione indiget. Tanta equidem est tua nobilitatis, virtutum, meritorumque admiratio, tam ingens, tamque diffusa toto terrarũ orbe tua opinionis existimatio, & auctoritas, tam exacta, tamque omnibus numeris absoluta omnium bonarum artium peritia, vt studiosorũ Mæcenas optimus, & literatorum pater, & antistes præclarissimus, & qui encyclopediã absoluisti, merito videaris. Non est in animo eximiarum tuarum laudum elaboratam aliquam orationem contexere: quoniam ea est illarum maiestas, vt omnis eloquentiæ vis, & dicendi facultas earum magnitudine obmutescat. Non hic recensebo, quanta prudentia, quanta grauitate, superstite Diuo, & æterna memoria dignissimo Dño nostro Philippo Secũdo omniũ Regũ optimo, in Lusitaniæ rebus te semper gesseris, dum illius decreto inter Duriũ, & Miniũ rei militaris magister delectus armis, & (quod viribus præstat) consilio adhuc imberbis iuuenis munitissima Castella de Monforte de Riolibre, & Monteа-

tealegre, nec non villas de Vinais, Villa Real, Chaues, & alia Portugalia loca horrido Gallæcorum agmine debellasti, & suo naturali, & legitimo Regi parere coegisti, Ingentemque pecuniã in Bracharensi ciuitate Antoninorum militum subsidijs destinatam prudenter ab eorum faucibus eripuisti. Quanta celeritate, & Cæsareo animo adductis tuorum vassallorum armatorum copijs superuos Anglos, qui audacter nobilissimam, & omnium fidelissimam Coruñã obsederant tui aduentum prescientes, veladare ventis festinanter feeisti. Omitto alia inclyti generis tui decora, & sanguinis claritatem gentilitijs, glorioſisq; stemmatibus, maiorumq; imaginibus illustrem. Conticeo quantum omnes passim admirentur naturam, quatuor diuersas humanarum rerum dominas, rarotamen simul repertas, scilicet, virtutem, nobilitatem, sapientiam, & militarem artem inter uno, veluti fatali quadam felicitate æqualiter copulasse, vt virtute, nobilitate, literis, & armis cæteros homines longe anteeellas. Silentio prætermittam quantum te vniuersa Hispania diligat, quanto rursus dolore te Gallacia nostra nobilissima, & dulcis patria ad Indos abeuntem dimisserit: quãta solicitudine prosequuta fuerit absentem, quam anxijs vocibus desideret morantem, & quanto cum animi gaudio reducem, & incolumem expectet. Quid referam, quantam humanitatem, prudentiam, consilium, charitatem, vigilantiam, integritatem, rectitudinem, & alia ad regendam Rempublicam opportuna noui Hispani inter fœlicissime sunt experti. Nec enarrare libet funestos, & lugubres inclytæ Mexicanæ ciuitatis tui desiderio contabescentis clamores, dum abea ad vbique celebratissimam, & amplissimam Peru prouinciam proficiscereris. Denique prætereundum est, quanto æquilibrio Mexici, & deinde Peru Prorex meritissimus vtrumque tempus, & bellorum, & pacis adeo feliciter gubernaueris, vt non solum in hostilibus prælijs victor extiteris, sed etiam (vt Iustiniani verbis vtar) per legitimos tramites calumniantium iniquitates expuleris. Inter claras mansuetudinis, ac sapientiæ tuæ laudes puriore luce, tanquam aliquod sydus irradiat nobilissima quædam humanitas, qua omnium ordinum homines innumeris afficis beneficijs, in quibus si non creueris, nihil te præstitisse putes. Quam obrem tui nominis immortalitati libentissimè commendo hos meos, imo vero tuos redditus, vt qui alterius numinis radijs illustrati breui spacio in tenebris perituri fuissent, appositi ad solẽ virtutis, nobilitatis, ac sapientiæ tuæ lumen quotidie clarius in omnẽ sint æternitatem habituri. Vale, Methymnæ Kalendis Augusti. 1604.

PROLOGVS.

DORTENTOSA hominum in vestibus, suppellectile, & epulis nostri temporis luxuries eo rem perduxit, vt quam plures dum nihil aliud studeẽt, quàm vt pascant ventrem, & famulatu, omnique æconomia potentioribus pares haberi curant, non tam homines, quàm Epicuride grege porci, & gulæ mancipia videantur. Crepidarij, Sartores, Carpentarij, Ferrarij, fullones, Dardanarij, Caupones, & omnium vilissimi lanij, & alij huiusmodi farraginis, non lanis, vt eorum officinæ postulant, sed iam nobilium, & equitum more bombycinis, & gausapinis sericis indui, & vxores, vt Neronis mulos argenteis soleis crepidare non verentur. Nobiles vero, quorum exemplo Resp. componenda erat, corporum tenuis curiosi nullis parcunt sumptibus. Hinc omnia pessum eunt, qui tamen sibi, suisque prouident, & rei familiaris curam habent, sæpissime indigent alieno ære, tùm ad commercia, tùm ad alendam familiam necessario. Vnde perpauci inueniuntur, qui aut turpiter exhaustis facultatibus, aut vsus alienæ pecuniæ indigentia, non pendant, aut quibus annuus reditus non pendatur. Omnes fere ciues proprio, aut hæreditario nomine reditualibus debitis sunt inpliciti. Hinc etiam in iudicijs adeo super reditibus prædijs, & prædibus ipsis suppositis lites pullulant, vt nihil frequentius, quàm redituales quæstiones in disceptationem forensem incidat. Cumque sit ampla hæc litigandi materia, multiplicior, & irretitior fit adiectis fideiussoribus redituum, reciprocatione licium, euictionum, & recursuum mutuorum. Ego autem post longam foro natam operam rei assiduitatem, & difficultatem simul contemplans quæstiones redituales quæ olim in conuentu Regio Gallæco, & deinde in Vallisoletano Regio senatu in practica occurrerunt, qua potui diligentia elaboratas collegi. Et cum nostri reditus (vt in discursu operis apparebit) sint vsurarũ successanei, & facile in vsuram prolabantur, nisi suis contineantur limitibus, valeatque argumentum data paritate rationis ab vsuris ad reditum, necessum fuit obiter vsurariam materiam expedire,

vt

vt rem ex suis principijs,& fundamentis explicarem: ideo vsura rias leges euolui, multa ex Iurisconsultorum Gentilium responsis,& vt aliàs de Seneca,& alijs Gentilibus,& eorum doctrina dixit D. August. libr. 2. de doctrina Christiana cap. 34.& cap. 40. ab alijs tanquam iniustis possessoribus res nostras, vt flores inter spinas seligens desumpsi. Hanc difficilem, & arduam pronunciam libenter subiui; non equidem quod ex eo mihi aliquē honorē, aut pecuniarium commodum cōparare existimarem; sed potius voluntarios labores appetens, vt quietem alijs præpararem,& vt in materia non satis enucleata, aut referata iuris professorum, præsertim in forensi exercitatione versantium, studia subleuarem. Ideo quamuis variæ,& inter se diuersæ doctissimorum authorum, Theologorum,& Iurisconsultorum sententiæ perdifficiles, & summ opere complicatæ quæstiones, materiæ amplitudo (quæ longè latèque patet) occupationes, meæ in negotijs contiuuæ occurrebant, & quamuis viri insignes materiā ipsam, tùm cōmentarijs, tùm etiā proprijs tractatibus cōscripserunt, ab incepto opere non destiti: præualuit enim ratio publicæ vtilitatis. Inde validius ineo ordinando, & perficiendo dies,& noctes insudaui, vt vniuersum redituum tractatum Deo duce, peregerim,& hoc vno opere complexus sim: quod facilioris doctrinę causa in tres libros,& quinquaginta tresquęstiones diuisum esse placuit: quæstiones inutiles publico bono inseruiens penitus deserui, vtiles verò doctissimorum testimonijs comprobatas delegi, nec libuit authorum opiniones, aut multorum loca cummulare, nec cùm doctoribus decertare: non enim contradicendi animo, sed amica veritate,& boni,& ęqui, cuius artem profitemur, ratione ducor. Accipe igitur, lector, benevolentissimè eo animo, quo offerimus, hunc nostrum laborem,& quæ censura digna inueneris, benigne & subtiliter emēda. Si quid autem scitè, & cum iudicio scriptum iudicaueris, Deo immortali à quo omne optimum datum est, gratias age, & vale.

INDEX QVAESTIONVM.

LIBRI PRIMI.

Quæstio Prima.

DE reditus ethimologia, & an à fructu differat.

Quæstio.2.

De reditus diuisione.

Quæstio.3.

De reditus definitione.

Quæstio.4.

An sit licita reditus emptio, & in quibus differat à mutuo.

Quæstio.5.

De reditibus ad tẽpus cõstitutis

Quæstio.6.

De iusto pretio reditus perpetui,& redimibilis.

Quæstio.7.

De reditu constituto minori pretio quam lege Regia taxato,& an vsurarius,an, & qualiter moderandus sit.

Quæstio.8.

De venditione nominis reditus, & an possit minoris vendi, quam constitui a principio.

Quæstio.9.

Quando reditus fuit minoris emptus,an possit emptor agere ad pretiũ, vel vt stetur contractui, & de eiusdem cõtractus moderatione, seu reductione.

Quæstio.10.

De minore qui emit reditum excessiuum, & qualiter sit is reditus moderandus.

Quæstio.11.

An remedium. l. 2. C. de rescind. vend. locum habeat in reditibus,& materia vsuraria.

Quæstio.12.

De reditibus fructuarijs infrumento

mento vino melle, seu alijs speciebus soluendis.

Quæstio.13.

De reditu constituto creditori pro summa illi debita ex mercium, aut supellectilis venditione, aut ex reliquis, seu pensionibus, aut alia iusta causa.

Quæstio.14.

De reditu a minore vendito, sine decreto, & an ciuitas, aut populus possint super bonis publicis reditum constituere.

Quæstio.15.

De reditu de cuius origine nō apparet, & emphyteusi præsumpta, & dominorum impositionibus erga vassallos.

Quæstio.16.

An reditus sententia, vel transactione cōfirmari, aut creari possit.

Quæstio.17.

An in materia reditus annui sit locus præscriptioni, & quibus remedijs tā priuatorū, quam iudicum violentijs succurratur.

Quæstio.18.

De libera luitione, seu redemptione reditus.

Quæstio.19.

An facultas redimendi tempore tolli possit quando ad reditus iustitiam non requiritur.

Libri Secundi Quæstio.1.

DE pactis vitiantibus annui reditus cōtractum, & de his quæ reditui adiecta vitiantur.

Quæstio.2.

De pactis legis commissoriæ reditui annuo, & alijs contractibus adiectis.

Quæstio.3.

De venditionibus locationibus, & recognitione in emphyteusim, & alijs contractibus infraudem reditus vsurarij.

Quæstio.4.

An liceat pacisci, vt ad venditorem reditus laudimiorū, & gabellarum & similia onera pertineant.

Quæstio.5.

De clausula, quilibet insolidū venditioni reditus adiecta & de pluribus correis ad reditum obligatis, qualiter teneātur.

Que-

Quæstio.6.

An valeat pactum quod debitor teneatur soluere reditū in domicilio creditoris.

Quæstio.7.

De pacto quo venditor reditus promittit hypothecas fore idoneas in futurum.

Quæstio.8.

An teneat bonorum hypotheca pro sortis restitutione in venditione reditus nulla.

Quæstio.9.

De hypothecis annuorum redituum, & exceptione cedendarum actionum.

Quæstio.10.

De venditore reditus obliganti se ad carceres publicos,& anteneat ab eodem facta cessionis bonorum renunciatio.

Quæstio.11.

De antichresi qualiter in reditu contrahatur, & an reditus contractum vitiet.

Quæstio.12.

An obligationi reditus possit accedere fideiussor, & pro fideiussione aliquid accipere.

Quæstio.13.

An,& quando fideiussor possit compellere debitorem ad redemptionem reditus.

Quæstio.14.

An in reditibus annuis pecunia constitutis possit creditor in casum moræ debitoris,pœnam stipulari.

Quæstio.15.

An oblatione sortis,& reliquorum sine consignatione impediatur cursus reditus.

Quæstio.16.

De oblatione sortis à tertio facta,& cessione,& subrogatione in locum prioris creditoris reditus.

Quæstio.17.

De effectu cessionis reditus.

Quæstio.18.

An ipso iure fiat compensatio ad impediendum cursum reditus.

Quæstio.19.

Si debitor reditus creditori,vel creditor debitori succedat, an obligatio personalis, & hypothecę reditus extinguãtur.

Quæstio.20.

De reditu constituto super predio ad cuius emptionẽ creditor sortem mutuauit ea lege,vt esset predium reditui hypothecatum donec redimeretur.

Quæstio.21.

De venditore reditus iam constitu-

stituti,& an,& quando teneatur ad euictionem, & nominis reditus periculum.

Quæstio. 22.

De reditu reseruatiõ,& emphiteutico,& quomodo à consignatiuo differant, & an reseruatiuus, emphiteuticus, consignatiuus, aut colonalis reditus in dubio præsumatur.

Libri Tertij Quæstio.1.

DE discrimine negotiationis.

Quæstio.2.

In quibus conueniant,& discõueniãt reditus annui cummenstruis reditibus, & legali vsura.

Quæstio.3.

An à menstruis reditibus argumentari liceat ad reditus annuos quator decimæ, & an reditus hi sint nouæ inuenti,aut etiam iure ciuili cogniti.

Quæstio.4.

Quo iure prohibeantur reditus vsurarij.

Quæstio.5.

An aliquo casu liceat vsurarũ reditum exigere.

Quæstio.6.

De reditibus testamentarijs à testatore legatis.

Quæstio.7.

De reditibus qui veniunt iudicis officio propter moram, & an interusurij ratio de iure habenda sit.

Quæstio.8.

An,& quatenus interusurium in pactum deduci possit.

Quæstio. 9.

An remissa mora simpliciter censeatur etiam remissus reditus vsurarius.

Quæstio.10.

De reditibus pupillaribus, & à tutoribus in rationibus distrahendis debitis.

Quæstio. 11.

De reditibus in actione depositi,mandati,&negotiorum gestorum.

Quæstio.12.

De reditibus collationis bonorum in iudicio ercisc undæ hæreditatis.

DE

DE ANNVIS, ET MENSTRVIS REDITIBVS, EX QVAEST. SEQVEN.

REditus vnde dictus num. 1.

Reditus, & fructus sunt synonyma, num. 2.

Reseruntur multa quæ in fructu & in reditu continentur, ibidem.

Partus ancillarum an sint in fructu? num. 3.

Partus ancillarum an sint reditus ibidem, & num. sequen.

L. Paulus. §. 1. de vsuris intellectus num. 5.

L. deducta. §. hæreditatem. ad Trebell. explicatur, num. 6.

Partus ancillarum an veniant in fideicommissi restitutione ibidē.

Partus dotalium ancillarum an cōmunicari debeant inter virum & vxorem. num. 7.

Ratio quare ancillarum partus nō sunt in fructu num. 8.

Partus ancillarum ad vsufructuarium non pertinere, num. 9.

Partus ancillarum an sint obuentiones ibidem.

Bona coniugum casu fortuito in matrimonio perempta ex acquestu resarcienda. num. 10.

Reditus appellatio generalissima. num. 12.

Reditus an sit quod ex protheocollo notarij exemplationibus percipitur. num. 13.

Reditus appellatio propriè & strictè, num. 14.

Reditus pecunia vsura dicitur. numer. 15.

Vsura menstrui, & annui quoque reditus appellari possunt, num. 16.

Reditus annui eò magis accedunt, vel recedunt senori quo maiori vel minori constituuntur pretio, num. 17.

Reditus annui odiosi ibidem.

Ad perpēdēdā reditus annui iustitiam explorandum est an vsura rationem complecti ibidem.

Vsura æthymologia num.18.
Vsura an idem quod vsus? ibidem, & num.19.
Vsura an idem sit quod abusus? n i mer. 20.
Vsura quare magis in mutuo quam in alijs contractibus locum habeat? ibidem
Fœnoris æthymologia, num. 21.
Fœnus & vsura stricte sumpta sunt synonyma. num. 22.

QVAESTIO. I.

De reditus æthymologia, & an à fructu differat?

1 REDITVS à verbo redeo derivatur, quasi singulis annis redeat: ideò simplici d. scribendum dixit insignis D. Nauar. in Apologia de reditibus Ecclesiasticis, secundo monito, & in propugnaculo Apologiæ. §. 7. vbi habet. D. Franciscum Sarmiẽto studio sibi contradicendi in vtili quadam cura, plures impressorum aliter scribentium errores quæsisse, & eis lectorem occupasse: sed non solus D. F. Sarmiento in ea fuit sentẽtia cum idem senserit Corneus consil. 289. num. 11. libr. 1. scribens reditus appellatione comprehẽdi quod fundus reddit paciscenti: idem volue runt alij, vt per Andr. Tiraquel. lib. 1 retract. §. 1. gloss. 6. num. 1. qui tamen priorem opinionẽ probat Ouidij, & Martialis authoritate, eandem probarunt Ambros. Calepinus ex Plinij testimonio, Othomanus, Hieronymus, Verrutius, Pardulph. Prateus, & Anton. Nebris. in suis lexicis verbo
2 reditus. Reditus autẽ, & fructus quandoque ponuntur vt synonyma l. fundi Trebatiani, vbi Bar. de vsu & vsufructu leg. Clemẽtina. 1. in fin. de rebus eccles. non alienand. vnde reditus prædij dicitur prouẽtus, qui quotanis redit. l. penult. illo tit. de vsu & vsufruct. leg. l. si reditus ex melle de fundo instruct. instrumentoque leg. & reditus annui dicuntur fructus, seu pensiones domus, vel ædificij. l. lex quæ tutores, versic. sed & si parẽs C. de administratio. tuto. & cum res omnes, quas fert fundus dicantur fructus. l. item si fundi. l. arbores de vsufruct. & lapidinæ argentifodinæ, cretifodinæ in fructu sint. l. diuortio. §. si vir. ff. solut matrimon. & mulctæ, & condẽnationes sint fructus iurisdictionis Bart. l. fin. nu. 2. soluto matri. vbi Paul. & alij similiter iudicũ creãdorum potestas in fructu iurisdictionis sit, & ad creditores, qui iurisdictionem loco pignoris, quasi possident pertineat: vt per Molin. de primog. lib. 4. cap. 5. num. 9. cum sint etiam in fructu pensiones pascuorum §. 1. instit. de vsu & habitatione & præsentatio sit fructus iuris patronatus, vt notatur per Abba. & alios cap. con

sul-

sultationibus de iure patronat. pedagiorum quoque,& portagiorum pensiones in fructu veniant, vt per Menochium consi.65.lib.1.hæc omnia quæ in fructu esse diximus,merito reditus appellari possunt. 3 Aduertendum tamen est, quod quamuis omnis fructus consistat in reditu, non tamen econuerso omnis reditus in fructu consistit,quòd ex eo patet: q partus ancillarum, licèt earum reditus dicantur,in fructu non sunt §.in pecudum institutæ de rerum diuisione.l.in pecudum.de vsur. l.ancillarũ de petitione hæred. docet Redoan. de rebus eccles.non alienand. Rub. 13.numer.2.ideo ancillarum partus ad fructuarium non pertinent. l. vetus de vsufruct.l.23.tit.31.par.3. nec dotalium ancillarum partus regulariter mariti fiunt.l.1.C.soluto matrimonio.l.pen.§.mancipia. ff. eodem l.20.tit.11.part.4. Quod autem 4 veniant ancillarum partus appellatione reditus argumentum præbet. l. Paulus.§.1.de vsur.gl. l.deducta.§.hęreditatem ad Trebel.gloss.c.grandi. verbo de reditibus de iuplend.negl. præla. & saltim largo modo dicitur reditus,vt tenet Paul.d.§.hæreditatẽ sed disentit Baeça de decima tuto. cap.23.nu.2.ea ratione motus, quia reditus dicitur eo quod singulis annis redeat:vt prædiximus, & adnotarunt Baeça vbi supra cap.22. nu. 11. Tiraq.lib.1.retra.§.1.gloss.6.in principio:at vero ancillarum partus non semper singulis annis redeunt. Verũ hæc ratio vitari potest: quia reditus non semper singulis annis redeunt, sed quandoque singulis quinquennijs l.diuortio.§. ob donationes,& ibi gloss.ver.silua cedua soluto matrim. &lapides,aut marmora quoque reditus, & fructus dicuntur, si in lapidicina renascantur,vt in Gallia & Asia renasci,inquit text.dict.l.diuortio.§. si vir in fundo.l.27.tit.11.par.4.Alexand.ab Alexan.dierum genialium lib.5,cap.9.in fin.Manifestum tamẽ est lapides cæsos singulis annis non redire: arbores etiam siluæ cæduæ, quamuis tardius quam singulis annis renascantur reditus dicuntur,& ad eum pertinent, ad quem fructuum commoditas spectat, vt respondit Alexand.consi.118.libr.5.sequitur Parisius & Curtius relati a Ioan.Garcia de expensis cap.11.nu.35, quid quid contra voluerint Pinel.& alij ibidem citati,loquuntur enim contra text.dict.§.si vir in fundo: Quod autem ancillarũ partus non veniant appellatione reditus probat Menoc. lib.1.de arbitra.casu.49.num. fin. ex identitate rationis absurdum enim videtur hominem in fructu esse, cũ omnes fructus rerum naturâ hominum gratia comparauerit dict. l.in pecudum.l.23.tit.31.part.3. Hæc ratio quoque in reditibus obtinere debet, cum similiter reditus hominis gratia natura comparauerit igitur ancillarum partus, nec in fructu, neque in reditu esse possunt. Neque ob 5 stat text.dict.l.Paulus.§.1. de vsuris, non enim probat partus ancillarum sub reditu comprehendi,imò cõtrarium:quia ibi hæres rogatus fine reditu,hæreditatem restituere videbatur teneri ad restituẽdos ancillæ partus,eo quòd in reditu non essent.Sed tamen contrarium respondet Iurisconsultus,non quia partus sint in reditu:sed quia verba illa fine reditu declaratiuè,non exceptiuè ponũtur: quasi voluerit testator omnem hæreditatem suam debere restitui, non etiam si quid præterea ex hæreditate veniret:ita intellexit Conanus,& eum referens Menoch.vbi sup.& ante eos Alber.in dict.§.1.in fin.licet ip 6 si non referant. Sed tunc adhuc obstat text.dict.l.deducta. §. hæreditatem

tem ad Trebel. vbi Papinianus ait, *Hereditatem post mortem suam, exceptis reditibus restituere rogatus, ancillarum partus non restituet.* Itaque in simili testatoris dispositione Papin. respondit contrarium prædicto responso Pauli, in quorum iurium concordia nimis laborarunt glos. & Doctores ibi Fulg. in dict. §. 1. in fin. existimat tex. dict. §. hæreditatem ex, audiendum esse in partubus loco ancillarum mortuarum submissis iuxta secundam partem eiusdem tex. ibi: sed neque pecorum fœtus, qui submissi gregē retinent, sed hic intellectus, nimis restringit eius. text. verba generalia Alex. verò in dict. §. hereditatem refert & reprobat plures Doctor. intellectus, & tandem post Cuman. inquit, non posse assignari meliorem concordiam ea, quam posuit Accurs. dicens in dicto §. hæreditatem agi de partubus ancillarum, post moram hæredis natis, & in dict. §. 1. de natis ante morā, ideò in primo casu restituendos esse fideicommissario, in secundo non. Sed hic intellectus quamuis communis sit, verus non videtur: quia Papin. in dict. §. hæreditatem plane agit de partubus natis tempore, quo reditus a testatore excepti per hæredem recollecti sunt: at verò reditus ibi ante moram percepti erant; post morā enim omnino deberentur: ergo Papinianus exaudiendus est de partubus ante hæredis moram natis: aliàs enim, si ageret de partubus post moram natis, non constituisset dubitandi rationē in illis verbis, exceptis reditibus, quæ verba non excipiunt reditus post moram hæredis sed ante moram perceptos. Doctor Spino de testamēto glos. 13. num. 78. ideo censet in dict. §. hæreditatem non deduci partus ancillarum: quia fuerant nati, vivo testatore, qua ratione nan poterant appellatione reditus contineri: sed in proprietate hæreditatis considerantur, & tanquam hæreditas restituuntur fideicommissario; qui intellectus non convenit acutissimi Papinia. responso, de partubus enim natis, vivo testatore nulla potuit cadere dubitatio, quandoquidem illi erant hæreditatis pars, & fors ipsa non fortis accessio, neque tunc verba illa, exceptis reditibus, quæstionē mouere possent, neque decidendi rationem præbuissent Papinia. cum reditus non a testatore, sed ab hærede perceptos comprehendant, Ioan. Copus in tract. de fructibus c. 3. fatetur hanc iuris antinomiam, & Paulum à Papiniano dissensisse sicut in ea quæstione, an partus ancillarū in fructu habendi sint à P. Scebola, & M. Manilio dissentit Brutus, teste Cicerone, lib. 1. de finibus bonorum & malorum post principium, & obtinuit Bruti sententia, non solum ciuili iure: vt in l. vetus. ff. de vsufruct. sed etiam iure Regio Hispanorum dict. l. 23. titul. 31. part. 3. sed tamen contrarium nullum in iure locum sibi vendicat, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiat. l. 2. versi. contrarium. C. de veteri iure enucleand. Igitur in hac Doctorum controuersia placet Alexand. sententia qui in l. mulier. §. si hæres in fin. ff. ad Trebell. ait ideo ancillarum partus ad fideicommissarium pertinere in dict. §. hæreditatem: quia ibi hæres eos nō perceperat ex volūtate testatoris, de qua constabat, dum testator dixit hæreditatem fideicommissario restituendam, exceptis reditibus, cum autem partus non veniant appellatione redituum: consequens est ab hærede deduci non posse in restitutione fideicommissi.

At vero in dict. l. Paulus. §. 1. de vsuris. non erant verba testatoris dispositiua

ciua, quibus aperte significaret partus restituendos esse: quia in specie dict.§. 1. testator non fuit vsus verbis exceptis reditibus, vt in dict.§. hæreditatem & verbum fine reditu, vbi positum videtur enuntiatiuum, & per transenam dictum, & sic non tollit iuris dispositionē, secundum quā partus percepti iudicio testatoris, & ante diem fideicommissi cedētem sunt hæredis, & non restituendi fideicommissario, vt in l. Paulus.§. idē respondit. ff. ad l. Falcidiam. l. mulier.§. si hæres. l. in fideicommissaria ad Trebel. l. vxorem.§. sorori de leg. 3. tradit M. Anto. Peregrinus de fideicommissis. artic. 49. num. 2. & Alexand. intellectum sequitur decisio Lusitana. 135. vbi eius addictio latius explicauit dictorum iurium concordiam, quam satis colliges ex traditis a Conano & Menoch. vbi supra dum agunt de intellectu dictæ l. Paul.§. 1. de vsuris quorum non meminit Lusitanæ decisionis additionator. Cum ergo ancillarum partus, 7 neque in fructu, neque in reditu contineantur, non immerito quæri potest, an partus dotalium ancillarum editi, constante matrimonio, iure nostro communicari debeant inter cōiuges: in quo doctissimus Gregor. d. l. 20. tit. 11. part. 4. verbo, otrosi del marido, existimauit partus communicandos esse. Mouetur primo, quia quāuis partus non sint in fructu, sunt in reditu, d. l. Paul.§. 1. de vsur. Legibus autem Regijs, & Hispaniæ consuetudine, non solū fructus, sed etiā reditus communicantur inter virum & vxorem, & vndecumque quęsita: quia saltem in quærendis est inter eos societas, & sic omnia communicari debent. l. 3.§. 1. ff. pro socio. Secūdo, quia periculum ancillarū ad maritum pertinet, cum mortuarum defectum suppleri debeat ex bonis superlucratis: eandem opinionem tenuit Baeça, de decima tutor. cap. 23. num. 3. & num. 15. dicens ita vidisse iudicatum in Granaten. Prætorio, & sibi indignā videri quæstionem, quę prudentibus negotium facessat, idē placuit Matienço. l. 5. glos. 5. num. 1 titul. 9 libr. 5. Recopil. Azeuedo, qui tamen dubitat l. 3. titul. 9. lib. 5. Recopilat. num. 18. & sequentib. Spino de testament. glos. 13. num. 69. Sed ancillarum partus inter coniuges communicandos nō esse, & ad eum tantum spectare, cuius sint ancillæ, vt diuersum in fœtu pecorum animaduertendum sit, voluit Ioan. Garcia in tract. de coniugali acquæstu. num. 196. & sequentib. ea tantum ratione ductus, quod partus ad fructū non pertineant dict. l. vetus, & miror virum doctum, & diligentissimū non meminisse eorum, quos supra retuli, qui contrarium scripserunt.

8 Hanc Ioann. Garciæ sententiam confirmabis, si animaduertas cum iudicio, quare partus non sint in fructu: rationem eam Spino existimauit dict. glos. 13. num. 68. quia partus non renascitur, nisi ancilla viro commisceatur, quod prædixerat Baeça vbi supra num. 9. Sed id ridiculosum est: quia similiter pecudum fœtus nō renascuntur, si pecudes maribus non copulentur, & tamen pecudum fœtus in fructu continentur. dict. l. in pecudum. de vsuris.§. in pecudum. institut. de rerum diuisione: illa verior videtur ratio: quia homo omnium creaturarum dignissimus, & eorum optimum, quæ sunt in mundo: vt inquit Philosophus lib. 6. Ethicor. capite. 7. nulli rei accedit. l. iustissime de ædili. edicto, omniaque animalia vnius hominis causa creata sunt, dict. l. in pecudum: ideo in fructu

hominum censeri debent, non solũ animalia, sed etiam eorum fœtus: at homo sui natura liber & naturali ratione in nullius dominio in fructu nõ venit: ideo neque fructuario debetur sed vi dominicæ potestatis (quæ a iure gentium prouenit) fit domini. Cũ autẽ fructuarius huius dominicæ potestatis ius non habeat, non pertinẽt ad eum partus, & debentur ancillæ domino. Quam rationem recte explicauit l. Regia 23. tit. 31. par. 3. ibi: *Aquel para cuyo seruicio fueron fallados los frutos de las otras cosas, no seria guisado ni de recho que fuesse contado por vsufruto de otri.* Idem docuit Conanus lib. 4. commentar. cap. 2. num. 4. sequitur Menochius lib. 1. de arbitrar. casu 49. numero 11. Hæc quidem ratio non solum in fructu, sed etiam in reditu, prouentu, obuentione, & accessione quacunque procedit: enim cum reditus, prouentus, obuentiones, & accessiones hominis causa parata sint, iuxta illud Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, homo in reditu, prouẽtu, obuẽtione, aut accessione esse nõ potest. Et cõtra Corrasium aduertit Menochius vbi supra, nu. 17. Igitur quãuis ex Hispanorum consuetudine & legibus inter coniuges, nõ solum fructus & reditus, sed etiam obuẽtiones & accessiones cõmunicari debeãt: non tamen partus ancillarum communicabuntur, cum propter illam hominis dignitatem, nec fructus, nec reditus, neq; obuentiones, aut accessiones censeantur.

9 Deinde Ioannis Garciæ sententia illa ratione fulcitur: quia quamuis ad vsufructuarium pertineant, non solum fructus, sed etiam reditus, obuentiones, & quidquid ex re percipi potest, vt probat textus l. vsufructu legato, l. item si fundi, de vsufructu, Molina de primogenit. Hispan. libro 1. cap. 23. num. 9. non tamen debentur vsufructuario ancillarum partus, dicta l. verus, dicta l. in pecudum, cum vulg. ergo partus nõ sunt obuentiones, nec accessiones, neque ex ancillis percipi censentur, quoad vsufructuarium: igitur non pertinent ad acquestum coniugalẽ. Huc accedit, quia obuentiones veniunt appellatione fructuum simpliciter, l. loci corpus, §. 1. ff. seruitus vẽdi. l. fructus rei, de regulis iuris. Paris. Mod. in consuetud. Paris. 1. par. §. 1. gloss. 1. num. 33. Ioannes Garcia de expensis, cap. 23. num. 7. cum ergo partus ancillarum non sint fructus, ratione prædicta, sequitur non esse obuentiones. Nec obstant quæ Gregorius pro se adduxit fundamenta: quia dicta lex, Paulus. §. 1. de vsuris non dicit partus in reditu contineri, sed cõtrarium sentit dum dubitat, an hæres rogatus restituere hereditatem sine reditu, debeat restituere ancillarum partus, cum in reditu non sint excepti. Et decidendi ratio non fuit, quod partus sint in reditu, sed ea quam diximus supra num. 5. Nec alia ratio periculi ancillæ mortuæ aliquid vrget, cum non ratione partus sed societatis & lucri, constante matrimonio, quæsiti emortuæ, ancillæ, damnum, etiam si eius partus nulli extent, resarciatur. Prout si alia quæuis res sociorum pereat casu fortuito, l. mutius, l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro socio, Matienço l. 3. glossa 7. titulo. 9. lib. 5. recopilationis, Ayora, qui alios refert de partitione bonorum, 1. parte, cap. 7. num. 7. & 8. imò etiam si ancillæ mortuæ damnum ad maritum solum spectaret, non etiam deteriorationis damnum, adhuc partus ipsius non essent, l. 20. tit. 31. part. 4. Nec obstat coniugalis societas: ea enim

10

11

non

non est omnium bonorum, nec ad augmentum rei capitalis pertinet, sed ad lucrum & quæstum, iuxta notata a Palacios Rubios, repetione rubricæ de donation. inter virum, §. 61. num. finali Gregorius l. 55. titu. 5. par. 5. glossa 2. quæst. 4. colum. penult. Vnde quamuis partus ancillarum dotalium sint augmentum, vt in l. item veniunt, §. item non solũ in fine. ff. de petitione hæred. & dixit Baeça dicto capite 23. num. 10. non pertinent ad maritum, sed ad vxorẽ modo editi sint, cõstante matrimonio, modo eo soluto, vt probat l. 1. C. soluto matrimonio, & ibi nota. l. vnica. §. cumque, C. de rei vxoriæ actione, optimus textus l. si marito, § fin. solut. matrimonio, ibi hoc enim ad dotis augmentum pertinet, quem admodum, si partus ancillarum non recepisset) Senator Regius Barbosa l. 2. in principio, nu. 10. ff. soluto matrimonio. Idem enim est iudicium de augmento doris & de dote, & eadem actione petuntur, dicto. §. fin. & l. quoties de iure dotium. Costan. in tractatu de dote, cap. 6. num. 22. Partus ergo dotalium ancillarum diuidendi non sunt, cum acquæstu cõiugali, sed vi dominicæ potestatis erunt domini ancillarum, ex ea iuris regula, qua rerum vtilitates sequuntur dominum. l. ex diuerso. §. 1. l. solum, §. medium, de reivendicatione, & ita intelligẽdæ sunt, l. si mancipia, de iure dotium. l. pen. §. mancipia soluto matrimon. l. 20. tit. 11. partit. 4.

Hinc etiam partus editi ante diem, fideicommissi cedentem sunt hæredis grauati hæreditatem sub conditione restituere, dict. l. Paulus, §. 1. de vsuris. l. Paulus. §. 1. ad legem Falcid. cum supra relatis, nisi aliud constet ex verbis & mente testatoris: vt in dicta l. deducta, §. hæreditatem, ad Trebel.

Reditus appellatio generalissima est pro omni fructu vel prouentu rerum quæ in bonis, seu patrimonio sunt, comprehenditque omnia iura & vtilitates, quæ ex pecunia vel ex nominibus vel fructibus percipi possunt, vt docuit Cardinalis in Clemẽtina 1. de excess. prælat. sequitur Alciatus l. frugem. num. 1. de verborũ significatione. Benedict. Bonius in tractatu de censibus art. 14. num. 42 Vnde plus est concedere reditum, quam fructus, Speculator tit. de locato, §. 1. versiculo illud autem. Menochius consilio 66. num. 9. lib. 1. ideò rectè dixit glos. dicta l. frugem. quod reditus habet se ad fructũ, sicut genus ad speciẽ, quãuis male exẽplificet in partu quẽ in reditu, nõ in fructu cõtineri autumat. Sed exemplo erit illud, quod ex prothocollorum notarij exemplationibus percipitur quod in fructu esse negarunt Bartol. & alij l. diuortio. §. si vir in fundo. num. 3. soluto matrimon. est tamen in reditu & ideò si tabellio omnium bonorũ vsufructuariam vxorem reliquerit, ad eam pertinebit reditus huiusmodi, ex paulo dicto §. si vir. num. 3. de quo videndi sunt vltra ordinarios, ibi Boerius decis. 224. num. 4. Baeça de decima tutoris, ca. 25. num. 23. Azeuedo. l. 3. num. 20. tit. 9. lib. 5. recop. Gironda de gabellis. 2. p. §. 1. num. 27. Ioannes Garcia in tractatu de cõiugali acquæstu, num. 69. Gregor. in l. 55. titulo 18. part. 3. glossa. 4. l. 24. in fine, titulo. 25. lib. 4. recopila. Reditus vero contractius & proprius accipitur pro quacũque certa annua præstatione, vt agnoscũt Bonius vbi supra & Parisiensis Mod. in Consuetudinibus Parisien. 2. par. §. 57. num. 16. sic comprehendit census perpetuos, & temporarios, comprehendit quoque reditus pecuniarios, quos vsuras dicimus. Vsuras enim, reditus pecuniæ

cunlæ appellauit Scæbola, l. alumnæ, ff. de aliment. lega. l. qui quadringenta, §. qui ducenta, ad legem Fal. notant Berrucius, Prateius & Othomarus vbi supra. Nec immeritò vsu
16 ræ annui reditus appellari possũt: quia quamuis per mensium dinumerationem pendebantur cuili iure, as vsurarius non ex mẽstrua, sed ex annua pensione æstimandus erat, & ideò omnes eius partes ex anni ratione intelligendæ sunt, vt explicabimus infra hoc libro, quæstione. 2. Possunt igitur vsuræ menstrui, & annui reditus appellari. Cum itaque reditus
17 annui appellatio, non solum censualem præstationem, sed etiam vsurariam comprehendat, vtramque hoc opere, Deo dante discutiemus: tùm quia vt inquit Iustinianus l. 2. C. de veteri iure enucleando, oportet ea quæ de eodem loquuntur in confinio ponere. tùm, quia annuorum reditnum emptiones (quas census appellant) quanuis vsu frequentes admodum, odiosæ tamen sunt, & non nihil suspitionis habent, suntque huiusmodi reditus veterum vsurarum succedanei, & eo magis fænori accedũt, vel recedũt, quo minori vel maiori constituuntur pretio, vt dicemus infra hoc libro, quæstione sexta, numero. 47. Tum etiam: quia ad perpendendam contractus istius iustitiam, explorandum est, an aliquã vsuræ rationem complicet, vt in extrauag. 1. & 2. de emptione & venditione: & ideo ad perfectam cognitionem necessarium fuit simul de vsurarijs reditibus pertractare: quia secundum Philosophum libro primo Ethicorum, capite. 3. Quæ quisque nouit de his vere iudicat, eorumque æquus est æstimator, de quaque rerum singularum vere iudicabit is, qui vsu singularum rerũ valet: omnino verò qui omni doctrina eruditus est. Vidi quosdam sciolos pernicioſe errantes, dum ignorantia terminorum contractus vsurarios iustas redituum emptiones iudicantes approbarunt, & contra quandoque licitos fæneratitios, censuerunt. Hi quidem pœnis ab Aristotele designatis plexi sunt, vt crebrius ignorantia terminorum paralogizarentur: sunt enim in vnaquaque scientia certi termini retinendi, ne sequatur inextricabilis confusio, Bartolus in tractatu de alueo, versiculo eius in principio: non igitur ab instituto nostro aliena videri debent, quæ de vsurarijs redi-
18 tibus breuiter & methodice proponemus, vt retentis terminis vsurariis annuorum, censualiumque redituum, iustitiam expendamus cùm iudicio. Est autem vsura ab vsu dicta: quia propter vsum sortis accedit, vsura quæ proprie vsus, sed postea loquendi consuetudine, vsuræ merces vsura nominata est, de quo Prateius in verbo vsura Frater Dominicus de Soto libro sexto de iustitia & iure, quæstione. 1. arti, 1. Nauarr. in commentar. de vsuris, numero. 2. quos immeritò lapsos fuisse dixit Ioannes Parladorus, libro 2. rerum quotidianarum cap. 2. nu. 1. adijciens eos non percepisse Ciceronis verba, quæ referunt, negat enim vsuram secundum primæuam significationem, idem fuisse quod vsum: quia si idem fuissent, non diuersis nuncuparentur nominibus, l. si idem. C. de codicillis. Sed leue est huiusmodi fundamentum, nec sustinere valet tantorum virorum reprehensionem: nam idem sunt & significant fœtus & fœtura, idem tabellio & notarius, & tamen nomina ipsa sunt diuersa, & in syno-

noma

nomis, diuersa nomina idem significant vt ensis, mucro, gladius. Nec
19 obstat dict. l. si idem dum habet si idem codicilli, quod testamenta possunt tur diuersum his instrumentis vocabulum mandaretur: exponit enim glossa ibi vocabulum, idest, titulus diuersus, seu diuersus tractatus, itaque non nominum diuersitas, sed diuersus tractatus, seu titulus res diuersas arguit. Sequuntur ibi Bartolus & alij, & Fulgosius numero 2. dicens communem, quod si fateamur, text. illum arguere à diuersitate nominum, procedit argumentum à communiter accidentibus, iuxta textum & ibi glossa verbo, actio, in fine l. 2. C. de arbitris. Corneum dict. l. si idem, numero tertio, quia quandoque vnum & idem habet diuersa nomina, Panormitan. capite quoniam contra falsam numero 3. de probationibus, nec sufficit sola nominum differentia ad constituendum rerum diuersitatem, nisi quoque in substantia differat, vt in dicta l. si idem, quam itta intellexerunt, Socinus & alij, quos refert Menochius de adipiscenda possessione remedio quarto, numero. 195. Nimirum ergo si vsus & vsura quamuis diuersa nomina idem olim significarunt.

Quod vltra Sotum & Nauarrum, affirmant linguæ Latinæ peritissimi, Pratelus, Verrutius, Othomanus, & Calepinus, verbo vsura, Othomanus in tractatu de vsuris, libro primo, ca-
20 pite primo. in principio. Scribit præterea Parladorius dicto capite secundo, vsuram nihil aliud esse, quam vsum improprium, siue abusiuum, & dici de his tantum rebus in quibus vsus proprie non cadit: inde putat se caluisse verissimam rationem, quare vsura magis in mutuo, quam in alijs contractibus locum habeat: quia in mutuo, & in rebus, quæ pondere, numero, mensura vè constituunt, non datur proprius vsus, cum his rebus salua earum substantia vti non possimus, sed abusus, qui vsura dicitur, & gratias agit Patri cœli, & terræ, qui hæc abscondita prudentibus, & sapientibus, & paruulo reuelauit. Ego nusquam legi apud Iuris consultos vsuram accipi pro abusu, seu pro consumptione, vel diminutione rei per vsum facta, quam abusum appellat Iurisconsultus, l. hoc senatus consultum. §. primo. ff. eauta rerum, quæ vsu consum. Sed video passim iure ciuili, & canonico vsuram accipi pro sortis accessione, quæ propter mutuo datæ pecuniæ vsum, vel etiam moram exigitur, idest pro illo lucro, quod sorti accedit, & quandoque propensatione, eius quod interest creditoris, propter debitoris moram, & quod vt noua ita falsa sit Parladorij sententia probatur: quia etiam vbi non est abusus, neque pecuniæ consumptio datur vsura, textus in l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem de administ. tutor, vbi tutor, qui in arca ociosam habuit, neque consumpsit pupillarem pecuniam, eius vsuras soluit: probatur deinde: quia si vsura esset abusus, seu consumptio rerum mutuo datarum, vel earum, quæ numero pondere, vel mensura constant, vt Parladorus autumat, omnes contractus mutui essent vsurarij, nullibi daretur mutuum sine vsura: quia permutuum res mutuata vsu consumitur, quod quam sit erroneum nemo est qui nesciat. verum quidem est quod vsura ab vsu dicitur, quia ob vsum rei datur, vt docent Azo in summa. C. de vsuris, num. 3. & dicemus infra libro 3. quæstion. 7.

Aliud tamen est vsura, quàm abvsus: cur autem vsura in mutuo vero, vel præsumpto, magis quàm in alijs contractibus locum habeat? vide infra hoc libro quæstione. 4. numero. 11.

21 Fœnus autem (vt de eius etiam dicamus æthymologia) dicitur quasi fœtus, eò quod numus numum pariat, & secundum Barron. libro. 3. de lingua Latina, fœnus à fœtu dicitur, & quasi à fœtura quadam pecuniæ parientis, alij à fundo fœnus deducunt, volentes prouentum esse à naturali terræ fructu, postea vero ad vsuram translatum, non aliter ac si pecunia ex se fructum, vt terra producat, quod contra naturam est, vt per Aristotelem Polyticorum libro. 1. capite. 7. & dicemus infra hoc libro quæstione seq.

Illud interim aduerto, fœnus & vsuram idem esse, & sinonyma. l. si vnus. §. 1. ff. pro socio. l. Caius de vsuris capite. 1. eodem titulo, libro. 6 quod intelligendum est in vsura stricte, & proprie sumpta: sumitur enim multipliciter, vt in sequenti quæstione explicabimus.

Ex quæst. sequen.

AE *Quinoca prius distinguenda num. 1.*

Reditus non vsurarius multiplex ibidem.

Reditus fundarij & emphyteotici suis locis & tractatibus relicti ibidem.

Reditus imposititi; quorum materia hoc opere explicatur multipliciter diuiduntur. ibidem.

Reditus vsurarius large, numero. 2.

Reditus vsurarius largissime, numero. 3.

Reditus vsurarius proprie & stricte num. 4.

Reditus fœneratitius in solo mutuo ibidem.

Reditus vsurarius formaliter, numero. 5.

Reditus vsurarius minus proprie, num. 6.

Compensatoria & restauratoria vsura ibidem.

Vsura punitoria, num. 7.

Reditus vsurarius legalis & improbus n. 8.

As vsurarius & centesima vsura. ibidem.

Vsura centesima vnde dicta numero. 9.

Calendaria vnde dicta. ibidem.

Vnciaria vsura numero decimo.

Assis vsurarij partes ibidem.

Alciati lapsus num. 11.

Singulæ vsurarum species quo tempore sortem æquabant, numero. 12.

Vsuræ centesimæ, & annuorum reddituum non est eadem proportio numero. 12.

Quemadmodum centesima vsura gerit thypum assis, ita in annuis reditibus quatuordecima num. 14.

Reditus reseruatiuus & consignatiuus multo differunt, contra Gometium. num. 15.

Quis sit reditus reseruatiuus. numero. 16.

Reditus consignatiuus quis? numero. 17.

Reditus reseruatiuus, si alius non intercedat contractus, non potest esse vsura. num. 18.

Reditus consignatiuus facile in vsuram prolabitur, si suis limitibus non contineatur. numero. 19.

Quæstio. II.

De reditus diuisione.

1 DIVS æquiuoca sunt distinguenda: nam vt Philosophus ait libro secundo Elechorum, cap. 2. nulli eorum, quæ æquiuoca sunt respondere simpliciter conuenit: nomen autem reditus æquiuocum est, ideò distinguendum. Reditus igitur quidam sunt vsurarij, quidam non vsurarij: non vsurarij, quidam sunt reditus censuales, vt retenti in concessione fundi, quos census reseruatiuos impropriè appellamus. Hi reditus constitui possunt nedum ex causa onerosa, sed etiam per modum donationis, & in vltima voluntate, vt si quis donet, aut in testamento relinquat alicui fundum, & totum ius quod in eo habet, vt sibi vel alteri perpetuo vel ad vitam præstetur certa pensio singulis annis: quia tunc transfertur dominium fundi in recipientem, & creatur ius nouæ pensionis, vt per Franciscum Sollonam in Lucerna Laudemiorum præludio 1. numero. 5. De quo reditu per glossam & Doctores, capite constitutus, de religiosis domibus, & l. 1. §. 1. de publican. & vectig. ll. Parisien. moderni in Consuetudinibus Parisiensibus titulo. 2. in rubrica. numero decimonono, & in §: si, glossa. 1 Menoc. alios referens libro 3. præsumptionum, præsumptione. 107. n. 4. Quidam sunt reditus emphiteotici, quos censos emphitéoticos appellamus: de quibus in l. 1. &. 2. C. de iure emphiteot. Balaseus in tractatu de iure emphiteot. Caldas Pereira de nominatione & renouatione emphiteusis, Corbulus de causis emphiteoticis. Reditus autem reseruatiui, alij sunt perpetui, alij ad vitam soluentis constituti, de quibus nobis agendum non est: quia eorum materia, satis dictis locis explicatur, ad quos remittimus lectorem. Quidam sunt reditus annui imposititi, videlicet, impositi à domino fundi super proprio fundo. Rursus impositirij reditus (de quibus hoc opere principaliter tractandum erit.) Quidam sunt pecunia empti & constituti, vt per Crauc. cons. 217. n. 4. Menoc vbi su. n. 5. Quidam vero sine pecunia, donatione, videlicet legato, transactione, permutatione, vel diuisione immobilium bonorum, suppletione, aut alia quauis compensatione, aut commutatione. Deinde redituum impositionum

alij

alij constituuntur nominatim super certis pr.edijs (vt constitui voluit Pius . V . in extrauaganti super forma creandi census) quidam generaliter super omnibus bonis debitoris.

Præterea,redituum alij temporales, de quibus infra hoc libro quæstio. quinta . Alij perpetui : perpetui quidem reditus, alij redimibiles , alij non redimibiles . Vlterius redimibilium reddituum , alij redimibiles ex causa , vel qualitate rei suppositæ , vt ex priuilegio rei constitutione , aut consuetudine : alij redimibiles ex insita natura : alij redimibiles contingentur ex pacto, vel legato , vel a principio constitutionis ipsius reditus , vel ex post facto . redituum etiam alij pecuniarij , idest in pecunia soluendi : alij fructuarij soluendi , in fructibus olei , vini , frumenti , mellis , & similibus , de quibus infra
2 lib.isto.quæstio.12 . Reditus autem vsurarius triplex est,prout tripliciter vsura,sumitur in iure:primo enim accipitur vsura large,& est accessio vel augmentum successiuum sortis, in quantitate consistentis ex quacũq; causa alias quã ex mutuo debitæ, puta ex causa venditionis, & traditionis rei.l.Iullianus . §. ex vendito de actio. empti. l.curabit l. fructus. C. eodem.l 2. C.de vsur. vel ex causa dotis, & susceptorũ onerum matrimonij,l.cum post.§.vsuras,& §. in donum de iure dotiũ cap,salubriter de vsuris vel propter moram in bonæ fidei iudicijs,legatis,& fideicommissis l.qui solidum deleg. 2. notant Doct.
3 in l.mora de vsuris. Alius est reditus vsurarius largissimè, prout vsura largissime sumpta, & dicitur omnis superabundantia, siue debeatur quantitas,siue non,cap.putant. 14. quæst.
4 3 . Alius est reditus vsurarius stricte,& propriè,& est illud , quod sorti mutuatæ accedit . l. si tibi decem in principio, de pactis.l. rogasti . §. si tibi,si certum petatur , & hoc solo casu dicitur debitor , vsurarius & pecunia fænebris. l. fænerator , de nautico fænore.l.debitor.l. pecunia de vsuris : quod ex eo constat: quia pecunia dotalis, aut per emptorem, aut quemuis alium quoquo vero titulo alias quam ex mutuo debita in iure non dicitur pecunia fænebris , etiam si ex mora veniant vsuræ , prout nec datur proprie fænus , nisi in solo mutuo , atque ita fænus non capitur pro quacumque vsura , sed tantum pro vsura stricte,& propriè sumpta ex Soto de iustitia & iure libro 6 . quæstione. 1. articulo. 1. Perecio in Rubrica titulo.2. libro.8. ordinament. pagina. 16. columna. 1 , quamuis Ioannes Baptista Lupus de vsuris, commentario.1. §. 2. numero.17. fænus, & vsuram confundi omnino dixerit.

5 Vlterius reditus vsurarius propriè sumptus adhuc subdiuiditur , alius est enim formaliter proprijssimè vsurarius , qui propter ipsum mutuationis officium tantum sine alia iusta causa exigitur . Hæc est formalis vsura inhonesta & vitiosa , & semper est contra naturam mutui , quod debet esse gratiosum : hanc nostri recte dicunt vsuram
6 lucratoriam . Alius est reditus vsurarius minus proprie, qui vltra sortem datur in mutuo , non propter officium mutuandi , sed propter aliam iustam causam : putà propter lucrum cessans casu , quo exigi potest , aut damnum emergens,& hic reditus non est contra,sed præter naturam mutui,& cessante fraude,non est inhonestus, aut illicitus:quia non est vera,nec formalis vsura, sed citis,

quod

quod interest legitima pensatio. Hanc vocant compensatoriam vsuram Baldus & Salicetus in l. secunda, C. de vsuris. Anania capite primo de vsuris in sexto, Parisiēs Modernus in consuetudinibus Parisiēs prima parte. §. primo, glossa nona. numero vigesimo: at verò Salicetus in l. 2. num. 2. C. de vsuris, vsuram hanc restauratoriam vocat. Recompensatiuam autem appellat vsuram, de qua in l. curabit. C. de actioni empti. quia datur in recompensationem fructuum ab emptore perceptorum. Alius est reditus vsurarius punitorius, qui est pœna in defectum solutionis apposita, siue ab homine, siue a lege, de quo infra libro secundo, quæstione decima quarta. Præterea reditus vsurarius, alius incidens, alius negotiatorius: vt latius explicabimus infra libro tertio quæstione prima. Denique reditus vsurarius diuiditur in legalem, seu legitimum reditum, & improbum, & illicitum, & dico legalem & legitimum, ideſt, à legibus ciuilibus approbatum.

8 Huius autem legalis reditus multæ sunt species, quæ ex assis partibus denominantur. Pro cuius rei cognitione aduerto, quod centesima vsura figuram gerit assis integri, cum ipsa sit integra, solida & summa legalis vsura, & ideo sors omnis ciuili iure semper ad centesimum numerum reuocatur, & summa vsura est, cum pars sortis centesima singulis mensibus persoluitur, & quia hac ratione, hæc vsura duodecim aureos annuos ex centum aureis efficit duodecennarius hic numerus, as appellatur, & quemadmodum as iste non ex menstrua, sed ex annua pensione æstimatur, similiter omnes eius partes ex anni ratione intelligendæ sunt, secundum Par-

dulph. Prateium in iuris lexico, verbo, vsura. Dicitur autem centesima vsura à centesimis Kalendis, in quibus 9 completur, & sortem æquat. Solebant quidem veteres, vt plurimum in Kalendas, hoc est in singulos menses stipulari, vt inquit Alciatus libro tertio disputat. capite primo dū agit de interpretatione, l. centesimis de verborum. Ex qua consuetudine deductum putat, vt Kalendaria libros rationum appellemus, & inde etiam vulgo dicimus, Kalendaria, ideſt, diaria, vt notat Ambrosius Calepinus, verbo Kalendæ, & verbo, Kalendaria; de quo per Couarruuiam libro tertio. variarum. capite nono numero sexto. Vel aliter dicitur centesima, quia sortis centesima pars singulis mensibus persoluitur secundum Prateium vbi supra. Vnde patet errasse glossam capite inter dilectos, verbo. vndecim, de excessibus prælatorum, & glossa. l., si non sortem in principio versic. duplum, de condictione indebiti, quæ aliter centesimam interpretantur. Itaque si singulis mensibus centesima pars sortis pendebatur, erat centesima vsura, si ducentesima pars sortis, erat vsura semis, si tricentesima, erat triens, si quadringentesima, erat quadrans, & sic de cæteris quotis partibus menstruis. Quod si mauis per annos computare, finge, sortem esse centum aureorum, tunc duodecim aurei annui faciunt centesimam, siue assem vsurarium, & vnciariam vsuram, vt apte vocat Prateius vbi supra, & perconsequens vndecim annui in centum seu ex sorte centum facient deuncē, decem annui dextantem, nouē dodrantem, octo bessem, septem septūcem, sex semissem, quinque quincuncem, quatuor trientem, tres quadran

drantem,duo dextantem:vnicus cũ dimidio ſeſcuncem, vnicus aureus vnciam ſemiaureus annuus ſemiunciam centeſimæ,ſiue ſemiuncialem vſuram.Ex quibus intelliges lapſum
11 fuiſſe Alciat.dict.lib.3.diſpunct cap. 1.dum ſcriptum reliquit in centeſima vſura,centum fieri ducenta octo annis,parum enim calculi errorem contemnit:quoniam ex acte computando,centeſima non æquat ſortem
12 in octo annis, ſed in octo annis & trientè anni,hoc eſt,quatuor menſibus: quia octo anni non continent niſi 96. menſes. Semis vero vſura æquatur in 200.menſibus ſiue in ſex decim annis,& beſſe,ideſt,octo mẽſibus deunx ſortem æquat in 109. menſibus,& vndecima parte vnius mẽſis,& ſic in nouẽ annis,& vno mẽſe,&vndecima partevni' mẽſis.Dextans in 120. mẽſibus & ſic in decem annis,& proporcionatur reditui annuo ad rationem vnius in decem,ſicut & quincunx proportionatur reditui annuo vnius in viginti.Dodrãs ſortẽ æquat in 133.menſibus,&triente,ideſt,in 11.annis vno menſe,& 3. parte menſis.Beſſales autem vſuræ ſortem æquant in 150.menſibus, & ſic in duodecim annis cum dimidio Trientes in 300.menſibus ſeu.25.annis.Quadrantes in 400.menſibus,id eſt.33.annis,& triente, ſiue quatuor menſibus.Sextantes in 600. menſibus,ideſt.50.annis,vnciales in 1200 menſibus,ideſt,in 100.annis,cum videlicet milleſima ducenteſima pars ſoluitur quolibet menſe,donec centeſimo anno completo æquatur ſorti.Semiunciales in 2400. menſibus, id eſt,in 200.annis,& quãdo bis milleſima quadringenteſima pars ſortis quolibet menſe ſoluitur vſque ad 14
13 æquatam ſortem.Exquibus patet nõ eſſe eandẽ proportionẽ centeſimæ vſuræ.ſeu partiumeius,& annuorum redituum noſtri temporis, nec id mirum videri debet:quia cẽteſima vſura,& ſingulæ partes eius non ſunt reditus annuis proprie,quamuis ex annua penſione æſtimentur,& ideo annuus reditus dici poſsint,vt ſupra diximus,ſed ſunt reditus menſtruus.Et contra reditus annui noſtri temporis non ſunt reditus menſtruus, ſed anniuerſarius. Nec centeſimo proportionatur numero annorum,ſed menſium,patet:quia continet præciſſe & adæquatè certos menſes æquales,putà centum. Idem in qualibet parte centeſimæ.Nec continet præciſſe,& adæquatè certos annos:quia centeſima nõ impletur octo annis, nec alio certo adæquato annorum numero: ſed octo annis cum triente,quæ conſideratio occioſa videri non debet,licet magis mathematica, quàm iuridica.Prodeſt enim, & ad intellectũ multarum legum iuris communis, quæ de prædictis vſuris mentionem faciũt,quarum intellectus aliter erat incognitus,ſecundum Socin.I. 3.§. item ſi Reip.num.4.in fin.ad l.Falcidiam,& vt veluti occulis aſpici poſſit,cur,quantum, & in quo differat proportio annuorum reddituum à ratione centeſimæ vſuræ,& eius partium,attende:quia tota diſproportio quantum ad curſum & incrementũ temporis verſatur in hoc quod centeſima vſura diſcurrit per menſes ſingulos:noſtri verò reditus per annos: putà reditus vnius anni pro quatuor decim. Vnde ſicut centeſimæ & ſingulæ eius partes ſemper ſuo menſiũ numero ſortem æquant: ita noſtri reditus ſemper certo,& adæquato ſuo annorum numero ſortem æquant.In multis tamen differunt reditus annui a cẽteſima,vt patebit infra. Illud tamen aduertendum eſt,quodquem madmodũ in vſuſarijs redditibus centeſima gerit figuram aſsis, ita in noſtris

nostris reditib9 quatuordecima(quę est ad rationem vnius, puta aurei annui in quatuordecim) gerit thypum assis,quoniam supra non potest ascẽdi,nec licet maiorem reditum annuum redimibilem emere. Quæ negotiandi ratio aptissimè quatuordecima vocatur,nostri dicunt, la cátorcena,& ita vocamus hab ita ratione ad annos,non ad menses, quippe cũ sit decimaquarta pars sortis in anno. Et quia huiusmodi reditus non solẽt esse menstrui,sed annnui, rectè summa ratio,siue plena quantitas horũ redituũ ad instar assis vsurarij vocari potest decimaquarta& in quotas partes diuidi sicut as,quas consulto prætereo,quoniam in praxi parum sunt vtiles:quia vulgo non computamus per huius assis partes,sed tantũ quoto anno pensitatio ad sortem ascen-
15 dat. Ex prædicta reditus diuisione infertur cauendum esse à Gome. in l.68.Taur.num.2.dum æquiparat cẽsum reseruatiuum,&consignatiuum asserens vtriusque eandem rationem esse,& in secundo habere locum omnia quæ statuta sunt in primo, quod aperte falsum est, & alienum ab om-
16 ni iuris ratione. Nam reditus reseruatiuus est, quando quis rem suam alteri confert pleno iure,reseruato sibi tantum iure quotannis recipiendi pensionem aliquam in fructibus, vel pecunia.l.fin.C.de rerum permutatione.glosſ.& Doctores in cap.cõstitutis de relig.dom.Consignatiuus
17 autem reditus est, dum quis retentis suis bonis, eorumque vsu consignat alteri certam pensionem in fructibus vel pecunia,quam singulis annis soluere obligatur, vt vtrumque explicat D.Soto de iustit.& iure. lib.
18 6.quæst.5.artic.1.colum.3. In censu reseruatiuo,si alius non interueniat contractus, nõ potest cadere vsuræ
19 vitium.Consignatiuus autem reditus facilè in vsuram recidit,nisi suis limitibus contineatur, vt in discursu operis apparebit,in reseruatiuo transfertur rei censualis dominium: in consignatiuo non ita,sed ius tantum percipiendi pensionem,vt dicemus in quæstione sequenti. Atque ita nõ eadẽ esse potest vtriusque ratio, nec idem ius. Quod aduertendum est, quia Gomezius,Palacios Rubeus,& alii in dict.l.68.passim vtrumque cõtractum confundunt, & cum l. illa Regia loquatur apertè de censu consignatiuo,ferè omnia, quæ ibi tradũt interpretes, ad reseruatiuum pertinent,neque consignatiuo applicari possunt. Vnde cautè legenda sunt, ne quemquam decipiant,& dum Palac.Rub.ibi,num. 6. post Bald. ab eo relatum habet, quòd si dies non apponitur ad solutionem redditus, in principio anni soluendus est, si hoc ad reditum consignatiuum referas falsum erit, & contra ea, quæ dicemus infra lib.2.quæst.1.num.9.

Ex quæst.sequen.

Reditus annuus variè à Doctoribus definitur,num.1.

Redditus annui definitio a Faluciano tradita impugnatur numer.2.

Veteres Iurisconsulti descriptionibus potissimum vtebantur,numer.3.

Causa quando per effectum definitur,num.5.

Emptorem reditus non videri hypothecas emisse cõtra Gome.& alios num.6.

Litera.l.3.tit.15.recopilat.vitiosa, num.7.

Em-

Emphiteuta an cadat a iure suo ob reditum impositum super bonis emphiteuticis? ibidem.

Reditus annui an veniant mobilium aut immobilium appellatione? num. 8.

Fratres prædicatores horum reditum incapaces, ibidem.

Reditus nec bona mobilia, nec immobilia dici posse, num. 9

Quod limitatur in reditibus ad modicum tempus constitutis, numero. 10.

Limitatur secundo in pensionibus decursis, num. 11.

Reditus merè personales an computentur inter immobilia? ibidem.

Retractus an locum habeat in venditione reditus antiqui, seu novi? ibidem.

Reditus annuus an locari possit? num. 12.

Parochus potest facultatem percipiendi decimas locare, nu. 13.

Reditus in dotem dato, an pensiones, constante matrimonio, percepta soluto restituantur, num. 14.

Et quid si detur in dotem reditus certi temporis, num. 15.

Et quid si detur in dotem reditus ad vitam, numero. 16. & 18.

L. si fundus in dotem soluto matrimonio, & l. divortio. §. si vir in fundo. ff. eodem concordia. nu 17

Reditus datalis pensiones eius anni quo solvitur matrimonium qualiter dividenda inter superstitem coniugem, & mortui hæredes numero. 19.

Reditus usurarius varie a Doctoribus definitur, num. 20.

Reditus usurarij definitio, num. 21.

Usura mentalis, num. 22.

Usura exterior, num. 23.

Explicatur text. cap. sicut. 1. quæst. 2 num. 24.

Declaratur text. cap. fin. de symonia, num. 25

Quare usura mentalis ad restitutionem obliget? symonia mentalis nonita, num. 26.

QVAEST. III.
De reditus definitione.

Quid nominis, & quid rei principium est omnis artis, & scientiæ, vt inquit Philosophus. 7. metaphi sic. & primo posteriorũ dixim9s de nomine reditus: nunc quæritur, quid sit reditus annuus, quid mensruus, de quibus nobis agendum est, & in primis lectorem monitum esse oportet, quod in hac quæstione non agimus de pensionibus, quæ ex annuis reditibus percipiuntur singulis annis, sed de iure illas percipiendi: itaque non quærimus, quid sint pensiones, seu fructus illi percepti ex annuis reditibus, sed quid sit ius illud creditori competẽs, quo pensiones exigit, & percipit. Reditus ergo annuus, quẽ impositiũ & cõsignatiũ appellãt varie a DD. definitur, vt per Felicia. lib. 1. de censibus, cap. 4. qui reprobat aliquas definitiones traditas ab Albornotio, Ioãne a Medina, Sarmiento, Francisco

Gar-

Garcia,& Sarauia ab ipso relatis: ipsi autem magis placuit ita diffinire census est contractus institutus a cõ
1 suetudine, ex quo vnus vendit, & alter emit vis certi reditus singulis annis soluendi in pecunia, qua deffinitione dicit exactè complexam omnem reditus substantiam. Verũ hæc non conuenit omnibus contentis sub diffinito, non enim definit reditum impositum sine pecunia, donatione videlicet, legato, transactione, permutatione, vel bonorum immobilium diuisione, aut alia quauis cõmutatione. Non etiam comprehẽdit reditum fructuarium soluẽdum in fructibus olei, vini, frumenti, mellis, & similibus. Quos omnes reditus proprie appellamus, vt patet in quæst. præcedẽti. Non ergo adequat totam diffiniti substantiam, nec cõuertitur cum definito prout conuerti debet omnis bona definitio. l. 1. §. 1. ff. de dolo. Deindè hæc definitio potest conuenire redituiusurario: finge enim in aliqua prouintia consuetudine vsurpatum, vt ematur reditus redimibilis ad rationem vnius annui pro sex, vel octo, certè is reditus vsurarius est, vt dicemus infra hoc libr. quæst. 6. & tamen ei conuenit definitio supra relata: quia est contractus institutus à cõsuetudine, ex quo vnus vendit, & alius emit ius certi reditus singulis annis soluendi in pecunia, ergo non est bona definitio, quia conuenit alijs à definito. Præterea reditus annuus non est à consuetudine tantum institutus cum iure ciuili, & Iustiniani tempore fuerit inuentus, vt dicemus infra libr. 3. quæst. 3. in fin. Aliter definit Ioan. Bap. Lup. coment. 2. de vsuris. §. 2. num. 56. dicens, census est ius percipiendi pensionem, siue in fructibus, siue in pecunia, vel re aliqua vtili, & ante eum ita definiuit Soto de iust. & iure, libr. 6. quæst. 5. artic. 1. colum. 2. Menoch. 3. lib. de præsumptionibus, præsumptione. 107. numero. 3. sed hæc definitio ea ratione subuertitur, tum quia conuenit alijs à definito, videlicet, emphiteusi, & locationi, in quibus datur ius percipiendi pensionem, siue in fructibus, siue in pecunia, vel re aliqua vtili. Tum quia de reditu vsurario prædicari potest, quia vsura esse poterit ius percipiendi pensionẽ, siue in fructibus, siue in pecunia, vel re vtili, si propter mutuationis offi-
3 cium fuerit constitutum. Sunt equidem in iure nostro definitiones admodum periculosæ, vix est enim, vt subuerti non possint. l. omnis definitio. ff. de regul. iuris, quam obrem Iuris Consulti veteres descriptionibus potissimum vtebantur, vt inquit Alciat. in tractatu de eo, quod interest, cap. 3. in fin. Nicolaus Intrigliolus de
4 feudis, quæst. 1. numero. 35. Posset autem reditus annuus strictè sumptus consignatiuusque ita definiri est ius singulis annis certam pensionẽ exigendi super obligatione personali, vel etiam alienis bonis creditori legitimè constitutum. Quæ definitio constat genere, & differentia, generis locum habet, verbum ius, quod non solum de reditu, sed etiam de actione, de seruitute, de dominio, & alijs à reditu diuersis prædicatur: nec obstat sicum Felici, dixeris, quod reditus propriè non est ius, qui in imo ius ex reditu suboritur, estque eius effectus, & ita non recte definitur reditus per verbum ius quoniam causa à
5 causato differt, pro quo facit, quia causa non debet per effectum diffiniri, vt est Bart. doctrina in. l. 1. num. 1. ff. de appellationibus, quia respondeo Bart. doctrinam intelligendam esse de effectu, qui nõ statim ex causa sequitur, sed mediate vt patet in appellatione, cuius effectus est sen-

tentiæ recisio, sed mediatus, quia nõ statim cum est appellatio, est sententia recisa, & sic non bene definitur appellatio per recisionem sentẽtiæ: at verò ex reditu statim, & inmediatè cõsequitur ius & in tali effectu inmediate bene cõsistit & demõstratur reditus essentia, & ita per effectũ inmediatum destruitur actio, dũ inquit iusti in principio instit. de actioni: actio est ius persequendi in iuditio, quod sibi debetur, similiter per verbum ius definitur dominiũ, vsusfructus, possessio, seruitus, & alia passim in iure; vt in propriis titulis videre licet, quæ per effectum inmediatum definiũtur, explicat optimè Deci. in Rub. de probationib. n. 7. idem Deci. in dicta. l. omnis definitio. num. fi. dicens quandoque rem definiri consideratam, prout est in fieri. l. libertas. §. seruitus de statu hominum. Dixi exigendi certam pensionem, vt vtrũque reditum pecuniarium & fructuarium comprehenderem quia in vtroque certa pensio soluitur, dixi in definitione super obligatione personali, vel etiam alienis bonis, vt vtrumque reditum definirem, tàm eum, qui super obligatione personali constituitur, quàm impositum super persona, & bonis: vtrobis quidem modo reditum constitui posse ex multorum oppinione dicam infra, quæstione sequenti. Reliqua verba sunt loco differentiæ: his enim differt reditus ab alijs contractibus, verba super alienis bonis excludunt reditum fundarium, seu reseruatiuum, cum creditor bona sua concedit, & super eis reditum reseruat, etiam excludunt, emphiteusim, & locationem in quibus non ex alienis, sed ex bonis creditoris, reditus, seu pensio persoluitur: dixi legitimè constitutum vt excluderem reditum vsurarium: 6 is enim legitimus reditus non est, sed iure reprobatus, vt dicam in quæstione sequenti, quamuis ciuili iure legitimus, id est legibus approbatus esset, vt dixi supra quæstione præcedenti. Ex hac reditus definitione infertur lapsos fuisse Gomecium in. l. 68. Tauri, numero. 2. & Matien. ad. l. 3. titulo. 15. libro. 5. Recopilation. glossa. 2. & ibi Aceuedo, numero. 1. dicentes emptorem reditus videri domum, vel fundum, super quo reditus constituitur emisse, & breui manu reddidisse venditori, vt super eo reditum constitueret, cuius oppinionis videntur fuisse Palac. Rub. d. l. 68 n. 2. Salazar de vsu & consuetud. ca. 11. num. 91. Castro de annonis ciuilibus in principio, numero. 25. & enim fictio hæc nullo iure probatur, nec licet nobis fingere vbi lex non fingit: fictio enim opus est legis, & ab homine induci non potest, vt docuerunt Bart. l. si is qui pro emptore, numero. 24. & ibi Iason, numero. 175. de vsucapioni, idem Bart. in. l. si forte per text. ibi de Castrensi Peculio. Alciat. de præsumptionibus. 2. parte, numero. 2. Paris Modernus in consuetud. Paris. 1. parte. §. 1. glossa. 5. numero. 40. Et temere præsumit, qui præsumit sine lege, gloss. §. sic itaque in authentico de nupt. gloss. & Felin. capit. iudæi de testi. Repugnatque huiusmodi fictio contrahentium voluntati, & intentioni, qui nolunt fundum reditui hypothecatum emere, seu vendere, sed tantum reditui obligare, vltra quam intentionem non debet actus operari. l. non omnis ff. si cert. pet. atque ita fundus ipse nõ emitur dum reditus super eo constituitur, nec fundi dominiũ discedit à venditore, & illa hypotheca & obligatio

gatio ad reditum nihil cõmune habet cum proprietate fundi obligati, nec aliquid diminuit de essentia dominij & proprietatis fundi, sed est quid prorsus distinctum, imo oppositũ, qua non potest quis habere dominiũ & hypothecam in eadem re, & hypotheca præsupponit dominium esse alienum .l. ex sex tante. §. fin. ibi, nec enim potest pignus perseuerare domino constituto credito re. ff. de exceptio. rei iud. idem est in censu reseruatiuo, qũia in vtroque casu fundus super quo reditus consignatiuus, aut reseruatiuus imponitur dicitur alodialis, vt per Mod. Parisien. in consuetud. Paris. 1. p. §. 46. nume. 2. & ita tenẽt Redoan. de rebus Eccles. Rub. de constitut. cens. num. 6. Nauar. cap. si fœneraueris. 14. q. 3. num. 75. Gutierr. cons. 47. n. 2. Menochius cons. 997. n. 1. li. 10. & tenet Couar. lib. 3. Variar. c. 11. n. 5. Greg. l. 28 gl. 3. tit. 8. p. 5. in. 1. col. illius gl, Quamuis Pelaez ameris de maiora. 1. p. q. 40. nu. 9 scriptum reliquerit credito rem reditus habere vtile dominium bonorum reditui obligatorum, quod falsum est, & ratione caret, sicut & illud, quod scripsit Peretius in rub. titul. 2. lib. 8 ordinamenti, pag. 33. colum. 2. quem secutus est Lasarte de Gabel. cap. 10. n. 20. quod enim emitur in emptione reditus est ius singulis annis certam pensionem exigendi, &c. Vt voluit Auend. cons. 12. Castillo. l. 74. Tau. gl. parte en ella, vers. ex quo vnum singulariter. Cutierrez lib. 2. practicarũ, q. 168. n. 6. Soto de iust. & iure li. 6. q. 5. ar. 1. Res autẽ hypothecatæ reditui manent in bonis debitoris l. pignus. C. de pignoratitia, Fanus de pigno. 3. membro. 2. p. nu. 71. Et pro hac verisima sentẽtia pondero. l. 10. titulo. 17. libro. 9. Recopilat. ibi. De las vendidas y troques, y empeñamientos: vbi sentit l. Regia deberi gabellam de los empeñamientos, quod nullus sanæ mẽtis intelliget de quibus in pignoribus aut hypothecis, sed de his tantũ quæ interueniunt in venditione reditus, prout intellexit Lasarte vbi sup. n. 5. itaque l. Regia cũ venditus est reditus nõ dicit vẽdi bona, sed hypothecari debetur autẽ Gabella non ex vẽditione hypothecarũ cũ nulla sit earũ vẽditio, sed ex vẽditione iuris percipiẽdi reditũ, vt dicã infra lib. 2. q. 4 Nec obstat. l. 3. ti. 15. li. 5. Reco. cuius verba sũt. (Por quãto nos es hecha relacion, q̃ se escusarian muchos pleytos, sabiẽdo los q̃ compran los censos y tributos, los censos è hypotecas que tienen las casas y heredades q̃ compran.) Nã quamuis his verbis (si verũ amamus) satis probatur emptores reditus videri emisse bona, super quibus fuit reditus constitutus, quidquid dicat Aceuedo ibidem: aduertat tamen lector eam. l. a compilatore desumptam esse ex quadam petitione oblata in Toleti curijs anno. 1539, petitione. 11. cuius verba sunt. (Assi mesmo se escusarian muchos pleytos, sabiẽdo los cõpradores los censos y tributos è imposiciones, y hypotecas que tienen las casas, y heredades que compran.) Itaque in prototypo, vnde desumpta fuit. l. Regia, nõ duplicatur verbũ (los censos) superfluè à compilatore duplicatum quod necessario expungi debet, & erit plana, & iuri consona libelli narretiua, prout erat antequam à compilatore deprauaretur. Infertur secundo ad emphyteutam, qui super bonis emphyteuticis annuũ reditũ, irrequisito domino, constituit an ex eo amiserit emphiteusim: si enim reditus est reseruatiuus, cũ bona super quibus reseruatur alienentur (vt dixi supra quæstione præcedẽti, nu. 16.) emphiteuta cadit a iure suo: at vero si

reditus sit consignatitus, non minima est DD. controuersia super co missso. P. Follerius in praxi censuali veri huiusmodi censum supra rebus, num. 21. existimat censum constitui posse, nō super bonis emphyteuticis, sed super fructibus, non constituendo iusuper eis, sed obligado se actione personali ad dandos census super dictis fructibus, & idem repetit ibidem, numero. 41. quem sequitur Aurelius Corbulus de emphyteusi, in titulo de causa priuation. ob alienationem, ampliatione. 49. putant ergo per impositionem reditus super emphyteuticis bonis commissum causari ob alienationem, quæ opinio ex prædictis placere non potest, cum dominium bonorum reditui suppositorū in credito rem nō transeat (vt diximus) bona ipsa alienata dici non possunt, vt inquit text. in l. alienatum. 67. de verborum significatione, pignus autem in bonis debitoris remanet l. pignus. ff. de pignoratitia actione. Hinc est quod emphyteuta potest in rebus emphyteuticis citra consensum domini seruitutem constituere, vt cum Cæpola, & communi resoluit Iulius Clarus. §. emphyteusis, quæst. 21. Vincentius Carrotius in rubric. de locatione emphyteotæ, quæst. 17. potest etiam sine consensu domini res emphyteuticas hypothecare. l. lex victigali, de pignoribus. l. tutor. §. fin. de pignoratitia. l. fin. titulo. 8. p. 5. vbi Greg. Iulius Clarus vbi supra. q. 18. Beroius conf. 127. nu. 11. lib. 1. vbi dicit quod emphyteuta potest bona emphyteutica, tā generaliter, quàm specialiter obligare: Similiter potest reditū super bonis emphyteuticis constituere absque domini consensu, q̄ interminis scripsit Boerius decisione. 181, numero. 2. Redoanus de rebus ecclesiæ nō alienan. Rub. de cōstitut. an cēsus. n. 24. idē volut in feudalibus bonis Paris. Moder. in consuetudinibus Paris. 1. par. §. 11 num. 12. Quod limitandum est, vt non valeat reditus constitutio super bonis emphyteuticis in directi domini præiuditium, & ita finito iure emphyteutæ, finita erit reditus obligatio in bonis emphyteusi, d. l. lex vectigali. de pignoribus text. in. c. 1. §. quid ergo. de inuestitura de re aliena in feudis. Boerius vbi supra late Ioan. Garcia de hypotheca post contractum, quod etiam docuit Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis. 3. p. nu. 70. & sequentibus, & Redoan. vbi supra, quidquid contrarium scripserit Paris. Modernus in consuetudinibus Parisiensib. 1. part. §. 30. numero. 85. Quod sub limitandum, quando res emphyteutica reditibus suppositæ reuersa est ad dominum directum ex necessaria consuetudine, proprioq; iure domini, vt ex commisso, aut sine generationum: secus si reuertatur ex actu voluntario, donatione videlicet, venditione ipsi domino facta, testamento, aut ab intestato: tūc enim non finitur reditus obligatio quia durat ius emphyteotæ in dominum translatum. l. si debitor. ff. quibus modis pignus vel hypo. solui. Ita Boerius vbi supra, titi. 7. Pinelus vbi supra, num. 72. idem Ioa. Garcia sup. num. 19. Paris Moder. in consuetud. Peris. 1. p. §. 18. n. 20. Caldas Pereira, de renouatione emphyteusis, q. 18. num. 17. idem, si reuertatur emphyteutæ renuntiatione, vt per Corbalum de emphyteusi, titulo de causa priuation. ob renunciationem, numero nono. Limita. secundo, nisi emphyteusis concessa fuerit cum pacto de non alienando, vel hypothecando: quia standum erit pacto l. secunda, & ibi notata. C. de iure emphyteotico. l. fin. C. de rebus alienis non alienand. Corbulus de emphyteusi. titul. de causa priuation. ob

in

in obseruantiam pactorum, & ita reditus constitutione super bonis emphyteuticis cadet emphyteutica à it re suo. Et ita fuit resolutum in Rota decisione. 480. nu. 1. & 2. in. 1. p. in nouissimis Rotæ decisionibus. Aduerte tamē quod vtres emphyteutica obligetur reditui oportet quod emphyteuta expresse obliget rē emphyteuticam: nā in generali bonorum obligatione non veniunt bona emphyteutica, vt per Beroium conf. 127. num. 12. & sequent. libr. 1. & Surdum decis. 160. n. 2. 8 Infertur tertio ad eam quæstionem, an reditus annui redimibiles veniant appellatione mobilium, aut immobiliū bonorum, quod vtile erit ad interpretationem vltimæ voluntatis, qua testator immobilia, aut mobilia legauerit, aut immobilia sua maioratus iure reliquerit: in quo non defuit scribentium controuersia, quidam existimauerunt reditus annuos inter immobilia computandos per text. in auth. vt hi qui obligatas se perhibent habere res minorum. §. quoniam autē verficulo fin. collatione. 6. Clementina exiuit de Parad. §. cumque annui reditus, de verborum significatione, quæ iura non locuntur de reditibus annuis luibilibus, sed de perpetuis, vt absque dubio censet Pelaez à Meris de maiorat 1. parte, quæstione. 40. numero sexto: sed cum incertum sit, quando reditus luibiles redimendi sint, perpetui merito iudicantur ex regul. l. sufficit de condiction. indebit. & per eum text. quod reditus etiam redimibiles tanquam perpetui computandi sint inter immobilia, voluit Paris Modern. in consuetudin. Parisiens. secunda parte. §. 57. Gregor. l. 1. titulo. 17. partita. 2. verbo, Rayzes, cum alijs pluribus relatis infra quæstion. 14. hoc libro. Vnde fratres prædicatores horum reddituum incapaces dixit Federi. de Senis cōsilio. 121. Alber. l. mouentium in fi. ff. de verborum, & alios refert Rodoanus vbi supra, num. 27. Petr. Surdus decis. 204. numero. 2. qui prædictam sententiam sequitur. Quod autem reditus annui luibiles ad rationem vnius in quatuordecim comparati intermobilia debeant computari, asserunt prædictus Modernus in consuetud. Paris. 1. part. §. 41. numero. 96. & in 2. part. §. 57. numero. 29. Ciuiente in l. 70. Tauri, quæstio. 25. Rodoanus in tract. de reb. eccles. nō alienand. Rubr. 13. numero. 28. & sequent. pluribus relatis, dicit communem Porcius in suis conclusionibus, lib. 3. conclus. 11. sequitur Canalcan. de vsufructu mulieri relicto, num. 82 pag. 233. Pluribus tamen placuit reditus annuos nōn esse propriè loquēdo bona mobilia, neque immobilia, sed tertiam speciem constituere, vt nomina debitorum l. quam Tuberonis. §. fin. de peculio. Huius sententiæ fuit Panor. c. nulli, colum. 3. de reb. eccles. non alien. refert plures Tiraquellus de retract. lib. 1. §. 1. glos. 6. num. 3 idem prædictis nō relatis voluit Mieres de maior. 1. p. q. 40. n. 13. Gutierrez in practicis quæstion. lib. 3. q. 83. n. 7. & n. 14. & lib. 2. q. 146. n. 3. in. 4. opinione fuit Alciat. in l. mouentiū, nu. 6. de verbor. signif. qui existimat quod si redituum dies iam cessit, & deberi incipiāt mobilibus æquiparādi sūt, alioquin immobiliū potius similitudinē obtinere. Ego arbitror huiusmodi reditus, neq; bona mobilia, nec immobilia dici posse, nec tertiā speciē cōstituere: nā summa rerū diuisio est in corporales, quæ quidē tāgi possūt, vt fundus, homo, equs, & in incorporales, quæ tāgi nō possūt, vt iura, & obligationes quo quomodo cōtractæ. l. 1. §. præterea. ff. de rerū diuis. 9

Rursus res corporales mobiles sunt, aut immobiles. d. l. quã Tuberonis. §. in peculio. l. 1. ti. 17. p. 2. cũ ergo reditus annui quos iura esse dixim⁹ in definitione sub illo genere sub alterno rerũ corporaliũ, q̃ de mobiliũ, & immobiliũ specieb⁹ prædicatur, nõ sint, inepti est quærere, an reditus annui sint mobilia, aut immobilia bona, & ineptius dicitur reditus huiusmodi tertiã speciẽ à mobiliũ, & immobiliũ speciebus constituere: reditus enim nõ sunt de dicto genere corporaliũ, & cõsequenter nec de eius speciebus, quia procedit argumẽtum de genere ad species negatiuè, gl. vbi DD. l. si causa cognita. C. de transactionib. & ideò valet cõsequẽtia, reditus annui nõ sunt res corporales, ergo non sunt res mobiles, neq; immobiles, sic argumentatus est Baldus, quem refert Alex. cons. 52. numero. 3. libr. 1. & in specie nostrorum redituũ Paris Modern. in consuetud. Parisiens. 2. part. §. 57. numer. 19. Ioan. Lup. Palac. Rubios in l. 70. Tauri, colum. 4. ad quæ non aduertit diligentissimus Pinel. in Rubr. de bon. mater. 1. p. num. 24. vbi aliorũ secutus traditiones minus apte scripsit iura, & actiones tertiam speciẽ à mobiliũ, & immobiliũ speciebus cõstituere, & ita etiã inaduerter cõtrariũ scripsit Castro de annonis in prin. n. 35. vbi reprobat Ioã. Lupũ sup. relatũ. Fateor tamẽ quod si reditus annui sub altera specierum mobiliũ, aut immobiliũ necessario collocãdi sint ex mẽte quidẽ legis, testatoris, aut cõtrahentiũ, ex qua videatur de reditibus quoque actũ esse, tunc sequentur immobilium naturam, vt optime adnotat Tiraquel. dict. libro. 1. §. 2. glos. 6. numero. 4. & ita intelligo tex. in clementina exiui. §. cumque annui reditus. de verb. signif. nõ enim dicit reditus annuos esse bona immobilia, sed censeri inter immobilia eo videlicet casu, quo sub altera specierum mobiliũ, aut immobilium collocãdi sunt, quarum diffẽtiat Pot. Surd. vbi supra. numer. 8. Quæ limitãda sunt primo in reditibus ad modicũ tẽpus constitutis. Hi enim eo casu inter mobilia cõputabuntur ex Tiraq. vbi sup. Paris. Mod. d. §. 57. num. 23. vbi n. 24. & sequen. explicat quod modicum tẽpus iudicandum erit. Secundo limitabis in reliquis, seu pẽsionibus reditum decutis, quarũ dies iam venit: nam ille inter mobilia computãtur, ex Alciat. vbi sup. quem pluribus refert Tiraquel. d. glos. 6. n. 10. & Paris. Mod. §. 57. nu. 26. in fine cuius rei ratio est: quia statim cum cedunt pensiones desinunt esse de corpore, seu re principali, & sunt tanquã proprietas separata, sicut fructus separati sunt corpus mobile stans per se, vt post alios explicat prædictus Mod. vbi sup. 1. part. §. 1. glos. 1. nu. 36. in fine. Bal. c. quæ in ecclesiarum, colu. 4. vers. idem in pensionibus de constitu. Vinc. de Franch. decis. 254. n. 5. 2. par. An autem reditus merè perpetui computẽtur inter immobilia, & excusent à satisdatione, consule Tiraquel. vbi sup. ex quo inferas quod cũ reditus annui, etiam perpetui non sint bona immobilia propriè loquẽdo, nõ erit locus retractui iure sanguinis in ipsorũ venditione, modò venditus reditus antiquitus constituti, modò nouè cõstituãtur per vẽditionẽ. Castillo d. l. 74. Tauri. gl. parte ea ella, vers. ex quo vnũ singulariter Couar. lib. 3. var. c. 11. n. 5. ad fi. & ex multorũ cõcẽtia, scripsit Acouedo ad. l. 7. tit. 12. li. 5. recop. n. 12. Tiraq. qui idẽ volunt seclusis Frãcię cõsuetudinibus li. 1. retractus. §. 1. gl. 6. n. 3. quãuis eũ in cõtrariã sentẽtiã referat Acouedo vbi sup. & prędictã sentẽtiã sequutus est Gutier. lib. 3. pract. q. 83. n. 6. & n.

16.& libr.2.pract.q.146. Et quid si quis faciat maioratũ de omnibus bonis suis mobilibus,& immobilibus, an comprehendãtur reditus annui? videtur q, sic,ex cõmuni vsu loquẽdi Hispanię,quia eiusmodi sermonẽ intelligimus generaliter,etiã de nominibusdebitorũ,iuxta notata à Mieresde maioratu.1.p.q.59.n.3 si tamẽ verborũ proprietas attenditur,aliud dicẽdũ est ex his quæ diximus:& opinionẽ Pelaez à Meris,sequitur Castr. 12 de annonis in prin.n.35. Infertur.4. ex prędicta reditus difinitione ad aliã quæstionẽ,an reditus annuus locari possit:quã quæstionẽ inter scribẽtes & tractatus de reditu nõ inuenisse testatur Vincẽtius Carrotius de locato & cõducto sub Rub.de cẽs.n.1.existimatq; alteri locari posse,non autẽ reditus vẽditori:quia esset cõductor rei propriæ cõtrã.l.nec pign9.de regulis iuris,in quã sẽtẽtiã refert Ruinũ cons.160.n.2.volu.1,Ego cuicũq; etiã vẽditori redit9 annui locatio nẽ fieri posse cẽseo:ius enim illud singulis annis certã pẽsionẽ exigendi,iure optimo locatur eiusdẽ iuris vẽditori, sicuti fundũ,quẽ mihi vẽdidisti, tibi locare valeo.l.quædã mulier.ff.de rei vẽdicatione,nec in proposita specie vẽditor reditus annui,ipsũ cõducens ab emptore,videri potest rẽ propriã cõduxisse: nã licet ipse sit dominus rerũ reditui suppositarũ,nõ est dominus ipsius reditus,nec iuris percipiẽdi pensionẽ singulis annis, nec illud possidet,ut docet Nauarr.c.1.14.q.3 n.137.Huius etenim iuris dominiũ emptori per reditus constitutionem acquiritur,& illud quasi possidet emptor, & ius istud quod venditori locatur in reditus locatione, non est res censui obligata, nec eius fructus. 13 Simile est quod Parochus,qui ius decimandi habet, potest parrochianis decimas debentibus locare facultatem illam,& cõmoditatẽ fructus percipiendi,iuxta tx.in cap.2. de locato,& agnoscit Carrotius vbi supra, in rub.de decimis n.5.& seq.sic etiã potest debitori ius reditus locari per creditorem,nec rei propriæ,sed alienæ debitor conductor erit. Infertur 14 quinto,quid respondendum sit,cum quæritur an reditu annuo in dotem dato pensiones constante matrimonio percepta debeant vxori restitui,soluto matrimonio:cum enim ius illud singulis annis pensiones percipiendi in dotem concedatur,& pensiones ipsæ sint fructus illius iuris dotalis, iure optimo ad maritum pertinebunt dum constiterit matrimonium.l.pro oneribus. C. de iure dotium, & inter acquæstus cõputabunt, vt inter coniuges diuidentur iure nostro Hispano.l.2.titulo.9 libro.5.Recopilation.quod in reditibus perpetuis,& in reditibus hibilibus receptum est, argumento tex. in l.dotis fructus.§.si vsusfructus.ff. de iure dotium vbi si vsus fructus in dotem datus sit,soluto matrimonio non restituuntur fructus, sed illud ius vtendi fruendi: ita censuerunt Gregor.in.l.25.& in.l.27.titulo.11. part.4. Sarmient.libr.3.selectarum, cap.10.Espino de testamentis,gloss. 13.numero.67. Ioan. Garcia de expensis,capit.23.numero.5.& in tractat.de coniugali acquæstu,numero 15 174. Quod limitandum est in reditu certi temporis, videlicet, annuo,vimo,trimo,aut decenali:tunc enim fructus eorũ annorum quasi certa quantitas in dotem constituuntur,& reputantur: nec in his datur alia propietas à fructibus separata,quemadmodum in.1.casu quando reditus perpetuus,aut redimibilis in dotẽ datur: quoniã tunc pẽsiones distinguntur à reditu,id est,iure singulis annis pensiones percipiendi, pro

quo expẽditur tx. in l. vxori. 36 ff. de vsufru. legato vbi vsusfructus in quinquenniũ relictus nõ finitur morte vsufructuariæ quia cũ fructus annuus relictus est ad certũ tẽpus, videtur certa quãtitas in illos omnes annos distributa legata, ideo ibi nõ attẽditur mors fructuariæ, ita eum tx. explicat Ioã. Garcia. d. c. 23. n. 5. sed certè tx. ille nõ probat eo casu vsũfructũ morte vsufructuariæ nõ finiri: finitur quidẽ iuxta regulã tx. in. § finitur instituta. de vsufructu. & consolidatur cũ proprietate hæredis cõmodo vsque ad quinquenniũ, vt explicat Alberi. ibidẽ quidquid sibi velit Ioã. Carc. contra quẽ allego, tx. in l. ambiguitatẽ. C. de vsufructu, vbi si testator reliquit vsũfructũ vxori donec eius filius peruenisset ad. 20. annũ, nõ finitur vsusfructus etiã si filius moriatur antequã perueniat ad iustã ætatẽ, finitur tñ vxoris morte, quare melius põt allegari in prædictã sententiã, tx. in l. in singulos annos, iũcta gl. ibi verbo nõ finitur, vbi probatur q. quãuis legatũ vsusfructus simpliciter relicti differat, allegato annuo, tñ si vsusfructus sit relictus in singulos annos, vel in quinquenniũ. nõ differt ab annuo legato: quia cẽsetur tũc quãtitas in illos annos distributa legata, sed nõ ideo minus morte finitur, vt in l. 4. ff. de annuis legatis. Cũ autẽ reditus bimus, aut trimus in dotẽ datus cẽseatur certa quãtitas dotalis iure optimo restituẽtur pẽnones solu. matr. q. notãdũ est pro dotibus in sacerdotij fructibus cõstitutis, in quibus frequẽs est quæstio prædicta. Secũdo quæ diximus limitat Sarmiẽ. vbi sup. n. 6. in reditibus ad vitã: si enim mulier vniuersa bona, in quibus est redit9 ad vitã, marito in dotẽ dederit, existimat solu. mat. restituẽdas pẽsiones omnes, eo cõstãte, perceptas, aliud tñ cẽset si redit9 vitalitius fuerit specialiter in dotẽ cõstitutus. 16

Sed eius distinctio verbalis, potius, quã realis videtur, & absq; cõgrua ratione differẽtiæ deducta: nec minus dotalis est reditus sub generali omniũ bonorũ dote, quã specifice marito in dotẽ cõcessus arg. l. quæ de tota. ff. de rei vẽdicatione, ideoq; vtrobis casu pensiones, constante matrimonio perceptæ non restituẽtur, eo soluto: ius enim illud pensiones percipiendi singulis annis differt à pensionibus, sicut fundus differt à fructibus separatis à fundo, & merx dicitur huiusmodi ius, atq; inter immobilia computatur ex multorũ sententia, vt supra diximus, & quemadmodum fructus iuris vsusfructus in dotem dati non restituuntur, soluto matrimonio. l. cũ in fundo. ff. de iure dotium, l. vsusfruct. ff. soluto matrim. ita pẽsiones reditus vitalitij in dotẽ dati restitui non debent. Nec obstat si dixeris cum Sarmient. quod morte vxoris finitur reditus, & ita pensiones perceptæ ipsam reditus substantiam consumunt: quia idem contingit in vsufructu dotali, & tamen fructus a marito percepti restituendi non sunt, vt probant prædicta iura cum enim res dotalis sua periodo & natura finitur absque mariti culpa, nihil marito imputatur, nec verum est pensiones huius reditus non redire: redeunt enim singulis annis dum vxor vixerit: & quãuis non redirent singulis annis non ideo sequeretur ad maritũ nõ pertinere, cũ ad eum nõ tãtũ dotaliũ rerũ fructus, & reditus, sed etiã omnes prouẽtus, obuẽtiones, & emolumẽta, & quæcũq; ex re perpici possunt, pertineãt sicuti ad fructuariũ. l. vsufructu. legato. l. itẽ si fundi. ff. de vsufructu. & diximus supra. q. 1. & probat etiã tx. quẽ pro sua opinione notat Sarm. l. si fundus in dotẽ. ff. sol. mat. ibi. *Lapidicinarũ cõmodũ ad maritũ pertinere cõstat.* Nã lapis cẽsus ad maritũ pertinet, nõ tã- 17

quam

quam fructus,sed tanquam commodum dotalis fundi,& sic non est cõtrarius,sed conueniens,text.l. diuortio.§.si vir in fundo.ff.eodem tit.ibi. *Marmor quod cessum nec exportatum est, maritiest.* Non quod marmor sit fructus cum nõ renascatur,sed tanquã commodum.Differunt tamen casuseorũ iurium:quia in.d.l. si fundus quando fuit dos constituta, in fundo dotali cedebatur lapis, & lapidicinis erat distinatus fundus, & ideo illud commodum, & lapidicinarum, obuentiones iurisConsultus appellat fructus, generaliter enim commoda, & obuentiones dicuntur fructus simpliciter: quia sunt fructus ciuiles. dict. l. loci corpus. §. 1. & supra diximus,at in.d.§.si vir in fundo maritus in dotali fundo lapidicinas inuenit,quibus fundus nõ erat destinatus,& q, tx.ibi dicit. *Quod marmor excessum non est in fructu*: intelligẽdũ est de fructu naturali,qualis est ille, qui renascitur,& immediatè producitur à re,iuxta nota.l.ex diuerso.de rei vendi.& in. c.grauis de rest.spolia.quod patet ex verbis sequentibus in.d.§. si vir,ibi. *Nisi talis sit vt lapis ibi renascatur,* 18 quales in Gallia sunt, & in Asia.Nec etiam obstat quod adducit Sarm.de debito mille,quorum singula centũ singulis annis soluenda sunt:quia verũ est q, si in dotem dẽtur ipsa mille sũt dotalia:at in nostro casu pẽsiones vitalitij reditus nõsunt in dotẽ datę, sed ius ipsius reditus, q, à pẽsionibus diuersum,sicut à fructibusfundũ esse diximus:ex quo patet respõsio ad.l. vxori.4.de vsufruct.leg.ibi enim pecuniæ testatori debitæ sors erãt,non sortis fructus. Ideo nimirũ si ad fructuariã vxorẽ nõ pertineãt,sed ipsarũ pecuniarũ fructus,vt vsurę,quę obtinẽt vicem fructus.l.vsurę vicem.ff. de vsuris: itaque,siue reditus in dotẽ datus sit perpetuus,siue ad vxoris vitam pensiones,constante matrimonio,percepta restituendæ non sunt, 19 soluto matrimonio.Sed quid fiet de pensionibus eius anni,quo matrimonium solutum est? vide quæ tradũt Casanens.in consuetud.Burg. Rubr. 4.§.2.numer.20. & sequent. optimè Peregrinus.de fideicommissis, artic. 49.§.2.num.100.Ayora de partitio. bonorum.1.p.c.6.numero.9. Reditus mẽstruus,siue vsurarius variè quoque à Doctoribus definitur, vt per D.Antonin.in Summa.2.part.titulo 1.capit.6.§.1.Couarru.libr.3. Variarum,capit.1.num.1. Perez ad titulũ 2.libr.8.ordinam.pag.16.column.2. Ioan.Bapt.in tractat.de vsuris comment.1.§.1.numero.11.Villagutam. de vsuris,quæstion.1.numer.42. sed aduerte:aut quæritous de vsurario reditu, aut de reditus vsurarij delicto, reditus ipsè vsurarius est lucrum supra sortem exactum propter mutationis officium, vel breuius reditus vsurarius est lucrum ex mutuo exactum. Sed si agimus de delicto,potest ita definiri. Vsura est voluntas 21 capiendi, vltra sortem lucrum aliquod temporale vi, & causa mutui principaliter:ita definiuit Couarruuias vbi supra,& in idem incidit difinitio Villagutæ, dicto numero.42. Hæc autem difinitio solum mentalẽ, nõ etiã actualem vsuram complectitur. Mentalem dicimus, cùm 22 quis mutuat decem Titio spe conse quendi ab eo vnum vltra sortem, aliàs non mutuaturus, capit.consuluit.de vsuris. Actualem, seu exteriorem appellamus, cùm quis pacto expresso mutuat decem, vndecim recepturus, idem si tacitum sit pactum: quia videlicet nutu suam insinuat voluntatem, vel verbis, quemadmodum si dixerit creditor ecce mutuo tibi decem, tu autẽ scis vsum,ego non habeo,vnde viuã so- 23

les esse gratus alijs, vel similia. Ista quidem exterior vsura dicitur, vt notat Soto. de iustitia & iure, libro. 6. quæst. 1. articul. 1. non tamen comprehenditur sub illo verbo, voluntas capiendi, &c. quidquid dicant Couatru. & Soto, vbi supra, erit tamen vsuræ exterioris delictum conuentio capiendi vltra sortem lucrũ aliquod temporale vi, & causa mutui principaliter, verbum autem, lucrum, implicat omnem accessionem debitori onerosam, & excludit iustam damni creditoris compensationem. Verbum, vi, comprehendit, tàm expræssum, quàm tacitum pactum, & excludit liberalem, & merè spontaneam debitoris remunerationem; quæ nunquam est usura, sed mera donatio. præterquam si creditor, ea sola spe, & principaliter ab initio motus fuerit ad mutuandum propter lucrum: quia vsura illa mentalis esset, & peccatum cum obligatione restituendi, si creditor causa mutui intendit recipere, & re vera ita recepit, licet omni conuentione cessante, text. capitul. consuluit de vsuris. Quodq creditor corruptam habuit intẽtionem mutuans spe lucri principaliter, debitor tamen non ratione mutui, sed gratis, & liberalitate donauerit quantumcumque creditor viciosa intentione peccauit non tenebitur restituere, nisi intelligat debitorem quoque ratione mutui dedisse: tunc enim ad restitutionem tenetur, non quidem simpliciter, sed ratione errantis conscientiæ: quia putat se retinere alienum, sic videtur componenda Doctorum controuersia, de qua per Abb. & alios dict. capit. consuluit Antonini in summa. 2. part. capit. 7. §. 33. Felician. de censibus, capit. 5. numero. 13. Alexand. consil. 93. libro. 6 Sotum de iustitia & iure, lib. 6. quæstion. 1. artitulo. 4. versiculo, quarto modo conringere potest. Et ita intelligendus est text. cap. sicut, 1. quæstion. 2. dum inquit, *Oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non exambientis petione processerit.* Non enim impingit creditori labem si nec petit, nec scit sibi in pretium propter mutuum rependi: nam si sciens, & prudens ex illa mutui causa recipit, idem est ac si peteret. Prædictis tamen obstat text. in capit. fin. de simonia, vbi simonia mentalis, nullo interueniente pacto, per pœnitentiam solam diluitur, neque ad resignandum beneficium obligat, quod tali affectu susceptum est, ergo similiter vsura mentalis, nullo interueniente pacto, per pœnitentiam deleri debet absque restitutionis obligatione, Soto in dicto capit. 4. existimat eum text. nihil obstare: quia nihil aliud vult quam quod si obsequia, vel munera quis obtulit Episcopo eo affectu, vt illorum intuitu sacerdotium obtineret, postea tamen scit sibi collatum fuisse non ratione munerum, sola pœnitentia deletur culpa præterita, non tamen tenetur resignare: quia collatio non fuit verè simoniaca. Verum hic intellectus non conuenit, dict. cap. fin. vbi vtriusque dantis, & accipientis mens fuit deprabata, vt probatur ibi, sed effectu animi præcedente vtrinque taliter acquirunt: ergo culpa non stetit solum ex parte monachorum, vnde idẽ Soto, lib. 9. de iustit. & iur. quæst. 8. art. 1. ad fin. confugit ad intellectum Adriani ab eo relati, qui literam, & contexturam text. violat, vt colligat conclusionẽ communi contrariam, videlicet, simoniacos mentales obligari ad restiturionem, & resignationem dati, & susceptibeneficij, nullo præcedente pacto, tacito, vel expresso, neq; dari differẽtiã inter vsu-

ram

ram mentalem, & simoniam mentalem. Hunc intellectum Adriani diligenter impugnat Nauarr. in manuali, capitul. 23. numero. 103. Retento igitur communi intellectu, &
26 Doctorum traditione inquirenda est differentiæ ratio inter vsuram mentalem, & simoniam mentalem: quare illa ad accepti restitutionem obliget, hæc minime, huius rationis inuestigatio omnium Doctorum exercuit ingenia. Hostiensis, vt ab eo incipiam, in hoc discriminis rationem constituit: quia vsura, vtraque lege damnatur, & semper prohibita est, nec recipit etiam Summi Pontificis dispensationem, capit. super eo, c. cũ tu. de vsuris, sed in acquisitione beneficij ecclesiastici per simoniam Papa potest dispensare, & hoc casu intelligit text. in dict. cap. fin. cum quo transit Enricus Bohic, ibidem, numero tertio. Sed hic intellectus duplici ratione refellitur, primo quia text. ille non loquitur de huiusmodi simonia, quia prohibita, sed de prohibita iure diuino, vt & aduertit Soto, dict. quæstion. 8. articul. 1. v. corollario. 6. Denique secundo, quia intellectus restringit text. ad simoniam, quia prohibitam cum sit eius dispositio generalis, & generaliter intelligenda. l. 1. versic. generaliter de leg. præst. Aliam diuersitatis rationem assignat Archid. cap. 1. 14. q. 3. n. 3. dicens in simonia mentali ex parte dantis, & accipientis versari turpitudinem, & ideo danti non fieri restitutionem: quia potiorem esse possessoris causam oportet in pari causa turpitudinis, at in vsura mentali solus accipiens turpiter operatur, c. debitores de iureiur. quoniam de vsuris consequens, ergo est, vt danti fiat restitutio, & miror. D. Nauarr. qui in d. c. 23. n. 103. vers. tũ quia etiã alia, hanc sibi vendicat differentiæ rationẽ, eamq; nouã dicit cũ sit scripta ab Archid. & Enrico Bohic vbi sup. alias referunt Anan. & Marian. Soc. in d. c. fin. de simonia: solet assignari alia, quia nõ solũ illicita cõuentio, sed etiã spes recipiẽdi vsuras prohibetur lege Euangelica, iuxta illud mutuũ dãtes nihil inde sperantes, at in simoniæ illicita conuentione non spes prohibetur iuxta illud Euangelij gratis accepistis gratis date. Vltimo, quia præcepta diriguntur ad dilectionem Dei, & proximi, & præceptum illud, mutuũ dantes nihil inde sperantes vtrumque includit, & ideo vsurarius mentalis non tantum debet Deo satisfacere per pœnitentiam, sed etiam proximo ob interesse, ideoque tenetur vsuras restituere? at præceptum illud, gratis accepistis gratis date, tendit duntaxat ad dilectionem Dei, & rei sacræ reuerentiam. Ideo simoniacus mentalis Deo solo debet per pœnitentiam satisfacere, nec tenetur restituere, & si nulla earum rationum concludens videatur, humiliter tamen assentiendum est declarationi Pontificis, dicto cap. fin. licet rationem, quæ motus fuerit non attingamus, capitul. ego solis, 9. distinct. & admonet Nauarr. vbi supra.

Ex quæst. sequen.

AD inquirendam vsuram explorandum est, an contractus complectatur rationem mutui, numero primo.

Dissen-

Differentiæ inter mutuum, & emptionem reditus, numero. 2. & seq.

Mutui definitio, numero. 3.

Mutui quatuor requisita, numero quarto.

In annuo reditu perpetuo, seu redimibili pretium perpetuo alienandum est, ita quod venditor nunquam obligetur ad illud restituendum, numero. 5.

In mutuo obligatur mutuatarius ad restituendum idem genus, & quomodo intelligatur, num. 6.

Explicatur text. l. 2. §. mutui datio ff. si certum petatur, numero septimo.

An in mutuo liceat soluere aliud pro alio, inuito creditore, numero. 8.

Forcatuli intellectus ad. §. mutui datio, numero. 9

Mutui substantialia, numero. 10.

Ratio quare usura committatur in mutuo vero, vel ficto, & non in alijs contractibus ibidem.

Vitiari pactum in mutuo de reddendo aliquid vltra sortem, numero. 11.

Pactum de reddendo aliquid vltra sortem non efficere, vt mutuum transeat in aliam cõtractus speciem, num. 12.

In contractu reditus annui nullo casu obligatur debitor ad sortis restitutionem, num. 13.

Nec aliquid accipitur vltra sortẽ, sed loco sortis alienatæ, n. 14.

Propria usuræ ratio, numero. 15.

Contractum reditus annui iusto pretio constituti, alio cessante vitio, usuram non esse, numero. 16.

Hispanorum lege iustum annui reditus pretium determinatur, numero. 17.

Reditus annui multum symbolizãt cum sorte, & pecunia numerata, numero. 18.

Ex quo plures errorum causæ tam theologis, quam iurisperitis, numer. 19.

Realiter & substantialiter differre mutuum ab emptione reditus annui, numero. 20.

Constitnitur patens mutui, & reditus annui differentia, num. 21

Annuus reditus non est usura, sed vera merx, & res empta, numero. 22.

Annuos reditus computari inter immobilia, num. 23.

Annui reditus contractus probari Summorum Pontificum extra uagantibus, & Pij. V. Motu Proprio, num. 24

Reditus annuos, octo conditionibus interuenientibus, approbari à Summis Pontificibus, numero. 25.

An omnes octo cõditiones sint necessariæ ad annui reditus contractus iustificationem, numero. 26.

Redi

Reditus annuus, an constitui possit super obligatione personali tantum absque bonorum hypotheca, numero. 27.29. & 34.

Motus Proprij Pij. V. decisionē de censibus apud Hispanos usurceptam non esse, & ad suam sanctitatem Regio nomine supplicat fuisse, numero. 28.

Reditum annuum super obligatione personali tantum constitui non posse cum communi, numero. 30. & .32.

Respondetur contrariæ opinionis fundamentis, numero. 31.

Pij. V. constitutio admodum adiuuat communem sententiā, de reditu non constituendo super obligatione personali tantum, num. 32.

An solitus suas locare operas possit censum super personali tantum obligatione constituere, numero. 33.

Eligitur vt verior opinio, quæ habet reditum annuum seclusa Motus Proprij dispositione super obligatione personali tantum constitui posse, numero. 34.

Reditum constitui posse a principio super obligatione reali, & hypothecis tantum sine personali obligatione, num. 35,

Quæstio. IIII.

An licita sit emptio reditus annui, & in quibus differat à mutuo?

1 CVm vsuraria prauitas in solo mutuo cōmittatur ad peipēdendū de vno, quolibet cōtractu, an vsurarius sit, explorādū est, an aliquā cōplicet ratione mutui, pro quo pretiū redditur tūc enim sēper vsurarius erit aliàs minimè hanc regulā fallentiæ nescia dixit Fr. D. à Soto lib. 6. de iusti, & iur. q. 1. art. 1. in. 3. concl. tradit etiā Menoc. cōs. 300. n. 57. lib. 3. sunt ergo retinēdi certi termini, præsertim vsitati, ne sequatur in extricabilis confusio, vt in simili dixit Bar. in tract. de albeo, in vers. nonus in principio, deinde excutienda ad vnū totius materiæ fundamenta. Præcipuè autē termini sunt duo in hac materia, videlicet, mutuū, & emptio reditus: ad ampliorem tamē doctrinam videamus, quid sit vtrique proprium & in quo differant: Mutuum igitur,

2 vt à diffinitione incipiam, est cōtractus, quo res nostras, quæ pōdere, numēro, mēsura vè consistūt, alteri damus gratis ad aliquod tēpus, vt idē genus nobis reddatur, probat tx. & ibi tradūt DD. quamuis non ita exactè in l. 2. si certum petat. ff. l. 1. tit. 1. partit. 5. dicitur in definitione res nostras: quia mutuās debet esse dominus, vel qua si dominus rei mutuandæ, dicta. l. 2. § mutui datio, vel haberi loco domini, vt seruus, & filius familias, qui & si non sint domini numorum,

3 pecu-

peculiarium, tamẽ vice domini, seu patris mutuant, intelligiturque pater, seu dominus mutuasse : per illa verba definitionis, pondere & mensura, &c. commodatum excluditur, in quo non veniunt huiusmodi res, sed species, quas non alias eiusdem generis reddimus: dicitur alteri damus : quia dare est dominium transferre. §. sic itaque discretis. instituta de action. quo commodatum depositum, & pignus excludimus, vbi non fit dominij trãslatio, sed ad alium finem rei traditio: adijcitur in definitione, vt idem genus nobis reddatur: quia si ad eadem illa, quæ quis mutuo accepit, reddenda, obligaretur, vsus mutuo datarum rerum nullus esset, nec mutui contractus: & per illa verba etiam excludimus contractus innominatos, do, vt des, vbi non idem genus, sed aliud pro alio redditur, l. final. ff. de præscript. verb. Præterea aduertendum est in
4 mutuo quatuor requiri. Primùm, quod pecunia fiat accipientis: secundùm, quòd gratis: tertium, quòd detur ius vtendi aliquo tempore, hæc duo perperã à Bart. & à Doctoribus ommittebantur, dum ageret de mutui descriptione in dict. l. 2. in fin. ff. si certũ pet. Et secundũ requisitũ mutui etiã ommittitur ab Alfonso Villagut. in tract. de vsuris, q. 1. n. 2. Quartum, quod accipiẽs obligetur cũ effectu ad idem genus, siue ad tantundẽ in genere restituendum: ita vt nullo interitu liberetur. l. 2. in principio. ff. si certũ petatur: primum non est proprium, nec peculiare mutui, cum emptioni quoque, & alijs contractibus conueniat, nec etiam secundum, cũ recipiatur in donatione, & deposito facto ad numerum. l. Lucius. ff. de po
5 siti: Sed tertiũ, & quartũ est propria differẽtia mutui, & propter quartũ differt ab emptione reditus, siue perpetui, siue tẽporalis, in qua recipiẽ, si ue vẽditor nullomodo obligatur ad restituendum pretium, siue pecuniã ob id acceptã, nec in corpore, nec in genere, sed prorsus, & perpetuo alienatur sinespe vnquã repetendi: quia vera venditio ibi contrahitur vt resoluit Greg. l. 28. titul. 8. part. 5. verb. à censo, Couarru. lib. 3. Variar. c. 7. n.
6 2. & c. 9. n. 4. sequitur Lasarte de decima vend. c. 10. n. 4. cuius ex diametro oppositum est in mutuo, in quo licet pecunia fiat accipientis, non tamen libere, nec perpetuo alienatur: quia mutuatio non est alienatio, sed administratio, l. rogasti. §. si fugitiuus; vbi notant Alexander, Decius & alij. ff. si certum petat: quia vertitur in creditum, & accipiens obligatur ad restituendum idem genus, non in abstracto, vt logici dicunt, sed veram, & realem substantiam
7 genere (seu vt logicè dicamus) specie & qualitate (non in individuali corpore) eandem, & certam. Et hoc est quod voluit text. ille vulgaris, & clarissimus, aliquorum interpretum culpa obscuratus, & transpositus in. l. secunda. §. mutui datio, ff. si certum petatur. Quod res mutuabiles recipiunt in genere suo functionem, idest formalem, & substantialem æquipollentiam, vt vna res fungatur vice alterius vniformiter & substantialiter, idque per solutionem (idest per soluendi facultatem) quam specie (vt habet vera litera) vel secundum vulgatam literam, quæ in ijdem recidit potiusquã per speciem, idest, magis quã per ipsum corpus individuũ mutuo traditũ: nõ enim illud in diuiduũ est in obligatione. Rursus nec genus abstractũ, aut quid in certũ, sed certa substãtia, quæ certitudo non est restricta ad ipsum corpus in individuo mutuatũ, sed ad substã

tiam

tiam eiusdem generis, qualitatis, & quantitatis, quod per solutionis facultatem pulchre veluti experimento palpabili cognoscitur.

8 Nam, si ipsum mutuatum corpus attendas, est facultas soluendi aliud pro alio, si verò genus qualitatem, & quantitatem, non est facultas soluendi aliud pro alio, imo: quia obligatio non est contractu ad ipsũ corpus mutuatum, sed ad idem in genere. & quantitate non offenditur, (etiam immutuo) sed stat illibata regula, quod aliud pro alio nõ soluitur, maxime, quia id, quod soluitur recipit functionẽ, ideoq; subrogationẽ consubstantialem, & identificam cum re mutuata, quæ functio accedit, & fit per solutionem id est soluendi facultatem, quia satis est tantundem soluere, non autem per speciem, seu corpus mutuatum. Hæc libuit ad notare: quia DD. text. clarissimum obscurarunt, & Forcatulus in, sua penu, cap. 16. vim inferre ipsi litteræ tex. & verba eius transponere ausus est, & ad prędicta reducẽda sunt, quæ circa intellectum illius text tradit Otoman. de vsur. lib. 1 cap. 2. Sed

9 ad rem illa, quã diximus est propria, & substantialis differentia vtriusque contractus, mutui, & annui reditus, ex qua apparet vsuram propriè, & stricte sũptã solũ cadere in mutuo, nõ autẽ in emptione annui reditus, q; ex eo cõstat: quia de substãtia mutui est (vt

10 prædiximus) q; fit officiũ gratuitũ, & q; recipiẽs obligetur ad restituẽdũ, idẽ genus tantũ, & nõ potest in plus obligari, vt probat tx. in l. si tibi decẽ in principio. ff. de pactis. l. rogati. §. si tibi decẽ. ff. si cert. petat. ex quo colliges rationẽ, cur vsuræ crimẽ in mutuo tantũ cõmittatur, nã mutuũ cõsistit in his rebus, quarũ vsus est ipsarũ cõsumptio: vnde nõ debet in rebus fungibilibus vsus earũ seorsim cõputari: quia cui conceditur earũ vsus, cõceditur & res, & si quis vendat vinũ, & seorsim vẽdat eiusdem vini vsum, rem ipsam bis vendit, vel bendit, q; non est ac si esset. Similiter iniustitiã committit, qui mutuat vinum petẽs duas recompensationes, pretium vini, & pretium vsus, id est vsuram, vt post D. Thom. adnotat Villagut. de vsur. q. 1. n. 49. secus in alijs rebus nõ fungibilibus, quarum vsus non est, ipsarum consumptio, vnde pro earum vsu pretium rectè exigitur, quod etiã post alios à se relatos tradit Felician. de censibus, cap. 5. num. 14. libr. 1. Si

11 verò conueniat, quod recipiens mutuum teneatur aliquid reddere vltra sortem, non valet pactũ ipso iure, nullaque oritur obligatio in eo, q; est vltra sortẽ, vt probãt dicta iura, quia est cõtra substitiã act9. Nõ autẽ sufficiet

12 nec sufficiet tale pactũ, vt act9 trãseat aliũ cõtractum: quia nec natura contractus, quia retrahitur, nec verba patiuntur, pro quo faciunt notata per Bart. & DD. in l. vbi ita donatur. ff. de donatione causa mort. Tum, quia tale pactũ est verè vsura, patet: quia illud solum præstatur propter vsum, & temporalem retentionem mutuatæ pecuniæ, atque ita ex definitione vsuræ est propriè, & verè vsura, & pactum ipsum remanet prorsus nullũ,

13 Quæ omnia cessant in emptione reditus annui, vbi sors nunquã restituitur, saltim non obligatur venditor vllo casu ad illam restituendam, & sic non potest verè dici in contractu annui reditus, quod aliquid præstetur, vel recipiatur vltra sortem, sed bene, quod aliud loco sortis prorsus alienatæ percipitur, videlicet, ius annui reditus. Vnde non

14 potest hic cadere vera vsura, quia cum vsura non sit, nisi quod accedit sorti, semper præsupponit primo sortem deberi, & posse repeti,

repeti, licet interim abeat in creditum, vt fit in mutuo.

15 Secundò, præsupponit interim aliud solui pro vsu, vel retentione sortis, quæ est propria ratio vsuræ, vnde non potest propriè cadere in emptione reditus annui, vbi sors, siue pretium nullomodo abit in creditũ, prout abit in mutuo, sed prorsus ab alienatur, & omnino recipiẽti acquiritur, qui non obligatur ad restituendum pretium, sed tantum ad præstationem reditus pro pretio recepto

16 venditi. Ex quo concluditur, quod reditus annuus pecunia emptus, & etiam de nouo ad hoc constitutus, dummodo valorem, & consumationem pretij, seu sortis, tempore cõtractus inspecto, non excedat, alio cessãte vitio, nõ est illiciius, nec verè, nec præsumptiuè vsurarius, sed omni iure etiam positiuo licitus, & permissus ita ex iuris professoribus resoluunt plures, quos refert Tiraq. de vtroque retract. titu. 1. §. 1. glos. 6. num. 15. vbi dicit nimium iam inculcatam rem esse, & veluti transactam in rem iudicatam, licitas esse has emptiones, si modo fraus absit, & interueniat iustum pretium, quod Hispanis determinatum est l. Regia. 6. tit. 15. libr. 5. nouæ Recopila. de cuius contractus

17 iustificatione plura tradit Ancharra. in disp. incipit antiquis, & modernis temporibus, idẽ Anchatran. in reg. peccati venia de reg. iuris in. 6. in. q. 11. n. 14. cum seq. Abb. in dispu. incipiente Augerio D. Antoninus. 2. p. summæ, tit. 1. c. 8. §. 11. Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 1. Couarru. lib. 3. Variarum resolut. c. 7. Aluarus Velascus de iure emphit. q. 32. n. 8, & sequenti, & Tib. Decianus conf. 2. lib. 1. n. 71. & seq. Felician. de censib. lib. 1. c. 7. n. 2. Et quamuis aliqui ex prædictis Do-

18 ctoribus dubitauerint, ne dixerim erraverint, circa iustificationem huiusmodi cõtractus annui reditus: tamẽ vt diluantur errorũ causæ circa hãc materiã aduertẽdum est, q. huiusmodi reditus lõge moiorem recipiunt functionem, & similitudinem cũ sorte, & pecunia numerata, quã res corporales, & iura antiqua, & sic quantò plus symbolizant, tantò facilioꝛẽ recipiunt transitum, & confusionẽ cũ sorte, vt videlicet de facili videatur sorsipsa particulatim reddi prout soluitur reditus, arg. text. in l. in rẽ actio. §. item quæcunque. ff. de reiuendicatione, hinc erroris causa multis rerũ, & negociorum expertibus tam è theologis, quam è iuris professoribus, puta Hiero. de Gandabo. quod libet. 8. q. 22. Salicet. in authent. ad hæc ad fi. C. de vsuris. vt cæteros omittam, qui perperam arbitrantur hos contractus mutui & annui reditus emptiones nomine tantum, non etiã re, & effectu differre, sed in idẽ recidere, imò eandem rem substantiam, & veritatem semper manere cum quis dat mille, & recipit annuatim cẽtum, vel octoginta per tot annos, vt longè supra sortem inueniatur habuisse, siue dixerit se mutuare, siue reditum emere, quacumque cõtractus formula partes vsæ sint, tum per similitudinem reditus pecuniarij, qui sunt eiusdem substantiæ in genere: tum, quia hic reditus sorti homo genetus non per manus creditoris è re sua, puta fundo empto sibiq; tradito, nec per manus tertij super re aliena, sed per manus debitoris super se, & bonis suis soluitur, & percipitur quas obres, non potuerunt intelligere aliud reddi, vel solui annuatim quam idem in genere, & ab eodem, & sic singulis annis certam partem sortis, donec sorte exhausta nõ poterant intelligere, aliud præstari, vel recipi quam vltra sortẽ, & sic stante cõmuni, & vera sententia deusura

legali

legali in mutuo de se mala, non poterat hic reditus stare eorum iudicio. At dūmodo hic reditus sit iusto pretio constitutus, & non excedat quantitatem communis inter vsurij, quā in Hispania (vt prædixi) taxatam habemus l. Regia, tunc nec fors, nec pars fortis, nec à debitore fortis quidquam penditur, sed aliud à forte videlicet ius reditus, q̄ est ius formatum, incorporeum, perpetuum, penitus diuersi generis, & speciei à forte, & sic quantocumque tempore soluatur, nunquam est verum dicere solui aliquid vltra sortem, imo nec aliquid
20 de ipsa forte ceptum esse reddi. Retineamus igitur realem horum extremorum differentiam, non enim denominibus disputamus, nec verbis legem imponimus, sed de ipsismet rebus agimus, realiter enim, & substantialiter, & effectu differunt mutuum, & emptio annui reditus: quia recipiens mutuū obligatur præ esse ad fortis restitutionem, vt supra
22 diximus, idque etiā suo periculo, iuxta tx. in l. incendium. C. si certum pet. vēndens autē reditum, nullomodo obligatur ad restituēdū pretiū, q̄ accepit, sed illud perpetuo adquirit, vt tradit Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 3. l. a fact. in tract. de decima vēdi
rotis. c. 10. n. 60. Modo cōsideremus
21 hæc duo extrema, finge alteri mutuata mille simpliciter sine alio termino, itaque debitor est purè obligatus, & quotidiè cogi potest ad totius fortis restitutionem, ab altero verò mille aureis emptum reditū perpetuū, non redimibilem quinquaginta aureorum: nonne clarum est, quod in primo exemplo, si creditor vel modicum quid exigat vltra mille sine alia causa, quam mutui ratione, & nudi vsus pecuniæ iniquè facit, & meram vsuram exercet in. 2. autem exēplo, tametsi creditor per 20. annos tantū
receperit quantum ab initio numerauerit, nihilominus potest perpetuū reditum exigere, & nihil iniquū admittit, nullam vsuram exercet, sed suo iure dudum iuste adquisito vtitur. Hæc sunt clarissima per prædicta, & ratio naturalis, & manifesta est: quia primo casu nō fuit orta obligatio, nisi ad fortis restitutionē dūtaxat. Igitur quod creditor quidquā vltra sortem exigat iniustum, & iniquum est, cū semper habuerit debitorem purè obligatum, & in facultate sua fuerit totam sortem reperere, quæ non transiuit in potestatem debitoris, nisi ad tempus consistens in potestate, & arbitrio creditoris. contraria omnia in. 2. casu, vbi ab initio nulla oritur obligatio ad fortis restitutionem, sed sicut creditor illā perpetuo alienauit, ita iustum, & æquū est perpetuo illi conseruari emptum reditū, valori summæ perpetuo alienatæ correspondentē. Alioquin nul-
22 la existeret æqualitas, & sic talis reditus non est vsura, sed vera merx dicitur, & inter bona immobilia computat' à iure tx. est in clem. exiuit de
23 paradiso. § cūq; annui reditus de verbor. signif. quē tx. notauit ibi Cardin. idē probat tx. in authētico de nō alienādis, aut per mutādis rebus ecclesię in princ. vers. vult enim, facit. l. si quis inquilinos, delegat. 1. in principio eū traditis ab Alexā. & Iaso, in. l. a diuo Pio. § fin ff. de reiudicat. & Tiraque. dict. lib. 1. retractus. § 1. glos. 6. num. 4. plures refert Felician. de cens. libr. 1. cap. 7. num. 2. de quo vide quæ diximus sup. hoc lib. quæst. 3. ad fin. & in hoc contractu verā emptionē dētrahi probarunt Conrad. & Sot. quos refert & sequitur Menoch. lib. 3. præsumptio. in præsump. 167. n. 11. & 14. & probat text. in extrauag. 1. de emptio. ibi vendere consueuit, & vēdidit annuos census, & in extrauag. 2. codē

eodem tit. ibi reditus, seu census vendentes pro singulis ex marcis. Hodie
24 autem iam dubitari non potest valere huiusmodi contractum emptionis redituum, cùm id decisum fuerit extrauag. 1. Martini. 5. de emptione. & vēd. & extrauag. 2. Calixti. 3. eodē tit. inter communes, quibus statutū est huiusmodi contractus licitos esse, & iure permissos, quod post longā disputationem adnotat Couarr. lib. 3. Variarum. c. 7. n. 2. vers. sexto post variam, Greg. in l. 28. tit. 8. part. 5. Rebuf. ad ll. Gallicas. 2. tom. tit. de cōstitutionibus reddituum in princ. & alij quos refert & sequitur Aluarus Valasc. dict. quæst. 32. num. 8. id etiam comprobatum est motu proprio Pij V. Pontif. Maximi, incipienti, cum onus Apostolicæ seruitutis, quem transcripsit Nauarr. in suo Manuali
25 latine edito, cap. 17 num. 234. Est tamen aduertendum contractus censuales, quos Sūmi Pontifices dictis extrauag. de emptione & venditione approbarunt octo cōditionibus, seu pactionibus fuisse celebratos. Prima quod cēsus super certis bonis immobilibus constituebatur, vt probatur d. 1. extrauag. ibi super bonis suis, dominijs, oppidis, terris, agris, &c. Secūda, quod res illę censui suppositæ manebant obligatę ad eius solutionem, non venditoris persona, quod probari videtur ibi (etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus interemptis, seu destructis) De qua tamen vidē, quæ dicam infra hac quæst. num. fin. Tertia, quod competenti pretio census vendebatur, vt probatur in. 1. extrauag. ibi: certum competens pretium. Quarta, quod pretium tempore cōtractus integrè soluebatur in prima extrauag. ibi tūc integraliter in pecunia numerata solui. Quinta, quod venditori semper licebat censum in totum, vel pro parte redimere, ibi data fuit facultas quod ipsum annuum censum in totum, vel pro parte, &c. Sexta, quod vēditor nullo casu maneret obligatus ad censum redimendum, ibi, sed ad hoc huiusmodi venditores inuiti ne quaquam peremptores arctari. Septima, vt recensui obligata perempta census quoque extingueretur, quod videbatur probari, ibi, & etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus interemptis. Octaua, quod res censui obligata sui natura fructifera redderet in fructibus, quantum vēditor pro censu pendere debuisset, itaque census, seu reditus pecuniæ fructuum valorem non excederet. Prædicta requisita ad huiusmodi contractus iustificationem ex dictis extrauag. colligit D. Nauarr. in repetition. cap. 1. 14. quæst. 3. num. 79. vbi num. 83. & num. 87. asserit omnes illas cōditiones esse necessarias, & requiri ad iustitiam dicti contractus, & emptionis annuorum reddituum quos (cēsos al quitar vulgus appellat) cuiꝰ opinionē refert, & sequitur Aluarus Va-
26 lascus. de iure emphyt. q. 32. n. 8. Verùm Fr. D. à Soto. d. lib. 6. de iustit. & iur. q. 5. art. 1. longe aliter prædictas extrauag. accipit dicēs Sūmos Pōtif. secūdū casus cōtingētiā respondisse, cōtractus prædictis cōditionibꝰ celebratos, de quibus rātū fuerat dubitatū licitos esse, nō verò ex eo aliter factos, vel aliqua prædictarū pactionū carētes reprobasse. Ego arbitror opinionē Nauar. cōprobatā esse Motu Proprio Pij. V. Pōtif. Max. supra relati, quo statuitur censum, seu annuum reditum nullomodo posse constitui, seu creari, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de sui natura fructifera, & certis finibus designata, & verè pecunia numerata præsentibus testibus, & notario, non autem prius recepto integro,

gro, iustoque pretio, quibus verbis, & alijs sequentibus plane cõprobatur

27 prædictas octo cõditiones desiderari ad iustificandũ censum redimibilẽ, imo alias superaddit Sũmus Põtif. Ex prædictis videtur cessare iam dubitatio illa, quę DD. exercuit ingenia, an cẽsus cõstitui possit super obligatione personali tantũ absq; bonorũ hypotheca cũ. d. Motu Prop. Pij. V pro forma, & substantia contractus requiratur, vt reditus annuus cõstituatur super re immobili, aut pro immobili habita, nec aliter cõstitui valeat.

28 Verũ Hispanis videri non potest inutilis Doctorũ labor in enucleatione huius cum l. Regia in Curijs de Madrid lata, anno. 1585. cap. 2. fuerit responsum eam Summi Pontif. decisionem non esse praxi receptam, & ab ea ad suam Sanctitatem Regio nomine fuisse supplicatum, atq; ita in hoc Senatu iam non audiri eius decisionis allegatio, & supplicatione pendente forensibus actionibus adducendus non erit text. ille vt aduertit Ignacius Salcedo in additionibus ad practicã Bernardi Diaz cap. 88. Gutierrez lib. 2. practic. quæstio. circa. 11. Regias. q. 177. in fin. sentit Lasarte in tractat. de decima venditionis, cap. 10. numer. 2. & num. 20

29 in fine, & Manuel Rodriguez in explicatione eiusdem Motus Proprij Pij. V. in princip. Nec dicatur quod non fuit supplicatio interposita ab omnibus quę nouę statuit Pius Quintus circa formam creandi reditum, sed tantum ab ea dispositione quod non possit reditus constitui nisi pretio in pecunia numerata per soluto, coram testibus & notario in actu celebrationis instrumenti & nõ antea recepto: quia supplicatio fuit generaliter ab omni Motus Proprij noua dispositione interposita, quod patet ex libello Principi oblato in dictis Curijs, dicto capit. 2. ibi. *Dize publicar vn Motu Proprio que trata de los censos, se impongan y situen en dinero de presente ante el escriuano y testigos de la escritura. En el qual assi mismo se contienen otras muchas cosas tocantes à la materia de censos, y sobre la guarda y obseruancia del dicho Motu Proprio ha auido y ay muchos pleytos*, & ibi. *Dizen que no esta recebido en estos Reynos, y que esta suppricado del*, iuncto responso libelli, ibi. *A esto vos respondemos, que el Proprio Motu que dezis, no esta recebido, antes sea applicado del, por el Fiscal de nuestro Consejo, adonde se ha hecho justicia en los casos que se han offrecido.* Itaque petitio fuit generalis super omni noua Motus Proprij dispositione, & responsio generalis quod Motus Proprius non fuit vsu receptus sed ab eo supplicatum, quod aduertendum est, quia vidi doctissimos viros in hoc allucinatos. Igitur ante Pij. V. sanctionem annuos reditus super obligatione personali, tantum absque generali, vel certa, & speciali bonorum hypotheca constitui posse videbatur. Primò, quia si licitũ est iusto pretio emere reditus adhoc nouiter cõstitutos sup certis prædijs ad eos sufficientibus, & specialiter hypothecatis, vt omnes tenent, paucis exceptis, & probatur dict. is extrauagant. multo magis licere videtur emere sub generali hypotheca bonorum, & multo fortius absque aliqua hypotheca, vel cautione quam nuda fide pauperis debitoris, tantoque maiorem gratiam, & liberalitatem exercet creditor si enim reditus nulla hypotheca, fideiussore, vel cautione alia subnixus sit, & in sola personali obligatione, cuius solus fidem sequutus est creditor, tantum abest, vt hoc vitiet contractum, & vsuram inducat, vt ea longius a moliatur omnem suspitionem, & rationem vsuræ. Patet, quia quidquid aleuiat, vel min9 grauat debitorẽ, &

deteriorẽ facit creditoris cõditionẽ, aleuiat & minuit suspictionẽ vsurę, vanũ est ergo hic requiri specialẽ, vel generalẽ hypothecã rei immobilis, cũ id nõ respiciat substãtiã, vel iustificationẽ reditus, sed solã securitatem creditoris. Nec obstãt Martini, & Calixti extrauagãt. quia ad cõmunẽ cõtrahẽdi vsũ videtur respexisse, & facti cõtingẽtiã Põtificib9 narratã, nec negãt hos cõtract9 celebrari posse, etiã præmissa tantũ obligatione personali, quibus & alijs rationibus hãc opinionẽ post Cõrad. Moder. Paris. Ioã. à Medina, & alios, defẽdit Couar. lib. 3. Variar. c. 7. n. 4. Matiẽço in l. 1. ti. 15 lib. 5. recop. gl. 1. nu. 5. qui dicit apud Hispanos vsu practico receptã esse: eãdẽ sentẽtiã tenuit Andreas Gail. lib. 2. obseruatio. obseruat. 7. n 13. vbi dicit generali cõsuetudine passim receptã esse, & eã in Imperiali Camera obseruari. Petrus Surd. in tract. de alimẽtis, tit. 7. q. 33. n. 16. Redoan. de rebus eccles. nõ alien. in rub. de cõstitutione annuorũ cẽsum, nu. 55. refert plures Felician. cui hęc sentẽtia placuit d. lib. 1. de cẽsibus, c. 8. n. 4. & Tiberius Decian. cõs. 2. lib. 1. n. 73. &. n. 141. Fr. D. à Soto de iust. & iur. li. 6. q. 5. art. 1. dicẽs extrauag. supra relatas solũ egisse de realibus cẽsibus, nõ de personalib9, nec ipsos reprobasse. Sed hic intellectus, & declaratio ad prædictas extrauag. nõ videtur ita facilè admittẽda, cũ illa põtificia respõsa ad iustitiã horũ cõtractuũ, inter alia illud semel, & iteram cõmemorent, q9 super prædijs domibus, hæreditatibus reditus annui sint promissi, q9 non temerè factũ credendum est, & sunt expendenda verba illa. *Bonis in ipso contractu tunc expressis*, & ibi. *Bonis obligatis penitus intercemptis, & destructis*: Quæ verba in sòlam personalẽ obligationẽ non cadunt. Deinde si prædicta opinio admitteretur, latissimus fortasis pareret campus vsuris cõtrahendis: facilè enim creditores se emere ab aliquo censum annuũ simularent, vt vsurarum pœnas fugerent solo conuentionis nomine mutato, atque cum pecuniam mutuam darent fœnori, dicerent se pro censu, annuoque reditu dedisse, quod quam sit auertendum nemo non videt, & ita D. Nauarr. in dict. c. 1. 14. quæst. 3. n. 83, & num. 90. post Innocen. Hosti. & Ioan. Andr. Anchar. Antonin. Card. Abb. Ioan. de Anan. & alios plures, quos refert, firmat annuum reditum, de quo agimus nullomodo super personali obligatione tantum constitui posse, quam opinionem sequitur Albanus Valascus de iure emphiteutico, quæstion. 32. num. 10. dicens in praxi apud Lusitanos non esse receptam contrariam sententiam. Imo si in Senatu Lusitano talis conuentio proponeretur, qua pro certa quantitate pecuniæ quis emisset censum annuum pecuniariũ ab aliquo, sola ipsius obligatione personali contentus, dubio procul cõtractus vsurarius iudicaretur, quod constanter respondit Andr. Alciat. respons. 3. num. 7. eandem opinionem cum communi sequitur dicens, in practica receptam communi vsu contrahentium, & ab ea non esse recedendum. Did. Perez in rubr. titulo. 2. lib. 8. ordinamen. ad fin. eandem comprobat, & defendit Sarm. lib. 7. selectarũ. interpræt. c. 1. vbi n. 36. asserit opinionem Couarru. nullomodo defendi posse, atq; censum seu reditũ annuũ super persona tãtũ imponere vsuram esse manifestam, eandẽ opinionẽ sequitur Gutierr. in pract. quæst. circa. ll. regias, lib. 2. q. 177. nu. 7. nec obstat illa ratio, qua diximus vilius videri venditori, si census super eius personali obligatione tantum cõstituatur absque

que aliqua cautione, seu hypotheca bonorum, quia esto quod sit vtilius, hoc non efficit, nec efficere potest: vt contractus emptionis annui redit9 sine materia subsistat, sine qua materia venditio stare non potest, ex. l. 1. circa fin. ff. de contrahēd. emptio. & probatur in. l. 1. ff. de rerū permut. cum autem census super obligatione tātum personali constituitur, nulla datur materia, super quā venditio subsistat: quia vtrumque est pretium & census reducitur ad pecuniam, & pecunia emitur, vt aduertit Sarmiēto dict. c. 1. num. 22. & nu. 25. Deinde ista vtilitatis ratio nil concludit, nam vtilius mihi est vsuræ nomine vnum nūmum pro mille soluere singulis annis, quam res vili pretio vēdere, & sortem soluere, sed non ideo minus creditor subhac leuissima vsura mutuans vsurarius est, nec excusādus: & quamuis dispositio Pij. V. Pontif. Max. in dcto Motu Proprio de forma creandi census sit supplicatione suspensa, ea tamen constitutio cū tot sapientissimorum virorum consilio lata, nimiū communē opinionē adiuuat, vt illā secutus ad notat Fr. Manuel Rodrig. in tract. census redimibilis quē ad explicationē dicti motus proprij ædidit in principio in. 1. condit. & eandē opinionem cōmunē sequitur Ioā. Bapt. Lup. in tract. de vsuris cōmēt. 2. §. 2. n. 63. Greg. Lop. l. 28. tit. 8. part. 5. glos. mag. verb. à cēso, limitat. 1. vbi post Inno. & Ang. Clauas, limitat cōmunē sent. insolito locare operas suas ad tātū pro anno, in quibus si cēsum cōstituat putat licitū cōtractū, q. stāte motus proprij sup. dicti dispositione nullatenus obtineret, vt probatur, ibi. *Cēsum seu annuū reditū creari, constituiue nullomodo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur.* Quid dicendū ego sub correctione sanctæ matris Ecclesiæ secluſa motus proprij Pij. V. dispositi, censeo reditū super obligatione personali posse cōstitui absq; vsuræ vitio, nā hic datur vera emptio cū pretiū interueniat, & vera merx, quæ est ius reditū exigēdi singulis annis, & istud ius apta materia est, super qua vēditio cōsistat, nā personalis actio nihil aliud est quamuis persequendi in iudicio, q. sibi debetur institut. de act. in princip. potest autem vendi personalis actio, & apta materia est ad vēditionem ius illud, vt est text. l. si nomen cum sequent. ff. de hæreditate, vel act. vend. l. hominis venditio. C. eodem: ergo similiter ius reditus personali obligatione constitutum vendi potest. Præterea si ratione aliqua prohiberetur contractus reditus super obligatione personali constitutus, ea potissimum quia vsuræ rationem complicaret, sed hic nulla vsura esse potest: ergo contractus prohibitus censendus non est, probatur argumentationis minor, nam hic pretium reditus perpetuo abalienatur, nec creditor illud potest exigere: ergo sumus extra mutuū, & per consequens extra vsuram, quæ non nisi in mutuo contingit, vt supra probatum est. Nec est verum dicere, q. si cēsum personalē admittimus, debitoris libertas infringit, & liber homo seruituti datur: quia sola obligatio personalis cōtrahitur, ex qua libertas nō tollit, nec seruitus personę inducit, vt p. Alex. cōs. 18. n. 2. & 3. li. 5. & plusquā manifeste patet alias in omni obligatione personali infringeretur libertas, & personæ pignus cōtraheretur, q. est absurdū, nec ex huiusmodi cōtractu patebit vsuris cāp9: magis quā si reditus super prędijs constituatur quia etiā hoc casu facilè creditores se emere reditū sup prędio simulabunt vt vsurarū pęnas fugiāt solo cōuētionis nomine mutato & cū fenore idēt

3 2

3 3

numos fingent super prædio reditum emere non tamen ex eo, quod hæc fingi possunt reditus super prædio constitutus, vsurarius iudicatur, meo fœneratorum causam agimus, dum personalem reditū defendimus imo eorum causa esset deterior, si cēsus personalis admitteretur: nam securius census super rebus immobilibus, quam super persona constituitur, & facilius peribit reditus sola obligatione personali quā reali etiā constitutus: vnde frequenter creditores sibi cautius consulunt, census, non nisi super prædijs, & prædibus ementes debitoribus, & eorum bonis obligatis, & productis instrumētis reditualibus in iuditio executio fit in personis debitorū pro preteritis pensionibus, atque ita personalis obligatio in annuo reditu est præcipua. & realis accessoria quod cōprobatur, ex extrauag. Nicolai. 5. & Gregor. 13. de censu editis pro regno Siciliæ, quas referunt Rodoan. de rebus eccles. in Rubrica de constitutione annuorum censuum, num. 55. & sequent. & Felician. vbi supra, c. 8. num. 7. Imo quamuis à principio reditus, creari possit super obligatione
34 tantum personali absque bonorū hypotheca non ita constitui poterit à principio super sola reali obligatione, & bonorū hypotheca: quia hypothecaria obligatio, vt accessoria sine personali à principio non constituitur, vt probat tx. in l. is, qui promisit l. si legati. ff. de pigno. docet Bar. l. fideiussor obligari, in prin. per text. ibi. de fideiusso. Negusant. de pignorib. 6. p. mēb. 2. nu. 5. Hugo Donel. eodē tract. c. 2. vers. illud videamus Felicia. de cēsibus lib. 3. c. 4. n. 3. Sed hæc ratio vera nō videtur, quia reditus potest cōstitui super fūdo limitatim, ita q; cōstituēs & heredes eius nō tenea̅tur ad soluēdū reditū nisi ratione rei & quandiu illā possederint, vt per Paris. Moder. in cōsuetu. Paris. 1. p. §. 11. n. 15. Couarr. lib. 3. Vat. c. 7. n. 5. vers. quarto, & probatur motu proprio Pij V. super forma creādi cēsum, ibi. *Constitui nullomodo posse nisi in re immobili.* Pro qua doctrina pondero tx. optimū. l. si fideicommissū. § tractatū, vers. quid tamen. ff. de iudi. per quem dixit Bal. l. 1. C. si cert. pet. quod si testator imposuit onus super aliqua re, & propter ipsam debetur tale onus non diuiditur inter hæredes, sed rei possessorem sequitur, ita dicendum videtur si reditum super re aliqua limitatim legetur vel constituatur sine personali obligatione quod fieri potest, non tamen ita necessario constitui oportet secluſa dispositione, d. motus proprij de quo vide quæ dicā, in lib. 2. quæstion. 19. Vltimo, non obstant dictæ extrauag. de emptione, & venditi quia quamuis DD. ex eis, deduxerint inter alias conditiones, & requisita ad reditus iustitiam, illud, quod secundo loco numerauimus supra hæc quæstione, numero. 25. quod res censui suppositæ maneant obligatæ, non venditoris persona, vel saltem, quod obligatio realis in reditu sit principalis & personalis accessoria, id non probatur prædictis extrauag. non enim dicunt, quod per emptis hypothecis perit reditus, sed quod etiam extinctis hypothecis debitor non cogitur reditum redimere, & sortem restituere, vt patet in prima extrauag. ibi. *Quandocumque vellent libere absque alicuius requisitione contradictione, vel assensu possint extinguere, & redimere,* & ibi: *Sed adhoc huiusmodi census venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel astringi valerent, etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus inexemptis,* & in extrauagant. 2. ibi. *Sed idem ementes etiam si bona ad omnimode destructionis*

ctionis, siue desolationis reducerentur opprobrium pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent. Imo quod reditus fuerit super obligatione personali cõstitutus in dictis extrauag. probatur in extrauag. 1 ibi. *Ac se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare*, vbi voluit tex. quod debitor reditus restitutione sortis liberatur: ergo ipsius persona pro reditu erat obligata, alias enim dixisset tex. bona debitoris liberari, idem probatur in extrauag. 2. ibi. *Liberi forent penitus, & immunes.* Ex quibus satis respõsum censeo fundamentis in contrarium adductis pro contraria opinione, quam si admittas cum motus proprij dispositione nullũ reditum inuenies in Hispania bene constitutum, & qui fæneratitius non sit censendus propter non seruatam formam motus proprij, ego equidẽ hactenus nõ vidi reditum pecunia emptum nisi super obligatione personali adiectis specialiter certorum prædiorũ, deinde generaliter omnium bonorũ hypothecis, & per sæpe prædibus, & fideiussoribus. Et quotidie videmus tam debitorum, quam fideiussorum personas capi, & in carcerem detrudi pro soluendis redituũ pensionibus q̃ neutiquam fieret, si reditus creari nõ posset super obligatione personali.

Ex quæst. sequen.

Reditus temporarij diuisio, n. 1

Reditus vitalitius quis. nu. 2

Reditum vitalitium qui vsurarium censuerunt, num. 3.

Reditus vitalitius cum inducat votum captandæ mortis alienæ, an sit iure improbatus, ibidem.

Emptionem vsus fructus ad vitã, qui vsurariam existimarunt num. 4.

Reditus vitalitius ex incertitudine humanæ vitæ iustificatur. n. 5

Communis DD. traditio periculosa, ibidem.

Reditus vitalitius potest in fraudẽ vsurarum fieri, num. 6.

Reditus vitalicius habet speciem aleæ, ibidem.

Quibus coniecturis reditus vitalitius in fraudem vsurarum emptus præsummantur, numero 7.

Reditus vitalitius probabilem modum, & causam habens võ est reprobandus, num. 8.

Reditus vitalitij quis modus, & causa probabilis? numero nono.

Reditus vitalitij iustum pretium fuit olim controuersum, hodie l. regia taxatum, num. 10.

Reditus vitalitij forma a iure Regio constituta, num. 11.

Reditus, ad duorum, aut pluriũ vitas prohibitus, num. 12.

Reditus vitalitij pretium ferè sub triplum ad pretium perpetui reditus, num. 13.

Reditus vitalitij pretium sub duplum ad pretium reditus redimibilis, ibidem.

Reditus vitalitij pretium ob incertitudinem minuitur, numer. 14.

Explicatur text. l. hereditatum

ad l. falcid. numero. 15. & sequent.

Taxatio. l. hæreditatum, an locum habeat extra casus falcidia, num. 17.

Taxatio. l. hæreditatum nō respicit veram legati æstimationem, num. 18.

Taxatio. l. hæreditatum cuius fauore facta? num. 19.

Taxatio. l. hæreditatum non mathematicè, & indistinctè accipiēda est, num. 20.

Medium probabile inter maiorem, & minorē in æqualitatē, n. 21

Quare Vipian. 60. annos egressi vitam ad quinquennium taxauerit indistinctē, n. 22.

Maritus habens filios legitimos, si omnium bonorum vsumfructum vxori legauerit, quid consequetur vxor ex legato? num. 23.

Reditus ad certum tempus constitutus Gallœcis non est in vsu, n. 24.

A reditu certi temporis vt suspecto abstinendum, num. 25.

Quæstio. V.

De reditibus ad tempus constitutis.

REDITVS tēporarij, alij ad vitam, alij ad tempus certū constituuntur: dicitur autem vitalitius reditus, qui ad vitam emptoris, vel alterius constituitur, & morte finitur, nec fors restituitur, vt scripserunt relati à Couarru. libr. 3. Variarum, cap. 7. num. 3. Medina in instructione cōfessorum, libr. 1. §. 26. pag. 2. Pet. Surdus. de aliment. titulo. 9. quæstio. 11. numero. 2. & num. 19. Gutier. capit. 39. practicar. canonicarum, num. 64 & quamuis non defuerint theologi, qui huiusmodi reditum ad vitam cōstitutum tanquam vsurarium, & illicitum nominatim reprobauerint, vt Henricus Gandab. quod lib. 1. quæst. 39. quod lib. 2. quæst. 25. quim etiam alij non solum hos contractus, sed etiam emptiones vsusfructus prædiorum ad vitam improbitatis vsurariæ damnauerint, nisi precij quantitas æqualis sit cumulo fructuum, vt Gofredus, & Raimūdus in summis, quorum errorem satis cæteri communiter tam theologi, quam iuris periti confutarunt, tamē quoniam hi, quā doque huiusmodi cōtractus, etiam nimis excessiuos, & iniquis conditionibus perperam probarunt, ut in exēplo, in quo consuluit Oldraldus cōs. 206. Curnanus consil. 181. quandoque timidè, & per debiles rationes potius in dubium reuocāt, quam reprobant, vt Laurentius de Rodulf. in repetitione, cap. consuluit. 2. p. quæst. 11. & quæst. 15. & 28. non nihil dicēdum erit de huiusmodi reditus iustitia.

In primis aduertendum est, quod contractus reditus vitalitij ex in certitudine humanæ vitæ iustificatur, ex Cyno & Bal. l. si pater puellæ. C. de

de in offi. l. si ea pactione. vbi Salicet. C. de vsuris. Abb. & alij in cap. in ciuitate eod. tit. nec dicas hunc cõtractum inducere votũ captandæ mortis alienæ, quia curabit venditor mortem emptoris, vt se eximat à reditu nam fateor id posse euenire: sed cũ actus ad id non sit ordinatus non habetur in consideratione. Nec attenditur illud votum quando dispositio non est de hæreditate vel de omnibus bonis, sed de certis rebus nõ per viam vltimæ voluntatis deferendis, vt quando mihi promittis domum post tuam mortem, vt per Oldrald. cons. 139. Decium cons. 235. Ruinũ cons. 126. num. 5. lib. 1. Crauetam cõsil. 29. num. 7. Osascum decis. Pedemonta. 100. num 26. Bart. l. fin. num. 1. de hæred. vel act. vẽd. Alex. cons. 29. libro. 1. Bocriu, decis. 50. num. 8. Nec potest hic cadere vsura si contractus suis limitibus contineatur cũ capitali seu sors extinguatur, nec restitui vnquam debeat, & argumẽta quæ in contrarium adduci solẽt procedunt quando reditus emitur, vt sors salua sit prout vidi in quodam censu vitalitio vendito à Gonçalo Rodriguez de Monroy Salmanticẽsi, quem Senatus nostet vsurarium iudicauit. Nec refert quod tantum viuat ille cuius vita viuit reditus, vt fructus pretium excedãt: quia euentus, hic non alterat naturam contractus vt per Hostien. titul de vsuris. §. in alijs, vers. quid de his. Oldrald. cons. 207. nec attenditur euentus, sed tẽpus contractus. l. si voluntate. C. de rescind. vend. cum multis traditis à Petro Surdo. de alimentis, tit. 9. quæstion. 11. num. 9.

4 Secundo aduerte, quod omnes ferè Doctores solent hunc contractũ admittere sub hac sola moderatione, si in eo non est lęsio vltra dimidiam iusti pretij, habita ratione ad

5 veri similitudinem breuioris, aut lõgioris vitæ, vt per Ancharran. in disputatione antiquis in. 1. casu Panormit. in disputatione Augerio, quæ moderatio vt nimis vaga periculosa est in materia suspecta, quãuis enim hic contractus in se communiter non sit species negotiationis fæneratoriæ vt continuũ periculum, & sortis, & reditus amittendi, sed potius spectet ad primam speciem negotiationis, de qua infra, libr. 3. quæstio. 1. Tamen præter id, quod in fraudem quandoque fieri potest, habet speciẽ aleæ, quæ est reprobata à iure, nisi in modico, quod damnificare non potest, & gratia virtutis exercendæ. l. quibus de aleæ lusu, & dicam infra, lib. 3. quæstio. 5. non enim fit sine captione, vel periculo enormi captionis alterutrius, & licet legistæ, & canonistæ adhoc non aduertant, tamẽ non est negligendum à iudicibus, & viris politicis qui captiosos, & inutiles reip. contractus fouere non debent. Coniecturas verò quibus reditus ad vitã emptus vsurarius præsũmi possit, tradit Decius consil. 123 quam rem iudicis arbitrio delegandam censuit Couarru. libr. 3. Variarum, cap. 7. numer. 3. Veruni quia cõtractus iste potest fieri ex causa iusta, & honesta, & vsibus hominum commoda, & vtili, sicut emptio vsusfructus, vel iactus retis non debet reprobari, modo probabilem, & causam, & modum habeat, causam dico, vt non appareat factus ex vanitate, vel temeritate, sicut alea, modum vero circa bonam fidem, pretium, & alias pactiones: probabilem autẽ, quia non possunt hæc, præsertim modus certa particulari regula penitus definiri, sed necesse est accipi ex

9 quadam probabilitate possibili, potius, quam ex certa, vera, & absoluta ęstimatione quasi impossibile ha-

beri,in his nobis in certis, & assi duè pendentibus à futuro , debet ergo hæc probabilitas non neglecta, nec supina esse,ne captio captioni addatur,sed quam magis æquabiliter , & temperate fieri possibile est , quod circa modum consistit in tribus primò in ætate,valitudine,& aliis verisimilitudinibus vitæ futuræ. Secundò in quota, seu quantitate reditus puta an septima, vel quindecima pars sortis,& in pactis, quæ sunt pars augmentatiua, aut diminutiua pretij. Tertiò, in numero personarum ad quarum vitam debebitur reditus, an vna vel plures,an simpliciter, vel insolidum,quam doctrinam probarunt Medina.de restitutione,cap.de censu ad vitam,Couarru.libr.3. Variarum,cap.9.num.7. Ioan. Baptista Lup.de vsuris commentario. 2. §.2. num.82. Iacobus de Grafijs,libr.2.de- 15
cisionum,capit.118.nu.17. His præ-
10 habitis aduertendum est,quod quãuis olim fuerit controuersum , quod erat æstum pretium reditus vitalitij, vt videre licet per DD.supra relatos hodie tamẽ l.regia lata a catholico Rege Philippo. II. Madriti, anno.
11 1593.taxatum est pretium ad rationem vnius in septem prohibeturq, eiusdẽ reditus constitutio aliter quã interuenienti pretio in pecunia numerata integreq; à principio persoluto coram tabellione qui numerationis fidem faciat,nec ad duorum, vel plurium,sed ad vnius vitam vẽdi permittitur alioquin reditus annullatur pœna amissionis officij, & mulcta pecuniariata bellioni imponitur si instrumẽto reditus aliter con
12 fecto subscripserit,reditus autẽ creati ante Regiam sanctionem pro vita multorum ad duorum tantum ætatem,& ad rationem vnius pro octo reduci iuuentur , & sic approbatur Romani opinio,qui in consilio 332.
13 incipit ego hunc contractum , respondit iustè emi reditum pro viri,& vxoris vita fere ad prædictam rationem vnius in octo. Est igitur pretiũ reditus ad vitam fere sub triplum ad pretium reditus perpetui , non redimibilis,quod est ad rationem quincuncis vsuræ, vt dicemus infra quæstio.sequenti , & est sub duplum ad pretiũ reditus redimibilis, quod ad rationem vnius in quatuordecim. l. regia taxatum est vt dicam in. d.q.
14 Minuitur autem pretium huius reditus propter eius certitudinem,tãtam,& tãã intensam,quod quotidie potest creditor mori, vt nec horulã quidem certitudinis habeat,quamquam certum sit creditorem morituum, iuxta.l.1.ff.de cond.& demonstratio.&per istam in certitudinẽ iustificatur hic contractus, vt supra dictum est. Hæc autem mortis incer-
15 titudo(qua nulla maior)non videtur iusta causa diminuendi tantum de prẽtio per.l. hæreditatum ad legem falcid.vbi relictum annuum ad alimenta in homine. 35.annorum æstimatur ad rationem quincuncis vsuræ; idest quantus est cumulus redituum.20.annorum,non obstante vitæ incertitudine,& sic ad rationem reditus perpetui ergo similiter æstimandus erat reditus ad vitam homi-
16 nis mediotris ætatis constitutus. Pro huius.l.intellecta aduerte,quod alimenta ibi relicta æstimatur ad rationem reditum.20. annorum, non quod legatarius.35.annos nactus præsummatur adhuc victurus.20. annis, & non vltra , & quasi legatarius habens.15.annos præsummatur victurus.30.& non vltra:& sic de aliis exẽplis ibi positis,prout gloss.& DD. ibi censuerunt,sed ea potissimum ratione,quia in casu.d. l. qui non impleuit.20.annum,præsummitur cõmuniter supervicturus.60.annis,qui ve-

ro

ro implcuit. 30. annum & est infra. 40. præsumnitur victurus circiter 40. annos, sed quia hæc præsumptio ob nimiam in certitudinem non debet accipi pro re certa, nec tantum æstimari, quantum certa, sed dimidio minus, ideo fit reductio totius verisimilis temporis ad dimidium, vel circiter residuo compensato cum dicta in certitudine: si igitur in ratione l. falcid. vbi cõmunis estimatio attenditur l pretia rerum ad l. falcid. tale relictum homini. 35. annorũ æstimatur ad rationem vnius pro. 20. videtur id esse commune pretium, & sic minus iustum in casu nostro, quẽ si forsam comparemus legato vsufructus magis quam alimentorũ adhuc erit deterius: quia tunc deberet æstimari ad rationem vnius pro. 25. per text. d. legis hæreditatum in fin.

17 Igitur respondeo primo, quod taxatio. l. hæreditatum non habet locum nisi prout loquitur in ratione. l. falcid. nec ad alias quæstiones pertinet, vt per Imol. Paul. Alexan. & omnes ibi Afflictum decis. Neapolit. 34. Couarru. lib. 3. Variarum, cap. 9. num. 8. quamuis Suarez. l. quoniam in prioribus, ampliatione. 3. nu. 10. post alios quos refert, & Rebuf. in. l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest in præfatione, nu. 40. & plures quos refert, & sequitur Lara. l. si quis à liberis. §. sed si filius, num. 109. & nu. 122. Petrus Surdus. de alimentis, titulo. 9. quæstio. 11: num. 26. eam. l. dispositionẽ generaliter in alijs quoq; causis acceperint, in quibus agitur de cõiectura vitæ taxandæ. Secundo respõdeo, quòd taxatio. l. hæreditatum non respicit communem, & veram æstimationem legati: quia hoc esset ineptissimum contra sensum cõmunem, & alia iura, quis enim vellet alimenta ad vitam vnius adhuc infantis emere ad rationem vnius pro. 30. vel ad rationem. 35. annos habentis ad rationem vnius pro. 20. quanti liceret fundos perpetuos etiam emere: rursus quis, nisi mente captus, haut sua iactãs, vsumfructum fundi ad vitam vnius infantis, vel adolescentis ad rationem vnius pro. 30. emeret, quanti eundem fundum, vel etiam meliorem in perpetuum mercari liceret, præterea reditus perpetui nullo pacto resolubilis, & tuto collocati de iure communi legitima indicatura erat ad rationem vnius, pro 25. l. 3. §. interest reip. ad. l. falcid. igitur reditus similis quantitatis ad vitam, siue alimenta, aut vsusfructus nõ possunt nisi multo minus valere, pro vt ad notauit Medina quem sequitur Couarru. dict. num. 8. vers. cæterum. Imo aduerto, illam taxationẽ non esse factam fauore legatariorũ, nec alimentorum, vt perperam existimarũt glos. & omnes ibi: quorsum enim augeri verus, & communis valor contra quidem minui debuisset, si fauiendum erat legatarijs, quo tanto minorem falcidiam paterentur. Secundo aduerto, quod intentio. d. l. hæreditatum non est, quod præcisse, & ad æquatè detaxata ibi quantitate detrahatur falcidia, vt communiter censuerunt. DD. esset enim contra rationem, & implurimarum legum illius tituli correctionem, vt

19 mox apparebit. Est igitur facta illa taxatio hæredis fauore, & immunitatis quartæ suæ, patet: quia fit ad æstimãdã, & deducẽdã falcidiã à legatis, nõ solũ in diẽ certũ sed etiã in incertũ, igitur tã hæredis fauore fit, quam ei9 gratia inuẽta est falcidia. l. potest hæres. ff. ad. l. falcid. Deinde respectu legati puri, & certi nullus exigitur circuitus ad inueniendam rationẽ, seu quantitatem falcidiæ, sed sufficit vnica consideratio, scilicet, adæquatio valoris communis legati ad reliquũ

totius

totius hæreditatis, tempore mortis inspecto.l.in quantitate in princip. add.l.falcid.infin.eodem.§. quãtitas: in legatis autem certis, sed in diem duo exiguntur. Primum æstimatio, & deductio intervsurij, seu commodi medij temporis, vel intervalli. secundum dicta adæquatio: legatum enim in diem ratione falcidiæ non tanti æstimatur, quanti res est ipsa legata, vt in legato puro, sed detracto prius dicto inter vsurio, deinde residuj fit ad æquatio ad reliqua bona; text.in.l.lege falcidia, in princip. in l.circa in principio, in l. in quantitate.§.in diem.l.qui quadringenta, in fin.ad.l.falcid. In legatis autem in certis, & in diem simul vt in successiuis ad vitam tria necessario sunt facienda. Primum, quia detractio falcidiæ, quæ est certa quota debet esse certa, & de certo, seu certificato, necesse est ante omnia dicti legati in certitudinem ad quandam probabilem certitudinem reduci, alioquim impossibile esset falcidiam adaptari. Secundò, quia legatum illud incertum ad certam probabilem summam, seu æstimationem reductum nihilo magis pure, simulque præstatur, sed in diem, & successiuè: ideo detrahendum est commodum inter vsurij, sicuti delegato certo in diem dictum est. Tertiò demum fiet illa adæquatio: cum autem de duobus vltimis iura essent protrita, vt plusquam notorium est, solum restabat, prouidere de primo, de quo nihil dũ erat dispositum in iure, quare ad finem super illo primo, prius requisito dnm taxat prouidendo facta est, dict.l. & taxatio in ea contenta non ad taxandam præsumptionem vitæ hominis in casu dict.l. (vt vulgo putant) sed vt esset quædam formula ad inueniendam probabilem quandam certitudinem in his incertis: non potest autem probabilius, & cõmodius in certum illud ad certum quid æstimari, vel reduci quam ad medium totius incerti, tum quia dimidium istud incerti est medium inter maiorem, & minorem in æqualitatem, vt dixi, tum quia incertitudo vtriusque oppositi extremi, videlicet, vel integræ vitæ hominis, quanta veri similiter esse potest, & solet communiter vel vitæ abruptæ, & mortis immaturæ, quorum alterutrumque ferè pariter, & æque frequẽter vsu venire solet, & non possunt melius, & probabilius inuicem compensari. (quando ad certam, quandã æstimationem veniendum est) quã æqualiter. hoc est, ad dimidium, vt sic totum verisimilius, & communis vitæ hominis in certum tempus æstimetur, dimidiato tẽpore certo, prout ferè fit in singulis exemplis, dict.l. si rectè inspiciatur, & hæc est vera ratio, & intentio d.legis, & notabiliter dixi ferè: quia taxatio.d.l. non debet præcisse, nec ad viuum resecari, tanquam mathematicum quodam, seu magicum prescriptum, cui nec addi nec demi possit, quod nec excedi, nec minui queat, sed primo, vt pote in materia moralidebet accipi temperamento legalis æquitatis, & omnium totius negotij circunstantiarũ, iuxta.l.bona fides depositi. Secundo vt pote in materia, quæ certam perpetuam, præcisam, & vniformẽ determinationem non recipit in singulis particularibus casibus, necesse est taxationem dict.legis non pro determinatione perpetua, & specifica singulorum omnium casuum (cum ad praxim, & ad particulare ventum est) vt nimis præcipitanter putauerunt DD. sed pro quadam probabili forma, seu methodo in genere suo, & quantum ad circunstantiam verisimilis durationis tẽporis in genere

tantũ

tantum sine præiudicio aliarum circunstantiarũ, cuiusque particularis casus, de quibus nihil cauetur in dict. l. si enim legatarius alimentorum, vel vsusfructus puta titius apparet tã afflictæ valetudinis, vt verisimiliter vltra decem annos victurus non sit secundum crebriorem contingentiam hominum taliter afflictorum, tunc licet nõ sit, decem, quindecim, vel triginta annorum ætatis: tamen certum est, quod legatum nõ debet æstimari, quantum in 30. vel in duobus, & 20. annis ascendere possit, secundum formam dict. l. & hanc nõ fuisse intentionem Iuris Consultorũ certo certius est, & tamen ad pervicaces conuincendos probo.

21 Forma, seu æstimatio dict. l. est medium probabile inter maiorem, & minorem in æqualitatem, id est, inter extremum maius, & extremum minus, quod est immatura, & anticipata mors, & tendit ad vtrumque compensandum in certum vitæ abrumpendæ, cum incerto vitæ vsque ad verisimilem metam continuandæ, & hoc ipsa viuatio, series, & mens dict. l. omnium fere exemplorum eius collatio, & proportio ostendit, sed isto particulari casu æstimatio talis nõ esset probabiliter, nec aliquo modo media: cũ vergat ad extremum maius, imo (quod deterius est) illud manifestè transcenderet quandoque in triplo, vt cum titius est 30. annorum ætatis, & esset plusquam manifesta & absurditas, & iniquitas: contra factitium esse 60. annorum, sed adeo præter communem hominum temperaturam viuacem, vt verisimile sit eum ad huc. 20. aut 25. annis victurum nonne vergit ad extremum minus? Num iniquũ est æstimari legatum, quantum ascenderet in quinque annis tantum? cõstat enim ex prædictis quod Vlpian. vbi æstimando in sexlagenario ad 5 annos respexit (vt simili proportione in superioribus exemplis) ad id quod secundum crebriorem hominum consuetudinem vsu venire solet sexlagenarios viuere vsque ad alios decem annos, vel circiter non vltra nisi raro, & quia nihilominus periculum est, vt quotidie moriatur, compensatione facti incerti probabiliter æstimauit ad dimidium tempus, sine præiudicio aliarum particularium circunstantiarum, si de illis constaret vt dixi. Quod autem Vlpianus ibi eandem quinque annorum æstimationem facere videtur cuiuscumque ætatis sit legatarius. 60. annos egressus hoc non ex præscripto tanquã ex fixa, & perpetua determinatione accipiendum est, sed crassus & definctorie maiori, & scrupulosiori computandi subtilitate omissa in his incertis, quæ specialiorem in communi determinationem commode non admittunt, specialior enim, & exactior determinatio non est doctrinæ, nec methodi communis, sed spectat ad circunstantias particulares singulorum casuum.

22 Vltimo aduerte, prædictæ l. hæreditatum dispositionem trahi per Rodericum Suarium l. quoniã in prioribus, ampliatione. 3. num. 5. cum sequent. C. de inofficioso ad æstimationem legati vsusfructus omnium bonorum vxori à marito filios legitimos habenti relicti: vult quidem Suarez quod cum iure nostro Hispano omnia patrisbona excepto quinto sint filiorum legitima, in qua gratiari nequeunt, prædictum legatum substinebitur, quatenus quinti valor tam in proprietate, quam in vsufructu non excesserit, vt autem æstimetur vsusfructus legatum recurrendum censet ad taxationem dictæ l. hæreditatum, quam opinionem te-

nuit

nuit Angelus in authent. desciente, & semisse §. prohibemus collation. 3. Cæpola, cautela 21. sequuntur Palat. Rub. in repetitione Rubr. de donatio. inter virum, §. 25. num. 5. Ayora de partitione bono. 2. part. quæst. 21. numer. 58. hæc opinio nunquam mihi placuit, & videtur contra text. in authentica nouissima. C. de inofficioso, ibi. *Cuius portionis, nec vsufructu defraudari possunt liberi à parente.* Vbi probatur patrē teneri filijs legitimā in proprietate, & vsufructu relinquere, sed iure Regio omnia bona patris, excepto quinto, sunt filiorum legitima: ergo legatū vsusfructus vxori relictum, in quatuor bonorum partibus inutile erit, & solum in quinta substinebitur, quoad vsumfructum tantum ipsius quinti, nō quoad quinti proprietatem, nec inficior patrem prædicto casu potuisse vxori legare, non solum quintæ bonorum partis vsumfructum, sed etiam proprietatem, vt inquit Ayora vbi supra, tamē quod potuit nolluit, quod voluit ad implere nequiuit, potuit in quā quinti proprietatem legare, sed nolluit: quia verba legari non pertinent ad proprietatem, sed ad vsumfructum, nec à verbis testamenti recedendū est, nisi aliunde constet mens testatoris, l. non aliter. ff. delegat. 3. voluit omnium bonorum vsumfructum relinquere, quod nequiuit adimplere dict. authent nouissima, nec vllo iure fieri potest vsusfructus, & proprietatis compensatio, vt dicebat Suarez, quia proprietas legata non est, nec refert quod filijs relinquitur, vltra legitimā quinti proprietas: quia, quod pater vltra legitimam filijs relinquit, non compensatur cum grauamine legitimæ impositio. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffic. Molina, de primogenijs, libr. 2. cap. 1. numer. 29. Igitur dicendum est vxorem ex dicto legato nō habituram, nisi quinti bonorum vsumfructum, quæ sententia communis est, vt resoluit eā sequutus & pluribus relatis M. Antonius Cuchi, in tract. de legitima versic. cuius portionis vsufructu, num. 2. folio. 103. & agnoscit Ayora supra. & eam sequuti fuerunt Segura d. vnum ex familia. §. sed si fundum, nu. 214. delegat. 2. Gomez Arias. l. 48. Tauri, num. 17. Peralta, l. Titia cum testamento. §. Titia, numer. 23. delegat. 2. Montal. glos. fin. l. 6. titul. de las herēcias, lib. 3. fori, &. l. 9. tit. de las ganancias, cod. lib. Gom. 1. tomo, cap. 11. numero. 26. qui male in hanc sententiam retulit Rodericum Suarez, eādem tenent additiones ad Palacios Rub. & Suarium vbi supra. Caualcanus de vsufructu mulieri, relicto, numero. 95. Azeued. ad. l. 11. titul. 6. libro. 5. Recopilation. nu. 17. Peregrinus de fideicommissis, art. 12. num. 29. ex quibus idem dicendum erit in legato vsusfructus omnium bonorum vxori relicto ab eo qui habebat ascendentes legitimos: quia solum debebitur vsusfructus tertiæ bonorū partis ex. l. 6. Taur. vbi probatur alias duas bonorum tertias esse legitimā ascendentium, quibus ita debetur legitima, sicuti descendentibus, vt probat. l. nā, & si parētibus de inofficio. & dict. l. 6. Tauri, pro quo facit quod legitima ascendentibus, & descendentibus debetur in omnibus bonis defuncti, & per legatum non minuitur. l. Papinia. §. quarta, & ibi Bart. de inoffi. idem Bart. & alij. l. in quartam ad. l. falcid. & debetur legitima sine aliquo onere legatorum. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. ergo libere, & absque onere in proprietate, & vsufructu detrahendæ sunt bonorum partes pro legitima assignatæ, nec iuri consentaneum est, vt ille, cui legitima relinqui debuit alimē-

tis

tis interim careat, dum vsusfructus omnium bonorum alteri legatus finitur,cui absurdo alias occurrit, tex. dict.l.quoniam in prioribus,&.l. scimus.§. cum autem. C. de inofficio. nec maioris bonorum portionis longa expectatio huic necessitati alimẽtorum succurreret, vt cum iudicio aduertit M.Anton.vbi supra,& post quam hæc scripseram vidi Gutierr. lib.3.practic.quæst. 57. qui communem,& veram sententiam defendit: sed contra hanc communem sentẽtiam vrget tx.singularis,& iure Regni optimus in.l.11.tit.4.p.6. vbi probatur quod si pater filio relinquit legitimam & aliquid vltra legitimam. cum grauamine cõditionis potestatiuæ illud grauamen tollitur de legitima, sustinetur tamen in relicto filio vltra legitimam. Cætera autem grauamina non solum à legitima, sed etiam à residuo reijciuntur. Nec obstat.l.27.Taur.qua parentes qui filijsvltra legitimam relinquunt eos meliorando in tertio & quinto possunt imponere grauamina iuxta formam illius.l. quia id intelligendum est quãdo parens insolo tertio & quinto specifice ac separatim apponit grauamen & conditiones casuales,aut mixtas, si autẽ in omnibus bonis & legitima,& tertio &quinto simul apponit grauamina,& huiusmodi conditiones ne dũ ex legitima,sed etiam ex tertio & quinto reijciuntur,ex dict. l. partitæ: & ita in terminis scripsit Molina libr.2.cap.1.nu.36. de primogen. Angulo.l.11.de las mejoras,glos.3.Azeuedo.l.11.tit.6.lib.5.Recopil.nu.17 Auenda.d.l.27.Tau.glos.1.num.10. & ante eos Peralta.l.1.nume.12.13. &.14.ff.deleg.2. Igitur si pater filijs bona sua relinquat, & omnium bonorum vsufructum vxori grauamen istud ab omnibus bonis reijciendũ est.Nihilominus à communi recedẽ dũ non est,quia d.l.11.tit.4.par.6.solum loquitur quando pater filium instituit hæredem in legitima,& in aliquibus bonis vltra legitimam sub cõditione casuali aut mixta, tunc ab omnibus bonis reijcitur grauamen. Secus dicendum erit si pater relinquat filio legitimam,&aliquid vltra & grauamen in omnibus bonis imponat: tunc enim à legitima tantũ reijcitur grauamen,ex text.in dict.l. scimus.§.cum autem, qui non corrigitur per dict.l.partitæ, vt inquit Molina,vbi supra,num.34.quia non loquitur in grauamine adiecto institutioni in quo loquitur.l.partitæ.Reditus ad tẽpus certum constitutus non habetur in vsu secundum Iacob. de Grafys vbi supra num.20.& in Galeciæ regno in vsu non est, & merito:quia licet grauissimi viri scripserint eum cõtractum,nulla inijci macula nisi in pretio sit iniquitas,vt videre licet per Conradum de contract.quæstio.79.&.80.Medin.de restitut.cap.de censu ad tempusdeterminatum.Emanu.Rodrig. in explicatione Motus Proprij Pij. V. super forma creandi census in princip. 2. fundamento,Couarr.libro.3.Variarum,cap.7.numer.3.vers. sunt & alij Nauarr.capit.1.14.quæstio. 3. num. 78. Garciam de contractibus. 2.p. capit 5.Gom.tractat. de censibus, c. 2.num.6.Soto de iustit.& iur.libro.6 quæstion. 5. articul. 2. Fatentur tamen prædicti contractum hunc nõ carere suspitione,& Christianis consulendum esse, vt ab eo abstineant, imo vsurarium esse asserit Parlador. libro.2.rerum quotidianarum,capit. 2. Auertamus igitur, & calamum ab eius materia, vt vsu frequentiora, & vtiliora magis explicemus.

24

Ex

De annuis reditibus.

Ex quæst. sequen.

Quod sit iustum pretium reditus redimibilis, num. 1.

Iustum rei pretium esse quod lege, aut consuetudine taxatur, numer. 2.

Intellectus, l. 3. §. item si reipub. ad legem falcid. numero. 3. & sequent.

Reprehenditur Budeus circa intellectum & praxim text. d. §. item si reipub. n. 4.

Legatum reditus annui factum priuato secundum Budeum æstimandum est ad rationem semissis vsuræ, & quid si legetur reipub. n. 5.

Pretium reditus legati non augeri reipub. fauore, num. 6.

Explicatio dilucida text. d. §. item si reip. num. 7.

In §. item si reipub. non solum æstimatur reditus de nouo constitutus à testatore, sed etiam antiquus, num. 8.

Et quid si legetur reditus non tuto collocatus, n. 9.

Iure Consultos non solum philosophiæ, sed etiam commerciorũ praxis & politicarum rerum fuisse peritissimos, numero. 10.

Reditus perpetuus à iure æstimatur quantum pensionum viginti & quinque annorum cumulus ascendit, num. 11.

Iustum fundi pretium esse ad rationem triginta pro vno, ideſt, quantum ascendit cumulus fructuum. 30. annorum, nu. 12.

Id tamen ex causa quandoque minui, num. 13.

Ius authenticorum permittebat reditus perpetuos ad ecclesiã pertinentis alienationem ad rationẽ triginta aut nec pro vno num. 14.

Iustitia pretij tam fundi, quam reditus annui probabilem recipit latitudinem, diuersimode tamen, num. 15.

Quod sit iustum pretiũ reditus fructuarij in frumento, vino seu alijs fructibus soluendi, numero. 16.

Fructuum crebrior æstimatio qualiter colligenda & censenda sit num. 17.

Reditus redimibiles habitu perpetui sunt, num. 18.

Non potest melius æstimari pretiũ reditus annui quam collatione fundi similem reditum ex fructibus afferentis, num. 19.

Iustiniani tempore domos ciuitatis Hierosolymorum vendi ad rationem quinquaginta pro vno inspectis pensionibus, num. 20.

Libera redimendi facultas rei pretium minuit, & quantum minuat, num. 21.

Plus lucrari reditum quam fundorum emptores, num. 22.

Reditus redimibiles non posse minoris

rtis æstimari quam pro dimidia pretij reditus perpetui, numer. 23.

Reditus annuos veterum usurarum succedaneos esse, num. 24.

Iure communi non determinari certũ & iustum pretium fundorũ contra Accursium & communem, num. 25.

Reditum perpetuum & pari ratione fundum in turo loco situm iuste æstimari ad rationem triginta pro uno, num. 26.

Explicatur tx. in authentico de rõ alienãdis. §. si vero, coll. 2. n. 27

Explicatur tx. in l. si quis argentum §. sin autem donator. C. de donat. num. 28.

Reditus perpetuus donatus aut legatus qualiter æstimãdus, ibidem.

Explicatur text. in authentico de alienatione emphyteusis. §. sẽ Etissimas, num. 29.

Exponitur text. in authẽt. de eccle siasticis titulis §. si autem annale, collat. 9. num. 30.

Quod sit iustum pretium annui reditus perpetui & quantum propter redimendi libertatem minui possit, num. 31.

Legibus regijs Hispaniarum taxari pretium reditus perpetui cõtra Felicianum, ibidem.

In Hispania non potest reditus redimibilis minoris emi quam ad rationem unius in. 14. in anno num. 32.

In quibusdam præstat fundorum in quibusdam reditum emptio, & sic cõpensatione facta adæquantur, num. 33.

Annuorum redituum tuibilis pretium potest esse maius non minus quam ad rationem unius in 14. num. 34.

Reditus annui redimibiles semisses usuras excedunt, sed tamen bessibus imo septuncibus sunt leuiores, num. 35

In reditibus annuis debitor nullo casu obligatur ad sortis restitutionem etiam si labi incipiat facultatibus, n. 36.

In reditib⁹ annuis nullo casu licet creditori ultra quatuordecimam commodum aliquod stipulari, num. 37.

Id tamen limitandum est nisi reditus minor, quam ad rationem unius in 14. emptus sit. n. 38.

Dum quæritur an creditor ultra quatuordecimã ex reditu percipiat non ipsius commodum, sed debitoris incommodu æstimandum est, n. 39.

Si ex reditus venditione venditor incommodum sentiat extrinsecus, & sine facto emptoris attendendum non est, num. 40.

Neque sportularũ neque alia quacunque ratione licet emptori reditus aliquid de sorte demetere, num. 41.

In regionibus ubi rariora sut cõmercia et negociationes oportet pretiũ reditus minoris æstimari, nu

Reditus annui secundum taxã legum Regiarũ licite emũtur & exiguntur in vtroque foro cessante fraude, num. 43.

Dummodo pretium interuenerit in pecunia numerata, ibid.

Libera redimendi facultas necessario requiritur ad iustitiã emptionis redituum nec pacto, nec præscriptione tolli potest, n. 44.

Id tamen limitatur, si pretium ascẽdat ad rationem quincuncis vsuræ, num. 45.

Reditus annui etiã si ita cautum nõ sit semper redimi possunt dummodo eorum pretium non ascendat ad rationem vnius in viginti, numero. 46.

Reditus annui quantumcunque pecunia constituti semper odiosi iudicãdi sunt eoque magis quo minori pretio empti, numero 47.

Sicut venditor reditus nequit grauari vltra quatuordecimam ita neque eius successor, n. 48.

Leges taxãtes pretiũ annuorũ reditum ita clericos obligãt sicut laicos, num. 49.

Leges quæ reditus fructuarios ad pecuniarios reducunt, similiter clericos comprehendunt, num. 50.

An reditꝰ annuus ad rationẽ vnius in. 14. constitutus possit postea minoris vendi, num. 51.

Quæstio. VI.

De iusto pretio reditus perpetui, & redimibilis.

1 NVNC videndum est, q̃ sit iustum, & æquum pretium reditus. Et si de annuis reditibus perpetuis, sed perpetuo ad liberam debitoris voluntatẽ redimibilibus loquamur in Hispaniarum regnis: iustum pretium erit ad rationem quatuordecim pro vno, idque tam. l. Regia, 6. titul. 15. lib. 5. Recop. quam supremorum tribunalium decretis, & vtẽtium moribus generaliter, & in communi comprobatum est, vt resoluit Couarr. lib. 3. variar. cap. 10. vbi quoque refert, quod sit horum redituum pretium apud Gallos, Germanos, & 2 alias nationes. Quare non est dubitãdum quin hoc sit iustum pretium, vt pote lege definitum, iuxta regul. tx. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcid. & notata in. l. 2. C. de rescind. venditio. Couarr. libr. 3. variar. cap. 9. num. 6. vers. ex quibus colligitur. Mexia in prag. panis, conclus. 1. num. 4. & concl. 4. n. 21. etiã in foro cõscictiæ, vt tradit Ioannes Gerson de contractibus cõsideratione. 5. vbi cõsuetudinem cõmunẽ sequitur pro leg. iusti pretij, & idẽ in cõsideratio. 9. ait arbitrio legislatoris subiacere cõtractuũ, modificationẽ, limitationẽ, vel ampliationẽ, & formalem rationem cõtractuum consiste-

consistere in conformitate ad. ll. & in considerationem, vbi etiam ait, quod nullus debet censeri sapiẽtior, quam legislator: lex enim magis est domina rerum nostrarum, quam nos ipsi. Atque ita licitus est contractus lege, & authoritate boni, & prudentis Principis concessus. Sed vt hæc sufficiunt, & concludunt ad iustitiã pretij, ita non sufficienter illuminãt intellectum ad sciendum quid iuris in quæstionibus particularibus connexis, & in cæteris speciebus, & reditibus, nisi radices ipsius materiæ subiectæ excutiamus, & rem ipsam per causas suas more philosophorum cognoscamus. Vt igitur hæc fiant il
3 lustriora simul quam breuius & dilucidius fieri poterit exagitemus primam iustitiam, & æqualitatem pretij in. d. specie, quod non sit iustum pretium, sed defectiuum quod quis pro quatuordecim aureis possit habere annuum aureum non perpetuum, sed redimibile vt dictum est probatur primo per textũ optimum in l. 3. § item si Reipub. ff. ad. l. falcid. vbi legatum annui, & perpetui reditus æstimatur ad rationem triẽtariæ vsuræ, siue tertiæ partis centesimę, hoc est ad rationem vigintiquinque pro vno, siue ad pensionem vnius anni quinquies, & vicies multiplicatã: Et quodibi verum, & iustum pretiũ æstimetur patet: quia in ratione legis falcidiæ, de qua ibi agitur iustum, & commune pretium inspicitur. l. pretia rerum. l. cum titio. l. quantitas. l. in quantitate. ff. ad. l. falcid. & sic in dict. §. item si Reipub., nihil est speciale in Repub. vt ibi aduertit Socinus column. 1. ad finem, & in numer. 8. qui primus dictum. §. recte quidem, sed non plene explicuit & in terminis dũtaxat iuris nihil enim tradit, quod ad praxim & vsum no-
4 strum faciat. Igitur illud pretiũ quatuordecim pro vno iustum nõ videtur. Et ad pleniorem explanationem illius text. aduertendũ est, errasse Budeum lib. 1. de asse super intellectu illius, dum ex eo infert, si hodie legaretur Reipub. reditus octo aureorum quod in ratione legis falcid. aut alia simili æstimandum esset legatũ paulo minus, centum & quinquaginta aureis, attento quod hodie apud Gallos commune pretium horum redituum est ad rationem duodecim pro vno: sed istud nullomodo potest accommodari ad rationem triẽtariæ vsuræ, quæ in dict. §. ponitur pro mensura iusti pretij reditus: non tamen aberrauit Budeus in calculo, sed præsupponit duo erronea, primum quod in dict. §. specialiter augeatur pretium reditus fauore Reipub. non autem quod commune pretium expendatur. Secundum, quod Iure Consultus ibi referat & mensuret augmentum pretij ad communes vsuras, secundum l. eos, C. de vsuris quæ sunt semisses, & ita augmentum sit sexquiplum prout stante eadem quantitate vsuræ, si sit trientalis eius sors erit sexquiplũ ad eam, quæ resultaret sortem, si vsura esset semis, & sic colligit primo quod in terminis iuris legatum reditus perpetui facta priuato debet estimari ad rationem semissis vsuræ. Verbi gratia, si sit ei legatus reditus annuus perpetuus sex aureorum, debet tale legatum æstimari, secundum Budeũ centum aureis semel soluendis, & non vltra, quia centum aurei iure cõmuni ad rationem semissis vsuræ, pariũt sex aureos annuos. Secũdo colligit in terminis vsus & consuetudinis Gallorum, quod si vt ipse præsupponit dictum legatũ sensum aureorũ perpetui reditus sit factũ priuato, debet hodie apud Gallos estimari duobus, & septuaginta aureis, & sic ad

rationem duodecimæ communiter vſitatæ, ita ſi idem legatum factum ſit Reipub. proportionaliter ad rationem ſex qui alteram augeri, ſeu plus æſtimari, videlicet centũ & octo aureis, vel (quod in idem recidit) quod legatum octo reditus annui priuato factum paulo minus centum aureis æſtimandum eſt. Sed factũ Reipub. paulo minus centum & quinquaginta aureis. 6 Sed hic Budęus toto cælo aberrauit, quod enim primo præpoſuit in dict. §. pretium cõmune augeri ſpeciali fauore Reipub. falſum eſt, vt iam dixi, nec iura trahenda ſunt ad gratiam iuxta l. iura non in ſingulos. ff. de legibus. Secundum etiam præſuppoſitũ falſum eſt: quia iure Digeſtorum, nondum erat facta tanta vſurarum moderatio, quæ per d. l. eos poſtea ſuperuenit, ſed priuati promiſcue, & cõmuniter etiam beſſibus fenerabantur, vt patet in l. Publia. ff. depoſiti, & per totum. ff. de vſuris. Imo plus dico, quod etiam ſi d. l. eos præceſſiſſet d. §. itẽ ſi Reipub. vel quòd eo tẽpore communes vſurę fuiſſent beſſes hoc nihil ad Rhombum: quia Iure Conſultus ibi nullomodo ſe refert ad rationem vſurarũ communium, vel aliarum, neque ſecundum eas metitur ſuam diſpoſitionẽ. Quinimo dico quod ibi I.C. non 7 intelligit vllomodo augeri cõmunẽ æſtimationem reditus legati, neque aliquid ſpeciale ſtatuere, ſed ſolum vult deſignare quod, & quantum ſit ad minimum iuſtum, commune, & æquabile pretium perpetui reditus annui. Vtque plenius quam fecerit Socinus, & ad vſum, & praxim reducendo interpretemur text. in dict. §. item ſi reipub. aduertimus Iur. Conſult. ibi intẽdere deſignare certam, iuſtam, & æquabilem æſtimationẽ reditus perpetui, & nõ redimibilis, ſed ſicuti ſi eſſet quædã plena proprietas perpetuò tantos fructus afferens, vnde cũ fructus eius ſint perpetuo vniformes, & incommutabiles, facile certam limitatã, & ſtatam æſtimationẽ recipit, quod nequit eſſe perpetuum in terra frumentaria, vel vineata, nõ ſolum, quia horum fructuum æſtimatio ciuilis, hoc eſt indicatura fori, ſed etiam naturalis prouẽtus, & bonitas, & vbertas tẽpore variatur, certus autem limitatus pecuniæ reditus tuto 8 collocatus tẽpore nõ variatur. Ar licet hic. §. loquatur de legato certi huiuſmodi redit' in genere, & ſic de cõſtituendo, vel aſsignãdo idoneo de nouo, tamen idem eſt ſi teſtator certum ſimilem reditum ab antiquo ſiue debitum idoneè collocatum legauerit. Idem ſi ſimilem reditum in bonis hæredibus ſuis reliquerit: idem ſi tantũdẽ reditus perpetui alij debeat ſemper enim eadẽ ratio, & neceſsitas eſt æſtimationis fiẽdę in ratione legis falcidiæ, in qua totum patrimonium, quantum erat tẽpore mortis æſtimatur. l. quantitas patrimonij cũ l. ſequenti ad. l. falcid. Si tamen eſſet 9 antiquus reditus teſtatori debitus minus tuto collocatus, aut litigioſus, aut in loco remotiſsimo exigendus, quia prius quæcũq; dãnoſa, ſiue originaria, ſiue accidẽtalis qualitas æſtimanda, & detrahenda eſſet, non plane procederet. §. ille qui preſupponit reditũ bonũ hoc eſt liquidum tutũ in loco præſtandum, nec aliqua alia clade affectum. Ex quibus facile cõ 10 ſpicies, vt veteres illi Iuris Conſulti, nec dum Philoſophiæ, & Theoricæ, ſed commerciorum praxiſque, & rerum omnium politicarũ fuerint peritiſsimi, vt in omnibus iuſtum illum medium ciuile æquabilitatemq; ſummam ſequuntur: non enim potuiſſet vnquam, nec nunc quidem poſt tot ſæcula poteſt iuſtior, & æquabilior in perpetuum, æſtimatio

fieri

fieri, cum enim per varios rerum successus, & inclinationes, & sæculorum intervalla communis prædiorum vectigalium æstimatio non soleat minus semel æstimari, quam reditus viginti annorum cumulus ascendat, neque plus communiter, quã triginta annorum cumulus ascendat, vt infra dicam mediam ipsam viam elegerunt æstimando certum perpetuũ incommutabilem reditum super alienis bonis, prædijsve percipiendum, quantum pensionum viginti quinque annorum cumulus ascendit.

11 Non tamen intelligas, quod illud pretium sit medium in se, sed minimum: est quidem medium respectu varietatis pretij fundorum inter illud, quod solet esse minus, & illud, quod solet esse maius pretium fundorum, sed respectu sui videlicet communis valoris, & æstimationis

12 huiusmodi reditus, dico, quod illa ratio vigintiquinque pro vno est minimum pretium iustum, neque videbatur posse eo iure esse minimum pretium reditu tuto collocato quin esset iniustum per defectum pretij ea ratione: quia iustum plene, & commune pretium fundi integri in loco ab externis cladibus tuto siti est ad rationem triginta pro vno annuo, idest, quantum ascendat cumulus fructuum. 30. annorum, vt docet experientia, & communis vtilitas, secundum quam pretia metiuntur, atque ita ex fructibus æstimãtur. l. fundum per fideicommissum, iuncta gloss. 1. delegat. 1. tradit plures referens Mascardus. de probation. conclus. 651. numero. 1. & dicam infra nu. 19. representatio simultanea commodi tot annorum æquipollet fundo, neque minus communiter vtilis est in commercijs hominum, quam totus ipse fundus, & verisimile est etiam olim tempore

13 harum legum simile circiter fuisse pretium: tùm per prædicta: tùm. quia triginta anni sunt tempus legitimum, & perpetuum in iure institutæ de perpetuis, & temporalibus actionibus in principio. Quod autem iustum, & commune pretium fundorum quandoque, & in quibusdam locis à dicta ratione vsque ad viginti pro vno, & citra minutu iuxta gloss. in authentica perpetua verbo iusta. C. de sacrosct. eccles. Cæpolam de simulation. contractus præsumption. 3. columna. 2. Mascard. vbi supra, numero. 3. Rebuffus. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod interest gloss. verbo sebtilitatem, num. 55. Cagnolus qui de hac opinione dubitat in l. 2. C. de rescind. n. 233. Pin. l. 2 C. de rescind. 3. part. cap. fin. num. 29. Lara. l. siquis à liberis. §. sed si filius, numer. 117. de liber. agnosc. plures referens Menochi. lib. 3. præsumptione. 122. num. 51. decisio Seraphini. 651. numer. 2. in decisionibus Rotæ nouissimis. 1. p. Surdus, cons. 151. n. 6 lib. 2. & cons. 282. numer. 16. eodem lib. Id accidit, vel propter vicinitatem fluminis exundare soliti, vel hostium, vel aliam cladem secus illis, quam alibi fructus populantem, quod periculum cessat in huiusmodi reditu tuto collocato: ideo cum etiam fructum habeat certiorem, vniformiorem rationabiliter minorem, recipit defectionem à pleno, & integro pretio, quam venditiones fundorum in genere suo: quare etiam sæpe solent à multis plus vendi, & æstimari, quàm fundi similis reditus, non solum à nollentibus redimere, alioquam non redimibilem (in quibus vtpote abundantibus, & de acquirendo certantibus rationabiliter non æquet procliue est lesionem dici, si,

ficuti in vendenti, & indigente, vt alio loco infra dicemus, facit lex alienus ad.l.falcid.) sed etiam a venden tibus. Tertio nomen ipsum, quod nonnunquam ad rationem quadraginta pro vno æstimatur, sed tunc multum exceditur cõmune pretiũ.

14 Huiusmodi autem reditus ad ecclesiam expectantis alienatio permitti tur, in authẽt. de ecclesiasticis titulis §. finautem annuę, tribus cõcurrentibus, quorũ vnũ est, si vendatur ad rationem trigintaquinque pro vno, & sic apparet istud non esse commune iustum pretiũ, sed illud aliquatus excedere verisimile est autẽ, q excedat in sexta parte, & sic in. 5. Tũ per prędicta, tùm sicut in simili è conuerso permittitur in eisdẽ Nouellis cõcessio in emphyteusim rei ecclesiasticę diminuta sexta parte reditus annui, vt in auth. præterea. C. de sacrosan. eccles. Ex quibus videtur resultare q iustum, & integrum pretium huiusmodi reditus erit ad rationẽ triginta pro vno, sicut, & fundi in tuto loco si

15 ti. Cum autẽ iustitia huiusmodi pretij quandam probabilem latitudinẽ recipiat, tàm in fundo, quàm in reditu per ea, quæ notabimus in hoc lib. q. 9. tamen vt certior, & limitatior est vtilitas huiusmodi reditus, quã fundi ita huius latitudinis fines laxiores sunt in fundis, quã in hoc reditu vbi vt extremum maius poterat dici triginta quinque pro vno, in authẽ. de ecclesiasticis titulis. §. finautẽ ita extremum minus dicta ratio viginti quinque pro vno dict. §. item si rei-

16 pub. Commune autem, & adæquatum pretium ad rationem triginta pro vno. Sed quid si huiusmodi reditus consistat in frumento, vino, aut alia simili quantitate, videtur idem dicendum modo oblatio sit limitata, vt appareat certa, vt in. l. stipulationum quædam certæ. ff. de verb.

17 Nec obstat quod horum fructuum æstimatio singulis annis subinde variatur; quia dico, quod primo debet attendi crebrior valor, & æstimatio vnius anni, quæ colligitur multis, puta quindecim, vel viginti annis inuicem collatis tẽporis proximè sequentis, & præcedentis æstimationẽ fundi, & sic crebriore, & communiore vnius pensionis æstimationis repertæ. Deinde triceſies si plenum, & integrum pretiũ quæris, aut ad minus quinquies, & vicies in seducta, seu multiplicata totius reditus pro illa tamen ætate valorem, & æstimationẽ colligere, iuxta huius. §. itẽ si reipub. æquissimum, & practicum gnomonem. Ex prædictis videtur pretium nostrorum reddituum luibiliũ, de quibus principaliter agimus esse fere

18 minus dimidia iusti pretij. Nec obstat, quod sint redimibiles, tùm quia nihilus habitu perpetui sunt, & actu perpetuo durare possunt: igitur ac de perpetuis iudicandum esset. l. sufficit vbi Iaſſ. de conditio. indebit. l. iurisperitos in princip. de excusat. tutorum, tùm quia si redimantur illico possunt, & solent cum nouo debitore reintegrari, & sic semper continuari. Probatur secundo, quia non potest melius diiudicari æqualitas iusti pretij reditus, quam per collationem, & proportionem iusti pretij fundi similem reditum ex fructibus afferentis, & eius pretium

19 pro modo fructuum, siue redituum æstimatur. l. si fundus in principio. de bonis eorum qui sub tutela. l. fundum per fideicommissum, & ibi Iaſſ. ff. delegat. 1. l. siquis. C. de rescindend. venditione. tradit in proposita specie. Couarruuias, libro. 3. Variarum, capitul. 9. numero quinto, & diximus supra numero duodecimo. Sed notum est, quod etiam in locis vbi fundi viliores

sunt,

sunt propter in commoditatem limitaneorum & periculum incursionum, non minoris estimantur, quam sit cumulus fructuum in viginti annis. Cuius æstimationis rationem habuit glos. in l. perpetua in verbo iusta quæ est l. fin. C. de sacros. eccles. tradunt plures, quos refert Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. glos. 6. num. 19. Ioã. Garsia Gallecus in tractatu de expẽsis, cap. 9. num. 79. & in proposita specie Couarru. vbi supra numer. 5. Ioã. Baptista Lupus in tractatu de vsuris comentario. 2. numero. 77. alibi etiã æstimãtur ad rationem triginta pro vno, alibi ad rationem viginti quinque pro vno, alibi quantum cumulus fructuũ in quadraginta, vel quinquaginta annis ascendit. Talis videtur fuisse domorum statutus, valor, & locatio in ciuitate Hyerosolimorum tempore Iustiniani, vt patet in Nouellis, de alienatione emphyteusis constitutione. 120. §. hoc quoque, vbi permittitur ecclesiæ Hyerosolimorum (vt maiores reditus ruri emat) domos suas vrbanas vendere ad rationem quinquaginta pro vno, inspectis pensionibus, & sic verisimile est Hyerosolimam tunc pacatissimam, & frequentissime habitatam fuisse, vt tale pretium iustum, & in vsu illic tunc habitum fuerit, vt tanti tunc illic ementes reperiri potuerint. Ex prædictis satis probatum videtur rationem quatuordecim pro vno non esse iustum pretium, præsertim cum tutissimè reditus collocantur. Nec obstat, quod prædicta in fundis procedunt, quãdo perpetuo vendũtur sine facultate redimendi, vel quando nõ est liberum vẽditori quãdocunque sed post tempus redimere, tunc enim pretiũ propter redimẽdi pactũ nõ minuitur, vt per Tiraq. lib. 2. retract. in præfatione, n. 26. sed huiusmodi reditus vẽdũtur sub perpetua, & libera facultate redimendi, quæ multo diminuit de pretio, & valore rei iuxta legẽ fundi partem. ff. de cõtrahẽ. emptio. tradit Panormi. in c. inali quib⁹, n. 2. de decim. quia fateor, quod non parũ diminuit, sed non debet diminuere ad vsque, imo neque vltra tertiam, vt tradit Cotarru. lib. 3. Var. c. 10. nu. 1. & dicam in hoc lib. quæst. 11. multo minus vltra dimidiam partem vtilitatis reditus: pretium enim rerum, & iurium augetur, vel minuitur secũdũ quod plus, & minus deseruiunt vtilitati hominum, vt tradit D. Thom. in tracta. de vsuris, cap. 9. col. 9. Gabr. in. 4. sent. d. 15. q. 12. At palam est quod per emptiones horum redituũ ad rationem quatuordecim pro vno, potest aliquis plus in duplo lucrari, quã in emptionibus prædiorum. Igitur hi reditus non satis iusto pretio emũtur ad rationem quatuordecim pro vno, præsertim à cautis illis negotiatoribus, qui nunquam emunt, nisi prædibus, & prædijs abunde cautum sit, vt tam de sorte, quam de vsuris securi, & in tuto sint, eoque magis cum reditus consistit in pecunia, & sic in fructu vniformi certo, & liquido qui sine vllo sumptu, & labore percipitur. Præterea notum est in communi praxi quod reditus fundiarij perpetui non redimibiles, etiam si non sint qualitatis censualis, nec dominium directum, aut aliam vtilitatem implicent iuste æstimantur ad rationẽ triginta pro vno? Igitur si sint redimibiles, non debent minus æstimari, quam saltem ad rationem quindecim pro vno: quia sola facultas redimendi nõ debet diminuere ad summum, vltra dimidiam partem pretij. Facit quod huiusmodi reditus inuenti sunt, & subrogati loco veterum vsurarum, in quibus æquè licebat debitori onus excutere,

quandocunque sortem cum vsuris pro rata temporis restituendo,& tamen pretium commune vsurarum erat paulo supra rationem sexdecim pro vno,&minori pretio fænerari,ni si certis casibus exceptis erat prorsus illicitum.Igitur pretium horum reddituum non deberet esse minus,quã ad rationem sexdecim pro vno.Obstat tamen prædictis vulgaris doctrina glos.& Doctorum per text.ibi in authentic.de non alienand.§.siverò alicuius collation.2.glos.fin.in authẽtica perpetua,& ibi Salicetus quæstion.penultima.C.de sacrosanct.eccles.Roman.conf.423.col.1. Guid. Pap.conf.180.colum.2.Ias.in.l.si fundum per fideicommiss.colum.2. delegat.1.vbi tradunt quod de iure cõmuni iustum pretium fundi est quantum cumulus fructuum viginti annorum ascendit,& hanc opinionem post Steph.Bertrand.in consil. 318. num.2.lib.3. dicit communem Tiraq.libr.1.retract.§.1.glos.6.num.19 Lara de alimentis.§. sed si filius, numer.117. Sed hæc opinio non probatur iure,vt aduertit Couarru. dict. lib,3.Variarum,ca.9.num. 15. Ioan. Baptist.Lup.de vsuris,coment.2.§.2 num.77. Imo falsa est:quia in iure communi non determinatur certũ commune,iustum, & adæquatum pretium fundorum,quod etiam impossibile esset. Cum sit facti,& volubilis cuiusdam vicissitudinis ab incertis in finitatum inferiorum causarum,& circunstantiarum causalibus differentijs dependentis, vt est pulcher text.in.l.3.§.diui fratres.ff.de iure fisci,sed bene reperitur in iure taxatum pretium simplicium reddituũ perpetuorum, videlicet in summo, & eum quodam excessu ad rationẽ triginta quinque pro vno, vt in authent.de eccles.titulis.§.si autẽ,& in minimo ad rationem vigintiquinq; pro vno,iuxt.text.in dict.§. item si reipub. Ex quo satis ellicitur iustum, & adæquatum horum reddituum pretium,& pari ratione fundorum in tutis locis sitorum esse ad rationem triginta pro vno. Non obstat dict.§.si verò alicuius,& §. quia verò Leonis: quia ibi est verus casus specialis in concessione in emphyteusim temporalem rei ecclesiasticæ pretiosę, sed paucorum reddituum,vt aduertit Couarru.vbi supra,&sic ad alia præsertim longe diuersa inferre non licet,& adhuc dispositio dict.§.si verò non potest stare:quia si prædium dignum sit multo pretio paucos autẽ habeat reditus quid fieri potest, vt pensio emphyteutica, non pro modo reddituum,sed ad quantitatẽ pretij totius in viginti distributi taxaretur,quin pensio longe excedat reditus? & sic nullum inueniet emphyteutam ad quod glos.& DD.ibi non aduertunt. Benè verum est,quod in authent.de eccles.titulis.§.si autem annale,collat.9.permittitur remota solemnitate annuũ legatum ecclesiæ,aut pio loco super locis remotis factum vendi ad rationem triginta quinque pro vno.Videlicet pro pretio quod in triginta quinque annis ex pensionibus percipi posset, & in authentico de alienatione emphyteusis. §. sanctissimas permittitur Hyerosolimorum Ecclesiæ domos vrbanas vendere pro pretio,quod ex quinquaginta annorum pẽsionibus colligitur.Sed hęc non specialẽ modo,sed singularem habent rationẽ, vt aduertit Couarr.vbi supr. & Ioan. Baptista Lup.dict.n.77. prout etiam specialis est ratio l. siquis argẽtum. §.finautẽ donator.C.de donationib. vbi reditus annuus æstimatur quantum quindecim annorum fructuum cumulus ascendit, quã consuetudinem sequuta est consuetudo Mõtargersium

25 26 27 28

gersium, cæterorumque Lorrienſiũ, vt aduertit Tiraquel.lib.1.retract.§. 1.glos.6.nu.18.& ratio ſpecialis eiuſdem deciſionis eſt fauor donatoris, & in caſu quo non habet fundos, vnde præſtet reditum merito ne ex liberalitate ſua pericliteretur cautũ eſt, vt ſemel ſoluendo præfatam ſummam, licet longè infra iuſtam æſtimationem, liberetur & ita tenen Petrus Cynus, Albericus ibi ſpeciali eſſe fauore pauperis donatoris, & ſequitur Iaſſ.in.l.2.§.mutui datio pen. colum.ſi certum petat.& in.l. non amplius.§.cum bonorum de leg.1. Cota immemorabili incip. ſolui non poteſt Gerard.ſingul.34. Couarru.ſupra dict.num.5.ad fin. Pinelus.l.2. C. de reſcind.2.part.c.fin.nume.32. Ioan. Baptiſta, vbi ſupra, nu.75. Vnde valde errauit gloſ.in dict.l.ſiquis.§.ſinautem donator verſ. præſtet. Dum diuinando intelligit de reditu temporali cauſa alimentorum donatarij, dumque contra text. inter vſurium deducit, nec minus uidentur erraſſe Bald.Salicet.& alij idem inde colligentes iuſtam æſtimationem prędij, & fundi eſſe quantum aſcendit cumulus fructuum in quindecim annis: nec placet decidendi ratio ad eum text.adducta ab Antonio Corduua à Lara in.l.ſiquis à liberis.§.ſed ſi filius, num.117.de lib.agnoſ.quia verum non erat ciuili iure æſtimari fundum ex pretio, quod ex reditibus 20.annorum collectum eſſet, vt ipſe pro decidẽdi ratione præmittit nec probatur in dict.§. quia vero Leonis quem allegat, vt prædiximus quod autem Lara, ibi num.120. ſubdit eũ, qui donauit reditum annuum perpetuum liberari ſi ſoluat pecuniã, qua comparetur reditus ad rationẽ vnius in quindecim, non ita ſupine accipiendum eſt, ſed in caſu, quo loquitur text.d.§.ſinautem donator videlicet ſi donator non habet tãtum reditum quantum dedit. Quod autem ſcribit ibi Lara dict.§. ſinautem donator intelligendum quoque eſſe in reditu legato: verum non videtur: quia quamuis legatum ſit donatio in teſtamento relicta, non eſt ateſtatore ſed ab hærede præſtanda. Hæres tamen nõ obligatur ad ſoluendum legatũ ex donatione, ſed ex quaſi cõtractu adeundo hæreditatem.§. hæres inſtitu.de obligati. quæ quaſi ex cõtract.Et tx.ille continet priuilegiũ donatoris pauperis, cuius fauore donatus reditus perpetuus, quãdo illũ abſoluendũ nõ habet æſtimatur ad rationẽ quindecimę.Pinel.l.2.de reſcind.3.p.num.32. quod priuilegium cum perſonale ſit, extinguitur cum perſona, reg.priuilegium de reg.iuris in.6.l.priuilegia.l.in omnibus. ff. eodem, quemadmodum priuilegiũ ꝙ donator habet ne conueniatur vltra quam facere poſſit, & deducto ære alieno.l.inter eos.§. is quoque de re iudicata, non tranſit ad hæredem, vt per Dynum, dict.reg.priuilegium, ſimiliter priuilegium.§.ſinautem non poteſt ad hæredem legantis, aut donantis tranſire. Et poſtquã hęc ſcripſeram inueni hanc meam ſententiã 29
tenuiſſe Pet.Surdum in tract. de alimentis, quæſt.41.titul.9.num.9. quẽ vide à dd. §. ſinautem. In dict. vero §.ſanctiſſimas, verſ.hoc quoque concedimus ſingularis eſt ratio propter contingentiam facti illius temporis, vt ſupra adnotaui ne propter alienãdi prohibitionem, & ſolemnitatem fauore eccleſiæ introductam priuaretur eccleſia vtili comercio d.temporis: non enim ibi taxatur valor domorum Hyeroſolimitanorum, nec eccleſiæ in particulari, nec omnium ciuium in communi ad rationem vnius pro quinquaginta, ſed cum tãtus valor vrbanorũ prædiorum illic

tunc temporis inualuisset visum est Iustiniano omnem solemnitatem, & prohibitionem alienationis ecclesiæ fauore introductã ecclesiæ Hyerosolimorum pro illo tẽpore remittere, & quantum ad prædia vrbana dumtaxat, dummodo illis illo summo pretio distractis fructuosiora rustica prædia compararet, nec tamvtilem oportunitatẽ omitteret, & sic in dict. §. sanctissimas in primo responso est dispositio localis super ecclesia Odensi, & Tonensi: sed in secundo responso est prouisio localis, & temporalis simul, videlicet super prædijs vrbanis ecclesiæ Hyerosolimorum, & quandiu duraret oportunitas illius temporis, quod dico quia ibi libri nostri vulgares sunt mendosissimi, etiam à tempore Accursij, & deinde corruptiores, sed sequenda est translatio Holoandri. At in §. sinautem annale, ponitur dispositio nõ localis, nec temporalis, sed generalis qua cuiq; ecclesię, vel loco pio permittitur legatum, siue reditum annuum in remotis situm, sine alia solemnitate vendere duobus alijs concurrentibus: primo quod vendatur ad rationem vnius pro triginta quinque, & sic pleno, & integro pretio addatur sexta pars. Secundo, quod in eius vtilitatem conuertatur, quibus concurrentibus, solemnitas, & prohibitio alienationis remittitur, & sic conuinci videtur pretium vsitatum redituum nostrorum esse iniustum, & infra dimidiam iusti pretij. Tertio in terminis nostris fortioribus reperio Guidonem Papam dict. conf. 180 reprobasse, & tãquam vsurariam annullandam cẽsuisse certam emptionem reditus, quamuis sub libera facultatẽ redimẽdi, eo quod esset emptus infra rationem viginti pro vno, attenta consuetudine Delfinatus, emendi reditus ad rationem quinque pro centum. Ego quidem arbitror iustum pretium reditum dici posse, quo tantum redditus percipitur, quantum regulariter, & communiter ex prædijs, quæ pari conditione & pretio comparari possent diligenter cultis cultura deducta perciperetur: ita tamen vt propter liberam, & perpetuam facultatem redimendi, non diminuatur iustum pretium, nisi in .4. vel .3. parte, vel saltem ad summum non vltra dimidiam, & secundum hoc in locis populosis solida pace, & politia fruentibus, vbi prædia communiter æstimantur ad rationẽ triginta pro vno, inspectis fructibus, iustum pretium reditus perpetui nõ redimibilis tuto collocati non esset minus, quam triginta pro vno, vbi vero prædia communiter væneunt ad rationem vigiuti quinque pro vno, ad eandem rationem æstimaretur pretium reditus perpetui non redimibilis: vbi vero væneunt prædia ad rationem vigiuti pro vno, inspectis fructibus, ita etiam æstimarentur reditus perpetui non redimibiles, quã consideratione videtur habuisse Consultus in dict. §. item si reipub. nõ enim, ibi quidquam speciale, sed generale cõstitutum est, vt diximus, addi etiam attendisse arbitror legẽ Regiam septimam, tit. 15. lib. 5. Recopilat. nouæ à Rege Philippo II. latam, vbi videtur taxatum pretium horum reddituum perpetuorum, non redimibilium in nostra Hispania ad rationem viginti pro vno. Cuius legis ratio generalis est, & licet Gallecis, & Asturibus loquatur, generaliter ex, audienda est, iuxta ea quæ tradit Gutierr. lib. 2. practic. quæst. 170. sequitur Ioan. Garc. de expens. cap. 9. n. 78. & Azeuedus ad dict. l. 7. num. 2. quorum non meminit Felicianus libr. 2. de censibus, cap. 1. nume. 16. dicens legibus Hispanis pretium reditus

tus perpetui non definiri, definitur quidem præd. l. cuius rationem ex eo desumptam etiã existimo, quod in Hispania pensio iusta visa fuerit, quæ collecta in annis.20.rei æstimationem continet,& sic ad rationem quinque pro centenario, vt alias dixit æstimandam Natta cons. 198. numero.6.& cons.497. Decianus consil.105.num.16.libr. 2. Bursatus cõs. 84.num.19.lib.1.Carrotius de locato,Rubrica de vsuris,quæst.3.numero.29. Si vero venditori reditus daretur libera,& perpetua redimendi facultas iustè,& notabiliter pretium diminui posset. Sed in Hispania iã
3 2 non diminuetur plusquam ad rationem quatuordecim pro vno, iuxta text.in.l.6.dict.tit.15.lib. 5. Recopil. ibi. *Que de aqui adelante no se pueda en estos nuestros Reynos, ni en ninguna parte ni lugar dellos, vender, ni imponer, ni constituyr juros ni censos algunos de alquilar, a menos precio de a razõ de catorze mil maravedis cada millar.*
3 3 Fateor, quod naturaliter,& dese vtilior est emptio prædiorum, quã par reditus. Cum solo,hoc est,cum pleno dominio & possessione fundi in multis notabiliter præstantior est,& ad longe plures vsus, & commoditates hominum deseruire potest, putà habitationis,oblectationis,exercitij, & reditus æconomici,& variæ disponendi liberæ facultatis, quam simplex reditus abstractus ab omni dominio,& possessione soli, & in solis nominibus consistens,& ita.l. magis puto.§.nec passim. ff.de reb. eorum prædia minoris ære alieno laborantis prohibentur alienari,si minor habet reditus,& obuentiones,quæ tanquam viliora distrahi iuuentur, sed tamen in vno alio præcedunt reditus tuto collocati,videlicet obuniformitatem,& certitudinem præstationis,quæ neque periculis, neq; sumptibus, neque curæ culturæ, quibus prædiorum reditus obnoxij sunt sub iacent, & sic compensatione facta eorum,in quibus excedunt,& exceduntur adæquantur inuicem,& ita licet annui reditus perpetui iusta æstimatio non sit similis prædiorum æstimationi,quę ex fructibus eorum deducitur: verum tamen negari nõ potest optimam esse rationem diiudicandi iustum pretium reditus perpetui per similitudinem, & proportionem iusti pretij fundi similem reditum communiter deductis expẽsis, ex fructibus afferentis.l.si fundus in principio.ff.de bon. eorum,tradit Couarru.vbi supra,in dict.numer.5.
3 4 Deinde quia publica non tàm vtilitas,quàm necessitas hominum exigit esse vsum aliquem promiscuum, &comertium parabile pecuniarum, tàm ad negotiandum,quàm ad inopinatis necessitatibus occurrendũm, ipsaque publica iustitia exigit certã præfigi mætam, quam excedere nõ liceat licite,iuste, & prudenter vsu, & consuetudine,& lege nostra Regia supra relata taxatum est summũ pretium horum reddituum luibilium ad rationem quatuordecim pro vno, non quin pretium possit esse maius, sed quod nullatenus liceat minoris emere, nec vltra quatuordecimam sortis partem in anno stipulari, vel exigere,quod vltimum probat.l. Regia,supra dict.ibi. *Mandamos que de aqui adelante no se pueda en estos nuestros Reynos, ni en ninguna parte ni lugar dellos, vender juros ni censos de alquitar, a menor precio de à razon de catorze mil maravedis cada millar.* Cuius.l.immemor Ioan.Garc. de expensis,cap.9.num.81. perperam existimat in Gallecia posse emi censum pecuniarum ad rationem vnius in 12.& licere creditori stipulari sortis duodecimam,quod est contra dict. l.Regiam. Verum est, quod si solum reddituum æqualitas in collectione &

pro-

proportione ad prædia expenderetur iustius esset taxare ad rationem, quin decim pro vno, quæ æquabilior est, vt ex prædictis liquet: sed quia quodam tenus habēda fuit ratio eorum, quibus licet de sit, aut voluntas, aut idonea occasio pecunias colloeā di in emptiones prædiorum malunt tamen inde, aut negotiari, aut negotiantibus in societatem dare, quam ab egentibus etiam prædibus, & prædijs tuto cauentibus emere reditus paulo leuiores, quibus minor spes, tū quæstus, tùm redemptionis affulget, tùm quia in vniuersum prudēs legislator communē omnium commerciorum cursum, & omnium vtilitatem, ex eo quod curare, & prouidere debet iuste taxat ad rationem quatuordecimæ, neque est iniqua hæc taxatio, sed omnibus consideratis in 35 communi æquabilis. Nec obstat, q̄ huiusmodi pretium annuorum reditu um redimibilium excedit semisses, quę sunt communes, & regulares vsuræ de iure communi taxatæ, iuxta l. eos. C. de vsuris: quia vt patet supra, in quæst. 2. pro sorte centum sex singulis annis penduntur, & in his reditibus, de quibus agimus pro eadē sorte singulis annis emptor septem, & aliquid vltra recipit: quia respondeo, quod etiam iure communi Digestorum ante. d. l. eos besses in quibus octo pro sorte centum quotannis soluuntur) fuerunt communiter omnibus licitæ, vt supra diximus, vnde satis est, quod hæc taxatio annuorum reditu um besses non excedit, neque æquatur etiam ob aliud videtur hic reditus vsuræ besse, imo septūce leuior: quia in illis vsuris debitor remanebat obligatus ad sortis restitutionem, ad quam poterat cogi de 36 iure communi sub modificatione, de qua supra. Sed in hoc reditu nullomodo obligatur ad sortem, neque vnquam restituere cogi potest, etiā si incipiat labi facultatibus. Etiam si prædes, & prædia suppositā pereant, vt in extrauaganti regimini, de emptio. & vend. in communibus, ibi. *Etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus interemptis, seu destructis.* Sed istud leuamen alio multo grauiori ponderē compensari videtur: quia antiquę illæ vsuræ nunquam vltra quantitatem sortis currebant, sed mox cum eo ventum erat cessabant solutis vsuris cōputatis, vt infra dicā li. 3. quæstion. 4. at hi reditus semper, etiam in infinitum, currunt, quod grauissimū est debitoribus. Vt autem in reditibus istis, quandocunque redimibilibus perceptio vnius annui pro quatuordecim sortis est, iusta, ita & suprema, & quam nullatenus augere, 37 vel aggrauare licet, neque in quātitate pensionis, aut adiecti oneris, sine in accelerando tempore primæ solutionis, siue in restringenda libertate redemptionis, aut alias quocunque modo, vel prætextu, etiam si debitor nullis prędijs, prędibusve cauere possit vtcunque pauper sit, quin sit vitiū vsuræ superabundantiæ, vel incrementi illiciti: vnde creditor, siue emptor nullum aliud commodum à debitore exigere potest, neque directè, neque indirectè, neque per se, neque per alium quo vis modo vltra præfatam taxatam pēsionem, quin sit vsurarium, & restitutioni subiectum. Secus si emptor non stipuletur pensionem, nisi ad rationem sexdecim pro vno, & infra quia tunc poterit licite stipulari aliquod aliud commodum, dummodo simul cum pensione non excedat rationem vnius pro quatuor decim, vt dicā infra li. 2. quæstio. 1. num. 31. 38

In quo aduerto habendū esse respectum non ad commodum, aut versum in rem creditoris, sed ad incō- 39

mo-

modum,& onus debitoris, ita vt ad ſummum non grauetur, neque oneretur facto creditoris vllomodo vltra quam ſit onus iſtud vnius annui pro quatuordecim: quod ſi forſã extrinſecus præter formam contractus ſine facto,vel culpa creditoris in aliquo grauetur,non erit in conſideratione quantum ad iuſtitiam ipſius contractus,& quemadmodum in d. l.eos.C.de vſuris ad finem non licebat creditori de pecunia fæneratitia quidquam demetere, vel retinere ſi liquarum, vel ſportularum nomine, aut alio quocunque prætextu, quin hoc cederet damno creditoris, & in diminutionem ſortis, & futurarum vſurarum,ita & hodie nihil quocunque colore detrahere licet de ſorte. Imo neque differre, neque vnquam incipiet currere reditus,niſi pro tota pecuniæ quæ in manibus,& liberam poteſtatẽ debitoris peruenerit. Rurſus aduertendum eſt, quod in regionibus,in quibus rariora ſunt cõmercia,& minora lucra,quæſtuaria: quia non ſolent illic homines tã aſsidue, & late negotiari, prout ſolent in Italia,Gallia,& alibi neceſſe eſt in præfatis regionibus minorẽ eſſe vſum, & minorem neceſsitatem, & conſequenter, minorem vtilitatem æris alieni,&cum debitor iſtic non ſit tãtum ex ſorte, vel eius occaſione lucraturus,ſicut in his locis non eſt iuſtum creditorem,ibi tantum lucrari ex hoc pecuniæ,quæſtu, ſicut apud Gallos,& Italos: vnde non debent ibi reditus emptitij eſſe tam graues, ſicut in Gallia,& Italia,ſed leuiores, prout ibi pecunia,hoc eſt, vſus pecuniæ,& quæſtus qui ex ea fieri poteſt, eſt vilior: quamobrem in ſuperiori Germania reditus,quantocunque redimibiles non iuſte emerẽtur ad rationem vnius pro ſexdecim, licet apud Gallos & Italos,hæc ratio eſſet iuſtiſsima,& valde moderata: quia adhuc ſecundum hanc rationẽ creditor ibi nimis lucraretur ſupra, & vltra quam ſiue emptione prędiorũ, ſiue aliter negociando communiter iſtis ſuperlucrari liceat, vnde ibi iuſtiſsime Vbormacien. publico decreto Germaniæ illius pollitiæ conceſſum eſt,vt centum florenis emãtur quinque floreni annui reditus, declaratumque quæſtum vſurarium & illicitũ fore,ſi minori pretio emeretur,vt teſtatur Couarru.libr.3. Variar.cap.10.num.2. Et intelligendo de reditu quandocunque ad voluntatem debitoris redimibili, & iſtud demum non autem minus iuſtum pretium eſſe cenſet Conrad. de contractibus,quæſt.33.& quæſt.84. qui intelligendus eſt ſecundum vſum, & conſuetudinem Germaniæ, vbi ſcripſit,idem tamen Conrad.quæſt. 83.concluſ.2.refert, quod olim centum annis ante tempus ſuum cõſuetum erat,in quibuſdam ciuitatibus Germanię dare quindecim florenos pro reditu redimibili vnius floreni, & in Delphinatu non licuit quãdoque minoris emere hos reditus redimibiles, quam ad rationem viginti pro vno,vt ibidem conſultus. Guid. Pap.reſpondit conſ. 180. quæ ratio reſpondet quincuncialiv ſuræ. Ex his habes quod reditus pecunia conſtituti ad rationem quatuordecimæ, nec dum in iudicijs,ſed etiam incõſcientia ſunt liciti, dummodo non ſint fraudulenter empti,hoc eſt, ad exhauriẽdum facultates proximi, & cummulatis penſionibus extorquendum eius prædia, nec ſcienter exigantur ab eo, cui alias gratis mutuandum, vel eleemoſina ſubueniẽdum eſt. Et dummodo vere pretium in pecunia numerata integrè ad emptorem peruenerit tempore contractus vel ante, tex.in extrauagã. 1. de

emptio-

emptione,ibi. *Pretium tunc integraliter in pecunia numerata.* Et in extrauag. 2. eodem tit. ibi. *Certum competens pretium insumerata pecunia.* Nec sufficiet confessio venditoris de recepto pretio cum renunciatione de nonnume. pecun. exceptionis: quia sumus in materia suspecta: vide in hoc lib. quæst. 13. numero. 4. Item, quod reditus, ita empti, nec dum naturaliter, sed vt ita loquar, essentialiter semper sunt redimibiles, neque in contrarium pacisci, aut vllo tempore perscribi potest: quoniam hæc libera, & perpetua redimendi facultas, necessario requiritur ad iustitiam, & tollerabilitatem horum redituum, vt adnotat Couarru. lib. 1. variarum, ca. 9. num. 8. vers. postremo, quod verum puto, etiam si ad rationem vnius pro quindecim, vel octodecim, vel supra constituti sint, infra tamen rationem vnius pro viginti, quę est ratio census perpetui, & respondet quincunciali vsuræ, vt supra dixi, & notat Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 6. num. 19. Nam. l. Regia. 7. titul. 15. libr. 5 Recopil. eo pretio, licet emere reditus annuos perpetuos: itaque si pretium eorum nõ ascendat ad rationem viginti pro vno nullo pacto, nec temporis lapsu possunt fieri non redimibiles: quia infra rationem viginti pro vno parum absunt à semissibus vsuris, & pretium nimium deficit ab æqualitate, & valore reditus perpetui non redimibilis, quod de iure communi erat ad rationem vigintiquinque pro vno. l. 3. §. fin. ad. l. falcid. quæ est ratio trientariæ vsuræ: hodie vero ad rationem viginti pro vno, & ad rationem quincuncis vsuræ, & quia in istis reditibus pecunia constitutis longè facilius expenditur, & minus tolleratur inæqualitas, quam in reliquis omnibus commerciis nullomodo iudicarentur perpetui reditus, quorum pretiũ non ascenderet ad prædictam rationem, etenim tanquam succedanei vsurarum, et quodammodo seruitutes impositiciæ semper odiosi sunt, & fauorabilis redẽptio: quare semper redimi possent, etiam si cautum non esset. Postremo ex prædictis habes hos reditus semper odiosos fore iudicandos, quantacunque pecunia constitutos: sunt enim vt dixi vsurarum succedanei, eoque magis, vel minus quo viliori vel maiori pretio empti sunt: tãto enim magis fœnori improbo accedunt, vel recedunt vt post Bald. dixit Tiberius Decianus cons. 2. num. 188. lib. 1. Omnium igitur odiosissimi, prout durissimi sunt ad rationem vnius pro duodecim empti, qui iam in Hispania non admittuntur, sed ad rationem vnius in. 14. Et quod dictum est de debitore, aut venditore, vt sine vitio non possit onerari, nec adstringi vltra onus simplicis quatuordecimæ ampliandum est in eius successore, siue vniuersali, siue particulari, puta fundi specialiter hypothecati, emptore nouam recognitionem faciẽte. Aduertendũ est tandem leges Regias supra relatas pretium annuorum reddituum taxantes non solum laicos, sed etiam clericos, & ecclesiasticas personas comprehendere, etiam si talis taxatio, seu limitatio inducat priuationẽ lucri personarum ecclesiasticarum l. siquis ad declinandam. C. de Episcopis, & clericis, ibi. *Nullo penitus ex hoc lucro, vel œconomo, vel Episcopo, vel sacro sanctæ Ecclesiæ relinquendo.* Tradit Calcaneus, cons. 7. num. 21. itaque non licebit clericis annuum reditum minori, quam iure Regio taxato pretio emere, vel constituere quod multis cõprobãs resoluit D. Perez ad Rub. titul. 2. lib. 8. ordin. pagin. 32. vers. queri potest an cõstitutiones principum Ludou. Mesia in pragmatic. panis

44 45 46 47 48 49

nis concluſ.5.num. 39. quem ſequitur Laſarte in tractatu de decimavẽditor.cap.10.num.3.faciunt quæ tradit Caſtro.lib.1.de.l.penali, cap. 12. verſ.ex quo aperte deducitur nõ ſolum laicos,ſed etiam eccleſiaſticos. Similiter & eadem ratione.l.4.titul. 15.lib.5.Recopilat. quæ de reducendis annuis reditibus in vino , oleo, frumento , & alijs huiuſmodi fructibus conſtitutis agit,&l.7. eiuſdem titul.quæ ad declarationem dict.l. 4 condita fuit in annuis reditibus fructuarijs à perſonis eccleſiaſticis emptis,ſeu venditis,obtinebunt, quod in praxi receptum videmus, & etiã teſtatur præd.Ludou.Meſia vbi ſup. & idem placet Feliciano de cenſibus,lib.2.cap.1.num.46. Illud etiam controuerti ſolet ,an reditus annuus iam conſtitutus,& impoſitus ad rationem.14.pro vno poſsit minoris vendi.De qua quæſtione agemus infra hoc lib.q.8. & quando modicitas pretij faciat reditum vſurarium dicemus infra quæſt.ſeq.

Ex quæſt.ſequen.

REditu minoris empto, quã pretio à iure Regio taxato, an contractus ſit vſurarius, an moderandus?numer.1.& ſequent.

Vſuræ vltra iuris taxam promiſſæ ad conceſſum modum reducebantur,num.2.

Et *quid,ſi creditor ab agricola vltra modum legalem ſtipulabatur vſuras,ibidem.*

Vtile per inutile non vitiatur in materia vſuraria regulariter, numer.3.

Ex eo ſolo,quod pretium non ſit iuſtum contractus non redditur vſurarius,num.4.

Declaratur tex.in.l.6.titul.15.lib. 5.Recop.num.5.

Contractum reddi vſurarium ſi reditus minoris quam pretio à lege , vel conſuetudine taxato emptus fuerit,num.6.

Expenduntur verba. l. Regiæ pro hac opinione,num.7.

Contractum reditus iudicandum vſurarium vel exceſſiuum à magno vel modico exceſſu,numer.8.

Reditus minoris emptus qualiter ſit moderandus,numero. 9. & 15.

Commendatur Pariſ. Senatus ſententia circa moderationem reditus minoris empti, num.10. & .15.

An & quando creditor qui reditum minoris emit debeat ſortis damno mulctari,num.11.

In nimio exceſſu ex tribus radicatur contractus reditus vſurarius,n.12

Reditus ad rationem vnius pro decem emptus olim, vt iuſtus habitus & probatus,num.13.

Poſtea moribus receptum ne reditus luibilis excederet rationem vnius in duodecim, num.14.

Ratio non clauditur loco,num.16.

Contractus vſurarius & contractus exceſſiuus,num,17

Si creditor reditum exceſſiuum

emit

emit & res sit integra, & sine lite offert moderationem qualiter moderabitur, numero.18.

Creditor qui re integra bonam fidē agnoscit non est puniendus, numer.19.

Resolutio quæstionis præpositæ, numer.20.

Opiniones contrariæ ad cōcordiam reducuntur, ibidem.

Explicatur text.in.l.7.tit.15.lib.5. Recopilation, num. 21.

Reditus frumentarius magis suspectus & fraudibus obnoxius quam reditus pecuniarius, ibidem.

Reditus excessiuus, antiquus tamē, an sit moderandus, num. 22. & sequent.

AEqualitas & iustitia cōtractus metitur secundum æstimationem rerum tempore cōtractus num.23.

Actus inualidus à principio tempore confirmatur, num.24

Moderatio.l.eos de Vsuris qualiter ad præteritos contractus extende atur, num.25.

Quando valeat argumentum à veteribus vsuris ad reditus annuos, num.26.

Reditus annui odiosi, num.27.

Redituum restitutio & moderatio fauorabilis, num.28.

Lex Regia.6.tit.15.libro.5.recopilat. expenditur num 29.

Reditus antiquus excessiuus qualiter sit moderandus, numer. 30.

Vsuræ ab initio legitime constitutæ ciuiliure reductæ sunt ad modum nouæ constitutionis Iustiniani pro futuro tempore, numer. 31.

Quid si reditus excessiuus non sit antiquus, sed nouè constitutus qualiter debeat moderari, numer, 32. & .33

Explicatur text.l.6.tit.15.libr.5. recopila.n.34.

Reliqua præterita qualiter moderē tur si reditus sit excessiuus, n. 35. & .n.39.

Et quid iure Regio fuerit statutum circa reliquorum moderationem, num.36.

Si creditor reditus fructuarij factus sit pupilli debitoris tutor, an cē seatur facta reductio ad pecuniam, num.37.

Si moderatio reditus extenditur ad pensiones solutas an quod ex illis extrahitur debeat in sortem imputari.n.39.

Quid si creditor offerat sortis moderationem, n.40.

Excessiui Reditus moderatio aut annullatio non solum a summis, sed etiam ab inferioribus iudicibus fieri potest, num.41

Et an possit fieri à iudice ecclesiastico, n.42.

Ad cognoscēdū an annui reditus cōtractus sit vsurarius quis iudex est competens, numer.43.

Quæst.

Quæstio. VII.

De annuo reditu cõstituto minori pretio quã lege Regia taxato, & an vsurarius, an, & qualiter moderãdus sit.

1 INQVIRENDVM nunc est de reditu constituto pretio minori, quam ad rationẽ vnius in quatuordecim, an contractus sit nullus & vsurarius, an vero tanquam simpliciter excessiuus moderandus veniat? & videretur reditus hic indistincte moderationi subiectus, & reducendus ad rationem quatuordecim pro vno per text. in simili in. l. si pro mutua. C. si certum petat. l. eos. §. siquis autẽ. C. de vsuris. l. cum allegas C. eodẽ. l. pecuniæ fenebris in principio. l. vsuras illicitas. l. placuit. ff. eodẽ vbi siquis vsuras illicitas supra modũ vel vsuratũ vsuras stipulatus sit nõ annullatur cõtractus, sed ad modũ permissũ reducitur, & nullus est casus in iure ciuili in quo propter excessũ, vel admixtũ illicitũ fœnus totũ vitietur, excepto casu singulari in nouellis de fœnerãte agricolę cõstitutione. 32. vt dicemus inf. lib. 3. q. 4. ergo cõtractus iste nõ est cẽsendus vsurarius, sed moderãdus. Pro quo facit doctrina Bald. in. l. certi cõditio. §. quoinam, n. 3. ff. si certũ petat. vbi habet quod in proposita specie nõ vitiatur vtile per inutile. Sed vitiatur cõtractus solũ in
3 eo quod excedit, sequitur Petrus Folerius in praxi censuali versicul. nihil vltra percipiatur, n. 3. Olanus in antinomia iuris in litera. A. num. 111. Deinde probatur illa ratione, quia non ex eo quod pretium non sit iustum contractus fit vsurarius siquidem illic res vendibilis emitur quãtis minori pretio. Ergo in casu de
4 quo agimus cum detur vera venditio, vt dixi supra quæst. 4. non aderit vsuræ vitium, sed potius pretij iniustitia, vt in specie adnotat Fr. D. à Soto, lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 5. artic. 1. ad fin. versicul. secunda autem eiusdem authoris conditio. Idem firmauit Couarruu. libr. 3. variarum, c. 9. n. 6. ad finem dicens, quod si reditus annuus minori pretio quam par, & æquum sit constituatur, erit tunc iniquitas & iniustitia quoad commutationis æquabilitatem non tamen committetur vsuræ vitium, eandẽ opinionem tenuit idem Couarruu. libr. 1. variar. cap. 9. n. 5. vers. ex vltima Vero. Olanus in antinomi. litera. A. nu. 99. &. nu. 111. Pro quo expendo tx. in. l. 6. titul. 15. lib. 5. Recopilatio. ibi.
5 *Y no se pueda por virtud dellos pedir ni cobrar en juyzio ni fuera dellos mas de ala dicha razon y respecto.* Vbi postquam textus dixit nõ posse annuos reditus redimibiles in Hispania vendi nec constitui minori pretio: quã quatuordecim pro vno subdit contractus aliter factos esse nullos, nec ex eis aliquid exigi posse in iudicio, neque extra nisi ad rationem quatuordecim pro vno: ergo satis innuit text. ille contractum de quo agimus non esse vsurarium iudicandum, sed potius moderandum & reducendum ad rationem quatuordecimæ, neque mihi persuadeo illam a tot prudentibus conditã ad Reip. restaurationem aliquid continere quod nõ magnopere obseruatũ

expensum & consideratum sit, vt au
dacter sigillat Felicianus loco statim
citando. Nam & l. 4. & 7. eiusdem
tituli, idem comprobatur, vt adno-
tabo infra hac quæstione, num. 21.
Nec obstat si cum prædicto Moder
no dixeris quod si census minori iu-
sto pretio constituitur singulo quo-
que anno penditur vltra id quod sol
ui debet, id enim non vsuram omni
no, sed pretij iniustitiam conuin-
cit (sicuti in quauis fundi venditio-
ne, vbi venditoris læsio interuene-
rit) nisi excessus sit immodicus (vt
6 infra dicam.) Sed contrariam sen-
tentiam imo reditum annuum con-
stitutum minori pretio, quam lege
& consuetudine taxato non valere
videtur probasse Bertrandũ in con
silio. 206. si non sine libro. 3. & in fo-
ro exteriori huiusmodi contractum
vsurarium præsummi sensit D. Na-
uarr. in repetitione. capit. 1. 14. quæ-
stione. 3. numero. 54. faciunt quæ
tradit Alcocer in Summa confesso-
rum, capit. 21. Pizarro ad ordina-
tionem de Guadalupe in. 5. conditio
ne, vers. redeundo ad propositum: se
quitur Emanuel Rodriguez in expli
catione Motus Proprij Pij. V. super
forma creandi census in tertio requi
sito, dubitation. 4. & videtur probari
præd. l. 6 titul. 15. lib. 5. Recopila. ibi.
*Y que las ventas y contractos y censos que en
otra manera a menor precio se hizieren, sean
en si ningunos.* Et ita intelligens præ-
dictam. l. Reg. huiusmodi contrac-
tum esse nullum, nec executioni
mandari posse si reditus fuerit con-
stitutus minori pretio. l. Regia defi-
nito, tenuit Couarruu. dict. libro. 3.
variarum, cap. 10. num. 3. in fin. & se-
quitur Felicianus de Solis in tractat.
de censibus, capitul. 9. numero. 12. li-
bro. 1. & capit. 1. numer. 23. libro. 2.
vbi alios refert: fatetur tamen con-
trariam communem, & vsu recep-
8 tam esse. Has contrarias opiniones
distinctione componendas censeo,
aut enim reditus est parum excessi-
uus, aut nimium excedit prædictam
taxam, & moderationem. Primo
casu contractum vsurarium non es-
se arbitror, sed moderandum, & re-
ducendum. Secundo casu vsura-
rium, & illicitum censendum cre-
derem. Dicitur autem nimium ex-
cessiuus reditus, qui rationem
vnius in decem excedit. Vnde re-
ditus annuus emptus pretio minori
decem pro vno nullus est in totum,
nec aliquid debetur de reditu, sed
quidquid solutum fuerit imputatur
in sortem a qua liberatur debitor re-
siduum sortis soluendo. Et si plus sol-
uerit repetit; si vero reditus non ex-
cedit decimam partem in anno, va-
let contractus, & debetur reditus.
Et tunc si quæras qualiter sit mode-
randus distinguendum erit, aut re-
ditus excedit duodecimam) quæ est
iustum illius pretium secundum
Gallorum consuetudinem in His-
pania quoque obseruatam ante le-
gem Regiam supradictam,) sed
non decimam sortis partem in an-
no, aut non excedit duodecimam.
Primo casu moderandus est ad ra-
tionem vnius pro quindecim. Se-
cundo casu conseruatur: neque mo-
deratione indiget, vt pote iusto
pretio constitutus, & ita iudicari
consueuit Pariſ. Senat. secundum
Tiraquel. libro. 1. retract. §. 1. gloss.
6. numero. 19. Et Rupellanum libr.
1. institutionum forens. capit. 34. at-
que Pariſ. Modern. quem refert Co-
uarruu. libr. 3. variar. cap. 10. num. 2.
Ioan. Garſ. de expens. capit. 9. nume-
ro. 78. iustum est enim, vt qui vsu-
ras dextantes excedat stipulan-
do vndecim annua in centum, vel
plus in eo ipso puniatur in quo pec-
auit videlicet, vt omne lucrũ amittat
qui

quitam auidum, & exorbitans lucrum contra omnia iura & mores affectauit. Huiusmodi enim crudelis & barbarica vsura etiam inter ethnicos probrosa fuit, vt dicam libro
11 3.quæstione.4. Nec esset iniquum fœneratorem etiam sortis damno mulctari, prout iure regio mulctatur vsurarius. l. 4.titulo.6. libro. 8. Recopilation. Nam quod omni lucro sorte soluta priuatur moderata, imo nulla proprie pœna est, sed eius quod suum est restitutio: qui vero decem annui reditus procentum stipulatur, licet modum excedat non tamen adeo exorbitat à
15 præfata taxatione consuetudine comprobata, iuste tamen iudicatur
12 vsurarius contractus, vel simpliciter excessiuus à magno, vel modico excessu, quia quando nimis excedit, tria ad sunt quæ illum vsurarium iudicari persuadent: modicum pretium, pactum reuendendi, annui reditus pecuniarij emptio, quæ suspictionem maximam vsuræ inducunt, vt aduertit Conarruuias dict. libro.3.variarum, resol.capit.10. numero.2.ad finem. Gregorius in.l.28. titul.8.part.5.glossa.à censo, colum. 4. vers. tertio limita. Deinde olim reditus illi ad rationem vnius pro decem iusti in communi habiti fue-
13 runt, & à pluribus Pontificibus approbati. Primum anno Domini 1424.à Martino. V. Deinde anno Domini. 1455. à Calixto, vt patet in extrauagãti regimini de emptio. & venditio. in communibus, & tamen non erat tunc certa magis frequentata redituũ ratio, sed diformis & varia: ita tamen vt ratio decimæ rarior & grauior esset quam excede
16 re non licebat: tollerabatur tamen, sed in procedenti tempore, & republica pace fruenti apparuit excessiuum esse hunc reditum decimæ. Quare tacito bonorum ciuium consensu non enim lex lata erat, nec promulgata super hoc aliqua constitutio, & æquorum iudicum sententijs receptum fuit, ne is reditus rationem vnius in duodecim sub libera, & perpetua redimendi faculeate excederet. Hinc est quod reditus apud Gallos ad rationem decimæ, & infra ideſt, paulo minuendo reditum duodecimam tamen excedentem non in totum annullantur tanquam vsurarij: tum quod non multum distent à iusto, & ibidem permisso modo.
15 Tum quod à veteri more, & memoria hominum non exorbitant, sed tanquam simpliciter excessiui moderantur, & reducuntur ad iustam, & æquabilem quantitatem non vnius in duodecim, quia licet illa sit in se iusta, tamen est summa, & extrema, vt supradictum est. Sed iusta legum exempla mediam viam eligendo ad rationem vnius in quindecim quæ est melior, & temperatior forma, optima vero, & absolutissima ratione factum est à Paris. Senatu, vt is qui nouam & iustam præfinitionem quadamtenus transgrediatur, non in totum, sed quodamtenus puniatur, & in quo paulum excedere voluit paulum excedatur reducendo reditum non ad summum illud, quod contempsit, sed ad mediocrem, & æquabiliorem quindecimam. Qui vero non parum, sed multum transgrediatur, nec dum contra nouas, sed etiam contra veteres omnes leges, & mores omne lucrum amittat, & quod
16 sumi est dumtaxat recipiat. Illius Senatus sententia æquitate & ratione digesta vbiq; sequãda est, vt enim pulchre inquit Bald. in. l. nemo. C. de sententijs & interlocutionibus.

omni iudi. ratio non clauditur loco. Eadem enim ratio viget in Hispania, quia ante legem Regiam emebantur reditus ad rationem vnius indecē postea moribus introductum est, vt emerentur ad rationem duodecimæ vsque ad annum. 1563. quo l. Regia fuit taxatū pretium eorum ad rationē quatuordecimæ. Ex prædicta distinctione inualuit in praxi modus loquendi, vt contractum decimam excedentem, vel aliter, itavitiosum, vt nullus sit, vel in totum annullandus vocent vsurarium, cum autem non est in totum rescindēdus sed moderandus appellent excessiuum. Quod autem diximus reducendum contractum ad quindecimam in eo cui modicum excesit temperandum est, vt procedat sub hęc reductio fiat per iudicem in inuitum vel re non integra, puta postquā creditor aliquot annis exegit reditum excessiuum, secus si res est integra, quia creditor, nihil adhuc recepit, vel si quid recepit non integre, sed infra legitimum modum, & insuper volūtarie sine lite offert moderationem ad rationē duodecimæ in Hispania quatuordecimæ à tēpore contractus, quia tūc audiēdus est. Cum enim de facto nōdum excesserit, sed re integra bonā fidē agnoscat, nō est in aliquo puniendus iuxta notata infra lib. 2. q. 11. Secus in eo qui deliquit excedendo decimam, quia tūc cum contractus sit nullus nō admittitur etiam ex modico interuallo ad offerendam hanc moderationē, sed dicendum est, vt infra hoc lib. q. 9. Ex prædictis videtur resoluenda. d. q. principalis, aut enim reditus modicum excedit quatuordecimam l. nostra Regia taxatam, & reducendus erit ad rationem quatuordecim pro vno: aut multum excedit & nullus, atque vsurarius iudicabitur. Ex qua distinctione interpretandæ sunt. l. 4. & 7. in titulo. 15. libro. 5. Recopilation. Vbi census fructuarius minori pretio, quam ad rationem quatuordecimæ emptus reducitur & moderatur ad rationem vnius pro quatuordecim non tamen vsurarius iudicatur. Quarum legum dispositio erit intelligenda secundum prædictam distinctionem, videlicet, quod si fructuarius census nimium excedat rationem quatuordecimæ sit nullius momenti iudicandus. Est enim is contractus magis suspectus, & fraudibus obnoxius quam census pecuniarius, vt aduertit Couarruuias, libro. 3 variarum, cap. 10. numero. 3. Si autem nimium non excedat reducendus sit ad pecuniam, iuxta dict. l. Regiam, & ita intelligenda sunt verba l. Regiæ, ibi. *Salua a razon de acatorze mil el millar, y desde abaxo.* Vt accipiantur in modico excessu non in quocunque quantumuis grandi, alias etiam contractum vsurarium. l. Regia reduceret ad rationem quatuordecimæ, quod absurdum esset. ad cuius. l. explicationem videndus est Ioan. Garsi. in tractatu de expēsis, c. 9. n. 74. cum sequentibus, & quæ dicemus infra hoc libro quæstion. 12.

Duo autem principaliter excutienda sunt. Primum super moderationem reditus insē. Secundū super moderationem reliquorum præteritorū tam solutorum quam nondum solutorum. Primo igitur quæro quid si reditus ad rationem decimæ, vel interdecimam, & duodecimam constitutus sit antiquissimus, an debeat reduci ad rationem vnius in quindecim. Hic incidit duplex quæstio. Prima, an reditus antiquissimi, supra centum annos non illicite, neque vltra rationem decimæ constituti sint moderandi. Secunda, quatenus sint moderandi.

Quan-

23 Quantum ad primum non videtur in aliquo moderandi duplici ratione. Prima propter antiquitatem tẽporis quia etiam sine sorte vel pretio potuissent reditus acquiri vel prescribi: igitur multo potius minori pretio. Ergo indubie pretio illo tempore iusto. Secunda ratio, quia illo tẽpore reditus empti ad rationem decimæ reputabantur iusti & tollerabantur. Vnde nõ fuerunt illi reditus antiqui hoc pretio illicite, sed licite acquisiti, & exacti nec dum in foro contentiolo, sed etiam in foro cõsciẽtiæ. Igitur temporis progressu non fuerũt vsurarij nec illiciti in se. Hinc prima facie videbatur quod non essent etiam pro tempore futuro moderandi: quoniam æqualitas & iustitia cuiusque contractus attenditur, & metitur penes æstimationem rerum, & statum qui erat tempore cõtractus. l. si voluntate. C. de rescind. vend. probat. l. 7. tit. 15. lib. 5. recopil. ibi. *A su comun precio que tenian al tiempo y en los lugares que se fundo el dicho censo.* Et merito quia tunc contractus accepit firmitatem irrevocabilem secũdum qualitates & limites qui tunc inerãt
24 & contractum informabant l. sicut. C. de actionib. & obligationib. l. Rutilia Polla de contrahend. emp. cum similibus. Tũ actus inualidus ab initio, licet tunc annullari potuisset, tẽpore cõfirmatur, vt notat Dec. l. quod ab initio, num. 9. ff. de reg. iur. Gloss. & DD. in c. non firmatur eodem tit. in 6. igitur multo fortius quando ab initio non poterat, neque annullari
25 neque modificari. Quibus non obstantibus dico prædictos reditus de quibus agimus moderandos esse pro tempore futuro, quod probat text. in simili. l. penult. C. de vsuris vbi Iustinianus sanxit moderationem legis eos. C. eodem titulo habere locum nec dum in contractibus, seu stipulationibus subsequutis, sed etiã præteritis, non tamen pro tempore lapso ante legem eos, sed pro futuro post publicationem dict. l. eos quantumcunque veteres illæ vsuræ fuissent iuste ciuili iure stipulatæ secundum legitimum & consuetum modum tempore contractus currentem: igitur idem dicendum in istis reditibus, qui licet vsuræ non sint successanei sunt veteribus illis vsuris non improbo fœnori, sed legitimis, & à ciuili iure approbatis de quibus in
26 dicta. l. eos. Valet enim argumentum ab illis vsuris ad hos reditus subsistente æquitate, & eadem ratione, vt infra libro, 3. quæstio. 3.
27 præsertim cum odiosi sint, vt apud omnes in confesso est, & probant Tiraquel. libro. 1. retract. §. 1. glos. 6. numero. 16. Couarruuias libro. 3. Variarum, capit. 8. numero. 7. &. 8. in fine, & tanto magis odiosi, quanto veteribus illis vsuris grauiores, quæ tamen odiosæ erant, & restringendæ, vt in. l. qui sem sles in principio. l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsuris. l. 3. l. 4. &. 5. C. eodem: igitur horum redituum restrictio non prohibitoria, & penitus exclusiua, sed moderatoria, valde fauorabilis est interpretatione adiuuanda. l. hoc modo, de condition. & demonstration. comite semper legali æquitate quam assidue speculamur, & sequimur. Et hanc opinionem comprobat dict. l. 6. titulo. 15. lib. 5. recopilation. ibi.
29 Y *en quanto a los juros y censos y contractos hasta aqui hechos a menos precio de los dichos catorze mil maravedis el millar, mandamos que assi mismo sean reduzidos, y reduzimos al dicho precio y respecto de catorze mil el millar, no embargante que sean antiguos y de mucho tiempo impuestos.* Et rursus ibi: *Para que a este respecto de a catorze mil maravedis el millar, se hagan las pagas de aqui adelante de lo que corriere des-*

de el dia dela publicacion destaley. Concludo igitur quod reditus empti ad rationē decem pro vno, aut duodecim pro vno cum facultate redimēdi semel totam sortē cum reliquis simul restituendo quātumcunq; antiquissimi nunquam fuerunt satis sufficiēti pretio empti, & sic indubitanter reducendi ex publicatione dictæ legis Regiæ non obstante quauis temporis antiquitate. Modo succedit secūda quæstio: quatenus illi antiqui reditus sint moderandi, & videtur quod non ad rationem vnius in quindecim, sed in duodecim vel quatuordecim apud Hispanos: ratio, quia reductio ad quindecimam est quædā pena in quantum denegat duodecimā communiter, vel quatuordecimam iure Regio concessam, vnde non debet infligi ei qui tempore contractus non peccauit. At reductio ad duodecimam, aut quatuordecimam nullomodo est pena, sed iuris communis executio, quia iure communi etiam veteres vsuræ ab initio licitæ constitutæ debebant reduci admodum nouæ constitutionis pro tēpore futuro post nouam constitutionēm. l penultim. C. de vsuris, sed in his antiquis tempore contractus inspecto quo tollerabantur nō deliquit emptor licet valde modico pretio emendo, ex quo erat pretium tolleratum, & sic tanquam sui temporis foro vius nō debet in aliquo puniri: sed satis est quod deinceps reducatur ad pretium hoc tempore licitum & permissum iuxta dictam. l. penultim. licet secus in eo qui tali pretio videlicet ad rationem decimæ emisset ab anno illo ex quo talis reditus cepit cōmuniter inter bonos & graues pro minus iusto atque excessiuo haberi, & sic ab initio modo quadam tenus excessisset merito mediocriter excedi deberet, & ad quindecimam ex illa Senatus Parisiensi sententia reduci, vt nuper diximus. Subsisto tamen quia hæc nostra distinctio clare, & sine scrupulo procederet si essemus adhuc in anno illo, quo talis reditus cepit pro iniusto haberi, vel circa in ipso confinio, & motu moderationis horum reddituum tunc enim iustum erat antiquiores reditus decimæ reduci ad simplicē glisscentem duodecimam tanquam iuste constitutos ad iustiorem (quæ oriebatur) constitutionem pro futuro tempore, iuxta. d. l. penultim. C. de vsuris: eos autem qui tunc vel circa de recēti emisserunt ad rationem decimæ ad decimam quintam propter excessum reditus admissum reducæ postea vero procedente tempore post quindecim vel viginti, & multo fortius post quadraginta annos. Alia ratio distinctionem prædictorū reformat quia iustitia vel causa reductionis ad quindecimam non solum super excessu ab initio tempore contractus admisso fundari potest, vt in præcedentibus, sed etiam in alio excessu, & quauis alia iusta ratione: puta quia creditor post superuenientem decimæ moderationem nihilominus super multis annis exegit reliqua ad rationem decimæ quę tamen à tempore superuentæ dictæ moderationis videlicet quadraginta, vel ad summum à quinquaginta annis non debebatur integraliter, sed ex tunc obstare cæpit exceptio reductionis ad rationem duodecimæ per dictā. l penultimā. C. de vsuris, & sic cum ab inde plus iusto receperit, & modicus annuus excessus non parum post multos annos ascendat, quod tamen sorti imputare non est æquū, cū reditus ab origine non sit vitiosus, siue excessiuus, sed tantum ex post facto modicum excidere cæpit. Neque etiam æquū

est

est creditorem statim teneri simul restituere, quod per plures annos singulatim, & bona fide, & titulo iusto recepit, & consumpsit, ideo hoc casu iustum, & æquissimum temperamentum est etiam creditori minus damnosum reducere ad rationē vnius in quindecim compensando modicum licet ob facultatem redimendi in certum futuri tēporis successiuum damnum cum modico licet certo præteriti temporis multorum annorum lucro successiuo. Vnde indistinctè omnes reditus ad rationem decimæ vel interdecimam, & duodecimam constituti siue antiquissimi, vt antequinquaginta, vel centum annos venditi, siue antiqui: vt adquinquaginta, quadraginta, vel triginta annis, siue recenter creati reducuntur vniformiter ad rationē quindecimæ pro tempore futuro. Et licet prima facie nimis inæquale videatur eadem lance appēdere, & antiquiores iustè ab initio emptos, & recentiores minus iustè emptos reditus: tamen alia ratio ad æqualitatem lato modo, & vniformiter reducit, quia licet aliquis dictorum reditū initio non sit iniusto pretio emptus, tamen ex quo moderatio non est facta tempestiue, videlicet, ab initio generalis moderationis superueniētis vt debuit. d. l. penultima, sed multum tarde, & postquam per multos annos creditor ad veterem rationem reddituum exegit indebite non satis est iustam, & debitam moderationē hāc pro tempore futuro fieri, sed vt releuetur debitor à tā diuturna retardatione debitæ moderationis, iustū est reductionē fieri ad rationem vnius in quindecim, & ita obseruatur apud Gallos, vt tradunt Tiraq. & Couarr. & alij supra citati. At prędict. l. Reg. 6. tit. 15. lib. 5. Recop. indistincte reducuntur & moderātur reditus quātumcunque antiqui, & vbicunque in Hispania empti ad rationem quatuordecimæ. Est tamen exaudienda l. Regia in reditu empto eo pretio, q̄ ex consuetudine, vel regionis more iustum censebatur, vel in modico excessiuo: at si nimium excedat nō est moderandus, sed annullandus iuxta ea quæ dixi supra hac quæstione, numero 21.

Secundo quæritur de præteritorū reliquorū moderatione breuiter. Secundum præd. DD. dicta moderatio extenditur ad reliqua debita, & nōdum soluta, sed non ad iam soluta, q̄ habuit rationem, & æquitatem secūdum eam quæ suborat facti contingentiam. Sed pro doctrina absolutiore distinguendum videtur, aut reditus ad rationem decimæ, vel interdecimam, & duodecimam constitutus erat ante annum illum, quo talis reditus cepit haberi pro iniusto, aut post. Primo casu quia videtur, & præsummitur bona fide emptus, vt potè cum adhuc tale pretiū tolleraretur, neq; posset probari publice hoc pretium, iam tunc habitum pro iniusto, & alio vitio & onere cessante: satis est moderationem extendi ad reliqua paucorum nouissimorum annorum non soluta nō autem debet extendi ad omnia soluta tempore contractus, & id optima & æqua ratione, quia hoc casu non fit reductio ad quindecimā propter vitium vel excessum reditus tempore contractus, quia iusto saltem in cōmuni tollerato pretio emptus est, sed fit eo quod creditor post moderationem in cōmuni superuentā nihilominus exigere porrexit veterem iam excessiuū reditū, idque indebitè per. d. l. penult. C. de usuris & multis annis cōtinuādo. Vnde in quandā cōgruā cōpensationem fit reductio ad quindecimam, vt supra diximus. Igitur hæc

reductio non debet extendi ad reliqua iam soluta non solum à tempore contractus vsque ad moderationē superuentam de quibus non est dubium, sed nec etiam ad reliqua cessa & minus debite exacta à dicto anno. Ratio quia alias non deberet fieri reductio ad quindecimam, sed ad simplicem duodecimā, & alioquim excessus præteritarum solutionum bis computaretur, siue bis reputaretur, quod esse non debet. Vnde si forsan à dicto anno quo talis reditus cepit haberi pro iniusto nulla reliqua soluta essent, sed vel gratis remissa vel præscripta, sine perscriptione reditus, vt accidere potest: tunc non deberet fieri, etiam præsenti anno, reductio ad quindecimā, sed solum ad simplicem duodecimam, quia hic creditor, neque tēpore contractus, neque postea modum cōcessum excessit, ergo non est in aliquo puniendus, sed ad illum modum reducendus, iuxta dict. l. penult. C. de vsuris: iure autem regio, vt prædixi, reductio indistincte fit ad rationem quatuordecimæ à tempore dict. l. 6.
36 titul. 15 libr. 5. Recop. Nec. l. illa distinguit inter reliqua soluta, & non soluta. Hanc tamē distinctionem reliquorum solutorum & non solutorum obseruauit noua pragmatica de censu fructuario lata quæ est. l. 7. & fin. titulo. 15. libro. 5. Recopilat. ibi. *Y en quanto a lo corrido de los dichos censos mandamos que los corridos desde el dia de la contestacion, se reduzgan y paguen al dicho respecto de catorze mil maravedis el millar, condemnando a los dueños en restitucion de lo que mas vuieren llevado desde el dicho dia, absoluiēdo y dandoles por libres en lo de antes.* Quæ verba difficilem intellectum habet vix enim ex eis percipies an reditus cessi ante litis contestationem, & nondum soluti solui debeant in fructibus an in pecunia, iuxta illius legis reductionem quod diuersimode acceptum, & iudicatum vidi in Senatu Galleco, & regia seu noua interpretatione indigere dixit doctissimus Ioan. Garsi. de expens. cap. 9. numer 88. Mihi videtur distinguendum, aut reliqua fuerāt persoluta creditori ante litis contestationem super reductione factam in via ordinaria, vel executiua ante oppositionē debitoris petentis reductionem (quę vicem obtinet contestationis, vt ex multis tradit Ioan. Garsi, vbi supra, numer. 82.) & eorum reliquorum reductio facienda nō est, sed creditor absoluendus, vt dixit expręsse dict. l. 7. Aut reliqua cesserunt post contestationem, vel oppositionem reductionis, & soluenda non sunt in fructibus, vel speciebus venditis, sed in pecunia ad rationem quatuordecimæ, & si creditor in fructibus exegerit compellēdus est debitori restituere, quod excessit quatuordecimam pretij ipsius reditus, quod etiam expressum est in dict. l. 7. Aut vero reliqua cesserunt ante contestationē, vel oppositionem debitoris super reditus commutatione in pecuniam, non tamen fuerunt soluta, & tunc si debitor offert sortis quatuordecimā in fructibus aut pecunia prodecursis pensionibus audiendus est, quia nullo casu, arte, aut ingenio licuit creditori vltra quatuordecimam sortis stipulari, etiam ob fortuitum, & inopinatum valorem fructuum, vt dicam infra hoc lib. quæst. 12. num. 8. &. 23. & ita semper consului, & a peritis iudicibus in Senatu iudicari vidi, quāuis contrarium scripserit Ioan. Garsi. vbi supra, nulla lege, aut ratione ductus. Quia. l. 7. hunc casum non decidit, sed omissum reliquit, & ideo iuris principijs, & æquitate decidēdus
37 est. Sed quid si creditor huiusmodi reditus fructuarij factus est tutor pupil-

pilli hæredis debitoris ab eo tempore, quo d.l.7. promulgata est, & duravit administratio, vsque ad viginti vel triginta annos deinde agitur de rationibus distrahendis? Respondeo quod interim potuit & debuit tutor a se ipso exigere prout legitimè debetur. l. si pupilli. §. fin. ibi. *Qui nullam actionem intendere potuit tamen a semetipso cur non exegerit, ei imputabitur. ff.* de neg. gestis. l. debitor meus, eod. titulo; decisio. Genuens. 32. num. 4. vnde à tempore dict. l. reg. & à tempore administrationis non computabuntur reliqua nisi ad rationē quatuordecimæ sortis prout erant legitimè debita; & sic fiet reductio ad decimamquintā vel quatuordecimam in Hispania, sortis prout si ab initio administrationis facta fuisset reductio, casu quo facienda erat ex legis dispositione, vel ad debitoris instantiam, iuxta ea quæ dicam infra hoc lib. q. 12. Nec est audiendus debitor si forte dicat se semper in rationibus acceptum retulisse in fructibus ad rationem cōtractus quasi ad eum modum soluerit, quia hoc facere non debuit, sed solum ad rationem tunc legitimè debitam, nec potuit augere rationes in præiudicium pupilli ad finem solu- 38
uendi in fructibus. Secundo vero casu principali quando hic reditus emptus est ab anno illo quo haberi cæpit pro iniusto hæc moderatio quadātenus pœnalis ad decimamquintam debet extendi ad omnia etiam soluta reliqua à tempore contractus: quia respicit non solam compensa- 40
tionem reliquorum excessiuè receptorum, sed principaliter pœnam excessus commissi tempore cōtractus emendo viliori pretio, sed iure Regio, etiam hoc casu fit reductio ad 41
quatuordecimam iuxta distinctionē 39
supradictam. Tertio, quæro quo casu moderatio extēditur etiam ad iam solutas pensiones, vtrum quod de illis iam solutis detrahitur debeat imputari in sortem iuxta l. 4. titul. 6. lib. 8 Recopilation. ibi. *Que siendo hallado que han recibido lo que dicho y prestaron que no puedan auer mas.* Videtur quod sic, si non sint debita reliqua in quibus possint imputari. l. cum & sortis de pignor. action. l. in his. §. 1. de solutio. Breuiter respondetur negatiue tripli ci ratione. Prima, quia illud non fuit solutum eo animo, vt conuerteretur in sortem. Secunda, quia contractus non est vsurarius, neque annullandus, sed in modico tantū excessiuus & excessus detrahendus dumtaxat: si igitur satis est excessum detrahi igitur quod detrahitur nō debet sorti imputari: alias propter vnum modicum excessum duplici pœna afficeretur creditor, & duplicem pateretur reditus diminutionem: primam propter reductionem reditus currentis ad quindecimam: secundam propter diminutionē sortis. Tertiò, quia non potest fieri redemptio pro parte, nec sors per partes reddi, vt resoluemus infra hoc lib. q. 18. q. fieret si quod detrahitur sorti imputaretur: igitur ne fiat iniuria creditori satis est, quod imputet in pensiones debitas non solutas, & reliquum restituatur. Non obstat dict. l. cum & sortis & similes, quia loquuntur in sorte debita, & exigibili, sed hæc non est debita, nec exigibilis, & per consequēs non est compensabilis pro parte, vt dicemus infra lib. 2. q. 18. Quarto, occurrit quæstio quid si creditor offerat sortis moderationē, sed hæc coincidit cum alia vlteriori quæstione, & simul expedientur infra hoc libr. q. 9. Aduertendum est tamen prædicta, siue cassationem & annullationē reditus, siue moderationem, prout casus exegerit, fieri posse nō solū à summis tribunalibus, sed etiam a quibuscun-

cunque inferioribus iudicibus quoniam huiusmodi æquitas non est singularis (vt certi casus dispensatio ex causis, tunc occurrentibus contra ius scriptum, vel communiter receptũ, quæ merito summis tribunalibus reseruatur) sed communis in huiusmodi negotijs æque currens: neque est contra leges & constitutiones, sed magis illis conformatur: nec in particulari, sed in cõmuni iustitia fundatur, vnde merito expectat ad officiũ cuiuslibet alias competentis iudicis, neque Senatus Paris. secundum DD. supra relatos decreuit ex speciali dispensatione, sed ex ipsa generali & communi iustitia & æquitate quare ab alijs iudicibus imitandum, & sequendum erit. Imo potest fieri prædicta moderatio, etiam à iudice ecclesiastico si forte coram eo agatur contra clericum ad solutionem præteritarum pensionum reditus pecunia constituti: si enim appareat de minimo vel modico excessu secundum prædicta poterit absoluere reum in totum a petitis vel in moderatã quãtitatem condemnare. Sed si agatur de crimine vsurarũ, quia contractus ipse constitutionis annui reditus fœneraritius esse dicitur, & agitur depuniendo emptore ob vsuræ crimẽ an causę cognitio ad ecclesiasticum an ad sæcularem iudicem pertineat? vide quæ dicam infra lib. 3. quæst. 4.

4 2

4 3

Ex quæst. sequen.

AN *reditus annuus iam constitutus possit minoris vendi, quam ad rationem quatuordecimæ? num. 1.*

Venditio minoris vera & permissa est, num. 2.

Differentia inter venditionem reditus antiqui & nouiter constituti, num. 3.

Reditus minus tuto collocatus, vel alia clade affectus minoris vendi potest, num. 4.

Lex Regia non taxat pretium reditus creati sed creandi, numero. 5.

In æstimatione rei non attenditur quanti sit empta, sed communis hominum æstimatio, n. 6.

Reditus annui passim in Hispania venduntur minori pretio quã fuerint constituti, num. 7.

Egestas excludit voluntarium simpliciter, num. 8.

Contrahentibus an liceat se decipere scienter: num. 9.

L. 2. C. de rescind. vend. an locum habeat in eo qui scienter minoris vendit num. 10.

Iustitia pretij non consistit in indiuiduo nisi quando præcisse à lege taxatur pretium, num. 11.

Differentia noui & veteris reditus venditionis, verbalis non realis est, num. 12. sed contra num. 17.

Extẽsio prohibitionis fieri debet vitandæ fraudis causa, num. 13.

Lex Regia an taxet pretium reditus constituti? num. 14. & numer. 19.

Expẽditur motus proprius super forma creandi census, num. 15.

Cõcordia Gutierrez inter cõtrarias opiniones, num. 16.

Reditus venditio reponi non potest inter contractus feneratoriæ negotiationis, num.17.

Quemodo differant & conueniant reditus nouæ creatus & antiquus, num.18.

Si nomen reditus emitur minori pretio quam lege Regia præfinito, an sit vsurarius cõtractus, an in fraudem vsuræ? num.20.

Et quid si venditori nominis reditus reseruetur redimẽdi facultas? num.21.

Et quid si reditus sit litigiosus, vel minus tuto collocatus, an minoris vendi possit? num.22.

Quid si non simpliciter venditur nomen reditus, sed venditor euictionem iuris & facti promittit? num.23.

Quando reditus tuto collocatus minoris venditur qualiter contractus reformari debeat? numer.24. & 25.

Explicatur l.per diuersas cum.l.sequenti.c.mandati, num.26.

Quæstio. VIII.

De venditione nominis reditus, & an possit minoris vendi, quam constitui à principio.

CVM non semel contingat vendi nomen reditus annui, opportune quæritur si Titius habẽs huiusmodi reditum, puta centum annorum redimibilem ad rationẽ quatuordecimæ, pecunia indigens vendit illum Caio pro mille, an valeat & firma sit venditio? videtur omnino quod sic. Tum quia est vera & 1 2 permissa venditio nominis. C. de hę red. vel actio. vend. per totum, neque est læsio in dimidia, sed minus dimidia partẽ iusti pretij: Tum quia Titius ic ienter, & sponte tali pretio vẽdit, & sic non potest conqueri etiam si esset enormis læsio, vt notat in l.2 C. de rescind end. vend. Neque obstat, quod est vera venditio reditus redimibilis ad rationẽ quatuordecimæ: quia non est venditio reditus de nouo adhoc constituti, sed reditus antiqui dudum constituti: Inter quæ non est leuis sed magna, & multiplex differentia. Primo, quia venditio reditus iam constituti spectat ad contractus commutatiuos rerum, sicut venditio fundi: sed venditio reditus constituendi spectat ad interusuria pecuniarum, & contractus vsurarios, vt infra lib.3. quæst.1. & 2. Igitur sicut venditio fundi non potest rescindi, neque fraudis insimulari si non est læsio nisi in tertia parte, sequitur quod ille contractus non potest rescindi neque fraudis insimulari. Secundo, quia vendens nomen reditus sibi à tertio debiti non conti- 3

nuo

nuo neque magis censetur facere ob egestatem quam vendens fundum: vt enim fundus, ita & nomẽ reditus potest vendi: quia vendens migratu rus est, neque ei expedit illo fundo, vel reditu frui, vel quia vicinus, aut debitor est rixosus, vel infinitis de causis alijs quam redimẽdi vsus ęris alieni. Venditio autem huiusmodi noui reditus super se semper fit causa redimendi æris alieni. Tertio constituens de nouo huiusmodi reditum super se, non minus videtur vsum sortis conducere pro pensione reditus cõuenti donec sortem reddat; ita vt quandiu volet eadem mercede cõ- 6 ductum habeat, vt infra libr. 3. quæst. 1. Ideo spectat ad negotiationẽ fœneratoriam quod non potest dici neque verificari de vendente nomen reditus sibi debiti, quia non potest dici conducere pretium cum illud perpetuo acquirat, neque intendit vnquam reddere, neque ad aliquid successiuum, vel contemplatione pretij recepti obligatur: sed cedendo nomen venditum liberatur, neque tenetur in aliquo nisi forte de euictione sicut in venditione fundi. Quarto venditio huiusmodi reditus noui nunquam potest fieri minori pretio, neque maiori vendentis onere, quã receptum sit in simplici quatuordecima, quantumcunque debitor pauper fit, vel fide iussores inuenire non possit, vel alias sit non soluendo, vt supra eodem lib. quæst. 6. vel ex eo q. debitor moretur in loco multum remoto, vt infra lib. 2. quæst. 6. Sed nomen huiusmodi reditus minus tuto collocatum, vel alia clade affectum minoris potest vendi prout ob id minus valet, vt dixit Paris. Modern. in consuetud. Parisien. §. 22. numer. 65. Igitur isti duo contractus videlicet venditio similis reditus antiqui, & reditus de nouo super vendente cõstituendi diametraliter differunt, sicut venditio fundi, & venditio quatuordecimæ. Quinto facit quia lex 5 Regia. 6. titul. 15. lib. 5. recopila. dum definit iustum pretium reditus annui redimibilis, loquitur de reditu constituendo: non vero de iam constituto, vendendo, vt videntur sonare verba illa. *No se pueden imponer ni cõstituyr juros ni censos algunos de el quitar, a menor precio de a razon de a catorze mil maraudis el millar.* Ergo census iam constitutus mansit in dispositione communis iuris. l. commodissime de lib. & post. & poterit minoris vendi. Sexto in pretij æstimatione non est considerandum quanti res fuerit empta neque attendendus est labor quem vẽditor in eius acquisitione fuit perpessus, sed solum habenda est ratio communis hominum æstimationis ex text. in. l. pretia rerum ad. l. falcid. tradit Couarruu. lib. 2. variarum. c. 3. numero. 4. ergo parum refert, quod census fuerit creatus, seu constitutus ad rationem quatuordecimæ, si tantũdem iam dum iterum eius nomẽ venditur æstimari, aut vendi non po- 7 test. Septimo, quia in censu creato cessant præsumptiones fraudis, & vsurarum, quę interuenire possunt in cẽsu creando, seu de nouo constituendo. Vnde passim tollerantur in Hispania huiusmodi contractus, quibus census creati minoris venduntur, quam fuerint constituti: quod tollerat Rex noster Christianissimus, eiusque Regius Senatus, vt testatur Olanus, & Gutierrez infra citandi. Hãc partem tenuerunt Syluester in Summa verbo vsura. 2. §. 12. Nauarr. in Manuali Hispano. c. 28. in additione ad cap. 23. num. 82. Idem Nauar. post commentarium de vsuris, q. 11. num. 112. Olanus in antinomia iuris litera. A. nume. 116. dicens idem iudicandum esse de venditione nominis

minis reditus annui, quod in fundis seu aliis rebus vendibilibus iura constituerunt: idem tenuit Sarmiento libro.7 selectarum, cap.1.num.40.versic.sed quid si Rex, licet ab huiusmodi contractibus abstinendum consulat, vt tutiora eligantur, eandem tenuit Salazar de vsu, & consuetud. asserens audacter nimium errare omnes qui putat contractum hunc quo reditus annuus creatus ad rationem.

14. venditur minoris, iniustum esse.

8 In contrarium argumentor. Primo, quia ex hypothesi Caius scienter emit iniusto pretio à constituto in ægestate quæ excludit voluntarium simpliciter, vt per Arist. in. 3. Ethi. Scotum in 4.sent.d.15. quæst. 2.art.3. Baldum.l.penultim.ad finē C.quomodo,& quando Iud. faciāt notata infra libr.2.quæst.2. Et sic cessant iura positiua, quod licet muiedē decipere infra dimidiam, quia non habent locum in scienter decipiente secūdum opinionem de qua hoc lib.q.10.num.9. cessat etiam limita-

9 tio per quam.l.2 C.de rescind.vend. non habet locum in scienter vendēte minoris, quia hoc procedit quando cum scientia concurrit spontanea voluntas donandi, vel alia causa iusta remittendi: secus non concurrēte spontanea voluntate, sed quadam coactione vel ægestate qua emptor scienter in suum compendium abutitur. Tunc enim verum est dicere, quod scienter, & mala fide fratrem

11 suum supergreditur. Tum leges illę quod liceat quadam tenus decipere præsupponunt iustitiam pretij non esse in indiuiduo, sed in quadam latitudine, quæ multum & paucum recipit, & fundatur in hoc quod intra illam latitudinem medium non nimis excedit, & sic proprie non habent locum, vbi præcise certū pre-

12 tium taxatum est, præsertim quando illa taxatio est in gradu extremo, vt hic: quia mille quatuor ecta sunt certum, & taxatum pretium huius reditus in extremo vilitatis: non enim potest dari minus, aut vilius pretium quin sit iniustum, sed bene malus, vt supra hoc lib. quæst.6. Secundo, quia prædicta subtilis differētia inter emptorem noui, & veteris reditus, verbalis magis quam realis videtur, & secundum veram rei substantiam & effectum non differunt, vt tenet C6 rad. de contractibus, quæst.29. quia vtrobique cæteris paribus, cadē omnino res versatur, idē adest, & abest emptori & venditori. Igitur sicut nō licet emere huiusmodi reditum de nouo constituendum minori pretio quam sit sors quatuordecimæ, neque ab egente, neque a volente negotiari: ita non licebit minori pretio huiusmodi reditum iam constitutum emere, nec ab egente, neque a volente negotiari, cum illud pretium taxatum sit ad minimum, neque sit dabile minus iustum pretium. Tertio,

13 quia alioquin via esset aperta fraudibus: frequenter enim accidit, vel iniusmodi reditus habentes agere propto subsidio ęris alieni, tūcque quod tenerator improbus cupiens nimias concessas transgredi recusaret emere reditum de nouo constituendum sed mauult veterem reditum emere ad rationem decimæ, vel viliori pretio. Igitur vitandæ fraudis gratia fieri debet prohibitionis extensio, vt notatur supra quæst. præced. num.17 Quarto, quia si non licet ab egente scienter emere fundum ad eandem rationem, vt infra libro.2. quæstion.

3. Neque etiam licebit nomen reditus a tertio debiti, in quo saltem non minor fraudis suspicio & occasio versatur quam in venditione fundi. Quinto, hæc sententia videtur

14 pro-

probari ex prædicta lege Regia.6.titulo 15.libro.8.Recopilatio. in illis verbis. *Que de aqui adelante no se pueda vender, ni imponer, ni constituyr juros de al quitar a menos precio, etc.* Impositio enim & constitutio ad cēsus nouiter creādos referuntur: at venditio ad iam creatos non incongrue trahi potest. Deinde.l. illa non solum taxat pretium redituum de nouo creandorū, sed etiam redituum iam diu constitutorum, quos omnes ad rationem quatuordecimæ reduci iubet, ergo satis innuit eius taxationem, & moderationem non solum in reditibus cōstituendis, sed etiam in constitutis vendendis obtinere. Sexto, hanc opinionem videtur probasse Sūmus Pōtifex Pius Quintus in suo proprio motu super forma creandi census in illis verbis. *Hanc autem salutiferam sanctionem ueluti in censu nouiter creando, verū etiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus perpetuo, & in omnibus seruari volumus.* Quamuis Azeuedo in dict.l.6.tit.15 libro.3.Recopilation. num.1. motū proprium dixerit nihil super pretio dispositisse, idque verum sit quoad taxam & quantitatem pretij: tamen plane disponit Sum. Pōtifex pretiū semel constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, neq; quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri, prout sequitur in dicto motu proprio in versiculo declarantes. Ergo cum Summus Pontifex dixerit suam sanctionem in cēsu creato alienando obtinere, & subijciat pretium eiusdem census quoad vltimo contrahentes minui non posse, satis videtur hanc opinionem comprobasse. Ex quo motu proprio ita in tellecto in hanc adductus est sententiam insignis Nauarr. in suo manuali latino, capi.23.nu. 91.in fine, eius opinionem sequitur Azeuedo vbi supra, quamuis inductionē motus proprij in hanc sententiam non admiserit: eandem tenuerunt Medin. in Summa, libr.1.§.26.num.146. Emanuel Rodriguez in explicatione dicti motus proprij. 3. conditione, dub. 2. Mercado in tractat. de contract. c. de los censos, fol.76. Fr-Anton. à Cordoua, in tract. de casos de conscientia, quæstio.79. Albornoz, de arte cōtract. libr.3.titulo.4. de los cambios. 16 Has contrarias sententias nititur ad concordiam reducere distinctione quadam Gutierrez, libr.2. quæstionū practicarum circa leges Regias, quæstio.173.numer.7. quo loco priorem opinionem admittendam censet in censibus emptis à Rege vel priuato ad rationem.20.18.16. vel quindecim pro vno quos emi posse, ait viliori pretio quam fuerint creati, non tamen minori quam ad rationem quatuordecimæ. Secundam vero opinionem accipit in reditibus creatis, ad rationem quatuordecimę, eosque minoris emi nō posse dicit. Quæ doctrina non displicet: an vero concordet prædictas inter se dissidentes opiniones, qui earum sequaces legerit facile iudicabit.

Quid dicendum? Respondeo vēditio nominis huiusmodi reditus de se est contractus commutatiuus rerum, & iurium, neque potest de se reponi inter contractus negotiationis fæneratoriæ per notata in principio huius quæstionis, & supra in quæstione quinta: & quidquid dicat Conradus, dicta quæstione.79. differentia illa nō est verbalis sed realis. Verum est, quod in vtroque cæteris paribus, idem abest, & adest ipsi emptori, sed non est idem in venditore: quia vēditori reditus noui super se nihil realiter abest, sed solum obligatus est

ad

ad annuam pensionem donec sorte
reddere velit: venditori vero nomi-
nis decedenti statim nomen ipsum
& iu perpetuum abijt, & in alium in-
18 totum transit, sicut cum venditur &
traditur fundus. Tamen considerā-
da sunt duo. Primum quod venditio
reditus nominis antiqui cæteris pari
bus non parum affinis est in effectu
venditioni reditus de nouo constitu-
ti, & potest fieri, & eligi in fraudem
reditus de nouo constituendi, vt in
tertio argumento secundæ partis.
Secundum quod huiusmodi reditus
19 est res habens notorie certum pre-
tium taxatum ad minimum, siue in
extremo vilitatis, quæ taxatio locum
habet non solum in puncto constitu
tionis reditus de nouo, sed etiam in
ipso iure, & nomine reditus iam cō-
stituti: si tamen hoc vltimo casu tu
to collocatus sit, & sic non habet lo-
cum taxatio legis secundæ Codice
de rescind. vend. & sic iungendo si-
mul primum & tertium argumentū
20 secundæ partis. Dico contractum in
hac hypothesi iniustum, non propric
tanquam vsurarium cum de se non
expectet ad negotiationem fenera-
toriam, sed simpliciter iniustum ob
vilitatem pretij, vel si sit suspitio frau-
dis, vt in 3. argum. tanquam interpre
tatiue vsurarium. Amplio siue Titius
vendat illum reditum absolute, siue
21 retenta sibi facultate redimendi. Ne
que obstat quod hoc vltimo casu re-
ditus videtur emptori vilior, & dete-
rioris conditionis quasi subiectus du-
plici facultati redimendi, videlicet
erga primum, & secundum vendito
rem, & sic quod minoris emi possit
per notata infra libr. 2. quæstione. 8.
quia dico istud hoc casu non esse vl-
lo modo considerabile, cum iste red
ditus semper iuxta natura, imo substan
tialiter semper sit redimibilis, neque
ne spes, quod vllo temporis spatio
fieri possit non redimibilis.
22 Conclusionem limito, vt procede
dat quando reditus est liquidus, & tu
to collocatus, secus si litigiosus, vel
venditor, aut res suppositæ minus sol
uendo sint, vel difficilis conuentio-
nis, quia tunc tanto minoris est pre-
tij, per notata in l. pretia rerum ad l.
falcid. nō ipsi debitori, quia sibi quan
tō ad hoc dues est. l. quærebatur ad
l. falcid. sed ipsi creditori tale nomē
habentis, quod etiam tenuerunt Me
din. & Azeuedo, & Gutierrez, vbi
23 supra. Sublimito vt procedat si sim
pliciter vendatur, & cedatur nomē
neque vendens obligetur de euictio
ne, nisi vt debeatur iuxta legem si no
men de hæred. vel actio. vend. Secus
si cedens promittit non solum eui-
ctionem iuris, sed etiam facti, videli-
cet debitorem fore soluendo, quia
tunc idem est, ac si soluendo non es-
set, vel ac si venditor ipse se se ad cō
tinuationem reditus obligaret, & sic
esset idem quod in constitutione no
ui reditus, prout in veritate noua
obligatio constituitur, & venditur in
24 persona cedentis. Modo in termi-
nis quæstionis nostræ quando hic re
ditus liquidus, & tuto collocatus ven
ditus est ab indigente prædicto vili
pretio, quæritur quomodo reforman
dus sit contractus? & videretur redu
cendus ipsi Caio ad rationem quin-
decimæ commodo Titij iuxta nota-
ta supra quæst. præced. & effectus es-
set, quod Caius reditu empto nō pos
set percipere nisi. 66. cū besse vnius
integri annuatim, videlicet non pro
rata. 15. partis pretij quod numera-
uit: reliquum autem dicti reditus vi
delicet. 33. cum triente vnius annua
remanerent in ære Titij, & ad eum
spectarent, ita vt neque Caius admit
teretur ad supplēdum iustum pretiū,
vt reditu integro potiretur, & istud
obseruare non esset iniustum iusto

illius

illius odio,qui scienter egentem pro-
xi,suum supergressus est.Et eadem ra-
tione si emisset infra rationem deci
mæ omni iure empto,& commodo
priuaretur,forte dum taxat seruanda
in quã si quid exegisset imputaretur.
Et ita contractum prorsus annullan-
dum tenuerunt Castro, & Alcozer,
quos refert & sequitur Emanuel Ro-
driguez in explicatione Motus Pro-
prij Pij.V.super forma creandi cẽsus
in 3.conditione,dubitatione.4. Vt
autem in vno pariter & eodẽ negotio obseruemus rigorem, & manuetudinem ostẽdamus (vt alias inquit Summus Pontifex in.c.a nobis el.2. ad fin.de sent.excom.)æquius puto
25 hunc rigorem & pœnam adhunc casum(nisi alia concurrant) non extendi,non solum per regulam.§.in pœnalibus in.l.non videtur de reg. iur. sed præcipue,quia hic contractus(vt dixi)de se est alterius generis,quam reditus de nouo constituendus,quare hoc casu sufficere puto, quod emptor non faciat fructus reditus suos, nisi pro rata iusti pretij numerati, donec quod iusto pretio deest,supleuerit:argum.l.fin.in fin.de fund. dotal. quidquid Castro & supra relati dixerint contractum ex eo nullum cẽsendum fore. Non enim hoc cedere de
26 bet commodo debitoris reditus,nec poterit debitor redimere a Caio eodem pretio quo Caius emit per tex. l.per diuersas cum.l.sequenti.C. mãdati:quia dictæ leges statutæ sunt cõtra eos qui præauaritia,vel alios vexandi libidine,vili redimunt actiones litigiosas,vel dubias.Ideo statuũ vt reus,vel prætensus debitor litem, & vexationẽ redimere possit, eodẽ pretio(quod insidiator ille numerauit)oblato:non autem vt veri debitores,de quibus constat cum iactura creditorum locupletentur, vt etiam tenet D.Antoninus secunda.p.c. 8.
27 §.12.Et pro hac opinione,quod emptor qui nomen reditus tuto collocati minoris emit,nõ faciat fructus suos nisi pro rata iusti pretij numerati, & quod contractus non sit prorsus annullandus,sed reducendus,pondero text.l.6.tit.15.lib.5.Recopilatio. ibi. *Y no se pueda por virtud dellos pedir ni cobrar en juyzio ni fuera del,mas de a la dicha razon y respecto.* Intelligendo prout supra intellexi text. etiam in venditione reditus iam constituti.

Ex quæst.sequen.

EMptor,qui reditũ minoris emit, an recte agat, vt sibi pretiũ reddatur vel stetur cõtractui num.1.

Non debet contractus diuidi etiam restitutionis beneficio,num.2.

Resolutio quæstionis,num.3.

Debitor nequit facere, vt sit licitus contractus,qui illicitus est,nec quominus de eo conquerì possit etiam si approbet,num.4.

Etiam si debitor iurauerit se semper probaturum,num.5.

Reditus annullatur fauore debitoris & in pœnam creditoris, numero.6.

Declaratur lex Iulianus.§.si quis colludente de actioni empti, numero.7.

Quando reditus est nullus propter excessum,an creditor amittat sortem:num.8.& sequent.

Tria tempora distinguuntur, numero 9.

Si cõtractus reditus annui sit nullus

ob

ob excessum, à quo tẽpore fiet reductio? num.10.

Debitor reditus nõ tenetur reductionem petere, num.11.

Quid si creditor reductionem, seu nouam reditus constitutionẽ recuset? num.12.

Et quid si debitor reductionem offerat creditori, per aliquos annos recuset, postea acceptet, à quo tempore fiet reductio? numero 13.

Et an possit debitor præteritas pensiones inuito creditori soluere, & in sortem imputare, numero.14.

Et an possit debitor inuitus ad hoc per creditorem cogi? numer.15

Et an possit debitor sortem diuidere partem restituendo sine vsuris pro reliquo reditum constituendo? num.16

Si creditor reditus nulli tot pensiones acceperit, vt sortem æquauerint, an sit liberatus debitor? num.17.

Quid si nullæ pensiones sint solutæ tot annis elapsis, quod eorum pensiones sortem æquassent, an creditor possit sortem exigere? num.18.

Quid si reditus non sit nullus, sed excessiuus, qualiter moderandus sit? num.19.

In quo differant improbus fœnerator ab eo, qui modice excessit in emptione reditus? num. 20. & .25.

Qualiter iure Regio fiat excessiui reditus moderatio, & reductio, num.21.

Si reditus ad rationẽ decimæ constituitur & creditor pluribus annis pensiones exegit, an debeãt in sortem imputari? n.22.et.23

Et an reditu ad rationem decimæ constituto, possit creditor, an tequam pensiones exigat resutare moderationem & sortẽ, exigere? num.24.

Fœneratorem improbum longe deterioris conditionis esse, quam modice excedentem, numero.26.

Quæstio. IX.

Quando annuus reditus fuit minoris emptus: an possit emptor agere ad pretium, vel vt stetur contractui, & de eiusdem contractus moderatione, seu reductione.

1 NONNVNQVAM contingit creditorem: qui reditum quatuordecimam, vel duodecimam, vel etiam decimam pretij partem excedentem, emit petere, vt vel pretium

tium sibi reddatur, vel contractui stetur, an iure agat quæritur? Videtur affirmatiue respondendum, ex quo electio datur debitori, & sic non videtur à creditore, sed à se ipso lædi, si nolità contractu recedere, & pretium restituere: tum quia non videtur audiendus ad diuidendum contractum, vel eius commodum, sed quod in totum debeat acceptare, vel in totum discedere, saltem re integra, hoc
2 offerente creditore. Tum quia remedium, quo vult vti debitor huiusmodi contractu læsus, est in effectu restitutio aduersus læsionem, ergo etiam creditor debet restitui, eique pecunia reddi. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. l. vnica. C. de reputation. ita quod etiam fauore læsi minoris, non debet contractus diuidi. l. tutor. §. curator. ff. de minoribus, & videtur text. expressus, in. l. Iulianus. §. siquis colludente de actionibus empti, & tradit Tiraquel, libro. 2. retractus in fine, quæstione. 28. numero. 150. & sequenti nisi in casu, de quo per Gomez, in. l. 70. Tauri, numero decimoquinto. Cifontan. in. l.
3 75. Tauri in versiculo, tertio dubitatur. Quibus non obstantibus dicendum est creditorem non audiendum quadruplici ratione manifesta. Prima, quia alias locus esset apertus cuicunque fœnori vetito, & omnes leges vsurariæ inutiles essent, & illusoriæ: qua enim facilitate, & egestate debitor, iniustis vsuris se subiecisset, eadem eligeret illis exhauriri. Secunda, quia ista petitio, vel oblatio creditoris nullam nouam electionem, nullum commodum affert debitori, nihil penitus quam quod ex forma eiusdem contractus illiciti etiam eo constante iam expectat ad debitorem, quipequi ex forma contractus non tenetur ad aliud, quàm vel reditum conuentum pendere, vel forte reddere, & sic creditor idem petens, vel offerrens nihil aliud petit, quàm rigide, & præcise contractui iniusto omnino stari, & sic ridiculum est dictum creditorem in hoc audiri posse, & plusquam ridiculum pro
4 beneficio hoc accipere. Tertia, quia prima pars dictæ oblationis, seu petitionis, videlicet contractui stari, ne dum est iniusta, sed impossibilis: quia nulla voluntate debitoris iustificari potest: nec enim potest facere debitor, vt sit licitus huiusmodi contractus, & vt de eo conqueri non possit, etiam si approbauerit, vt colligitur ex notatis à Bart. in. l. cum allegas, columna secunda, versiculo sed quæritur hic. C. de vsuris, & ex eodem Bart. in. l. secunda ad fin. ff. de ijs, quæ pœnæ nomine, & ex alijs traditis à Tiraquel. libro secundo, retract. §. primo, glossa secunda, numero trigesimo-quinto, & trigesimosexto, & in eodem libro ad finem, tituli numero. 152. Quod procedit etiam si debitor iurauerit se non repetiturum, & contractum semper
5 approbaturum iuxta regulam textus in. l. non dubium. C. de legibus, tradit glossa secunda, in capit. ad nostram secundo, de iure iurando, Hostien. Cardinal. & alij quos refert, & sequitur Tiraquellus, in dicto numero. 152. & consequeter etiam secunda pars petitionis, videlicet, de restituenda pecunia, est iniusta per rationem text. in. l. Seius, & Au-

& augerius.ff.ad legẽ falcidiã. Quarta, quia quod reditus nullus eſt, id fauore debitoris, & in pœnam creditoris introductum eſt, vnde non debet retorqueri in odium & damnum debitoris, quod eſſet ſi ſtatim cogi poſſet ſortem reddere, nec etiam debet id eſſe debitori inutile, prout eſſet ſi deberet ſtare contractui, vel ſortem reddere, quod etiam eſſet nugatorium quia creditor in nihilo puniretur, ſed haberet intentum. Non obſtat.§.ſiquis colludente. Tum quia 7 ibi contractus poteſt approbari, nec laborat, niſi morbo extrinſeco, cuius oppoſitum, eſt in noſtro caſu: tum quia ibi per reditum ad priorẽ ſtatum plene conſulitur indemnitati læſi cuius oppoſitum hic eſt: quia debitori per iniuſtam vſuram læſo, cum indigeret crediti ſub conceſsis reditibus, non conſuleretur, ſi adigeretur ſtatim ad reſtitutionem ſortis, ſed magis lęderetur: & hanc partem quod creditor audiendus non ſit petendo, vt vel pretium ſibi reddatur, vel cõtractui ſtetur, quãdo cõtractũ 10 exceſsiuũ vſurariũ fecit, tenuit Ioã. Bap. Lup. in cõm. 2. de vſur. §. 3. n. 90.

Aduertẽdũ tamẽ eſt hoc caſu quãdo redit' eſt null' puta excedẽs duo 8 decimã partẽ ſortis, vel in Hiſpania quatuor decimã: tamẽ creditor, non amittit ſortem, & in primis excludo caſum iuris, de quo in nouellis tit. 1. neminem çredentem agricolæ conſtitutione. 33. & etiam caſum, in quo eſſent tot prauæ circunſtantiæ, vt creditor mereretur damno ſortis affici, ſed vt non eſt iuſtũ debitorẽ ſtatim 11 cogi ſortem reddere tum per præd. tũ ne durius cum eo agatur in reditu funditus nullo, quã in exceſsiuo paululũ, ita non eſt iuſtum debitorẽ numquã reddere ſortẽ, eamq; ſemper tenere ſterilẽ creditori volenti bonã fi- 12 dem agnoſcere: ſic ergo res tẽperãda eſt diſtinguendo tria tempora facilioris doctrinæ cauſa: videlicet principium, medium, & finem: & voco principium tempus contractus, vel 9 paulo poſt cõtractum puta infra primum annum, & tunc dico quod poteſt creditor offerre, ſeu petere reditum reduci ad rationem quindecimæ, quod etiam inuito debitore fieri debet, niſi malit ſortem ſtatim reddere: ratio quia cum creditor velit bonam fidem agnoſcere, & purgando vitium læſione ſublata debitorem indemnem reddere, non debet debitor deinceps lucrari, ſiue locupletari cum iactura aliena: & hic aduertendum eſt ad duo, primum quod iſta reductio non poteſt peti per creditorem ad rationem duodecimæ Germanis, & Gallis permiſſæ, tum propter delictum per eum admiſſum: tum quia reductio regulariter non debet fieri ad ſummum: qualis eſt duodecima, ſed ad mediocre, & æquabile, qualis eſt quindecima, ſecunda quod hæc reductio non debet fieri a die contractus, cum ſit nullus, ſed ſolum à die bonæ fidei agnitæ per creditorem, & reductionis per eum oblatæ debitori: temporis autem interim præter fluentis interuſurium omnino perit creditori. Et licet debitor ſi velit poſsit hanc reductionem petere, vel offerre: tamen quia non cedit ad commodum debitoris, ſed creditoris, cum alioquin reditus ipſo iure nullus ſit, non tenetur debitor prævenire, ſed poteſt ſinere tempus labi, & interim vſuram non ſoluere, ideo de ſolo creditore locuti ſumus à quo hæc diligẽtia procedere debet: poteſt autẽ creditor, ſi velit, nullam reductionẽ, vel potius nouam iuſtam, & æquabi-

lem reditus constitutionem petere, vel acceptare, sed tunc tenebitur expectare sortem sibi reddi per singulos annos, vel terminos conuentos donec quantitas sortis expleta sit, nec prius restituere tenebitur debitor, si est paratus reditum æquabilem videlicet ad quindecimam constituere.

Sed quid si debitor initio obtulit, & pretij reduci ad quindecimã, sed creditor per aliquot menses, vel annos noluit: nunc autem puta tertio anno à die contractus vult reduci?

13 Respondendum est reductionem fieri debere, vt ex nunc omni præteriti temporis vsura cessante, & adhuc potest debitor pensiones iuxta formam contractus præteritas pro rata temporis inuito creditore simul

14 per se soluere, vel offerre, licet in diminutionem sortis cedant, & pro rata residui ex nunc, & pro futuro tempore dumtaxat reditum quindecimæ offerre, & sic in effectu partim particularem sortis restitutionem, facere, partim pro residuo reditu ad quindecimam moderatum, & in futurum tantum offerre, nec est mirandum quia ista non est proprie reductio prioris reditus, qui nullus est, sed nouus reditus æquabilis constitutio: nec potest creditor inuito debitore petere reditum cõstitui de tota summa denegando in sortem accipere seorsum pro rata temporis præteriti, tanquam particularem sortis restitutionem, ex quo sorti imputatur: quia quod sorti imputatur hoc fit in præiudicium, & odium iniqui fœnoris vnde in eius commodum capi non debet, quominus liceat debitori pro rata temporis præteriti seorsum soluere, iuxta formam contractus licet

15 sorti imputet: tum quia pariter debitor non posset post aliquos menses, vel annos totam summam inuito creditore retinere, etiam totius summæ pro futuro tantum tempore reditum quindecimæ offerendo, sed cogi potest pro rata temporis præteriti soluere, & de residuo pro futuro tempore quindecimam, donec, residuum illud refundat pẽdere, & sic iam habes medium tempus obiter declaratũ, videlicet post duos, tres, vel quatuor annos à die contractus inusti: aut enim debitor nihil tunc soluit, & tenetur præcise soluere sorti imputando pro rata temporis præteriti, & de residuo si petat creditor reditum quindecimæ constituere, nisi malit debitor etiam residuum, & sic totum reddere. Plus absolute dico quod cum nõ de

16 reductione, sed nullitate reditus agatur, & de noua reditus æquabilis cõstitutione, cumque vetus nullitas, & noua constitutio in odium fœnerationis accipi debeat; licebit debitori semel diuidere, hoc est semissẽ, vel quotam voluerit sortis partem sine vsuris reddere, & de residuo (quantum sibi placuerit retinendo) reditum quindecimæ offerre, aut vero debitor interim iuxta formam contractus soluit, & tanti sors ipso iure iam diminuta est, & electionem habet debitor residuum offerendo liberari, vel creditore silente peregre sic particulatim soluere, donec sors æquata, & sic soluta sit: creditore vero finem præueniente, etiam volente bonam fidem agnoscere, potest debitor quantam partem residui volet offerre, & de reliquo reditum quindecimæ offerre per prædicta. Venio ad finem temporis, quem intelligo tanto tempore lapso, quod se-

17 cundum formam contractus soluendo, sors expleta esset, & tunc, aut debitor semper quotannis soluit reditũ & expeditum est expleta sorte, nihil vltra deberi, quod probat textus iu-

re

re nostro Regio in l.4.titulo.6.libro. 8. Recopilationis, ibi. *Que siendo ha llado, que han recibido lo que dieron y prestaron, que no puedan auer mas.* Quod si plus soluerit tanquam indebitum condicet: cum enim nulla facta sit reductio, nec purgatum sit vitium, omnia sorti semper necessario imputantur. 18 Aut vero debitor nihil soluit, & tot anni præterierunt, quorum pensiones sufficerent ad sortem æquandam, & statim creditor potest illam sortem exigere, nec tenetur vlterius differre, nec in reditum etiam ad rationem duodecimę, vel quatuordecimæ, si pro tempore futuro offeratur conuertere: quia, nec potest, nec decet durius agi cum creditore, quam quod contractus reditus in simplex mutuum conuersus intelligatur, solutione diuisa, & delata in proximos annos sortem æquantes: vnde illis lapsis totam sortem, vel siquid interim solutum sit, quod supereſt, indilate exigere potest.

Nunc autem capiendo alium 19 casum, de quo in principio huius quæstionis diximus, videlicet quando reditus non est nullus, sed excessiuus, res expedita est (saltem in constitutis ab anno, quo talis reditus haberi cæpit pro excessiuo cum semper reductio fienda sit vniformiter ad rationem quindecimæ, etiam pro præteritis, & solutis pensionibus, vt in præced. 20 quæstione septima, ad finem. Oritur tamen vnus scrupulus, quia non videtur æquum, quod fœneratori improbo, constituatur reditus quindecimæ, vt in prædictis æquiparando eum creditori paululum excedenti, cui fit reductio ad quindecimam: ideo præfato improbo fœneratori, nulla videtur fienda constitutio reditus saltem non tanta, sed ad rationem semissis, vel quincuncis vsuræ putà ad decimamsextam, vel ad vicesimam sortis partem. Sed respondetur improbum fœneratorem esse deterioris conditionis in duobus alijs. Primo, quia illi non fit reductio donec offerat, & bonam fidem agnoscat, & omni medij temporis interusurio priuatur. Secundo, quia tempore reductionis poterit debitor pro rata temporis præteriti soluere, & inuito creditore sortem etiam prout volet semel diuidere, & pro residuo in futurum dumtaxat reditum moderatum offerre, quæ duo cessant in eo, qui modum modice excessit: quia huic nullum tempus perit, nec vacat reditu æquabili, qui semper ad rationem integræ sortis currit: siquid enim expensionibus prius solutis decidatur, id non sortis, sed reliquis imputatur secundum ea, quæ diximus in præcedenti quæstione, numero trigesimoquinto, & trigesimonono, quod si priori casu improbus ille fœnerator mox pœniteat, siquidem ante quam ad alia diuertatur, vel ante sortem numeratam, & contractum completum, cum nullum fuerit delictum consummatum, cessant prædicta, & reformari potest contractus ad rationem duodecimæ, sed si post contractum perfectum, & pretium numeratum, etiam si eadem, vel postera die pœniteat, fiet reductio ad rationem quindecimæ, quod sufficit, nec tamen æquiparatur creditori modice excedenti, quia satis est, quod ille improbus donec bonam fidem agnouerit, est in periculo, vt in multis, & quanto magis differt deterioris sit conditionis, eo qui parũ excessit.

sic. Hæc autem quæ diximus iure communi plane procedunt, sed iure Regio videtur contractum annui reditus, (eo casu, quo excessiuus, & moderandus sit) indistincte ad ra-
21 tionem quatuordecimæ reducendũ fore, iuxta l. 6, titul. 15. lib. 5. Recopilationis, cũ moderatio, & reductio iure ipso fiat ex prædicta. l. Regia nulla expectata creditoris voluntate, seu declaratione. Et cum à tempore. l. Regiæ ipso iure reductio facta censeatur, si postea debitor plusquam quatuordecimam soluerit illud, plus repeti poterit, non tamen in sortem imputabitur creditori. Quod limitandum censeo in contractu nimium excessiuo, & reditu minoris empto quam ad rationem decimæ, qui nullus est, & fœneratitius reputatus iuxta ea, quę diximus supra quæst. 7. num. 20, versic. ex prædictis, quo casu non fit reductio, sed pensiones receptæ in sortem reputantur, & ita limitandam censeo illam l. Regiæ dispositionem.

Ad vberiorem tamen prædictorum declarationem quæro quid si quis emit centum annui reditus pro mille, & de facto plenam solutionem accepit per decem annos, nunc
22 autem debitor detrectat? Breuiter huius quæstionis solutionem habes ex notatis supra in dicta quæstione. 7. videlicet quod debitor non potest dicere creditorem sortem suam recepisse: quia non solum reditus, non est nullus, sed nec annullandus, & licet duplici ratione sit moderandus. Prima, quia ab initio excessit creditor puta minori pretio emendo. Secunda, quia per multos annos pensionem excessiuam exegit: tamen sufficit moderationem fieri ad quindecimam, etiam in iam solutis à tempore contractus, nec quod detrahitur debet imputari sorti, sed in reliqua si qua debeantur, vel restituti debitori per ea, quæ notauimus supra dicta quæstione. 7. in versicul. 3, quæro quo casu, numero. 30. & hoc dummodo reditus nullomodo excedat rationem decimæ, secus si ex pactis vel oneribus adiunctis, excederet rationem decimæ: quia tunc post solutiones decennales liberatus esset debitor, & esset dicendum sicut de reditu reprobo. Quod ampliabis etiam si creditor non
23 exegerit integram, sed minorem & non excedentem pensionem: quia ex quo ex mera facultate, & temporali liberalitate hoc facit, non est in consideratione cum semper ipse, vel eius successor secundum formam contractus deberi prętendat. Ideo quidquid solutum in sortem imputandum, quemadmodum si per decem annos nihil solutum esset: sufficit tamen hodie sortem, vel, quod superest offerre.

24 Sed retento themate quæstionis de reditu decimæ quid in casu conuerso si per totos decem annos nihil solutum sit, an possit creditor refutare moderationem, & omnem reditus continuationem petendo sibi totam sortem statim, & simul reddi. Videtur quod sic: tum quia debitor diu non impleuit ex parte sua, & sic videtur quod creditor non teneatur vlterius implere, nec relinquere sortem penes debitorem, saltem quando nullum vult habere cõmodum reditus, nec interusurium etiam pro tempore præterito, sed illud remittit: tum quia etiam improbus fœnerator, qui emit ad rationem vnius pro octo, vel nouem, potest post lapsum totum tempus, quo fors expletur puta post octo, vel nouem annos, si nihil interim recepit, petere totam sortem, sibi

statim

statim reddi, vt dictũ in hac quæst. igitur multo certius hoc facere, & petere potest creditor nõ improbus, qui non reprobũ, sed paulũ excessiuũ tãtũ fœnus stipulatus est, & valde absurdũ esset deterioris cõditionis esse iustũ, quam iniustum creditorem. Contrariũ tamen dicendum est: nec primum obiectũ obest: quia debitor offerendo reliqua præteriti tẽporis, saltẽ à quinq; nouissimis annis sub eadẽ cõgrua moderatione, potest moram
2 5 purgare. Nõ obstat secũdũ obiectũ: quia licet inter hos creditores mero iure, siue quo ad ius agendi eis competens sit differẽcia, tamen quo ad istud, de quo nunc quæritur videlicet in iure exigendi, non est differentia in effectu, & tamen fœnerator improbus non est melioris, sed semper deterioris conditionis. De primo videlicet esse differentiam ad agendum patet: quia iustus ille creditor, non habet actionem ad sortis repetitionem, sed solum ad reditus continuationem sub moderatione competenti fœnerator autem improbus, nullum ius, neque actionem habet ad reditum, sed solum ad sortis velut mutui repetitionem: porro licet ab initio contractus eam actionem habeat mero iure, non tamen pure, & præcise, sed in diem, vel sub illo æquitatis temperamento, de quo diximus in principio huius quæstionis. Tamen post lapsa tempora, quæ secundum formam contractus, 2 6
sortem æquant, vt hic habet actionem puram ad totius sortis repetitionem, & non ad aliud, etiam post multa alia tempora. De secundo videlicet non esse differentiam effectualem quantum ad istud quæsitum patet: quia vt creditor iustus (etiam si omne commodum, & interusurium abdicare velit,) non potest debitorem cogere ad sortis restitutionem, etiam post lapsa dicta tempora: ita nec potest fœnerator improbus, vtcunque actionem habeat puram: Probatur quia quod reditus omnino nullus est, nec reducibilis odio fœneratoris, & in fauorem debitoris, iusto prudentum, & reipublicæ consensu præter ius commune introductum est, vt in præcedenti quæstione septima diximus in principio; vnde non debet retorqueri contra debitores, nec pro fœneratoribus. Igitur vtrum maluerit debitor potest eligere, vel meram nullitatem, vel moderationem reditus ad quindecimam, & hanc eligendo effectus erit in hoc themate, quod poterit fœneratori pro reliquis præteritis offerre quinque nouissimorum annorum, reliqua ad rationem quindecimæ pro tempore præterito cum continuatione reditus ad eandem rationem donec redimat, & quanquam regulariter hoc non sit vtile debitori: quia sic eligendo perdit non modicam summam, quam poterat sorti imputare, & restituto residuo in totum liberari: potest tamen accidere debitorem in tali tunc esse peristasi vt præstet tantam summam, quanta sunt quinque nouissimorum annorum, reliqua moderata perdere, & nihilominus ad reditum quindecimæ totius sortis obligatum esse, quam totam sortem restituere. Ex his patet fœneratorem improbum, postquam diutius in scelere suo insorduerit, & quod magis vitium purgare distulerit, longe, meritoque deterioris cõditionis esse eo, qui paulum modum excessit, siue tempore medio reditus soluti sit, siue non.

Ex quæst. sequent.

SI minor emit reditum excessiuũ qualiter sit moderandus: n. 1.

Minor iure communi vtitur, & non ligatur statutis, num. 2

Annullatio, seu moderatio reditus excessiui pœna creditoris est, num. 3.

Minor capax delicti, pœnæ quoque capax, num. 4.

Si minor inexpertus, & negotiationis ignarus authore tutore reditum excessiuum emit qualiter moderandus sit, num. 5.

Pœna nullitatis, seu moderationis reditus locum habet etiam si alieno, & ignorantis nomine contrahatur, num. 6.

Gestor omnis in aquirendo domino præiudicare potest, num. 7.

Si debitoris calliditate vitiose contrahitur, an sit locus pœnæ moderationis? num. 8.

Et an eo casu valeat contractus, quo ad clausulam hypothecarum? num. 9.

Pœna nullitatis, & moderationis reditus, an in ecclesia creditrice locum habeat? num. 1

Et quid in collegio, vel ciuitate? ibidem.

In acquirendis delictum personæ nocet ecclesiæ, num. 11.

Iure regio qualiter fiat reditus excessiui moderatio, num. 12.

Minor, qui reditum maioris emit, quam legis taxa, an habeat restitutionis beneficium? num. 13. & sequen.

Minor pecuniam alienat sine decreto, num. 14.

Minor an restituatur ad lucrum? n. 15.

Declaratur tex. in l. patri profiso. §. 1. vers. item ex diuersa. ff. de minoribus, num. 17.

Minor læsus in pretio, an per restitutionem rem præcisse auocet pretio restituto, ibidem.

Si minor læsus sit pluris emendo reditum, & restituitur, an debeat fieri reductio ad rationẽ duodecimæ, an ad rationem quindecimæ? num. 18.

Si minor dicat se læsum non pluris emendo, sed quia indiget pecunia, an ad eam restituatur, numer. 19.

Non euentus damni, sed inconsulta facilitas, minori restitutionem indulget, num. 20.

Restitutio ita temperanda, vt neutra pars indebite capiatur, numero 21.

Minorum interest, ne temere restitutione, contractus suos reuocẽt num. 22.

Minor pro parte restitui volens nõ est audiendus, num. 23.

Quæst. X.

De minore, qui emit reditum excessiuum.

VIDEAMVS nunc, an, quæ præcedentibus quæstionibus dicta sunt, locum habeant in minore creditore: nec supine intelligas de eo, qui successit maiori, qui taliter contraxerat emendo reditum excessiuum, & minori pretio, quam lege Regia taxato, de quo non est dubium, etiam pro reliquis curtẽ ibus tempore mino is ætatis, quia contra eius gestus non fuit tempore minoris, & ita non potest vti suo priuilegio. l. interdum. l. Aemilius, & ibi no taff. de minoribus, sed quando minor, vel eius tutor, aut curator, emit reditum sibi noue constitutũ supra rationem duodecimæ, vel etiam supra rationem decimæ. Prima facie videntur prædicta omnia sibi locum vendicare cum non sint singulariter pro speciali iure, sed generaliter pro iure communi introducta: minor autem iure cõmuni vtitur. l. fin. C. de in integrũ restitutione, & regulariter statuta ligant, etiam minores, & infantes, vt tradit Roman. singul. vltim. Alexan. conf. 49 lib. 1. colum. 3. & conf. 119. num. 35. & conf. 254. lib. 6.

1

2

In contrarium quia iure communi sufficeret reductionem fieri ad duodecimam communiter concessam, ad quam etiam secundum ius commune, ipso iure fieret per ea, quę diximus supra dicta quæst. 7. in principio: quod autem introductũ est de annullatione reditus, vel reductione ad quindecimam, factum est in pęnam improbe, vel excessiue fęneratis, & sic speciali quadã ratione præter ius commune, de quo n. l. eos in fin. C. de vsur. Dicendum tamen est quod aut minor per se sic contraxit, & tunc aut erat capax talis fraudis intelligendæ, & committendæ puta iam octodecim, vel viginti annos natus, & expertus negotiorum, quæ peritus, præsertim veniam ætatis habens, & tunc cum capax sit delicti, capax est, & dignus pęna. l. si ex causa. §. nunc videndum, &. §. penul. l. auxilium. ff. de minoribus facit. l. 2. C. si aduersus delictum: aut vero tutor, vel curator eius sic contraxit, vel etiam minor ipse, sed inexpertus, & verisimiliter harum rerum ignarus, & tũc videtur cęssare dicta pęna speciali ratione præter ius commune inducta, & sic reditum ipso iure reducendum ad duodecimam, vt in simili de iure communi. l. cos in fin. cũ aliis, quæ tradidimus dict. q. 7. in princip. Tum quia alias aduersus hanc captionem minori damnosam, & sine dolo eius inductam, videretur minor restituẽdus, vt se restringere posset ad formã concessam. sed certe si hæc aperirentur via sequeretur idem dicendum, si negotiorum gestor, vel procurator generalis nomine absentis, quotcũque fœnus improbum contraxisset, & esset aperta via ad contemnendas, & fraudandas pœnas publicarum ordinationum: etenim semper fœnerator improbus nomine cuiusdam mi-

3

4

5

noris,vel absentis contraheret securus.quod si non posset illicitum obtinere,saltem lucrum duodecimæ haberet. Quare puto indistincte eam
6 nullitatis pœnam locum habere,siue quis nomine proprio,siue alieno, siue tutor,vel curator,etiam infantiũ, siue tanquam procurator, vel gestor illicite,vel excessiue fœnerauerit: tũ vt omnis fraudationis facultas excludatur l.1.C.de fabricens.lib.11. tum quia non agitur de pœna criminali, sed ciuili, imo de simplici nullitate actus,quæ proprie,non est pœna, vt notatur per Bart.l. non dubium. C.
7 de.ll.Felinum,cap.1. de constitutionibus. Tum quia agitur de acquirẽdo, in quo indistincte per omnem gestorem domino præiudicari potest.l.seruus.C.de pactis quanto magis vbi de acquirendo lucro,& maxime odioso (vt hic) tenebuntur tamen nomine proprio tutor, procurator,vel gestor domino culpa carenti ad omne interesse, etiam lucri legitimi,videlicet duodecimæ amissi.
8 Prædicta limitabis,si forte debitoris calliditate vitiose contractũ sit,omissa licita forma,secundum quam creditor imperitus, & inexpertus alias contracturus erat,vt dicendum est infra lib.2.15.quæst.in fin. Item limitabis,vt,respectu domini insontis, teneat contractus quantum ad clausulam hypothecæ dumtaxat ex data contractus pro restitutione sortis,vel congrua satisfactione tantum,vt dicam infra lib.2.quæst.8. in fin. Rursus prædicta,& quæ in præcedẽtibus quæstionibus diximus locum habẽt in ecclesia triplici ratione. Prima, quia ecclesiæ,seu viris ecclesiasticis, minus congruit fœnerari, quàm priuatis & in eis fœnus est execrabilius. Secunda,quia ecclesia abundantiorem iustitiam seruare debet, quam priuati,cap.1.§.si diuersum de alienation.fœudi in vsibus fœudorum. Tertia quia ecclesia,seu ecclesiastici per expertos,& sagaces sua tractant, & sic exercendo sunt in fraude, vel dolo: vnde non excusantur, sicut nec minor huius doli capax, & idem in ciuitate,collegio,& similibus. Non obstat quod delictum personæ, non debet redundare in detrimentum ecclesiæ.c. delictum de regul. iuris in.6.quia id verum est in iam adquisitis,sed hic sumus in acquirẽdis, vbi indistincte nocet, siue committendo siue omittendo pernotata in.l.seruus.C.de pactis præsertim cum agitur de acquirendo lucro vt hic.
Quæ diximus iure nostro regio minus dubitationis habent ex dispositione,text.in.l.6.titul.15.lib.5.Recopilation.cuius legis dispositionem clericos quoque comprehendere diximus supra quæst.6.num.49. ex qua l. reductio indistincte, non ad quindecimam,nec duodecimam,sed ad quatuordecimam faciẽda est, vt nõ semel admonuimus in præced.quæstion.num.21.& in quæst.7. supra eodem lib.quid tamen dicendum erit è conuerso si minor ipse, qui fœnerauit conqueritur,puta quia emit centum reditus pro sexqui mille, vel pro bis mille. Nec dubitatur de validitate contractus cum minor possit alienare pecuniam sine decreto, vt notatur per gloss.& DD.l.1.§. fuit quæsitum ad Trebell. tradit Tiraq. libro.1.retractus.§.1.glos.7.nu.104. Sed quæritur an restitui possit in integrum?& restituendus videtur licet hic non agatur, nisi de maiore lucro ommisso:quia etiã ad lucra minores restituuntur l.ait prætor.§.hodie.l.& si fine.l.non omnia de minoribus. l. 5.tit.19.part.6. Respondendum vero est minorem ementem pro sex qui mille,& sic ad rationem quindecimæ non esse restituendum: quia quinde-

quindecima est media, & æquabilis ratio horum reddituum, vt diximus supra hoc lib. quæst. 6. & sic minor nõ est læsus. Si dicas quod poterat habere paulo maius lucrum ad rationem duodecimæ, vel iure nostro regio ad rationem quatuordecimæ, id non obstat duabus rationibus. Prima, quia illud est supremum lucrum, & nimis odiosum. Secunda, quia modicum distat à quindecima, vnde propter lucrum tam modicum, & odiosum, non debet dari restitutio. l. scio de in integrum restitutione, capit. 1. iuncta glos. verf. detrimenti, eodem titulo. Prætera satis est minorem non esse læsum, quia non dicitur emisse iniusto, seu excessiuo pretio, sed iusto & æquabili, licet non minimo, vt diximus: si vero emit maiori pretio, sitque reditus minor quindecima, seu decima sexta, existimo defectum esse notabilem, & considerabilem in minore, eumque restituendum; non vt præcisè cogatur debitor sortem reddere, ne decipiatur, & damnificetur, sed vt teneatur, quod deest supplere retenta, & manẽte eadem sorte, vel quod superfluum est pretij, seu sortis restituere, manente reditu, non enim debet restitutio plus afferre, quam abstulit læsio, vt notatur in. l. nam posteaquã. §. quod si minor de iure iurand. Bart. in. l. qui propriõ. §. item quæritur de procuratoribus, & restitutio in integrũ, ex bono, & æquo temperanda est. l. quod si minor. §. nõ semper de minoribus, & hanc opinionem tenet Storca, Odi. de restitutione, min. 2. p. quæst. 57, art. 1.

16 Ex quo colliges singularem, & pulchram declarationem ad tex. in. l. patri pro filio. §. 1. verf. item ex diuerso. ff. de minoribus, vt possit emptor fundi excludere minorem offerendo supplere iustum pretium, quãdo constat minorem non esse læsũ in vendendo, sed solum in minoris vendendo, vt si minor alij carius addicturus esset, secus si constaret eũ in consulte fundum forte maiorum, vel vicinum vendidisse, quem potius expediebat retinere, vel redimere quẽ etiam nunc velit retinere pro se, & sibi expediat, quem text. ita intelligit glos. in eodem §. 1. verf. oporteat cuius opinio communis est secundũ Gozad. cons. 44. n. 12. Roland. cons. 59. numer. 4. lib. 1. & probatur in. l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iure dotium: & nihilominus ab ea discesserunt plures ex nostris, quos refert, & sequitur Pin. l. 2. C. de rescind. 3. par. cap. 1. num. 21. asserens minorem læsum in pretio per restitutionem rem præcisè auocare, & pretium restituere. Quam opinionem veriorem, contra communem arbitratur, & secundum eam iudicandum fore: id etiam secure affirmauit D. Sahagun à Villasante dum Salmanticæ titulum de restitutione minorum publice interpretaretur, & Pinel sequutus est D. Cald. Pereira in. l. si curatorẽ habẽs, verf. implorare in integrum restitutionem, num. 15. Simoncellus de decretis, lib. 2. titul. 7. num. 13. quorum fundamentis communem docte, & valide propugnans, luculẽter admodum respondet doctissimus Ioãnes Garcia Gallęcus in suo tractat. de expens. cap. 18. num. 23. & sequen. & in tractat. de nobilit. Hispanorum glos. 6. §. 1. num. 56. vbi pro iuri iustissima defensione, & volens se vleisci prouocatus apologeticam init orationem aduersus dictum Franc. à Cald. Pereira communẽ etiam defendit Costa dum olim Salmanticæ summa cum laude legeret prædictũ titulum de minorũ restitutione pro vt testatur D. Sahagũ in dicta lectura, & ipse Costa idẽ tenuit in. l. Gallus

17 & pulchram declarationem ad tex.

§. &

§.& quid si tantum,num.72. & seq. delib.& posthu, eandem communem sequitur Xuarez inter comm. op. lib.4.titul.de rescind. vend. numer.54.Rodericus Suarez, allegatione.21.num.5. Caualcanus de tutore,num.144.Gome.2.tomo,cap. 13. num.1.vers.ex quo primo deducitur Sforcia Odi. de restitutione minor. 2.part,quæstione.57.articulo. 4. numer.26.

Sed circa præmissa quæritur, an
18 teneatur debitor supplere reditum, vel reddere de pretio,ita vt fiat reductio ad rationem duodecimæ, seu quatuordecimæ?& videtur hactenus teneri,vt fiat reductio ad rationem quindecimæ: quia est iusta,& æquabilis,& nullam læsionem continet, sed verius videtur eo vsque teneri hoc casu, vt fiat reductio ad duodecimam,vel apud nos ad quatuordecimam. Primo,quia proter notabilem defectum suspictio est emptorem facilitate minoris abusum fuisse,cũque quadã arte decepisse, vel induxisse si cũ solo adulto carẽte curatore cõtraxerit, vel si cũ tutore vel curatore ex tanta in æqualitate suspictio est fordium,vel collusionis,aut factum esse ad emerendam gratiam emptoris de bonis,& in præiudicium minoris.Secundo,quia licet modicus excessus, non sufficiat ad aliquam restitutionem,tamen notabilis excessus sufficeit,vt fiat integra totius læsionis reparatio,simile in.l. 2. C.de rescind. vend.. Hæc autem suppletio,siue reductio debet fieri non solum pro tẽpore futuro,sed etiam habita ratione à tempore contractus,& totius pecuniæ numeratæ, dummodo debitor sciuerit,se cum minore contrahere:vnde si debitor eligat sortem restituere,& a toto contractu discedere(vt potest ex.l.tutor.§.1.ff.de minoribus.) tenebitur offerre,vel supplere reliqua præteriti temporis, ad rationem duodecimæ,vel quatuordecimæ à tempore pecuniæ, sibi numeratæ.

Sed quid si minor velit dicere se
19 læsum,non eo quod viliorem reditum emit,sed eo quod indiget pecunia sua,& cogere debitorem ad sortis restitutionem? Respondetur aut illa indigentia supervenit post contractum,& non est in consideratione.l.verum.§.sciendum,ibi. *Nec curatus damni restitutionem indulget, sed in consultas facilitas.* Aut vero suberat tempore
20 contractus,& tunc quemadmodum si fundum etiam iusto pretio,sed sibi oneroſõm emerit potest restitui, vt redhibeatur dummodo res sit integra,& sine captione bonæ fidei venditoris,ita & hic admitti posse non negauerim, etiam si summo pretio videlicet ad rationem duodecimæ, seu apud nos quatuordecimæ emerit dummodo res sit integra bonæ fidei venditori,& sine eius captione fiat,si nõ is pecuniam, vel bonam partem in necessitates suas expenderit, vel interim hoc cõtractu confisus alias occasiones sibi consulendi, quas recuperare non potest prætermisserit, non puto temere restitutionem admittendam ad finem redhibendi,ni alias appareat venditorem induxisse minorem, quadam fraude aliter
21 non fæneraturum. Res est enim boni,& æqui restitutio,& ita temperanda,vt neutra pars indebite capiatur, l.si ex causa §.non sem per.l. minor annis.§.prædia.ff.de minorib. Quin
22 etiam pupillorum,& minorum interest,ne temere prætextu restitutionis contractus suos reuocent:alioquin non reperirentur,qui illis nisi forsan prædibus acceptis fænerari vellent, dict.§.non semper.l.cum plures.§.1. ff.de administra.tutorum:quod si debitor offerat alium emptorum eodem

dem pretio,nomen reditus, vel si vn
de cunque habeat minor,cui eodem
pretio vendat, & noluerit, non est
audiendus,& multo minus si pro par
2 3 te, tantum restitui velit.l.tutor.§.cu-
rator.ff.de minoribus:cæterum non
semper inueniuntur, qui velint eo-
dem pretio emere, præsertim si non
sint fide iussores licet alias debitor
nunc soluendo sit:idcò quæstio hæc
otiosa non fuit.

Ex quæst.sequen.

RE medium.l.2.C.de rescindend.
vendition.non habet locum
in vera, nec interpretatiua
cesura,numero. 1. & nume-
ro.34.

Nec locum habet in reditibus an-
nuis,num.2.

L.2 C.de rescind.vend.non est la-
ta ad terminandum medium
iustũ cõtractuũ commutatiuo
rum, numero.3

In commerciis commutatiuis aqua
litas non consistit in puncto in-
diuisibili,num.4.

Quatenus licet contrahentibus inui-
cem se decipere?num.5.

Quare dicatur naturaliter licere cõ
trahentibus se decipere?num.6

Explicatur text.in l.in causa.2.§.idẽ
Pomponius de minoribus ibidẽ.

Non licet contrahenti scienter con-
trahentem decipere etiam in-
tra dimidiam,num.7.

Probata scientia decipientis,etiam
in foro exteriori damnum,quã-
uis intra dimidiam iusti pretij
reparandum est, nume-
ro.8.

Licentia decipiendi reipsa cohibita
est contrahentibus. l. 2. C.de
rescindend.vend.num.9.

Nimiam esse latitudinem.l.2.C.
de rescind.num.10.

Leges durę a tyrannis latę,nu.11

Dispositio dict.l. 2.mathematicam
quandam rationem sequuta
est,num.12.

D.l.2. quamuis duriuscula non ta-
men irrationabili,num.13

Non oportet iudicem in casu.l.2. de
rescindend.nimis claram,&
scrupulosam excessus dimidiæ
probationem exigere,numero
14.

Duricies.l.2.C.de rescind.errorum
causa,num.15.

Qualiter in emptore sit computan-
da deceptio vltra dimidiam?
num.16.&.18.

Traditur legum partitarum contra-
rietas & excusatur, numero.
17.

Iurisconsultorum contrarietas,ibid.

Explicantur rationes erroris com-
munis,& legũ Regiarũ.n.19.

Id esse rem venditã emptori, quod
pretium venditori,num.20.

Doctrina generalis,& methodica
quæ dari poterat in casu,l.2.C.
de rescind.num.21.

Quare in l.2.C.de rescindend con
sideratur læsio potius ex par-
te vẽditoris,quã emptoris,n.22

Emptorem

Emptorem, & venditorem non debere iudicari ad imparia, numer. 23.

Communis sententia, & leges Regiæ in computatione læsionis, ex parte emptoris æquitatem habent, num. 24.

Communis sententia iure communi falsa, num. 25.

Arguta, & mathematica DD. ratio, sed ridicula notatur, n. 26.

Panormit. è cauda anguillã tenuit, num. 27.

Dilluitur Panormit. argumentum num. 28.

L ex. 2. C. de rescindend. vend. condita pro veris contractibus cõmutatiuis, num. 29.

Et non habet locum in contractibus lucratiuis, numero 30.

Nec in cõtractibus reciprocis, & respectiuis, num. 31.

Nec in reditione rationum vbi calculus versatur, num. 32.

Et an locum habeat in diuisione bonorum seu familiæ herciscũda, num. 33.

Læsio intrà dimidiam restauratur, si constat partes egisse de præcisa exæquatione, ibidem.

Concluditur l. 2. de rescind. vend. non habere locum in contractibus vsurarijs, num. 34.

Nec in reditibus annuis, tã ex parte venditoris, quam ex parte emptoris, num. 35.

Et quid si emptor reditus sit minor num. 36.

Quæst. XI.

An remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum habeat in annuis reditibus, & in materia vsuraria.

1 ILLVD controuerti solet. an in materia vsuraria sit locus l. 2. C. de rescindend. vendition. & dicendum est illius remedium non habuisse locum in vera, & formali vsura, cum illa certos augmenti tantum limites habuerit, quos nec tãtillum excedere licebat, sed infra subsidere quantumuis liberũ fuit, nisi quatenus creditor liberam rerum suarũ dispositionem, non habuisset, idẽ dicẽdum in vsura interpretatiua, quod tradit Bald. rub. de vsuris, num. fin. sequitur Couarr. lib. 3. variarum. c. 10. num. 2. ad fin. Idem eadem ratione dicendũ erit in nostris reditibus vsuræ succedaneis siue de nullitate, siue de moderatione agatur. Idem in omni contractu facto in fraudẽ vsurarũ, vel taxationis horum redituũ, vt dicemus infra lib. 2. q. 3. Hæc autẽ quæ-

2 stio

ftio ſuperuacua videtur, ſed præmunit viam ad multas arduas quæſtiones, de quibus infra lib. 2.

3 Ideo vt plenius habeãtur radicalia fundamẽta, quę ſũt vaſtes deciſionũ. Notandum. d. l. 2. non magis latam eſſe, pro contractibus vſurarijs, quam pro contractibus lucratiuis: eſt enim lata non ad terminandum medium iuſtum (vt vulgo imperiti putant,) ſed ad refrenandum, ſeu limitandum vagam, & in certam declinationem ab ipſa vera, & iuſta æqualitate contractuum commutatiuorum dumtaxat, de quibus tantum loquitur, & in quibus naturaliter, hoc eſt de ſe requiritur exacta illa, & ſumma æquitas, quam Ariſt. libro. 2. & latius lib. 5. Ethic. Arithmeticam proportionem vocat, quaſi ex æquatiſsimam, non aliter atque centrum iuſte diſtat vndique à circumferentia, non quod in commercijs commutatiuis æqualitas conſiſtat in puncto indiuiſibili, ſed in quadam latitudine. Quod enim in

4 illis dixi de ſumma æqualitate verum eſt reſpectiue videlicet comparatione iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ eſt totius ad partes, hoc eſt vniuerſi ad ſingulos, in qua proportio geometrica attenditur, quæ latior eſt: æqualitas autem cõmutatiua, quæ eſt partis ad partem, hoc eſt inter ſingulos, ſtrictior eſt, vt præ illa exactiſsime

5 ducatur. Quod autem quædam. ll. dicunt in his commercijs commutatiuis, naturaliter licere, ſeu conceſſum eſſe inuicem circumuenire, ſeu circumſcribere. l. in cauſa ſecunda. §. idem Pomponius de minorib. l. item ſi pretio. §. fin. ff. locati nõ hoc pro fraudationis autoramento accipiendum eſt. Nec etiam proprie pro iure naturali, cum ſemper bonum, & æquum ſit, ſed pro mutua quadam, & tacita indulgentia contrahentium ad inuicem, qui, vel mutuo naturali amore non dedignantur aliquid modicum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter inuicem remittere, de iure ſuo, vel ſi forte non ex amore, ſaltem nimiam ſcrupuloſitatem, alij tanquam fordidam, alij: quia non vacat dedignantur, & aduerſantur. Ex prædictis duobus, vel eorum altero naſcitur illa indulgentia: difficulter enim, & raro exactam illam, & mathematicam æqualitatem ſcrutari, cognoſcere, & ſeruare poſſunt, & ſi quando poſsint, non vacat, & ſi poſſint, & vacet adhuc vtilius, & honeſtius eſt modicum exceſſum vel deffectum (ſiquis ſit,) mutuo condonare, quam in ſumma, & indiuidua æqualitate inquirenda immorari, & torqueri, nimiamque litigandi materiam tollerare. Et alioqui vix vlla frequentia, vix vlla fides, & ſtabilitas commertiorum eſſet, vt etiam tetigit Anchar-

6 ran. in regul. peccatum, columna 20. de regul. iur. in. 6. & docet Couarruuias, libro. 2. Variarum, capit. 3. numero. 2. Quare non ſolum vtile, ſed neceſſe fuit modicam à ſumma illa æqualitate defectionem indulgere, quæ ideo naturaliter licere dicitur: tum quia contrahentes tacito quodam naturali conſenſu, id ſibi mutuo condonare videntur: tum quia de natura contractuum ea eſſe videantur, ſine quibus commode non poſſunt in communi, & promiſcuo vſu haberi. Vnde tacita hæc, & mutua condonatio, non dicitur donatio, ſed concomitantia, & ſequella contractus: quia æqualitas contractuum, non eſt mathematica, ſed moralis, vnde non conſiſtit in puncto indiuiſibili, ſed in mediocritate, quæ latitudinem admittit

mittit gradualem, vt apud Aristotelem Ethicorum.2.&aduertit Couarruuias libro. 2. variarum, capitulo. 3 numero. 1. & iuxta prædicta intelliges verba Iuris Consulti in d. §. idem Pomponius, quod probauit Couarruuias, vbi supra, numero secundo: quamuis ab eo discesserit Pinel. in.l. 2. C. de rescindend. vendition. prima part. capit. 1. numero. 38. ea ratione motus: quia nemo alteri vere condonat propriam læsionem, nec verosimile est quemquam scienter carius emere, vel vilius vendere iuxta regul.l.cũ de indebito. ff. de probationib. Nam vt prædiximus hæc mutua condonatio non est vera, nec propria donatio, sed concomitantia, & sequela ipsius contractus, atque ita naturaliter, ideſt, ex natura contractus inest, & licita est: vnde in idem videntur recidere explicationes Pinel. vbi supra numero, 39. & numero.40.sed ea latitudo, & indulgentia non protrahenda est, vt quid dolo,fraude, vel præter bonam fidem, admittere liceat, sed restringitur ad circunuentiones, quæ naturaliter, hoc est propter naturalem illam facilitatem, vel imbecilitatem hominum irrepunt citra omnem dolum, & fraudem, & vt nostri DD. dicunt reipsa. Cæterum oportet cõtractum bona fide ab vtraque parte fieri text.in.l.aes bona de contrahenda emption. l. bonam fidem. C. de actionibus. Vnde non est admittendum, vt hoc prætextu liceat alteri scienter, alterum ignorantem supergredi notabiliter, licet citra dimidiam: hoc enim non solum est contra legem diuinam.1.ad Thesalon.4 & pulchrum, text. Leuitici. 25. ibi. *Quando vendes quidpiam ciui tuo, vel emes ab eo non contristes fratrem tuum*: & non modo in foro conscientiæ, sed in foro cõtentioso probata scientia decipientis, & ignorãtia decepti reparandum, vt aduertunt Paris.Modern.ad Decium in.l.semper in cõtractibus de regul. iuris ad num.9.in addictione incip. conscientię. Couarr.libr.2.variarum cap.4.num.10.vers.quoties vero læsio ad fin.& sequitur Mexia in pragmatica panis,in concluſ.1.num.159 post Afflictum, & alios, quos refert, & sequitur Pinel.in dict.l.2.C. de rescind.1.p.c.1.num.35. dicit communem Suarez inter communes opiniones lib.4,titul.de rescind. vend.n.40

9 Verum ea indulgentia etiam in ijs, quæ naturaliter, & reipsa irrepunt cohibenda fuit,ne nimium,& intolerabiliter vagaretur. Ideo Diocleciano,&Maximiano Ethnicis visum fuit satis esse licentiam illam per excessum,vel defectum à vera,& iusta æqualitate declinandi ad dimidiam iusti pretij,vel æstimationis, ideſt ipsius æqualitatis cohibere,ne vlterius vagari posset.

10 Sed certe hęc cohibitio valde disproportionata est,vt pote, quæ proportionẽ æqualitatis dimidio totius fraudare concedat,& sic in æqualitatẽ admittit duplæ ad subduplam:fit enim vt,quos Arithmetica illa æqualitas decebat: alter tamen alterum duplo supergredi,alter dimidio fraudari, & ad subduplũ redigi impune posſit:fit enim vt decipiens decipere posſit in duplo,videlicet habere bis æquiualẽs eius,q; dat cũ secundũ naturalẽ iustitiã sufficeret habere semel tãtũ, & tamẽ nõ teneat. d.l. nec alia actione,nisi acceperit plusquã bis suũ æquiualens, & sic plus duplo rei a se data tæ,seu plus duplo eius,quod secundum naturalem iustitiam habere debet,quod videtur valde excessiuũ,& à iusta æqualitate,& naturali iustitia nimis remotũ. Nec mirũ est duricię illam exijsse à sanguinarijs illis, &

11

ciu

crudelissimis Christianæ pietatis hostibus, qui decimam prolixiorem, & truculentiorem persecutionem toto imperio, donec fessi illud abdicarẽt pertinacissimè exercuerunt. Mirandum tamen est quod ante legem illam non fuerit alia quæ læsis re ipsa cessante dolo vel metu, vel ætatis prærilegio, magis succurreret, vnde merito prædictæ decisionis humanitatem & æquitatem agnoscit, imò etiam laudat Pinelus ibidem, 1. p.
12 cap. 1. num. 22. Nec illa taxatio caret aliquali puta mathematica quadam ratione: est enim medium inter summam æqualitatem, & summam inæqualitatem: quia summa æqualitas est quando vtraque pars commutationem inuicem æquiualet, vt quando datur iustum pretium, vel res æquiualentes permutantur, contra summa inæqualitas quando ab vna parte totum seu integrum datur ab altera parte nihil datur, vel res nullius valoris: igitur media siue dimidiata æqualitas, vel inæqualitas est quando ab vna parte totum seu integrum præstatur, ab altera vero parte dimidium dumtaxat æqualitatis.
13 Hactenus deceptionem permittit, dicta l. videlicet vsque ad dimidiam iusti pretij seu æquiualentis inclusiuè sed non vltra dimidiam quantumuis vtrinque bona fide contractum sit. Ideo dicta l. licet duriuscula, non tamen irrationabilis, ideo illi
16 standum est in sua materia, prout etiam in vsum vbique recepta fuit: oportet tamen hoc æquitatis temperamentum obseruare, vt clare probata enormi læsione, etiam citra
14 omnem verum dolum iudices (quibus bonũ & æquum præ oculis semper esse debet, l. quod si Ephesi in fine. ff. de eo quod certo loco) non debeant tam claram & nimis scrupulosam, & exactam ipsius dimidiæ excessus probationem exigere, quod Paris. Senat. placuisse testat Pari. Modernus, quem refert, & aliis adductis eius sententiã comprobat Pinelus d. l. 2. 3. par. cap. finali num. 43. & faciũt quæ tradit Iason l. & si post tres, numero 10. & sequenti, ff. si quis caut. Alciatus in l. hæc adiectio, de verb. significatione, Pinelus dicto capite finali, num. 9. vbi de teste deponente rem valere centum & plus, an cõcludenter deponat de excessu vltra dimidiam, quando intra centum nõ erat excessus ille. Iustius autem & æquius fuisset illam circumueniendi re ipsa licentiam, siue inæqualitatis limitis ad bessem pretij, seu æquiualentis limitare, vt videlicet liceret circũuenire, vsque ad tertiam partem dũtaxat, putà si res valeat duodecim, & venierit octo, non subueniatur, sed bene si vænierit septem cũ dimidio, vel alias minus, quã octo, quod enim requiritur vt venditor minus semisse habeat ante quàm subueniatur, manifestè durum est, & ideò non immeritò multi scripserunt, id bono viro non conuenire.
15 Hæc autem duricies partim ansam dedit cõmuni opinioni ferè omniũ Doctorum vtriusque iuris, videlicet Azonis in Summa, Accursij Hodofredi, Alueriei Ioannis Fabri, Baldi, Pauli, Pantaleonis in d. l. 2. glo. Host. Henric. Bohic. Panormitani in cap. cum causam, de emptione & vend. Fauiani in tractatu de emptione & venditione, 8. quæst. principali, col. 2. in fine, Anton. Burg. in cap. cum dilecti, colum. 4. num. 14. de emptio. & venditio. vbi tenent, quòd emptor, qui rem valentem decem emit pro sexdecim, dicitur læsus vltra dimidiam, & potest vti beneficio dictæ l. 2. quemadmodum venditor dicitur læsus vltra dimidiam, si eandem rem vendidit pro quatuor nam

fecinquiunt, siue in emptore, siue in venditore excedunt dimidium iusti pretij decem, & reprobant opinionem tenentium, quod vt emptor decipiatur vltra dimidiam, oportet, quod rem valoris decem emat pro viginti & vno, imò non simpliciter reprobant, sed cum conuitio explodunt & irrident, dicentes hos somniare: hoc enim verbo vtitur Baldus in dicta l. 2. quæst. 17. Scoti, & aliorum Theologorum opinione, qui idem tenuerunt in quarto sententiarum, dist. 15. Quam opinionem sequutus est Parisien. Modernus in Consuetudinibus Parisiensibus §. 22 num. 46. 1. par. vbi contrariam opinionem dicit erroneam, & errare ipsius authores. Eandem opinionem non probat textus in l. 56. titulo. 5. 1 partita 5. ibi: *E esto seria como si la cosa que vendiesse diez maravedis, que diesse por ella mas de quinze.* & idem probat textus in l. 1. titulo. 11. lib. 5. recopilationis, quam opinionem 2 quitate innixam tacentur Modern. Paris. & post eum Pinel. in dicta l. 2. 1. par. capite. 2. num. 7. & Gregor. in l. 26. titulo. 11. partita 4. glossa fin. Iraq; 7
17 iam apud Hispanos disputationi locus non est, cum prædictis legibus Regijs fuerit comprobata communis opinio, quamuis contrariam probauerit textus in l. 26. titulo 11. partita 4. In cuius legis intellectu laborant 19
Gomez. 2. tomo de contractibus, capite. 2. num. 22. Menochius in dicta l. 2. num. 4. vbi fatetur eam legum Partitarum contrarietatem, euitari non posse, sed excusari valet, argumento textus in l. Diui. ff. de iure patronatus, ibi: *Sed cum & ipse Marcianus, & aliis amicis nostris iuris peritis aliubitis plenius tractaremus, magis visum est nepotem*, &c. quod etiam aliquando contigit magno Papiniano, vt ipse testatur in l. si venditor. ff. de fœtus expor

tandis. ibi, *Nobis aliquando placebat non aliàs ex vendito propter quam interrogatus homini agi posse*, &c. Et tantus, ibi: *Sed in contrarium me vocat Sabini sententia.* Neque Iuris Consultus, quandoque etiam in eadem re contrarias tulit sententias, vt testatur Iustinianus in l. finali, vers. fin. sed cum in secundum, C. de furtis, atque idem Iustinianus in authentica de nuptiis, §. 1. collatione. 4. habet, *Non enim erubescimus, si quid melius, etiam horum, quæ prius ipsi diximus, adinuenimus hoc fauere, & competentem prioribus imponere correctionem.* Et in Authentica vt fratrum filij, in principio, collatione. 9. dicit, non pigere suas leges emendare. 2 1

Verum vt exteris satisfaciamus 81
contrariam opinionem, quod vt emptor decipiatur vltra dimidiam, oporteat quod rem valoris decem, emerit pro viginti & vno, tenuerunt aliqui antiqui relati à glossi, in dicta l. 2. Speculator Petrus de Bellapertica, Cynus, Rofred. & Panormitanus relati à Gregorio in dicta glossa fin. Conanus libro 7. communium, cap. 9. pagina penultima, Forcatulus Duarenus, & alij relati à Pinelo in dicta l. 2. 1. par. capite. 2. num. 6. vbi refert Cuiatium irridentem communem opinionem, vbi ipse, num. 7. post Modernum, Paris. testatur hanc iure veriorem videri. Vt autem cõmunis opinionis radices & fundamẽta perquiramus, aduertendum est ipsius causam fuisse indiscretã proportionem & confusionem relationum, quoniam proportionem pretij Doctores referunt ad vtrumque contrahentium, non solum ad venditorem vt in dicta l. 2. sed etiam ad emptorẽ, quod videtur ineptum, vt statim dicemus. Deinde alia suboculta causa fuit. Primò duricies illa, d. l. 2. quæ antequàm subueniat, requirit læsionem vltra semissem, & sic permittit

læsum

læſſum à decipiente in duplò ſupergredi, quod de ſe bonæ fidei non cõgruit, vt dixi. Secundò, quòd illa duricies vt prima fronte obſcurior fuit ex parte venditoris, tùm propter valorem rei minus expoſitum, & primò cogitationis occurſu incertum propter caſum legis in venditore ſpecificum, omnemque diuerſam cogitationis aciem ſtatim penitus abſcindentem: ita prima fronte luculentior fuit, & liquidior ex parte emptoris, tùm quia ex parte emptoris non erat ſperificè lex prædicta, quæ ſtatim cogitationis impetum abſcinderet: tũ quia pretii, quod in pecunia numerata conſiſtit longe liquidior & luculentior eſt exceſſus, & patet ad ſenſum, quod excellus in pecunia, vel vt obiectum lucidius, & certius longè penetrabilior eſt ſenſibus, longè citius eos perſtringit & perſuadet, quàm exceſſus in valore domus, vel fundi, qui ſolet eſſe incertior, & obſcurior, & ſic non eſt mirum ſi Doctores duriciem tantæ inæqualitatis, quantam dicta l. 2. admittit, citius animaduertendũ ex parte emptoris, qui certam & liquidam pecuniam numerat, quàm ex parte venditoris, qui rem prima facie æſtimationis obſcuræ tradit, præſertim cum lex non loquatur expreſſim de emptore decepto. Deinde aduertendum eſt, rem venditam id eſſe emptori, quod pretium eſt venditori. Quid enim aliud venditori pretium eſt, quàm rei venditæ penſatio? quæ debet eſſe æquialẽs, vt iuſta ſit, & æqualis commutatio eodem modo è diuerſo emptori res empta, nihil aliud eſt, quàm pretij conuenti pẽſatio, quæ pariter eſſe debet æquiualens pretio, vt ſit iuſta & æqualis commutatio. Licet autem res & pretium ſint idem reſpectiuè, hoceſt eandem proportionem & ſimilem habitudinem labeant propriis ſuis reſpectibus, videlicet ſecundum obiecta vel perſonas ad quas referuntur, & quibus debentur tamen non ſunt idem reſpectu eiuſdem perſonæ, vel obiecti, vt ſenſus communis oſtendit, & ſic non debent cæ relationes confundi, alioquin tota doctrina perturbaretur, ſed debent congruè ſingula ſingulis, ad quos ſpectant referri, ſiue expreſſe ſiue tacitè, & intellectualiter. 21 Modo in propoſito ſi conſtat vendi torem eſſe deceptũ, & quæritur, quãtum ſit deceptus, an vltra, vel citra dimidiam, breuis & expedita doctrina datur in dicta l. 2. in fine, vt inſpiciatur, an pretium conuentum ſit infra dimidiam veri pretii. Poterat autem dari doctrina vt non minus vera & certa ita generalior, & magis methodica, inſpiciendo quantum res vendita ſuperualeret pretio conuento, & nunc dicendũ fuiſſet, quòd ſi ſuperualeret vltra duplum, tunc eſſet venditor læſſus vltra dimidiam: ſi verò res duplo tantum ſuperualeret, eſſet læſſus in dimidia tantum, & nõ vltra dimidiam: ſi vero ſuperualeret aliquanto, ſed minus duplo, tunc eſſet læſſus infra dimidiam tantum, quæ ratio quàmquam neceſſariò tacitè inſit & eliciatur per prædicta, tamen ſi fuiſſet expreſſa in lege nõ inualuiſſet illa vulgaris opinio: omnes enim idem ſtatim vidiſſent ex parte emptoris, videlicet cum non eſſe deceptum vltra dimidium, niſi pretium plus duplo ſuperualeret rei emptæ. Prior autem via non poſterior ideò tradita fuit in dicta l. 2. quia Imperatoribus & aſſeclis ſuis ſatis erat ſuper particulari dumtaxat caſu reſpondere, l. vt reſpõſum. C. de tranſactionibus, nec eis etiam ſi maximè cupiſſent, vacabat tàm ſtudioſos eſſe doctrinæ, methodique, quàm iure conſultis in foro mulæoque ſuo atque in propria arena verſantibus, & ſcriben

tibus: tùm quia prior illa via & breuior & aptior, & magis specifica ad
22 particularem hypothesim, dicta l. 2. quæ est de venditore læso: læditur enim proprius & directius in pretio, quàm in re: quia venditor vult rem totam alienare, & sic læsio non incipit à re, qua vult carere, & qua non indiget, vt seruet, sed vult habere æquiualens, quo indiget, videlicet, iustum pretium, vnde si minus iusto precio habeat, tunc demum læditur & sic proprie & directe læsio venditoris ex ipsa vi & potestia contractus, incipit & formatur à defectu, seu minoritate pretij, non autem à supervalentia rei, licet illa prior sit, sed nõ dum incipit lesio, nisi quando conuenitur de minori pretio, & sic prior illa via ex parte vẽditoris, est breuior, ac clarior, posterior autem via prolixior & præposteta, contraria autem sunt ex parte emptoris, quantum ad relationes respectiuas dumtaxat. Cæterum quantum ad proportionem &
23 decidendi rationem idem omnino prout non debent hæc ad imparia sed ad paria iudicari: licet enim nulla lege de iure communi nominatim specificetur, quando emptor dicatur deceptus vltra dimidiam: tamen satis cautum censetur per dictam legem secundam, eo quòd ibi decisum est in venditore: quia idem intelligatur in emptore ex natura correlatiuorum, & identitate rationis, eadem videlicet stante proportione. Non autem isdem stantibus relationibus: quia tàm esset hoc absurdum, quàm emptor & venditor non possunt esse idem, sed necessariò duo distincta relatiuè opposita: debet ergo fieri congrua relationum singularum ad singula directio, & adaptatio. Supposito ergo quòd emptor sit læsus, si velimus scire an sit læsus vltra dimidiam, siquidem exploranda libet, ex priore illa, & breuiore regula, dicte l. 2. in fine, tunc inspiciendum est, an res empta valeat minus dimidia pretij conuenti, & necessario erit læsus vltra dimidiam non alias: non autem secundum hãc priorem regulam incipiendum est à pretio, sed à re empta, alioquin esset confundere relationes, & totã doctrinã peruertere, quod si quis vellet incipere à pretio, nõ esset assumẽda prior regula formaliter expressa, in dicta l. 2. sed dicta posterior regula quæ in dicta l. 2. virtualiter subintelligitur, non exprimitur. Patet quia vt dixi, quod est pretium venditori, id est res emptori: emptor enim vult alienare pretium, sed vult adquirere rem æquiualentem, & sic respectu emptoris, à re incipit, & à re metienda est læsio, secundum doctrinam dictæ legis secundæ. Vnde quemadmodum in venditore secundum regulam posteriorem oportet rem plus duplo superualere pretio conuento, vt sit læsio vltra dimidiã, ita in emptore oportet pretium conuentum plus duplo superualere rei emptæ. Vnde si rem valentem decem emerit pro quindecim, non est lesio in dimidia, sed in tertia parte dumtaxat: quia pretiũ non superualeret rei, nisi pro tertia parte, seu triẽte, si autem emerit pro decem & sex non est læsio, nisi paulò supra trientem: si vero emerit pro viginti, non est læsus nisi in dimidia, & sic, vt sit læsus vltra dimidiam, necesse est, quod viginti & vno, aut plus viginti emerit, alioquin nec res valet minus dimidia pretij conuenti, nec pretiũ conuentum plus dimidiæ superualebit rei. Cum igitur eę sint demonstrationes clarissimæ, & certissimæ, debuit communis opinio cedere veritati.

24 Non tamen negamus sententiam

do

de emptore, qui rem valentem decē emerit pro decē & sex, habere æquitatem in se, si per se, circumscripta omni lege positiua considerentur, vt etiam agnoscunt Pinelus, & alij sup. relati: quia vt dixi, satis fuisset licentiam circumueniendi extēdi ad tertiam partem, saluo esse iustitię æqui ualentis, & longè iustius fuisset ita cō stitui, quam vsque ad semissem inclu siue relaxare, sed postquam lex lata est; nec irrationabilis, licet dura, illi standū est, & ex quo in vsum abijt & ligat respectu venditoris, necesse est vt eodem modo liget respectu emptotis; & sic communis sententia (iure communi attento) falsa erat: quia contra legem, & iniqua, quia contra æqualitatem correlatiuorum, vt etiā 25 asserit Pinelus vbi supra: alioquin, si verum esset de iure scripto subueniri emptori, qui rem valentem decem emerat pro decem & sex, dicendum erat eodem modo e contrario subue niendum venditori, qui rem valentem decem vendiderat pro sex: quia non minus esset deceptus, quàm dictus emptor casu conuerso, videlicet vltra tertiam.

26 Ex prædictis liquidò apparet, sophisticum esse illud dilema Alueridi & Baldi, quòd sex in dicto themate, siue in emptore, siue in venditore excedunt dimidiam iusti pretii de decem, ideſt, quod si decem sint iustum pretium, tunc sex addita, vel detracta faciunt excessum vel defectum, vltra, vel citra dimidiam iusti pretii. quod argumentum est Scoti in 4. Sententiarum, distinctione. 15. vbi Gabriel quæstione. 10. dilatat, & sequitur per glossam in dicto capite, cum caula dicens, quod si iustum pretium sunt viginti, tunc si venditur pro triginta vno dicitur plus dimidio iusti pretii vendi, si verò venditur pro no uem, dicitur minus dimidio iusti pretij vendi, & probat: quia hoc casu dimidium iusti pretij est decem: ergo excessus est vndecim, & defectus similiter vndecim: ergo vtrobique fit fraus plus, quàm in dimidia iusti pretii, Arguta mathematica, sed prorsus ridicula: tunc enim procederet proportio huius argumenti, quando pretium non esset pretium, sed certa solida summa per se considerata, nec ad aliud relata: tunc enim additio, vel detractio certæ summæ pariter se haberet ad excessum, & defectum, sed hic iustum pretium est verè pretium, & sic non est tale per se, sed per relationem ad rem appretiatam, & sic qua ratione vendit or non est deceptus vltrà dimidiam, ni si res plus duplo superualeat pretio, eadem pactione non est emptor deceptus vltra dimidium, nisi pretium plus duplo superualeat rei, & sic hoc casu non dicitur emptor taliter deceptus, nisi emerit vltra quadraginta.

27 Ex quo etiam allucinatus videtur Iacob. Almainus dicta dist. 15. quæstione. 2. Atque Panormitanus, qui dum in cap. cum dilecti, colum. 1. de emptione & venditione, ferè veritatem, vt cauda anguilam tenuisset, postea in cap. cum causam, eodē titulo, plenius communi opinioni subscripsit, dicens, quòd alioquin nō esset reperire causam deceptionis in venditore: nam si resinquit valeret decē, oporteret quod daretur pro nihilo vel minori pretio, quàm nihil, 28 quod est impossibile. Hoc quidem prima facie imperitos omnes perstringit, & stupefacit, sed si reuoces ad dictam resolutionem, apparebit ridiculum esse, & contra sensum communem: quia Panormitanus confundit relationes: quoniam de excessu pretii in emptore arguit ad defectū pretii in venditore, quod est ineptū relationis & proportionis peruersum: quia excessus pretii super re

empta, in emptore, non refertur nec proporcionatur ad defectum pretii in venditore, sed refertur & proportionatur excessiuè rei venditæ super pretio in venditore, & pariter defectus pretii in venditore proportionatur defectui valoris rei emptæ in emptore decepto, & sic quemadmodũ emptor tunc demum reperitur vltra dimidiã deceptus, si res non valeat dimidiam pretij, vt quia valet decem & emit pro viginti & vno, ita eodem modo venditor tunc demum reperitur vltra dimidiam deceptus, si pretium non valeat dimidiam rei, & sic non est opus quòd vendat pro nihil, sed quod vendat pro minus dimidia, quàm res sua valeat, quo casu dat plus duplo, nullo deducto, & tamen non læditur in duplo, & multo minus in toto quia habet partem iusti pretii, quæ de dãno deduci debet, & pariter emptor dans viginti vnum pro re valente decem, non dat pretium pro nihilo, quia habet rem valẽtem decem, & sic fere dimidium iusti pretii, quo fit vt non possit dici læsus in in duplo, & multo minus in toto, sed solum modicum supra dimidiam. Similis paralogismus videtur, dum dicunt hoc casu, quo res valet decem, & venditur pro quatuor, non abesse nisi sex, sed ementi pro viginti vno abesse vndecim, & sic videtur emptor plus decipi: quia respondeo, quòd uno non plus, sed minus decipitur, quia illa sex sunt plus vltra quatuor, quàm illa vndecim vltra decẽ: paret, quia sex excedunt quatuor de toto, & rursus de dimidio totius, sed vndecim non excedunt decem, nisi de toto & decima parte totius. Et vt tandem finiam, vtque prompte dein ceps cognoscatur & seruetur æqualitas inter emptorem, & venditorem debet excessus decipientis emptoris & è diuerso defectus decepti vẽditoris ad defectum decepti emptoris, referri, & ex æquo metiri. Summa breuis est quando deceptus non habet dimidiam æquiualentis, hoc est nõ recepit dimidium eius, quod dat.

29 Sed modo ad rem notandum est, dictam legem secundam non fuisse cõditam, nisi pro veris & naturalibus cõtractibus commutatiuis, in quibus tacito quodã naturali cõsensu, partes sibi ipsis modicam læsionem mutuo cõdonare, & indulgere videntur, iuxta dictam legem, in causæ, la. 2. §. idẽ Pomponius. ff. de minoribus: cuius summa declinatio velut litus, & agmi taxatur ad dimidiam, in dicta l. 2

30 Vnde primo lex illa non habet locũ in lucratiuis, vt ex multis scripsit Molina de primogenijs, lib. 2. cap. 3. numero. 30. Sequitur Azeued. l. 1. titulo

31 11. lib. 5. recopil. num. 30. Secundò non habet locũ in aliis reciprocis cõtractibus, seu respectiuis, neq; in his, qui nõ sunt ordinati commercii causa, neque fiunt ad mutuam commutationem. Quod etiam aduertit Menesius in d. l. 2. num. 21. qui sequutus opinionem Bartoli & communem discessit à Pinelo, contrariam sequuto, tradit etiam Matienç. d. l. 1. titulo

32 11. libro 5. recopilat. gloss. 8. num. 2. Vnde non habet locum dicta l. 2. in redditione rationũ, vbi calculus vertatur, aut vbi alias de simplici calculi ratione agitur: tunc enim vt calculus repetatur, non requiritur læsio in dimidia, & multo minus vltra dimidiam, sed sufficit læsio non minima, aut non contemnenda, nisi super lesione iudicatum vel transactũ sit, l. vnica. C. de errore calculi: & in praxi receptum testatur Pinel. in dicta l. 2. 2. parte. cap. 1. num. 2. Pro quo facit tx. l. 14. tit. 18. p. 3. Pariter dict. l.

33 non vendicat sibi locum in simplici diuisione, licet glossa, & Doctores in l. maioribus, C. communia vtriusque

que iudicii,& vbique contrarium dicant vt tradit Pariſ.modernus in cõſuetudin.Pariſ.1.parte.§.22.num.42 Idem in ſimilibus contractibus,vt in l.venditor. in fine,ad quam gloſſ.& Doctores non aduertũt C.de reſcindenda venditione: quia in iſtis magis de diſtrahendo, quàm de contrahendo agitur, nec agitur de vera cõmutatione,vt quis det rem ſuam, vt adquirat alienam,nec cenſentur partes inuicem velle quidquam remittere, ſed potius agitur vt præciſe,& adequatè quiſque,quod ſuum eſt,vel partẽ ſuam diuiſim ferat & habeat, & ſic ceſſat vera materia commutatiuorum & deciſio dict.l.2.vnde etiã in contractu commutatiuo, ſi conſtet vtranque partem expreſſe egiſſe de præciſa exæquatione, etiam leſſio infra dimidiã retractabitur, nec tunc erit locus dict.l.2..vt in caſu in quo cõſuluit Decius in conſi.350. & hæc ratio deciſiua,vt aduertit Mod. Pariſ.in adnotatione adDeci.ibi.Verum Pinelus in dicta l.2. parte, cap. 1. num.4.& 5. quamuis dicat ſibi nõ diſplicere opinionem Cini,Petri & aliorum, quos refert prædictus Pariſ. Modernus vbi ſupra, dicentium in diuiſione non eſſe locum facultati ſupplendi, vel reddendi pecuniam, ſed rem ipſam debere reſtitui: eorũ tamen fundamenta, & ſupra relata improbat: quia etiam in diuiſione bonorum per ſatisfactionem pecuniarum fit reductio ad æqualitatem, iuxta textum cap.ad quæſtiones, de rerum permutatione,& in diuiſione datur cõmutatio reciproca, ideòque diuiſio dicitur habere vim venditionis,l. 1.C.communia vtriuſque iudi. Quibus rationibus adducti Meneſius in dicta l. 2. numero. 13. & Matiençø. ad dictam legem. 1. tit.11.lib.5. recopilationis, gloſſa.8. num.3.Azeuet.l.1.titulo. 11.libro 5. recopilationis, numero. 3. ſequuntur communem opinionem gloſſę in dicta l.maioribus,& remedium dictæ l.2.in diuiſione bonorum & familiæ herciſcundæ iudicio videntur accepiſſe, quod etiam tenuit Ayora de partitione bonorum, 3.parte, quæſtione. 10. num. 25. dicens hoc caſu emendandam eſſe læſionem, non pretii ſed rerum communium ſupplemento,& ita exiſtimat conciliandas dictas opiniones.

34 Ex prædictis patet, dictam legem ſecundam non poſſe habere locum in contractibus vſurarijs vere vel interpretatiuè, eorumue ſuccedaneis: quia propriè non ſunt contractus cõmutatiui,ſed magis eorum & naturalium commerciorum præambuli, quo videlicet æs alienum commodè nobis comparemus quoad commutationes legitimas, ſeu commercia neceſſaria vtamur, dãdo aliquid temperatum creditori pro vſu pecuniæ,quandiu ea, vel re inde comparata vtimur: quod enim datur pro huiuſmodi vſu eris alieni, licet habeat ſimilitudinem & proportionẽ quandam commutationis: non eſt tamen propria & naturalis commutatio,ſed vera vſura, quia non datur pro ſorte, aut pro penſatione ſortis, quę reperitur, ſed pro vſu ſortis præter naturalem æſtimationem ſortis, vt dixi ſupra quæſtione 1. & dicetur infra lib.3. quæſtione.1.& in penſationẽ promiſcui ſucceſsiui interuſurii creditoris, quod contingit in his reditibus, de quibus loquimur, quibus licet non inſit vſura, quæ eſt quã do facultas repetendi ſortem cum vſuris eſt penes creditorem, tamen ſunt ſuccedanei vſurarum, licet debitor non teneatur ſortem reddere, quandiu penſiones ſoluit, l. item quia,§.finali.ff.de pactis,meritò in iſtis non poteſt habere locum, dicta.l.

35 2. sed regulæ illius, quam præfiximus limites nullo modo possunt excedi, sed quòd quantumuis infra subsistere liberum est. Vnde si quis emerit ad rationem vnius pro decem, puta centum reditus pro mille, non potest dicere separatum supplere sextantem, puta ducenta vt fruatur reditu concesso, sed omnino reduci debet ad quindecimam, alioquin pro excessu admisso non puniretur, similiter non potest offerre addere etiã trientem, videlicet quingenta, vt fruatur reditu conuento quoquo pretio, nec debitor tenetur onerare se superfluo ære alieno: similiter si emerit supra rationem vnius pro decem potest offerre supplere iustũ vel maius pretiũ ad euitandam nullitatem, sed si velit errorem agnoscere potest petere, vt pro futuro tempore tantũ reducatur ad quindecimam, nisi malit debitor quod supereſt ſtatim reddere: si verò creditor dicat se deceptum, vt quia emit ad rationem trientariæ vsuræ, non auditur si petat reduci vel augeri reditum ad rationẽ duodecimæ vel quindecimæ, vel sortem pro rata reddi, quia non dicitur certare de damno incurso, sed de minori lucro, nec verè læsus est in vera & propria commutatione, sed in stipulanda minore vsura: vnde non est locus reductioni, nec restitutioni, saluo eo quod de minore diximus supra, quæstione præcedenti, & quòd dicta l. 2. non habeat locum in contractu vsurario, vel de vsura suspecto clarè decidit Baldus in dicta rubrica C. de vsuris in fine vbi in venditione fundi ad tempus tam modico pretio, vt emptio fructuum esset vsura, rectè negat locũ esse suppleméto, videlicet, remedio dictæ legis secundæ, sed non satis explicat, quod enim dicit dictam l. 2. loqui in vẽditione perpetua melius dixisset loqui in vera commutatione verarum mercium. Quod autem arguit vsuram esse: quia finalis effectus est, solum interuturium, vel commodum medij temporis, debebat addere scilicet æris alieni, & illius opinionem sequutus est Couarruuias supra relatus in principio huius quæstionis, Felicianus lib. 1. de censibus, capite tertio, numero decimoquinto. Probatur etiam ratione, quia l. 6. titulo. 15. libro. 5. recopilationis taxatum est pretium reditus. Sed vbi lex taxat rei pretium nullus excessus admittitur. Soto de iustitia & iure libro sexto, quæstione secunda, articulo. 3. Mexia in pragmatica panis, conclusione tertia, numero decimoseptimo, ideò non potest reditus minoris emi quàm legis taxa, maioris potest ex ratione supra dicta, & si minoris aut maioris ematur, non erit locus dispositioni legis 2. C. de rescindenda venditione, sed recurrendum erit ad ea quæ diximus supra quæstione. 7. & sequẽtibus.

Ex quæst. sequent.

Reditus fructuarios eodem iure quo pecuniarios censendos esse. num. 1.

Reditus fructuarij liciti, ibi.

Reditus fructuarij an excedant rationem quatuordecimæ: ibi

Maiores abusus & excessus contingunt in reditibus fructuarijs, quam pecuniarijs. numero. 2.

Explicatur l. 4. tit. 15 lib. 5. recopilationis. num. 3.

Declaratur l. 7. ti. 15. li. 5. reco. n. 4 & seq.

Reij-

Reijcitur Ioan. Garcia declaratio ibid.

Reditus fructuarij quare reducãtur ad pecuniam. ibid.

Et an ea legis Regiæ dispositio in Regnis Castellæ locũ habeat ibid.

Reditus fructuarius perpetuus recte emitur ad rationem quinquncis vsuræ. num. 5

Reditus perpetui fructuarij venditio non prohibetur simpliciter iure Regio ibidem.

Reditus fructuarius impositus maiori pretio quam ad rationem quatuor decimæ, & minori quam ad rationem vigesimæ non reducitur ad pecuniarium nisi volente debitore, numero. 6

Et quid si debitor eligat soluere in fructibus postea tamen ipsorum valor adeo creuerit vt excedatur quatuor decima an possit debitor soluendo quatuor decimam in pecunia liberari num. 7. & seq.

Iustitia pretij ad mercem assumenda secundum tempus contractus num. 7.

In reditu redimibili quatuor decima est agmi & summum ipsius incrementũ apud Hisp. n. 8

Si reditus fructuarius sit emptus iusto pretio deinde tempore solutionis fructuum valor ita creuerit quod excedatur quatuor decima satis est debitori quatuor decimam pretij soluere num. 9.

Sumptus vecturæ reditus fructuarij ad quem pertineant numero. 10.

Si pretium fructuum minuatur & quatuor decimam non attingat non potest creditor supplementum exigere, numero. 11. 19.

Reditus fructuarij magis captiosi & restringendi quam pecuniarij num. 12.

Statutum loquens de pecunia feneranda extendi non potest ad alias species fungibiles numere. 13.

Reditus fructuarij quare magis captiosi & odiosi quam pecuniarij num. 14.

Ad iustitiam fructuarij reditus pertinere quod debitor soluendo pecuniam ad rationẽ quatuor decimæ liberetur num. 15.

Ll. Regiæ de fructuarijs reditibus laudæ comendantur num. 16.

In reditu fructuario quando ob moram debitoris deuenitur ad fructuum æstimationem qualiter fiet ipsa æstimatio & an possit quatuor decimã excedere. n. 17.

In pensionibus colonorum constito de mora quomodo fiet fructuum æstimatio ibid.

Si debitor reditus fructuarij pro reliquis offerat quatuor decimam pretij, euitabit expensas executionis num. 18.

Declaratur l. fin. tit. 15. lib. 5. recop. num. 20.

De annuis reditibus.

Vtilius semper fuisse emere reditus pecuniaries, quam fructuarios nu.21.

Debitor reditus nec iuramento, nec præscriptione, aut re iudicata, vltra quatuordecimam grauari potest. ibidem.

Et quid si reditus fructuarius ematur ad rationem quindecimæ vel maiori pretio? numero.22.

Etiam ob fortuitum, & inopinatum fructuum valorem non licet quatuordecimã excedere numero. 23

Declaratur l. fin. titulo. 15. lib. 5. recop. numero. 24.

Quando vtilius sit debitori reditus fructuarij non petere eum ad pecuniam reduci? numero. 25.

Debitor fructuarij reditus an teneatur quanti plurimi a tempore moræ? numero. 26. & sequentibus. 25.

Accessio accessionis non datur in vsuris, pœnis nec fructibus. numero. 27.

Pactum de refundendo interesse, & damna adiectum redditibus annuis qualiter accipiendũ num. 28. & seq.

Fructuum debitor quando compelli possit soluere fructus aut ipsorum æstimationem & quando crescat æstimatio: numero. 29.

Tertius fundi pro reditu fructuario hypotecati possessor an possit petere reditum ad pecuniam reduci? numero. 30.

Et an possit reditum redimere & cessionem reditus a creditore consequi? ibid.

Reditus fructuarius ante annum. 1534. constitutus, an reduci debeat ad pecuniam? numero. 31.

Reductio necessaria non est cum reditus fructuarius non attigit rationem decimæ num. 32.

Aduocatorum error ibid.

Reductio reditus fructuarii qua via petenda sit? ibid.

Et quid si non constet quo pretio reditus fuerit constitutus? numero. 33.

Reditus fructuarius, & antiquus si vendatur nunc, an sit reducendus, ad pecuniam? numero. 34.

Fraus legis Regiæ de reditu fructuario latæ qualiter fit & detegitur in Gallæciæ regno? numero. 35.

Reliqua reditus fructuarij, an & quando reduci debeant ad pecuniam? num. 36.

Reditus vitalitius in fructibus soluendus iure regio constitui non potest num. 37.

Anticipata frumenti emptio, an & quo pretio in Hispania fieri possit? num. 38.

Fructus ante tempus emere, an sit vsura? ibidem.

Matien-

Matiençø immerito reprehensus ab Azeuedo,num.39.

Declaratio.l.17.tit.11.lib.5.recopil. nu.40.

Lex Regia an locum habeat in emẽte triticum in herua existens? num.41.

Et quid si pretium non soluatur a principio,sed sit soluendum tẽpore messis collectæ:nu.42.

Alea quid sit:ibid.

Traditur Peretij intellectus ad prædictam.l.regiam,num.43.

Ad iustitiam contractus non satis est cessare in æqualitatem nisi etiam cesset alea,num.44.

Et an dubij ratione sit licitus contractus quo merces maiori pretio ad creditũ vendũtur, quã valeant tempore contractus? & quid si emantur anticipata solutione? & quid de emente viliusnomen debitoris:numero.45.

Et an liceat fructus beneficij conducere anticipata solutione viliori pretio:num.46.

Frumentum immessorio acerue, an vendi possit? & qualiter tunc probabitur læsio? numero.47.

Quæst.XII.

De reditibus fructuarijs in frumento, vino, melle,seu alijs speciebus soluendis.

INQVIRENDVM Nunc est, an reditus fructuarii eodem iure censeantur quo reditus pecuniarij? Et omnino idem dicẽdum videtur,videlicet, quod reditus fructuarij liciti sint: nemo enim ex doctis eorum validitatem negauit, vt scribunt Maior.in 4.d.15.q.42.col.1 Conrad.& Medin.quos refert & sequitur Aluar.Val.de iur.emphi.q. 32 nec motu proprio Pij.V.reprobantur vt notat Nauar.post commentar.de vsuris,quæst.3. ad finem. num. 104. Surdus in tractat.de alimentis, titul. 9.quæst.11.num. 3. Aduertendum tamen,quod nullomodo isti reditus 1 isti reditus debent excedere onus quatuordecimæ: quod si excedant, sed citra decimam moderandi sunt, prout alios reditus pecuniarios moderandos diximus supra hoc lib.quæstion.7.Si vero decimam excedant omnino, tanquam illicitum fœnus annullandi sunt,& non licere magis metas excedere in frumento, aut alijs speciebus,quàm in pecunia,probat tx.in l.cum nõ frumẽti.C.de,vsuris.Verum est,quôd olim iniqui vsurarij minus verecundabantur excessum admittere in reditibus grani, quàm pecuniæ prætextu (vt arbitror) incertitudinis & variabilis valoris granorum, quin etiam præ-

tex-

textu opinionis eorum qui ęgrius admittunt reditum in pecunia quam in dictis fructibus consistentem emi posse, quorum meminit Conrad.in tractatu de contractibus. quæst. 79.
2 conclus.2.Sed nullus est qui nesciat olim multo frequentiores & maiores abusus, & excessus contigisse in reditibus granorũ,&aliorum fructuũ quam in reditibus pecuniæ, præsertim in Gallęciæ Regno, vbi passim fiebat fraus æquissimè dispositioni legis.4.titul.15.lib.5.Recop.quæ anno 1534.generaliter prohibuit censum seu annuum reditum in prædictis fructibus soluendum constitui cum reuendendi pacto, & constitutos reditus,seu constituendos reduci iussit ad pecuniam,& in pecunia soluendos ad rationem quatuordecimæ. Cum autem prædicta lex Regia de reditibus redimibilibus tantum disposuisset facilè eius dispositio fraudabatur per creditores qui non redimibiles,sed perpetuos reditus fructuarios,& in fructibus soluendos emebant modico tamen pretio:ita quod non solum pretium ipsum reditui perpetuo conueniens non erat: imò nec redimibilis æquabat æstimationem,quo multorum bona fuerũt debitis onerata,& exinnanita penitus, donec alia æquissima lex Regia lata est anno.1573.quæ est l.7.d.tit.15
4 lib.5.recop. Qua census fructuarij a prædicto anno.1534. constituti quorum pretium computata fructuum communi æstimatione secundum tẽpus cõtractus fuit adrationẽ vnius in 14.vel infra,in pecunia soluẽdi sunt, &ad eam rationẽ quatuordecimę reducendi,quousque per debitorem redimantur,quod si prædicta computatione facta annui reditus maiori pretio,quam ad rationem quatuordecimæ,non verò ad rationem vigesimę fuerint constituti,volente venditore non alias reduci iuuentur ad prædictam rationem in pecunia soluendi.

Nec supinè intelligas hoc casu quod si venditor nollit reditum fructuarium in pecuniarium commutari,irredimibilis& perpetuus permanebit,prout intelligit Ioan.Garc.de expens.cap.9.num.76.& malè, quia.l. Regia non dicit in hac specie reditum perpetuum iudicandum fore, sed quod non reducatur ad pecuniã nolente debitore, & quamuis non reducatur,& maneat fructuarius, nõ ideò manet perpetuus cum pretium non ascendat ad rationem vigesimę: impossibile est enim reditum perpetuũ minoris emi.Nec interest quod quatuordecimam excedat, quia creditori non licet vltra quatuordecimã stipulari, benè tamen licet stipulari minus ad rationẽ vni9 in17.vel.18 vel minorem pensionem,vt diximus supra hoc lib.quæst.7.& quæst.6.num. 34.& cum pretium non ascenderit ad rationem vnius in viginti, nullo modo reditus perpetuus esse poterit quamuis contrahentes perpetuum fore voluerint:non enim vllo pacto, aut præscriptione eiusmodi reditus perpetuus fieri valet, iuxta notata supra hoc libr.quæst. 6. num.45.& sequen.nec refert quod contrahentes perpetuum reditum dixerint si pretium non est perpetui,sed redimibilis reditus,quia talis iudicabitur,argumento textus.in l insulam.ff.de præscriptis verbis,& dicam in quæstione.15.infra eodem numero.47. Huius legis ratio latè patet, & non solum apud Gallæcos, & Legionenses:sed apud alios Hispanos.seruanda est,quia vt inquit Baldus in l. nemo. C.de sententijs, & interlocu. iudic. ratio non clauditur loco, & cum non possit dari diuersa ratio statuẽdi in alijs Castellæ Regnis quo ad reditus fructuarij moderationem

idem

idem in eis seruandum erit d. illud ad l. Aquil. pro quo facit doct. Bart. de legatorum & fi. de interd. & releg. n. 3. vbi dixit, quod si Imperator rescribit vni Præsid. omnibus rescriptum videtur, & epistola missa per principem ad vnum locum facit ius quoad alios, vt post Ang. Felin. & Socin. notat Azeu. in Rubr. tit. 4. de los Adelantados y Merin. 3. lib. 5. recop. ita intelligens leges illius tituli: & quando ratio, i. est generalior dicto ampliatur dictū & dispositū ad limites rationis l. oratio de sponsi, versic. suppleat oration quod deest. l. si vendidor. ff. de relig. & sumptuū. glos. Clem. 1. de electione, Rod. Suarez. d. 1. tit. de las ganancias, num. 33. De quo vide supra hoc lib. q. 6. num. 21. Ea autem salubberrima sanctione, vsque adeo coerciti sunt in Gallæciæ Regno, reditus huiusmodi fructuarij, vt nullus ferè superesit locus vetito excessui, cessat, que illa fraudis, & iniquitatis suspicio quam huiusmodi contractus præseferunt, proptorea quod horum fructuum pretia frequentissimè augentur & variantur, nec tempore conuentionis certo sciri possunt, quam ob causam huius reditus commutationem prædicta lege Regia factam sæpissimè Paris. Senat. arrestis & decretis fieri quoque iussit reditus frumentarios, cum pacto redimendi constitutos in pecuniarios commutando ad rationē vnius pro quindecim eius summę quę data fuit pro annuo reditu frumenti, vt ex Paris. Modern. & Rupell. testimouio scriptum reliquit Couar. lib. 3. var. cap. 10. nam. 3. aliam rationē huius commutationis assignat Nauar. post commentar. de vsur. q. 30. n. 120. quia cum emitur census alterius rei quam pecuniæ numeratę maior respectus habetur ad pretium eius, quam ad ipsam rem: & ita magis videtur census constitui in ipsa pecunia quā in re sua.

mat. Vnde iuste possum fructuarium reducere.

5 Vlterius ex prædicta lege tare licet, quod si facta cōpecuniæ acceptæ pro cēsu ann. pretio fructus secūdū æstimationem tēporis cōtractus ratio ipsa attingat modum, vt us pro viginti non erit reductioni locus: itaque in Gallęciæ Regno, & apud Astures, eadem ratione & lege apud cæteros Hispanos fructuarius census ad rationem quinquincis vsurę, seu viginti pro vno contributus perpetuus non redimibilis iudicandus erit, quod ex l. Regiæ dispositione colligit Gallecus noster in suo eleganti tract. de expens. & meliorat. cap. 9. num. 77. eo, quia reductio inducta a l. Regia in primis duobus casibus, videlicet (quando census cōstituitur ad rationē vnius, in 14. aut minoris, vel quando imponitur minori pretio, quam viginti pro vno maiori tamen quam 14. pro vno) inducit cōtrariā firmitatem in casu 3. hoc est in reditu fructuario ad rationem quinquincis vsurę, seu viginti pro vno constituto, argu. reg. vulgaris. l. Cum Prætor. ff. de iud. quod etiā adnotauimus ex l. Regia supra hoc lib. q. 6. Reditus aūt fructuarij perpetui vēditio nō prohibetur iure Regio, vt adnotat Cou. li. 1. var. c. 15. n. 11. quod intelligendū est iusto pretio interueniente iuxta d. l. 7. ti. 15. de los cēsos li. 5. reco.

6 Circa d. l. regiā de reditu fructuario æditā anno. 1573. dubitari pōt, an eo casu quo cēsus reductio debitoris arbitrio relicta est si debitor nolit vti legis beneficio, & in fructibus solutionē reditus elegit, eorū tamē valor cursu tēporis, ita creuerit vt multū excedat pretij quatuordecimā, teneatur debitor soluere integrā pensionē fructuū, an vero pro ratā quatuordecimæ sortis in fructibus secundū æstimationē

7 prę-

præsentis temporis soluendo liberetur? Mouet quæstionem, quia lex Regia hoc casu non indistincte censum ad pecuniarium reduci iubet: sed ita demum si debitor reductionem petierit, vt probant illa verba. *Y hasque salieren a mas precio de los dichos catorze mil al millar, como no llegueu a veynte mil, que se dolos la parte del deudor reduzir, y pagar por ellos a razon de catorze mil el millar lo pueda hazer.* Ergo cum debitor reditum reduci ad pecuniarium non voluerit omnino tenebitur ad solutionem pensionis integræ in ipsis fructibus, pro quo facit illa ratio, quia l. Regia non improbat imò videtur approbare fructuarium censum eo modo constitutum casu quo debitor nolit reducere, tum etiam, quia l. regia non considerat fructuum valorem nisi contractus tempore prout considerari debet, quia iustitia pretij ad mercem est æstimanda, secundum tempus venditionis, & non secundum tempus futurum præteritumve iuxta. l. pretia rerum ad l. Falcid. l. si voluntate. C. de rescind. vendit. l. 56. titul. 5. part. 5. ibi. *Que pudiera valer en la sazon q̃ la hizieron.* Craueta consil. 188. nu. 4. Non ergo curandum est si currente tempore eorum creuerit æstimatio. Huc etiam facit, quia si considerato pretio fructuum secundum tempus contractus census sit impositus ad rationem viginti pro vno semper perpetuus iudicabitur, etiam si hanc rationẽ excedat attenta fructuũ præsentis tẽporis æstimatione. Vltimo facit authoritas insignis Nauar. post cõment. de vsur. d. q. 30. n. 120. vbi agẽs de censu fructuario dicit soluendũ esse in ea re in qua fuit constitutus siue pretiũ eius sit auctũ siue diminutũ. Verũ pro contraria sententia expendi põt eadẽ. l. Regia in verbis statim seq. ibi. *Y los tales censos se juzguen y tengan por redimibles, aunque la escriptura los llame y nõbre perpetuos.* 8 At vero in reditu redimibili quatuordecima sortis pars est agmi. & supremũ ipsius incrementũ quod nullomodo trãsgredi, sed bene infra subsidere licet, & quod nunquã nulloq; casu permittendũ est creditoribus quidquã exigere vltra rationẽ quatuordecimæ, siue prętextu incertitudinis valoris speciei pensionẽ soluendarũ, siue prætextu pęnę apposite, aut alio quocũq; colore, quod supradiximus hoc lib. q. 6. & satis probari potest ex l. 6. tit. 15. lib. 5. recopil. vbi nullomodo licet minoris emere censum seu reditũ pecuniariũ quãa rationẽ quatuordecimę: quod etiã in censu fructuario probat. l. 7. eiusd. tit. quemadmodũ etiã iure ciuili nullo casu nulla machinatione licet excedere legitimũ vsurarũ modũ. l. cbs. C de vsur. Cũ igitur ij reditus sint antiquarũ vsurarũ succedanei & eorũ suprema & legitima meta sit apud Hispan. quatuordecima nullomodo nulloq; casu licebit eam transgredi.

9 Vnde infertur quod quantũcumq; creditor iusto pretio tẽpore contractus inspecto emerit reditũ frumentariũ, vel alterius fructus, aut speciei sitẽ pore pẽsionis soluẽdæ pẽsio totius anni, vel illius termini pro rata excedat quatuordecimã sortis secundũ communẽ æstimationẽ pro tẽpe currentẽ nõ tenebitur debitor soluere integrã pensionẽ, sed solũ pro rata quatuordecimæ sortis in anno, & non vltra. Probatur manifeste, quia si debitor offerat in pecunia quatuordecimã sortis sibi numeratę partẽ propẽsione anni tũc offert summã debitã, & id q; de supremo rigore debere põt quoḍq; nullo ingenio, nullaq; arte excedipõt ergo necesse est creditorẽ cõtẽrari, & debitorẽ abomni residuo pro illo termino absolui. Nõ obstat quod aliud pro alio non tenetur recipere putà pecuniam pro frumẽto, quia esto ita saluo quod infra dicã, sed tũc si velit sibi

sibi solui in frumento nō. posset exi
gere nisi quam quantitatem in conuen
tam non excedat quatuordecimam sor
tis, sed solui vsque ad tantā valoris quā
tuordecimę dū taxat superfluo tāquā
indebito remissio imo tāquā illicito,
& impossibile deberi per prædicta.

Addo tu sumptibus etiam vectu
10 ræ deductis: horum enim ratio habēda
est si deferri debet ad domum vel ho
reum creditoris, vt infra dicemus li
bro 2.q.6. Non obstat, quod si frumē
11 tum sit vilissimi pretij, & sic quantitas
conuenta totius anni non æquiualeat quatuordecimam sortis, quod
nihilominus tenetur creditor recipe
re, nec potest aliquid vltra conuenta
petere, prout considerabat Nauar. vbi
sup. quia id ingenuē fateor non tamē
sequitur, quod in casu concluso quan
do quantitas conuenta plus valet il
lam integrā exigere possit creditor,
quia non est absurdum nec inconue
niens, quod creditor percipiat red
itus infra summum legitimum modū
prout est inconueniens & illicitum,
12 quod vllo casu percipiat vltra supre
mum & extremum modum. Confir
matur ea ratione quia cum ij reditus
frumēti, seu vini, vel aliorum fructuū
sint captiosi & periculosiores debi
toribus, quam reditus pecuniæ, vt su
periorum temporum experientia do
cuit, & supra diximus, hoc lib. q. 6. cau
tius in his agendum est, minorque in
his debet dari licentia legitimū mo
dum fraudandi, magis ergo debent
restringi: quia vbi periculū maius in
tēditur ibi proculdubio est pleni⁹ cō
sulendū. c. vbi periculū de elect. lib. 6

Hic etiam conuenit appositissime
13 quod decidit Alex. in cons. 180. in fi.
lib. 7. quod statutū permittens iudeis
fœnerari vsq; ad rationē tot denario
rū pro libra non potest, nec debet ex
tēdi ad alias species fungibiles vide
licet frumenti, vini & aliorū huiusmo
di fructuū. Itaq; nō licebit eis in istis
etiā ad æstimationē statuti fœnerari,
quia statutū odiosum est vindē do po
cunia nō debet extēdi ad frumentū
& alias huiusmodi species, nisi esset
æstimatę, vt debitor soluēdo pecuniā
ad rationē statuti liberari posset. Ego
tamen in proposito, quia certū est ipsum
intentionē & permissionē horū reditū in
pecunia odiosam esse duplici ratiō
ne. Primō, quia vsurarū successiuā. Se
cundō, quia veteres vsuras excedunt,
& magis exorbitat, vt supra dictū est
hoc lib. q. 1. Ergo non debuit statuā
14 extēdi ad reditus aliarū specierū, quia
magis captiosi sunt saltē tāta cautela
adhibēda est, vt non possit cōcessus
modus excedi, vtq; debitor soluēdo
in pecunia intra legitimū modū pos
sit liberari, præsertim cū ij reditus nul
lū iustū habeāt cōcessionis vel appro
bationis initiū, sed diupolit reditus pe
cuniæ limitatim cōcessos inuēti, & ex
cogitati sunt ab aliquibus, & verisimi
liter ab auaris, & iniquis occasionē
quærēdi tibus cōmunē & receptā redi
tuū taxationē fraudandi, vt euentus
docuit. Sēper etiā fuerūt, & sunt rusti
cani, & alij possessiones rurū habētes,
sed carentes pecunia repositā proclī
uiores, & faciliores dū occurrit neces
sitas æris alieni ad constituendū redi
tus in his fructibus quā in pecunia ex
qua facilitate facilius incurrit & præ
sumit captio & læsio. l. doli. & diuersū
denouat. Bal. in l. singularia col. 4. ff.
si certum pet. Præterea, quando creditor
15 emit reditū ad supremā hāc quatuor
decimę rationē & stipulatur pensio
nes nō in pecunia, sed in frumēto, seu
alijs fructibus, rogo, cur creditor ma
gis stipulatur in frumento, quā in pe
cunia: perpendamus rē syncerè, aut
enim hoc facit ad maius sui cōmodū
eo quod magis sperat superlucrari vel
melius rebus suis consulere sic agen
do quam si stipularetur pecuniam:

itaque

itaque hoc facit non habita in hoc ratione debitoris, sed solum sui gratia, etiam si debitori incommodius sit triticum forte (vt solent stipulari) lectissimum soluere, quam pecuniam ad rationem quatuordecimæ: & tunc clarum est quod illicitè facit, quia vt sibi ipsi magis consulat debitorẽ grauat vltra rationem simplicis annuæ & quatuordecimæ partis sortis: patet quia deteriorem facit debitoris conditionem, quam si pecuniam stipularetur, & quam futura esset si debitori liceret oblata pecunia defungi. Ergo excessus iste moderandus est, & ita reducendus vt debitor in aliquo non grauetur vltra pensitationem quatuordecimæ sortis in anno, & sic ad iustitiam huiusmodi reditus necessarium est, quod sit in facultate debitoris vt soluendo in pecunia ad rationẽ quatuordecimæ liberetur. Aut vero hoc facit non sui: sed debitoris ipsius gratia cui forte agricolę commodius est frumentum, vel aliam moderatã frugum speciem soluere, quàm pecuniam, & tunc adhuc clariùs liquet, quod si debitor omnino soluere malit pecuniam ad rationem quatuordecimæ audiendus est, quia hic vltra prædictas rationes accedit quod fauori suo cuilibet renuntiare licet. Igitur debitor qui frumentum tãquam pecuniam leuiùs promisit multo fortiùs libe[illegible]andus est offerendo pecuniam, quàm si recuset creditor frumẽtum postulans eo ipso declarat se iniquum fuisse vsurarium, vtpote non fuisse contentum pecunia ad rationẽ quatuordecimæ, qui est summus rigor, sed voluisse præcisè stipulari frumentum, & ad illud obligatum habere debitorem, etiã si inde magis grauetur quàm soluendo præcisam quatuordecimam in pecunia.

16 Ex quibus facile intelliges quam maturo iudicio, & quanta æquitate editæ fuerint ll. 1. & fin. tit. 15. libr. 5. recop. super huiusmodi reditibus fructuarijs.

17 Infertur deinde ex prædictis quod in huiusmodi reditibus fructuarijs si propter moram debitoris deueniendum sit ad æstimationem siue apretiationem reliquorum seu pensionũ aliqnorum annorum reditus fructuarij quamuis solitum sit hactenus æstimari à peritis Iudicibus non quanti plurimi etiam in suo quoque anno frumentum valuit (prout in pensionibus colonorum constito de mora fieri potest) sed solum quanti communiter valuit suo quoque anno, hoc est æstimationem quæ toto proximo anno post diem solutionis elapsum frequentior, & communior fuit in foro quod est satis laudabile: tamen hoc non sufficit, nec est æquitas perfecta, sed dimidiata. Dicendum est ergo, non posse fieri vllam æstimationem cum effectu vltra rationem quatuor-

18 decimæ. Si enim inueniatur quod frumentum etiam communiter valuit plus, non debet vllo modo damnari vltra quatuordecimam fortis in anno, quam etiam si ab initio obtulerit debitor, non solum ab expensis absolui debet, sed etiam eas consequi contra auarum creditorẽ vnà cum damnis, & interesse si fortè executionem seu bonorum pignorationem passus sit post eam oblationẽ & hæc est veritas deinceps obseruãda & practicanda. Quidquid aliquã do durè nimium, & rigidè fortè per errorem obseruatum fuerit vltra modum fauendo vsuris in necem & expilationem pauperum agricolarum, & ita videlicet ejectionem esse debitoris soluendi in pecunia ad rationẽ quatuordecimæ, vel fructibus conuẽtis non excedendo quatuordecimã communi æstimatione tempore solutionis inspecta, pluries iudicasse Pa-

ris.

ris.Senat. teſtatur prædict. Modern. Pariſ.

19 Si vero inueniatur frumentũ cõmuniter non valuiſſe niſi infra quãtitatem pecuniæ quæ ex quatuordecima debetur, non debet debitor condemnari ad quantitatem quatuordecimæ,ſed ſolum ad quantitatem æſtimationis communis quam ſoluendo liberari debet.

20 Ex quibus infertur primum,quod ſtante diſpoſitione textus in dict. l. fin.titulo. 15. de los cenſos,libro. 5. Recopilation.quatenus in. 2 parte, & eo caſu quo fructuarius reditus emptus fuit maiori pretio, quam ad rationẽ quatuordecimæ minoritamen, quam ad rationem vigin ti pro vno facultatem relinquit debitori petendi reductionem, & ſoluendi reditum in pecunia, vel in ipſis fructibus conuentis commodius eſt creditori non reducere huiuſmodi cenſum ad pecuniarium,quia peſiones in fructibus ſoluendæ nõ poſſunt excedere quatuordecimam ſortis in pecunia,poteſt tamen quatuordecima ipſius penſionis fructuariæ valorem aliquibus annis, quibus vilius annona venditur nimium excedere licet indiſtincte ſæpè viderim debitores petentes huiuſmodi reductionem, ſed forte ex capite ignorantiæ leguin,& æquitatis ſupra detectæ.

21 Secundo infertur ex prædictis vtilius ſemper fuiſſe creditori emere reditus in pecunia ſoluendos,quam in frugibus,quamuis pluribus annis per magnum abuſum in noſtra Gallæcia cõtrariũ acciderit ſæpiſsimè patet,quia emẽs in pecunia ſemper eſt certus ſe percepturũ annuatim quatuordecimã ſortis, ſecus in emẽte in frugibus,quia poteſt minus percipere,ſi fruges minus valeãt, nec tamen poteſt plus percipere ſi ſuperualeãt, & adhuc caſu quo ſuperualeãt non eſt creditoris,ſed debitoris electio,an ſoluat quantitatẽ conuentam in ſpecie conuenta,etiã deducto eo,quod vltra rationẽ quatuordecimæ ſuperualeat,an vero ſoluat quatuordecimã in pecunia: quia vt diximus neceſſarium eſt facultatẽ hãc ſe liberãdi quatuordecimã in pecunia ſoluẽdo eſſe penès debitorem,alioquin vltra quatuordecimam ſortis receptæ grauatus eſſet quod eſt illicitũ,& nullo pacto,imo nec etiam iuramento, vel tẽporis,vel rei iudicatæ præſcriptione induci poteſt,ſicut nec improbum,aut exceſsiuum fœnus.

22 Quod autem ſupradiximus plane procedit in reditibus ſummo iure cõſtitutis ad rationem quatuordecimę at vero in reditibus conſtitutis ad rationem vnius in. 17. vel. 18 & deinceps ſubſiſtendum eſt, quia tunc tali benigno fœneratori vtilior videtur reditus frugum tempore caritiæ quam ſimilis reditus pecuniæ, ſi enim tempore ſolutionis frumẽtum conuentum plus valeat, quam. 17. vel. 18.ſortis: nihilominus integrum debetur,nec poteſt debitor deducere,quod ſuperualeat, nec offerre pecuniam pro frumento,ſed precise (ſi facultatem habeat) ſoluere totum frumentum cõuentum,alioquin veram & integram communẽ æſtimationẽ,dummodo nũquã excedat quatuordecimã ſortis in anno ea potiſsimũ ratione,quia his caſibus hæc onera cõpẽſant cũ liberalitate quã fecit creditor nedũ ſuſcipiẽdo in ſe caſũ, & fortunã tẽporariã vilitatis frumenti in caſum vbertatis ſi forte in anno penſio frumẽti non veneat,niſi ad rationẽ trientariæ, vel quadrantes vſuræ,ſed etiã (q̃ maius eſt, & potiſsime conſiderandum) faciendo gratiam in principali,videlicet in pretio perpetuo ad libitũ debitoris fruẽdo pro

dodrãte, vel besse duodecimæ, & eisdem casibus recte procedit, quod sicut in distincte creditor fert damnum vilitatis, & vbertatis, ita indistincte suũ facit lucrum caristiæ & sterilitatis quia etiam istud lucrũ nõ excedit quatuordecimã, & sic nõ videtur illicitum nec prohibitum.

23 Vnde si forte in tantum excesserit valor frumenti, vt excedat quatuordecimã sortis, tunc etiam si sit fortuitus, & inopinatus dũmodo illius anni cõmunis æstimãdus est, vt nũquã creditor vltra quatuordecimã perciat, & si ẽ facto pceperit restituẽdũ est, vel deducẽdũ, q quatuordecimã excesit: idque vsque ad triginta annos exigi potest: quia vt prædiximus nullo pacto, nullo prætextu licet excedere quatuordecimam, & ita exacte & religiose obseruandum est, ne qua via aperiatur excedendi metas præfixas in huiusmodi reditibus vsu rarum succedaneis.

24 Nec prædictis obstat lex regia de censu fructuario supra relata, quia solum disponit liberum esse debitori petere census reductionem ad pecuniarium reditum, vel soluere pensionem in fructibus conuentis eo casu quo fuerit constitutus maiori pretio quam ad rationem quatuordecimæ, & minori, quam ad rationem vigesimę secundum æstimationem fructuum tempore contractus. At vero lex regia non agit de æstimatione fructuum tempore solutionis: & eo casu quo debitor maluerit censum non reduci ad pecuniam, sed in fructibus conuentis soluere. Nec tunc fructuum vnius anni æstimatio quatuordecimam sortis excesserit creditori permittitur excessum capere, manetque is casus in dispo- 27
sitione iuris communis, secundum quod nullomodo, nulloque prætextu licet excedere quatuordecimam, vt non semel diximus.

25 Ex quibus, vt iam dixi patet dicto casu quo lex Regia arbitrio debitoris reliquit census fructuarij reductionem vtilius esse debitori censum non reducere ad pecuniarium cum nec in fructibus, nec in fructuum æstimatione possit creditor vllomodo vltra quatuordecimam sortis exigere, itaque si fructus soluendi, secundum æstimationem tempore solutionis currentem quatuordecimam sortis excedant, nihil vltra quatuordecimam habebit creditor, si vero minus quatuordecima valuerint, nihil amplius exiget à debitore, quod omnino no tandum est ad praxim dictę. l. Regiæ.

26 Illud autem quæritur, an saltem infra quatuordecimam sortis in anno teneatur debitor quanti plurimi à tempore moræ in prædictæ pensionis fructuariæ solutione commissæ? & videtur affirmatiue respondendum per ea, quæ notantur in. l. vnius. ff. si certum petatur, qui tamen text. nihil facit, vt ibi aduertit Paris. Modern. sed per textum in. l. in hac de conditione triticaria. l. 3. in fin. ff. de action. emption. Secundo, in vim vulgaris clausulæ qua debitor promittit pendere omnia damna, & interesse in defectum solutionis in termino conuento. Tertio, ad minimum non videtur quim debeat considerari istud pactum, & quod vere interesse probatur saltem infra metas quatuordecimæ, & quatenus creditor tam pro pensione, quam pro incremento restringit ad rationem quatuordecimæ.

Contrarium tamen dicendum est, quia non datur accessio accessionis siue in vsuris. l. fi. C. de vsuris, siue in pœnis. l. fin. C. de magistrat. conueni.

l. 1. C. de fis. cah. b. vsuris, libr. 10. siue in fructibus.] nec eorum, & ibi Bart. de vsur. Fiber Decian. cons. 49. numero. 10. 56. libro. 2. sed ipsamet pensio est vera accessio, & quasi vsura saltem est fructus reditus, & sic non accedūt illi aliæ vsuræ, siue quæcūque incrementa bene tamen venit æstimatio communis in qua non præcise momentaneis valor qui fuit etiam præ 29
cise tempore solutionis faciendæ, & dici cedentis inspicitur, nec etiam subsequens similis breuis caritas, sed valor qui communiter & magis continuus fuit proximo, tunc sequenti anno per notata in l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. quæ quidem æstimatio non est incrementum, nec noua vsura, prout nec est pena, sed simplex persequutio, & restitutio debiti dūmodo non excedat quatuordecimā.

Non obstat pactum de refundendo interesse, quia dupliciter potest considerari & accipi. Primo propter has accessiones, vel incrementa à tempore moræ, & ad istud, quia prohibitum in hac materia dictum pactum referri non potest. Secundo non solum propter moram, nec immediate ratione moræ, sed propter sumptus factos per creditorem, vt suum debitum consequatur, & in his potest dictum pactum effectum sortiri, dum modo sumptus sint probabiles, & facti post veram moram, & ex iusta causa, & adhuc subeunt moderationi: text. l. vnicæ. C. de sentēt. quæ pro eo quod. Deinde si quid creditor impenderit, vel amiserit de suo ad amoliendum, vel thecnam, quampiam à debitore structam ad frustrandum creditorem reditu, & in rem suo. Ex quibus obiter habes quid & in quib⁹ operatur illa vulgaris clausula, *Con los daños, intereſſes y menoſcabos.* Et ex prædictis intelliges Alberic. in l. quod stipulatione. ff. de vsur. vbi videtur sentire generale illam clausulam de damnis nihil operari verū est enim, nisi secūdū naturā actus, & dispositionem iuris communis, pro quo faciunt quod notamus infra lib. 3. q. 6. Quæ diximus de æstimatione fructuum, & an tempore moræ crescat in fructibus ex contractu annui reditus debitis procedunt.

Sed quid dicendum in executione rei iudicatæ: qui condemnatus est in frumenti, vini, vel similium fructuum restitutione aliasquam ex annuo reditu debitorum, an teneatur ad fructus, an vero ad eorum æstimationem, & quatenus ipsa crescat æstimatio? Aduerte: aut quis eōdem natur ad restitutionem fructuum in genere, vt tot mensuras tritici, aut vini, & tunc non deuenitur ad æstimationem; nisi propter moram *, & à tempore moræ semper crescit æstimatio, & sic intelligitur. l. vinū cum ibi nota. ff. si cert. petat. decisio Genuens. 117. n. 3. Aut condēnatus debet fructus in specie, vt quia illos ex alieno fundo percepit, & tūc aut extant seu præsumuntur extare, vt quia sunt recollecti intra triēnium. l. 1. & ibi glos. C. si aduersus vsucap. Vel intra annū in regione in qua regulariter vlterius non seruātur. aut cōsumpti sunt. 1. casu debitor tenetur fructus restituere alias ad æstimationē quanti plurimi deuenirēdum esset, nisi debitor probaret consumptos absque eius culpa: Si vero consumpti sint à debitore tunc tenebitur ad æstimationem illorum tempore perceptionis, aut consumptionis: post consumptionem tamen non crescet æstimatio: quia iam consumptis fructibus non dicitur debitor fructuum, sed æstimationis eorū, argumēto, tx. l. 1. C. de distractione pignor. vbi ideo cōsumpti fructus cōpensantur, & debitum extenuant, quia iam non cēsen-

tur fructus, sed quantitas' ita docuit Bart. l. cum qui. ff. de his quibus, vt indign. Idem Bart. l. diuortio. §. ob donationes in fin. soluto matrimonio. Boerius, decis. 68. num. 2. Socin. cons. 82. num. 27. libro. 4. late Caualcanus de tuto. num. 226. & sequent. Quod autem æstimatio temporis perceptionis, aut consumptionis fructuum spectanda, & attendenda sit tradit Annan. cons. 38. numero. 3. Bald. l. 2. in fin. C. de fruct. & litium expen. Menoch. de recuper. possessione, remed. 15. n. 600. Quod maxime notandum est, quia in hoc passim errant rerũ iudicatarũ executores.

Nec omittendum est, quod sicut iusta causa litigandi excusat à condemnatione expensarum. l. qui solidum. §. etiam, de lega. 2. ita excusat à mora, & per consequens à solutione valoris quanti plurimi, vt per illũ textum tradit Boer. dict. decis. 68. numer. 3. Ioan. Garcia de expens. c. 23. n. 47. vers. aduerte tñ, qui etiã indistinguit inter possessorẽ bonæ fidei, & malæ fidei, & inter malã fidem veram, & malam fidem fictam vide eũ. Sed an tertius fundi pro reditu fructuario hypothecati possessor possit eiusdem reditus reductionem ad pecuniam postulare, iuxta. l. Regiam supradictam? Videtur distinguendum aut reditus fuit emptus ad rationem vnius in. 14. vel minori pretio, & tũc tertius fundi possessor iure optimo recusare poterit solutionem reditus in fructibus, & sortis quatuordecimam offerre in pecunia cum dict. l. Regia hanc reductionem, seu commutationem fecerit, ibi. *Que los tales censos que assi se vuieren fundado o fundaren de aqui adelante se paguen a razon de a milma uaedis, por cada catorze mil maravedis de los que vuiere dado el comprador, y sin embargo que en la scriptura que dello se otorgare ò vuiere otorgado suenen ser censos perpetuos, se ayan de juzgar y tengan por redimibles y camorales se puedan quitar pagando la fuerte principal. Y en todo se juzguen por las leyes que hablan en los censos redimibles.* Aut vero pretium excedit rationem quatuordecimæ, & tunc videtur quod tertio fundi possessori non competat ius istud reductionem petendi, quia l. Regia eo casu, nec reditum reducit ad pecuniam, nec reductionem fieri iuuet nisi volente debitore reditus, ibi. *Y los que salieren a mas precio de los dichos catorze mil maravedis el millar, como no lleguen a veynte mil, queriendolos la parte del deudor reduzir y pagar por ellos, a razon de catorze mil el millar lo pueda hazer.* Ergo debitoris ipsius reditus non tertij hypothecarum possessoris est electio, & reductionis voluntas, nec possessori hypothecarum licebit opponere de iure tertij. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vend.

Sed iure verius videtur non solum reditus venditorem, & eius hæredem, sed etiam tertium fundi reditui fructuario obligati possessorem posse vtroque casu vti predicto. l. Regiæ beneficio, quia venditoris beneficium prodest emptori. l. emptori. ff. de hæreditate, vel actione vend. l. inuitus. §. plerumque de regul. iur. tum quia vsurę exceptio rei cohęret & competit tertio rei hypothecatæ possessori, vt diximus infra hoc libr. quæst. 17. num. 19. Felician. libro. 2. de censib. capit. 1. numer. 28. hos autem reditus vsurarum succedaneos esse diximus, & à legibus vsurarijs ad eos valere argumentum, eadem æquitatis ratione subsistente dicemus infra libro. 3. quæstione. 3. At hic eadem est æquitas, & legalis ratio, quia sicut creditor non potest vlla arte, aut ingenio à debitore vltra quatuordecimam stipulari, & exigere, ita nec ab eius bonis etiam si ad tertium possessorem deueniant. Tum, quia fit accessio

de

de venditore ad emptorem.l. de accessionibus. ff. de perpet. & tempor. præscripti.l. dolia.§. 1. de contrahend.emptio.l.si tibi decem, §.pactum de pactis. Tum etiam,quia res transit cum sua causa in tertium possessorem.l.Pignoris, de pignor. l. si conuenerit vt nomen.§. si fundus, de pignorat.& ita istud ius non soluendi vltra quatuordecim,& soluēdi in pecunia,non in fructibus, aut alijs speciebus transit in tertium fundi possessorem,transitque tacitè per cessionem vel alienationem fundi hypothecati,sicut transit ipsa hypotheca,iuxta ea quæ dicam infra lib. 2.q.16 n.17.

Nec obstat,quod videtur hic fundi possessor ius tertij allegare, quia cum habeat ius a tertio venditore, & debitore reditus,fundum videlicet obligatum ad soluendum reditum, nimirum si iure eò vti possit,sicut poterat ipse venditor.l.emptori. C.de euict.io,dict.l. inuitus.§ plerumque Bart.l.si tertius.§.si quis prius.n.6 de aqua pluuia arc. faciunt quæ tradit Decius consil.247.colum.fin. Valasc.de iure emphyteo.q.14. nu.10. Vbi fundi emphyteutici tertius possessor si à directo domino causam habeat emphyteutæ fundum vendicanti rectè caducitatem obijcit, ius quoque excipiendi ad singularem successorem transit.l.fin.de except. rei iud.l.etiam de iureiurand. Aym. consil.148 num.1. Peregrinus de fideicommiss.art.fin.num.16. & cum fundi tertius possessor succedat in hypothecam,& ius soluendi reditū a debitore venditum eodem iure quo ille vti debebit,regula qui in ius succedit alterius de reg.iur. Vnde poterit quoque tertius hic possessor reditum redimere soluendo fortè creditori, & ab eo (si sua interfit, quia forte fundum ab omni reditu liberū comparauerit,vel alias) cessionē petere aduersus debitorē reditus, vt sibi pensiones in pecunia,donec reditum redimat,persoluat,iuxta notata infra lib.2.quæst.16.n.16.& nu.34.& nu.36.

31 Sed quid si reditus fructuarius perpetuus fuit constitutus ante annum 1534.videtur, quod nullus sit reductioni locus, & debeat indistinctè solui in fructibus,aut speciebus venditis. Tum quia.l.4.tit.15. de los censos.lib.8.Recop.quæ prohibet reditus fructuarij venditionē,nō respicit perpetui,sed luibilis reditus cōtractū ibi, *Porque somos informados que los censos al quitar*,& ibi,*Mandamos,que de aqui adelāte no se puedan hazer los tales censos y tributos al quitar.* Tum etiam,quia.l. 7. eiusdē tituli,quę de reditu fructuario imperpetuum constituto reducendo loquitur,solum reduci iubet adpecuniam reditus fructuum,aut specierum minori pretio,quam ad rationem vnius in viginti,vēditos ab eo anno,1534. vt probatur, ibi:*Mandamos, que todos los censos y tributos que en los dichos Reynos y lugares se vsüeren,assi impuesto y fundado perqualesquiera personas,sobre qualesquiera haziendas, desde el año de mil y quinientos y treynta y quatro à esta parte, &c.* Ergo reditus fructuarij perpetui antea cōstituti non erūt reducendi ad pecuniam, quatumcumque minori pretio fuerint impositi, & lege Regia manent approbati.l.tribunus. §. finali de testamento militis, vbi Baldus colligit, quod emendatio, vel detractio in quibusdam videtur cætera confirmare, & in tertio notabili, dicit: quod si potestas,vel Episcopus confirmat vnam causam de gestis per Vicarium, videtur cæteras reprobare, & si vnam reprobat, censetur alias confirmare,modo fit processum cum deliberatione, prout credendum est legem Regiam latam fuisse, ex Ruyno

consil.127. num.8.libr.4. idem Cuman.dict.l.Tribunus, & idem dicimus in tempore, quia vno tempore concessa videntur in alio denegata, Curtius senior consil.42. num. 27.l. statu liberum. §. sticlum delegat.2. plura per Tiraquel.de Retract.tit. 2. §.1.gloss.2.num.46.Sed his non obstantibus distinguendum arbitror, aut enim reditus fructuarius imperpetuum constitutus ante annum 1534. fuit emptus ad rationẽ vnius in viginti,aut minori pretio. Primo casu non erit reducendus ad pecuniarium: sed perpetuo in fructibus, aut speciebus emptis soluendus,cum ll.Regiæ non prohibeant fructuarij reditus perpetuivenditiones,nisi pretij iniustitia intetuenerit, vt diximus supra hac quæst.num.5. Iustum autem pretium perpetui reditus est ad rationem quincuncis vsuræ probat d.l.7.vt diximus supra hoc libro quæst.6.num.31.Secundo casu, aut fuit emptus reditus ad rationem vnius in quatuordecim „vel maiori pretio,& tunc redimibilis cẽsendus est, & poterit debitor soluere quatuordecimam pretij numerati, nec tenebitur soluere fructus, aut species quorum æstimatio quatuordecimã excedat,iuxta ea quæ diximus hac quæst.num.9.Aut fuit reditus fructuarius & perpetuus constitutus minori pretio, quam ad rationem vnius in quatuordecim, non tamen minori,quam ad rationem decimæ, & tunc reducendus videtur iuxta distinctionem de qua supra hoc libro quæst.7.& debitor similiter soluendo pecuniariam pensionem fructuũ aut specierum solutionem euitabit, nec refert quod reditus sit ab antiquo constitutus, quia reductio non tollitur temporis antiquitate, vt probat l. sexta, titulo decimo quinto libro quinto Recopilationis, ibi. *Y en quanto á los juros, y censos, y contractos hasta aqui hechos a menos precio de los dichos catorze mil maravedis el millar, mandamos, que assi mismo sean reduzido, y reduzimos al dicho precio y respecto de catorze mil el millar: no embargante que sean antiguos y de mucho tiempo impuestos, ni que sean hechos en parte y Provincia donde se diga y alegue, que ha sido costumbre venderse a menos precio, para que a este respecto de catorze mil maravedis el millar se hagan las pagas de aqui adelante, &c.*

Aut vero reditus fructuarius perpetuus fuit emptus minori pretio, quã ad rationem decimæ computato valore fructuum secundum tempus cõtractus, vt in Gallæcia sepissime euenit,& tunc contractus nullus,& vsurarius censendus est. Tria enim eo casu interueniunt,quæ id fieri iustissimè postulant:Primum pretij modicitas:Secundum reuendendi pactio, quæ licet contractui adiecta non fuerit, est necessario intelligenda cum pretium non reditui perpetuo, sed redimibili conueniat, iuxta notata infra quæstio.15.num.47.Tertio redit' fructuarij emptio quæ magis suspecta&fraudibus obnoxia est,quam emptio pecuniarię prestationis,quia fructuũ pretia frequentissimè augentur,& variantur,vt tradit Cou.lib.3. varia.c.10.n.3.& diximus supra ista quęstione:Nec obstat quod.ll.Regię non reprobant huiusmodi reditus fructuarios perpetuos ante annum 1534.constitutos. Imò videntur approbare à contrario sensu.Tùm quia argumentum à contrario sensu non admittitur,cum resultat iuris correctio,notatur in l.1. §. hujus rei,ff.de officio.eius cui mandat.est iurisdict. Tùm,quia fateor ea iura non loqui de his reditibus: sed non ideo approbati manent, nec potuerunt his legibus probari propter vsurę vitium omni iure reprobatũ,& cum reditus isti non cõprehendantur Regijs sanctionibus cẽsendi,& iudicãdi sunt ex

iuris

iuris principijs, & receptissimis sententijs, quibus reditus constitutus ad æstimationem vnius pro octo, aut nouem minorive pretio, quam decem omnino illicitus, & reprobus fuit iudicatus reliquis solutis in sortem imputatis iuxta ea quæ tradũt Tiraquellus, Rupell. Couarr. Ioan. Garcia, & alij quos citauimus supra hoc lib. q. 7. num. 8. & num. 12. Imo dict. l. 7. hoc non obscure sensit in illis verbis. *Quelando su derecho a saluo al dicho deudor que esto no quisiere para seguir su justicia contra el señor del censo, sobre el engaño, o iniquidad del contracto, como viere que le conuiene.*

32 Quæ verba intelligo de contractu nullo, & vsurario ob pretij modicitatem cum rationem decimæ non attingit, nec referri possunt ad remedium l. 12. C. de rescindend. vendit. per ea quæ dixi supra quæst. præced. vbi probaui eius legis remedium ad contractus vsurarios, & annuos reditus non pertinere. Nec etiam obstat l. 6. tit. 15. lib. 5. Recop. quatenus omnẽ reditũ minoris emptũ, quã ad rationẽ vni° in. 14. reducit ad quatuor decimam, quia ea l. non loquitur de fructuaria, sed de pecuniaria præstatione, & nullomodo intelligẽda est de reditu minoris empto, quã ad rationẽ decimæ. Is enim reducendus nõ est cũ cõtractus null° fuerit à principio, & vsurarius iudicãdus, vt dictũ est, & nõ potuit vlla lege cõfirmari, & ita hoc casu regiã sanctionẽ limitandã diximꝰ sup. hoc lib. q. 7. n. 34. Quæ maxime notãda sũt præsertim in Galæciæ regno vbi vulgares passim alucinãtur, dũ putant reditus antiquos, quãtumuis minoris emptos antę annũ. 1534. subuerti nõ posse, & omnino etiã in fructibus & speciebus vẽditos soluẽdos esse, & nõ aduertunt ad 34 vsuræ vitiũ q. nulla præscriptione nulla lege, nec reiudicata cõfirmatur, vt alibi diximus. Vnde etiã errãt aduocati qui reditus fructuarios in perpetuũ vẽditos minori pretio, quã ad rationẽ decimæ, & post prædict. annũ. 1534. ad pecuniarios reduci postulãt ad rationẽ quatuordecimæ pretij numerati cum eo casu cõtractus ex sui principio fuerit nullus, & tanquã fæneratitius iudicãdus pẽsionibus solutis iuxta fructuũ cõmunẽ æstimationẽ in sortẽ imputatis. Cautius ergo agendũ est nõ ad reditus cõmutationem, sed ad contractus nullitatẽ, & vt pensiones solutæ creditori à tempore contractus in sortem computẽtur, eaque extincta reliquum restituatur debitori, nisi quatenus condictioni reliquorum fuerit præscriptũ iuxta notata infra hoc lib. q. 18. num. 80. & seq. quod non solum in via ordinaria, sed etiam executiua excipiẽdo aduersus instrumenti reditus executionem in iudicio deduci poterit. Hęc enim vsuræ, aut nullitatis exceptio executionem impedit. Quia q. nullũ est nõ debet mãdari executioni l. 4. §. condẽnatum de re iud. l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopilation. Couarru. 2. p. de sponsal. ca 8. §. 12. num. 5. oportet tamen reditus debitorẽ opponẽtẽ huiusmodi nullitatẽ probare fructuum venditorum æstimationẽ cõmunem secũdum tempus cõtractus censualis, vt perpendi valeat ad quã rationem fuerit reditus constitutus, & an nullus an iniustus, & reducendus discerni possit: ex reg. l. si voluntate. C. de rescind. vend. & dixi supr. hac q. n. 7. Quod si reditus fructua- 33 rius ab anno. 1534. constitutus appareat, & nõ cõstet, an & quãto pretio cũ agitur de eius cõmutatione in pecuniariã pẽsionẽ recurre ad ea quę dixi sup. hoc lib. q. 15. n. 36. & sequent.

Sed quæritur an reditus fructuarius ab antiquo constitutus & perpetuus nunc vendi possit mouet quæstionem, quia dict. l. 4. tit. 15. lib. 5. Recopil. Dũ prohibet reditus fructuarij

venditionem non loquitur de reditu perpetuo, sed redimibili, vt iam diximus, l. autem. 7. eiusdem tituli non agit de reditus iam constituti venditione, sed de eo qui noue imponitur, & creatur: cum ergo hic reditus non sit nouiter creatus, sed antiquus, & perpetuus extra legum regiarū prohibitionem censeri debet: sed magis placet distinguere, aut enim vendo reditum fructuarium mihi ex bonis meis in emphyteusim, vel alias concessis à tertio debitum: & tunc si pretium ascendat ad rationem vigesimæ valida erit reditus venditio, nec poterit in pecuniariam præstationem commutari, cum sit reditus perpetuus: & iusto pretio constitutus: quod satis comprobat dict. l. 7. titulo 15. lib. 5. Recopilat. Aut pretium minus est vigesima, & tunc reditus redimibilis censendus erit, & cum sit impositus super meis bonis merito me volente ad pecuniarium reducetur, iuxta dict. l. 7. dummodo pretium non sit minus decima, quia tunc cōtractus esset nullus, & pensiones in sortem imputandæ ex prędictis. Aut vendo reditum fructuarium perpetuum non ex meis, sed ex alienis bonis debitum à tertio, & tunc sumus extra legum prohibitionem, & vsurarum materiam, quia reditus is super meis bonis nō imponitur, nec à me, aut meis bonis soluēdus est, etsi pretij iniquitas interuenerit recurrendū est ad materiam legis. 2. C. de rescin dend. vend. Pro quo facit quia cōtractus iste non expectat ad fœneratoriam negociationem, sed ad contractus commutatorios rerum prout de venditione nominis reditus antiqui diximus supra hoc lib. q. 8. q tamen intelligendum est si simpliciter vendatur, & cedatur nomen reditus fructuarij, nec vēdens obligetur de euictione, nisi vt debeatur iuxta l. si nomen de hæred. vel actio. vend. Secus si cedens promittit non solū euictionem iuris, sed etiam facti, videlicet, debitorem fore soluendo, quia tunc idem est, ac si vēditor ipse se se ad cōtinuationē reditus obligaret, & esset idem quod in constitutione noui reditus, prout noue constituitur in persona, & bonis venditoris cedentis, vt dixi d. q. 8. Similiter reductioni locus non erit si vendatur reditus fructuarius cum bonis ipsis ex quibus persolui consueuit. Idem ius est si tibi mea prædia in censum concesserim ea lege, vt singulis annis pro eis fructuarium reditum persoluas redimendi facultate concessa, quoties certā pecuniæ quantitatem præstiteris, vt docet Couarr. lib. 1. var. c. 15. n. 11. Mexia in legem Toleti. 2. p. 2. fundamēto, n. 18. & seq. Idē si reditus fructuarius non venditione, sed testamēto, dote, donatione, trāsactione, aut sententia fuerit constitutus, nam legum regiarum prohibitio, & commutatio ad venditiones tantum pertinet.

35 Ex prędictis alia regiarum legum fraus in nostra Gallęcia quotidiana, & frequens admodum exorta est. Fœneratores (hoc enim nomine eos alieni sanguinis sitibundos appellare licet) scientes reditum fructuariū cōstitui non posse minori pretio, quam ad rationem quincuncis vsuræ nōve recūdabantur typhæ fanecæ reditū septem ducatis emere eo loco, & tēpore quibus communiter singulæ fanecæ singulis ducatis æstimabantur, quod erat improbum fœnus, & centesimis vsuris grauius, vt autē regiā prohibitionem frumentarij reditus eluderent simulabant prædiorū, quibus reditus imponēdus erat venditionē pro eiusdē fructuarij reditus pretio & incontinenti, vel aliquo modico interuallo (prout cūvēditore alieni ęris indigenti facile pacisci cebantur) alio instru-

instrumento fortè eadem die,& hora confecto)eadem prædia ipsi venditori in censum perpetuum, vel emphyteusim pro pensione fructuaria conuenta concedebant, similis fraudis meminit Gutierrez lib. 2. practicarum quæstionum, super.ll.regias, quæst.170.num.2.Ea autem fraus,& simulatio causa proposita,& in iuditio discussa multis detegitur cõiecturis. Primo ex modicitate pensionis quæ tenuis est respectu fructuum prædiorum quæ plura,& multorum fructuũ pro reditus securitate subijciuntur, & huiusmodi prædia pro maiori pensione emphyteuticari consueta, iuxta notata per Cepol.de simulatione contractus,num.63.versicul. decimaseptima, & post Crauet. & alios Menoch.1.p.de præsumpt.lib.3. præsumptione.122.num. 84. præsumitur enim simulatus contractus, si res vendita locatur venditori pro minori pensione quam valeat.vt post Bal. & alios diximus infra lib.2. quæst. 3. num.63.Et quando pensio promissa a conductore fundi, quem cõductor vendidit magis commensuratur pretio tradito,quam valori fundi,& eius reditibus presumitur simulatus, & vsurarius contractus,vt docuit Natta consil.198.nu. 14.sequitur Mascard. de probat.lib.1.conclus.447. num.7 quia coniectura rei sumitur ex modo pensionis argumento.l. vtrum de donat.inter virum.l.cum hi.§ modus de transact. cum traditis à Ruino, consil.50.num.4.lib.1. Secundo pretium à creditore numeratum non est adæquatum,nec congruit prædiorũ venditorum æstimationi:ex quo vẽdita censeri non debent,argumento eorum quæ tradit Anton.Grab.inter communes tit de verb.sig concl.10. n.15.Et quia ex qualitate pretij colligitur an fuerit venditio,an non gl. l. 1.§.Qui superficiem, verbo agendo, vt Bart.de superficiebus,& Mascard. de probat.concl.1249.n.116.Couarru.pract.c.28.n.9.Tertio,quia modicitas pretij,vt alia coniectura contractus sumi potest, facit vt non præsumatur venditio prædiorum, seu directi dominij,sed reditus annui, vt notant glos.Bald.& alij quos refert sequitur Auenda.con.12.nu.4. vers.& quod res.Quarto,quia venditor semper mansit in suorum prædiorũ possessione,ex quo vẽditio simulata præsumitur.l.sicut. §. superuacuum quibusmodis pign. vel hypoth. soluitur: nec per recognitionem, quam fecit venditor recipiens,& recognoscens in emphyteusim sua prædia à creditore amisit eorum dominiũ, aut possessionem.l.si aliquam rem de acqui. poss.l.3.§.subtilius.ff. de cond. causa data.Bart.& alij d.l.si aliquã rem optime Paris.Modernus in cõsuetud. Parisiens.1.p.§.1.gl.5.n.23.& seq. Facit etiam, quia contractus vsurarius præsumitur quandõ post venditionem fuit facta locatio, & emptor nõ curauit accipere possessionẽ rei emptæ,sed semper mansit penes vẽditorem qui soluit datia & collectas Bal. cõs.311.n.10. lib.5.Paris.cons.54.n. 77.& cons.58.nu.56.lib.1. cons.41. n.32.lib.3.Roland.cons.40.n.33.& seq lib.2.Natta cons.198.n.13.Carrocius de locato in Rub.de vsur.q. 3. n.fin.Quinto,ex læsione enormissima solent.n.hypothecari pro simili reditu, & simulate vendi prædia centum ducatorum:accedit quoque consuetudo fenerãdi similiter. Sexto,quia vterq; cõtractus vẽditionis,& emphiteusis vnus cẽseri debet,&cor respectiuus ex his quæ dicã infra lib. 2.q.3.n.52. Et ita fructuarius reditus, nõ fundus emptus videtur. Septimo, ex cõsuetudine regionis,quia in eo regno consueuerunt creditores reditus fructuarios emere huiusmodi cau

tela: vnde si non appareat, quod actũ est consequens erit, vt id sequamur, quod in regione in qua id actum est frequentatur. l. temper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & alias coniecturas vide per Menoch. vbi supra, optime Mascard. de probation. lib. 1. concluſ. 438. & seq. Vnde ea fraude detecta reditus qui non ascendit ad rationem decimæ computato fructuũ valore secundum tempus cõtractus annullari debet, & fructus à creditore percepti sunt in sortem computãdi. Si vero rationem decimæ attingat moderandus est, & reducendus ad pecuniam secundum distinctionem prædictam: quod præterea potest ea ratione comprobari, quia dicta prædiorum in emphyteusim recognitio non fuit sponte facta, sed quia pauper agricola, qui suos fundos in emphyteusim à creditore accepit & recognouit indigebat mutuo, & vsu eis alieni temporario, nec aliter habere potuit, emphyteusisque recognitio fuit per creditorem vsuraria prauitate extorta qui pro pecunia in digenti egestate pauperis abutens voluit quæstum illicitum facere mul tipliciter. Primo, reditum acquirendo emphyteuticum fere plus duplo superualentem quatuordecima. Secũdo, huic reditui emphyteutico sub iici voluit prædia superualentia sortiplusquam in quatuor decuplo, & sic faciens se pro modico pretiolo di rectum dominum adducit debitorẽ in eam captionem, vt perpetuo pendeat in periculo perdendi totũ fundũ si cessauerit in solutione reditus, aut fundum alienauerit, aut in aliud commissum inciderit. Tam improbos fœneratores quis non odit? quis aut quo iure huiusmodi reditum tã prodigioso fœnore constitutũ in pecuniarium commutabit? Certe nullus nisi stulti auari iudices qui reliquorum decima, & executionis spoꝛtulis obcæcati pluries huiusmodi contractus exequuntur.

36 An autem, & quando reliqua reditus fructuarij ad pecuniam reduci & solui debeant, vide quæ dixi supra hoc lib. quæst. 7. num. 36. & si reditus fuit nullus, & reliqua imputanda in sortem, quid fiet de reliquis sortẽ excedentibus, an & quãdo condici possint, vide infra hoc lib. quæst. 18. nu. 80. & seq.

37 Aduertendum est etiam in hac census frumentarij materia, quod iure nostro regio apud Hispanos non solum prohibetur constitutio, seu creatio census fructuarij redimibilis, sed etiam vitalitij: etenim nõ potest census ad vitam alicuius constitui soluendus in vino, frumento, melle, vel alijs fructibus. Et quod lex. 4. titu. 15. libr. 5. Recopilat. in lubili censu statutum erat, idem in vitalitio seruari iubet. l. regia Matricij anno. 1590. promulgata in curis eiusdem anni, cap. 47.

38 Quid si non venditur reditus fructuarius, sed fructus ante collectionẽ venduntur, an sit licitus contractus; videtur quod sic, quia emere fructus ante tempus, nec vsura, nec illicitum reputatur, ex Bald. & alijs tradit Aymonius, conſ. 48. numer. fin. & conſ. 145. num. 20. Borgnin. Caualcan. dicens, sic fui sic iudicatum, deciſio. 60. in. 2. p. nisi immaturi fructus viliori pretio emerẽtur, iuxta ea quæ scribit Bertach. in repert. 2. p. verbo, emptor fructuum in principio. Idem tenuerunt Bald. & alij, quos refert & sequitur Thom. Grammati conſ. 119. num. 4. & sequent. quamuis enim futuri fructus in quemlibet contractũ deduci possunt. l. fistulas. §. fruméta de contrah. emp. & si vendantur fructus ex tali fundo nascituri, venditio eam conditionem habeat si nascantur

tur fructus in primo anno,& æstimari debeat illa spei venditio iuxta tradita à Ioan.Copo.de fructibus titulo 2.cap2. lib. 1. Tamen potest in hac venditione vsuræ vitium inuolui si verisimiliter certum sit maiorem esse fructuum nascifurorum, quam pecuniæ æstimationem vt post Baldum,& Panormitan. tradit Copus vbi supra. cap. 5. & ideò apud Gallos fuit prohibitum bladum emi in herua quod iuri consonum dixit Boerius decisione. 296.num fin. meminisse tamen oportet. l. Regiæ. 17. titul. 11.lib.5.recopil. quæ prohibet anticipatam emptionem panis, nisi ematur quindecim diebus,ante, vel post diem festiuitatis Deiparæ mensis Septembris, cuius temporis æstimationem frumentariam etiam attendendam dicebat text.in §. post natalem,de pace tenenda in vsibus fœudorum,& in dict.l. Regia adnotat Matienço dicens subnoui orbis
39 Chancellaria argentina. Vbi ipse legum Regiarum cõmentum scripsit posse frumenti pretium considerari a decimo quinto die Iulij,vsque ad decimum quintum August. Sunt enim ibi fructus præcociores.Non tamen negat Matienço in Hispania seruandam esse l.Regiæ decisionem vt inaduertenter eum reprehendẽs dixit Azeued. ibidem. Est tamen l. Regia accipienda de pretio quod magis durauerit eo tempore, quod est generale & commune pretium, vt post modernum Mercado aduertit in specie Gutierrez in pract.canonicis,cap.39.num.48.

40 Non tamen ea Regia constitutio tantum emanauit in fauorem emptorum:sed potissimum in fauorem pauperum rusticorum panem vendentium qui de facili alliciebantur modica præsenti pecunia oblata ad vendendum frumentum futurũ imò egestate pecuniæ,qua sepissime carent,& indigent ad colligendos fructus,quare glisce nte hoc malo, non solum iusta,sed etiam necessariacausa fuit hanc negotiationem sordidã prohibere,nisi pretium constituatur iuxta l.Regiæ decisionem,Quæ non fundatur super sola vsura interpretatiua(vt vulgo putant) sed super fraude & contractibus fraudatorijs reipublic.perniciosis,& etiam super vsura large sumpta,siue super abundantia & supergressione casuali,& damnis agricolarum ex huiusmodi contractibus inconsultis,vt patet ex eiusdẽ constitutionisverbis.Quare dicta cõstitutio:vtpote lata ex causa iusta, & reipub.vtili iudicetur extendenda vbi ipsa eadem ratio concurrit,etiã si l. pœnalis esset,ne alias redderetur inutilis, & illusoria, iuxta notata infra libro.2.q.3.& quæ scripsit Mexia in pragm panis,concl.4.n.8.Vnde vide
41 tur accipienda. l.Regiæ prohibitio, etiam in emptione tritici talis fundi nondum collecti,& existentis inherua,in qua non minus defraudantur pauperes rustici,dum spem messis futuræ vendunt tanto viliori pretio, quanto in certiorem & pluribus casibus obnoxiam: tunc enim non solũ versatur eadem fraudis ratio,sed maior propter turpem & aleatoriam negotiationem & facilitatem ad vili vendendum spem in certam ex qua facilitate procliuitas captionis insurgit,& præsumptio læsionis, ex Bald. in l.singulatia,col.4.in fin.ff. si certũ pet.nec inepte idem Bard.in l.1.in fi. ff.de calumniat. tales emptiones factitantes vocat vsurarios, venantur enim captiones,& certant de maiori & excessiuo super lucro pro modico pretio.

42 Cæterum etsi quandoque videatur cessare ratio vsuræ,vt quando pretium non prærogatur,sed solum sol-

ui debet tempore messis,& sic vilius non emitur ob vsum pecuniæ,sed ob aleam:nihilominus videretur exaudienda dicta prohibitio, quia etiam si cesset vsura stricte sumpta nõ cessat alea & captatoria negotiatio reipub. inutilis & perniciosa in qua l.fundatur.Dicitur autem alea omnis fortunæ ludus Azo in summa.C.de relig. Odofred.l.1.ff.de aleæ lusu.l.fin.§.1. quarum rerum actio nõ detur. Hinc fit vt ad fortunam & periculi cuiusuis dubitationem significandã porrigatur, vt iacere aleam dicatur qui se periculo exponit, emere aleã qui in certæ rei futuræ spem emit.l. cum hæreditatem,de hæred.vel actio.vẽdit.& in aleæ speciem cadere dicitur , quod ex fortuito futuro euentu pendet l.periculi pretium, de nautico fœno.tradunt Berrut. & Prateius, in lexicis iuris verbo alea In hoc igitur contractu versatur alea,& periculum cui se contrahentes exponunt. Alea autem,& eiusmodi sponsio prohibetur.l. quibus. ff. de aleæ lusu:de cuius tamen intellectu videndus est Stracha in tract. de sponsionibus in 3.part.num.3.& sequent.

43. Adnotandum est etiam Peretiũ in l.2.tit.7.libr.5.ordin.pag.186.col. 1.versic.ita si vendas triticum intelexisse dict.l.Regiam,de qua agimus quando venditur frumentum ad mensuram colligendum ex certo fundo,vt si dictum sit,vendo tibi decem fanecas tritici ex tali fundo colligendi ad 9.argenteos , quo casu si nullum frumentum ex fundo colligatur nihil debebitur,vt probat tex. l.si debitor.§.1.de contrahen. empt. nam verba illa frumentum,quod ex tali fundo natũ erit,causam taxationis obtinent.l.cum certus.ff.de tritico,vino, vel oleo leg. & supra diximus.Ego verò censeo. l. Regiam loqui in casu magis dubitabili, videlicet in venditione frumenti anticipata non limitata ad frumentum, q, ex tali fundo nascetur , sed simpliciter,& quamuis eo casu non sit tanta alea,sed vna tantum incertitudo,scilicet valoris,aut vilitatis fructuũ: nõ tamen dicendum videtur , quod cũ frumentum in herua,seu messe venditur sit iustior contractus , & quod in eo non sit vsura saltem large sumpta,& superabundantia illicita , vt præpostere putabat Salicet.in authẽtic.Ad hæc q.10.col.3.num. 9. C.de vsur.quia imò est maior alea , major captio & supergressio , & maius detrimentum reipub. & sic tanto iniquior & iniustior est contractus quã priore casu in quo quia ineſt nõ modica:licet non tanta alea, & occasio captionis magis spectat ad iniqua lucra , & contractus inconsultos, quam ad iusta & honesta, & in communi vita necessaria comercia, quare videtur manca Theologorum,& Canonistarum aliquorum doctrina comprobans huiusmodi contractus propter probabile, & prope æquale dubium,vt D.Antonin.2.part. tit.1. cap.8.§.9.Perez vbi supra,& Gutier. de iuram.confirm.par.1.cap.2.num. 6.non enim satis est ad iustitiam cõ
44 tractus cessare inæqualitatem propter æquilibriũ dubij,vel periculi, nisi etiam cesset alea , & occasio magnæ captionis,& supergressionis non solum superuacuæ in communi, sed etiam nocua reipub.& ita. l. Regia, quamuis considerat in huiusmodi contractibus emptoris & venditoris commune periculum & captionem,vt patet in illis verbis:*(En el comprar y vender del pan adelantado:)* nihilominus contractus eiusmodi prohi-
45 betur ob aleam , & magnæ captionis occasionem:cessante verò alea ratione dubij aliquando excusatur cõtractus ab vsuræ labe,vt si tritici mẽ-

su-

ſuram nunc valentem quinque nũmos pro ſex ſtatuto termino ſoluendis vendas, quam tamen tempore contractus non eras venditurus, ſed in conſtitutum terminum ſeruaturus, cap. in ciuitate, cap. conſuluit, capit. nauiganti in fin. vbi D D. explicat optime Couarru. libro. 2. variarum, capit. 3. numero. 6. Fr. D. à Soto, lib. 6. de iuſt. & iure, quæſtione. 4. art. 2. Ioan. Baptiſta Lup. de vſur. cõmentario. 3. §. 5. num. 118. & ſequent. Gutierrez cap. 39. practic. cano. vbi late. Similiter propter dubium excuſatur emens merces ſtatim pecunia numerata, tradendas tamen ad certum tempus minori pretio, quam valeant tempore contractus, vbi dubiũ ſit plus minusvè ſint valituræ, text. in dict. cap. nauigãti in. 2. reſponſo. Couarru Soto, & Ioan. Baptiſta vbi ſupr. Similiter ratione dubij excuſatur vilius emens debitoris nomen repræſentata pecunia, quia ſi non ſit liquidum, ſed periculo ſubiectum, & difficilis exactionis non erit damnandus contractus, iuxta tradita per Fra. D. à Soto dict. quæſt. 4. artic. 1. colum. antepenult. Sequitur Ioan. Baptiſta dicto commentario. 3. §. 5. nume. 126. Gutierr. dict. cap. 39. num. 33. & numero. 61. vbi agit an licitum ſit conducere fructus alicuius beneficij anticipata ſolutione multo viliori pretio, quam re vera valeant tempore perceptionis. Ille autem contractus quo paſsim in Gallæciæ Regno vendi-
46 tur frumentum iam meſſum, & col-
47 lectũ in meſſorio aceruo (vulgo medas) ametendo dicimus, extra. l. Regiæ prohibitionem eſt, decepto tamen emptori competet remedium l. 2. C. de reſcindend. vend. & ad fraudem re ipſa vltra dimidiãm iuſti pretij probandam erit facienda æſtimatio ſecundum quod ſimilia, & tanta meſſoria communiter æſtimari ſolẽt ex gl. ſi. in. l. ſi iactũ rectis. ff. de actio. empt. & ea quæ tradit Perez in. d. l. 2 tit. 7. lib. 5. ord. pag. 186. col. 1. verſ. & ad fraudem. Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. 1. part. c. 4. n. 16.

Ex quæſt. ſequent.

AN valeat reditus cõſtitui pro ſumma debita mercatori ex venditione mercium? num. 1. & ſequent.

Venditori debentur vſuræ pretij nõ ſoluti re vendita & tradita, ibidem.

Secundum vſum bonæ mercantiæ taxatur lucrum ad rationem decimæ partis ſortis, ibid.

Sentẽtia Feliciani in propoſita quæſtione, num. 2.

Si reditus venditur pretio conuento in pecunia, & ſoluitur pro eo maſſa argenti, aut alia ſpecies æſtimata valet cõtractus, n. 3

Et qualiter debeat ſpecies æſtimari vt valeat reditus, ibid.

Reditus valide conſtituitur pro pecunia cuius venditor erat debitor, ibid.

Reditus tranſactione cõſtitui poteſt pro pecunia vere debita, & antea recepta, num. 4.

Et quid ſi non cõſtat venditorẽ reditus pretiũ recepiſſe alias quã per eius confeſsionem, ibidem.

Reditus valide conſtituitur ſi recipiens pecuniam promittat ſoluere pẽſionem quatuor decimæ ſuæ ſuis bonis vſque quo reditũ redemerit, ibid.

Re

Reditus cõstitui potest pro pretio rei venditæ iustèq; æstimatæ, ibid.

Reditus non constituitur non habita mentione pretij in pecunia, & pro specie æstimatâ; vel non æstimata, num. 5.

Reditus incontinenti post mercium venditionẽ constitutus pro earum pretio non valet, num. 6.

Ad arbitrium legislatoris spectat cõtractũ a lege licitum ad vitandum abusum inualidare. n. 7

Reditus ex interuallo modico tamẽ pro mercium pretio mercatori constitutus non tenet, num. 8.

Reditus pro mercium pretio ex magno interuallo constitutus, an teneat? num. 9.

Et quid si merces spe dillatæ solutionis caro, & excessiuo pretio venierunt? ibidem.

Et quid si mercator non mercatori magnam mercium quantitatem vendat, ita quod appareat emptorem non emere ad suum vsum, an teneat reditus pro earũ pretio cõstitutus? n. 10

Modus maximè execranda, ibid.

Si merces iusto pretio vẽdantur pluribus vicibus, & habito calculo pro summa restanti reditus cõstituitur, valet contractus, num. 11.

Improbatur opinio Emanuel Rodriguez, num. 12. & sequenti.

Pretia rerũ nõ cõsistere in indiuisibili, sed in mediocritate latitudinẽ habente per gradus, nu. 13.

Et quid si pluribus vicibus traditæ sint merces? & vltimæ tradantur tempore reditus constituti, an teneat contractus? num. 14

Declaratur l. fi. tit. 11. lib. 4. Recop. num. 15.

Præscriptionis breuissimi tẽporis locũ non habent vbi debitor bonam fidem agnoscit, num. 16.

Et an debitor qui præscriptionẽ obijcit breuissimi tẽporis teneatur iurare de calũnia bona fide, & veritate? ibid.

Declaratur pragmatica de præscrip. salarij aduocato, seu procuratori debiti, num. 17.

Quid si merces particulatim vẽditæ sint non tamẽ distantibus interuallis, an teneat reditus pro earũ pretio constitutus? num. 18

Si denumeratione pretij nõ cõstet aliter quã per confessionẽ venditoris, an valeat reditus? ibidẽ.

Si non mercator pecunijs egẽti supellectilẽ æstimatã tradit, & pro eius pretio reditũ emat, an valeat contractus? n. 19. & seq.

Species æstimata poterat dari loco sortis sub vsuris, num. 20.

Depositum gratia depositarij factũ eius est periculo, num. 21.

Impossibile est reditũ currere, nisi prorata sortis quæ remanet, et a tempore quo libere remansit debitori, num. 22.

Decrementum artificij supellectilis cuius pretio comparatur, reditus ad quẽ pertineat? num. 23.

Non

Non potest creditor de summo quæstu redituali & de quouis alio pretenso interesse pacisci.n.24

Declaratur.l.si pro mutua,C si certetur.num.25.

Si supellex vendatur sine fraude ea ad proprium vsum indigenti potest reditus pro iusto eius pretio constitui,num.26.

Quid si reditus constituitur pro pretio supellectilis sine deductione decrementi ipsius artificij, vbi deducendum erat qualiter reditus moderabitur,num. 27.&.28.

Quando reditus excessiuus etiá vltra rationem decimæ non cassatur,sed reducitur,num.29.

Siquis vendat supellectilem eandem per interpositam personã sibi vilius redempturus nõ valet reditus pro eius pretio impositus & creditor punitur.n 30

Reditus centum non rectè constituitur pro mille etiãcũ pacto quod nõ curret reditus nisi post quadriennium,num.31.& seq.

Remissio reliquorũ alicuius tẽporis cõpensari nõ potest cũ aliqua diminutione sortis,num.32.

Nec censum propẽsionibus decursis constitui posse,ibid.

Si ex venditione supellectilis deducto decremẽto artificij reditus constituitur & confestim redimitur,an teneatur debitor vltra pretiũ soluere artificij æstimationem creditori,num.33.

In contractu reditus non licet pacisci de refundendo interesse casu quo statim redimatur licet sit secus in mutuo,num.34.

Dolus tamẽ debitoris purgari potest actione ex vendito,ibid.

Si mens reditum cessit in partẽ pretij nomẽ debitoris litigiosi, aut difficilis exactionis,an valeat contractus:num.35.&.37.

Et quid si creditor cauet de bonitate nominis cessi:num.36.

Et quid si creditor putabat nomẽ bonum,& fuit in bona fide:n.38

Et quid si venditor reditus erat fideiussor cessi debitoris:nu.39.

Si colonus domino suo pro reliquis cõductionis reditum constituat, an valeat contractus:numer. 40.&.42.

Fructuum vsuræ petinon possunt, num.41.&.43.

Colonus ipso iure sine interpellatione tenetur ad vsuras pensionum retardatarum,num.43.

Non tamẽ soluet vsuras etiam iure communi, si dominus petat æstimationem quanti plurimi fructuum debiti rum,num.44

Duplex accessio eiusdem debiti cõcedi non debet,num.45.

Reditus accessio est, sicut vsura,cuius est succedaneus,num.46.

Reditus per colonũ constitutus quãdo infringi possit, num.47.

AEquitas certis regulis diffiniri nequit.num.48.

Nouellanequis mutuum dãs agricola

cola nunquam fuerunt vsuræ ceptæ, num. 49.
Licet agricolis ad rationē quatuordecimæ, sicut alijs fœnerari, numero. 50.
Et quid si debitor certo pretio recognouit suam domum tenere in emphyteusim. An pro reliquis possit reditus constitui: numero. 51.

Quæstio. XIII.

De reditu constituto creditori pro summa illi debita ex mercium, aut supellectilis vē ditione, aut ex reliquis, vel pensionibus, aut alia iusta causa.

PER sæpe solet annuus reditus constitui mercatori pro summa illi debita ex venditione mercium, cuius contractus valor, & iustitia deducuntur in controuersiam. Et primo videtur validus contractus, quia iure communi venditori statim à traditione rei ipso iure non solum sine stipulatione, vel pacto, sed etiam sine alia interpellatione currunt vsuræ pretij quādiu differtur solutio. l. curabit. l. fructus. C. de action. empti. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod. l. fin. de pericul. & commodo rei vend. l. euictis in fin. de vsur. etiam si res vendita nullos fructus afferat, vt tradunt Bald. & Salicet. l. vsuris. C. de vsur. Paul. dict. l. curabit. Igitur multo fortius veniunt ex pacto, & alienata sorte pretij, vt hic. Nec est absurdum quod istud proueniat ex alia negotiatione mercium: imo hoc nomine iustior videtur reditus ratione personæ ementis reditum, qui est iusto mercator cui ciuili iure plusquā cæteris fœnerari cōcedebatur, l. eos. §. 1. C. de vsur. & tamē creditor in huiusmodi reditus emptione non excedit metam omnibus nō negociantibus promiscuè concessā, videlicet quatuordecimā nostro iure permissam. Tū si iustitia horū redituū fundatur in eo quod interest ratione interusurij successiui & promiscui vsus pecuniæ. Illud interesse est longè certius maius, & iustius in mercatore, vt diximus infra libr. 3. quæstione. 5. Et notanter tradit Bald. l. fin. §. fin. column. 2. C. de iure dotium, quod secundum vsum bonæ mercaturæ affertur lucrum decimæ partis sortis. Vnde ipse probat statuta quod pro vsuris, vel interesse dotis dilatæ soluantur decem in centum sequūtur plures relati à Mexia in. l. Toleti. 2. p. secundo fundamento, numero. 32. & sequent. pro qua doctrina est. l. Regia. 9. titulo. 18. libro. 5. Recopilar. Vbi mercatorū iustū interesse ita taxatur, vt nō possit excedere rationē decē in centū. Igitur de ratione quatuordecimę in negociatore iusto, & pro debitis ex iusta negotiatione proueniētibus minus videtur dubitandū. Et pro hac

sententia faciunt quę tradit P.Salaz. in tractat.de vsu & consuetud.cap.8. num.45.vbi habet etiam stante dispositione motus proprij Pij. V. super forma creandi census validum & licitum esse contractum quo reditus annuus constituitur pro debito ex mutuo vel datione aliarum rerum pretio æstimatarum.

1 Et eandem opinionem tenuerũt Paul.Paris.consil.75.num.33. & seq. libr.4. Petrus Foller. in practic. censuali, versic. huiusmodi census super rebus num.95.& post Bertrand. Tiraq.de retract. conuentional. in fin. 137.Redoan.de reb.Eccle.non alienand.rub.16.de constitutione census,num.61.Bened.Bonius in tracta. de censib.ar.25.num.52.

2 Contrariam sententiã tenuit Felici.de Solis in tractat.de censib. lib. 1.cap.4.nu.11.Dicens etiam,quod si massam auri vel argenti triticũ,oleũ, merces,aut reliqua id genus certa pecunia æstimata pro reditu dentur loco pretij,nihil agitur,nec census cõtrahitur:sed reditus in sortem imputantur.Idq; verũ censet,etiã si à principio agatur de reditu certo pretio in pecunia constituendo, & postea loco pecuniæ species taxata quantitate detur. Eandem sententiam audacter veriorem profitetur Felici. in eodem tractatu de censib.lib.2. cap. 5.num.17.vbi habet quod si quis mutuauerit alteri pecuniam, & debitor ipsius indigens pro eadem vendat, & fundet super suis bonis annuum censum creditori,non valet contractus & reditus sunt in sortem imputandi.Idem firmauit Felician.ipse in eod.trac.lib.1.c.8.n.13.14.&15.Moueturprimò,quia census solo tit.emptionis & vẽditionis constituitur, at datio in solutũ emptio non est.l. fin. ex quibus causis in possessionẽ eatur ergo census prædicto modo cõstitui non potest.Secundò,quia cẽsus creari nequit, nisi in formatione cõtract' interueniat pecunia numerata verè que tradita venditori,iuxta Motum prop.Pij.V.&extrau.Martin.V.&Calix.III.de emp.&vend.Sed in hoc casu nõ interuenit pecunia,nec numeratur tẽpore contractus: ergo is nullius momenti est. Tertiò mouetur, quia si in censu non esset necessaria numeratio pretij tempore cõtractus sequeretur in censu posse haberi fidẽ de pretio:cõsequens est falsum ex cõmuni sententia,quæ in eo contractu necessario desiderat vẽditori pretiũ integrum tradi, ergo & antecedens. Quartò,quia annua pensio respõdet pretio,illiq; proportionatur, & pro eo præstatur.Igitur vbi nullũ est pretiũ,nullus reditus esse poterit.Vltimò quia cum cõtractus reditus annui sit vera emptio,necessario debet pretiũ interuenire in pecunia numerata, iuxta tx.in §.pretiũ.§.itẽ pretiũ Insti. de emp.&vend.l.1.de contrah.emp. Quid dicendum?

Ego sub correctione sanctæ matris Eccles.distinguendũ cẽseo,aut enim reditus emitur pro certo pretio in pecunia constituto,&loco pretij datur massa auri,aut argẽti,aut alia species iustè,& nulla fraude æstimata:aut cõstituitur,& venditur reditus annuus pretio in pecunia conuẽto,cuius antea vẽditor reditus erat debitor, & illud creditori in solutũ datur pro ipso reditu:aut verò reditus cõstituitur nõ habita mentione pretij in pecunia, sed pro specie nõ æstimata:aut tandẽ constituitur pro specie æstimata vel pro pecunia creditori debita ex mercium venditione.

Primo casu contractus sustinẽdus erit,arg.tx.in l.si pro mutuo.C. si cer. pet.l.pro auro.iuncta gl.1-C.de vsur. Nec negari posset inhoc casu emptio nẽ dari,quicquid dicãt. Felic.d.cap.4

n.12.vers.Limitari tamẽ,& Gut.lib. 2.pract.q.176.n.2.cũ pretiũ & merx ideſt reditus ipſe inrerueniant. Nec
3 obſtat,quod ex natura rei pretiũ in pecunia requiritur.Nã licet verũ ſit ꝙ in venditione debet interuenire pretiũ in pecunia numerata, intelligẽdũ eſt reſpectu cõuẽtionis, nõ verò numerationis:quia vt elegãter dixit Vlpian.in l.2.ff.de contrah. emp. *Non pretij numeratio,ſed conuentio perficit ſine ſcriptis habitã emptionem.* atque ita conuẽtione habita de pretio in pecunia,licet poſtea loco pretij detur ſpecies æſtimata,vera emptio contrahitur, l.pretij cauſa.C.de reſcind. vend.& ibi docet gloſſ.ſequitur Fauianus in tract.de emp.& vend.5.p. principali n.2.Pin.dicẽs cõmunẽ in rub.de reſcin.vend.2.p.c.1.n.16.vers. Nec obſtat & iterũ in c.3.n. 1. & ita hoc caſu cenſum valere voluit Nauar, cõſ. 1.tit.de emp.& vend. Oportet autẽ, quod ſpecies pro qua reditus conſtituitur plus iuſto æſtimata non ſit, & quod debitor ſtatim æſtimationem habeat integrã omni ſumptu deducto iuxta ea quæ dicam infra lib.3.q. 11.n.72.& quod reditus poſsit cõſtitui pro ſpeciebus iuſtè vẽditis & æſtimatis tenuit etiam Cou.lib.3.vari.c. 11.n.5.& quãuis in ſpecierũ venditione permittatur læſsio intra dimidiã.l.in cauſæ. 2.§.Põponius de min. l.2.C.de reſcin.vend.tamẽ ſi pro pretio rei in cuius venditione læſsio interuenit reditus imponatur reducendus eſt adverũ & iuſtũ rei pretiũ & illi⁹ quatuordecimãquã nullo iure trãſgredi licet.l.6.tit.15.lib.5.recopil.

In ſecundo caſu,quando reditus cõſtituitur pro pretio antea recepto in pecunia numerata,& debito ex cauſa mutui,vel exalia iuſta cauſa,nulla interueniente fraude:ſimiliter dicẽdũ eſt contractũ validũ eſſe, quãuis contradicant Gut.vbi ſup.& Nau.in cõmen.devſur.n.89.ſup.gl.4. ad Motũ propriũ.Hic enim datur vera emptio cũ merx,videlicet ipſum ius reditus percipiendi,& pretiũ certũ interueniat: Tũ,quia vt diximus nõ pretij numeratio,ſed conuentio perficit habitã emptionẽ.Nec obſtat, quod pretiũ non numeratur tẽpore cõtractus:ſatis enim eſt,quod ex præcedẽti numeratione ſit venditori ſatisfactũ,vt inquit tex.in l.ex empto actione,in principio,ibi. *Si modo pretium eſt numeratum, aut eo nomine ſatisfactum.*ff.de actio empti.& cũverũ ſit creditũ(vtſup ponitur in caſu de quo agimus(fingitur numeratio tẽpore cõtractus quæ antea verè interuenerat ,ſicut in datione in ſolutũ.l.ſi prædiũ. C. de euictio.Deinde, quia quando in ſolutũ datur ſpecies pro pecunia, cõtractus non tã eſt ſimilis vẽditioni, quã vera &propriavenditio,vtpotè cũ omnia ſubſtantialia concurrant,ſcilicet cõſenſus,res,&certũ pretiũ,docet Bart. in l.eleganter.in prin.n.4.ff.de pign. acti.& ibid.Bald.Fran.Aret.cõſ.159. n.12.verſ.venio ad 4.Pariſ.Moder.in cõſue.Pariſ.1.p.§.13.gl.5.n.47. Tira. lib.1.retract.§.1.gl.14. & quẽadmodũ propterutilitatem debitoris,&benignè receptũ eſt,vt pecunia ex alia cauſa debita,poſsit in mutuum tranſformari,& cõuerti iuxta. l.ſingularia ſi cer.pet & ea quę dicã infra lib.3.q. 11.n.70.Sic eadẽ vtilitas & æquitas admonent vt pecunia ex quacunq; cauſa debita in pretiũ, & emptionẽ reditus conuerti poſsit ceſſante fraude.Ex quibus me ſatis reſpondiſſe arbitror ad argumenta,quibus in contrariam opinionẽ adducitur Felicia. Fateor enim cẽſũ de quo agimus tit. emptionis cõſtituendũ eſſe: ſatis autẽ probatũ eſt in caſibus prædictis verã emptionẽ contrahi.Quod autẽ in cenſus creatione oporteat interuenire pecuniã numeratã & traditã ven-

ven-

ditori iuxta, extrauagant. Martin. & Calixt. suprarelatas, non ita accipiendum est, vt pecunia antea recepta à venditore nõ prosit ad reditus creationem, & venditionem, sed eo pertinent Pontificum constitutiones, vt nullatenus census constituatur, nec reditus curat ante veram & realem sortis numerationem, & traditionem venditori factam: verum tamen est, quod summus Pontifex Pius V. suo motuprop. volens obuiare fraudibus quæ non numerato pretio in actu celebrationis ipsius contractus poterãt interuenire, & ne debitor obæratus, & indigẽs fateretur se recipisse à creditore plusquam receptum esset, nouè prohibuit censum, seu annuum reditum creari, nisi prætio integro in pecunia numerata præsentibus testibus, & notario, nõ autem prius recepto, id enim dictis, extrauagant. statutum non erat, sed iam non semel diximus illius motus proprij dispositionem, apud Hispanos non obseruari: quia Regij fisci supplicatione ad suam sanctitatem interposita suspẽsa est. Quod autem dixit Felici. in reditu annuo non posse haberi fidem de pretio, ingenue fateor, sed hic nulla fides habetur de pretio, cum ante contractum ipsum receptum sit & numeratum maiori commodo venditoris, quam si tempore contractus traditum esset: & cum receptum sit, merito pensio ipsi correspondet & commensuratur à tempore contractus, nec in alio prægrauatur venditor vltra quatuordecimam sortis veræ receptæ, nec aliqua huiusmodi cõtractus reg. offenditur. Vnde secluſſa motus prop. dispositione in prædictis duobus casibus libentet accedo opinioni Parisij, Follerij, Rodoani, Tyraq. Bonij, Petri Salazar, & aliorũ quos pro eadem supra retuli, pro qua in Regio senatu Gallęco iudicatum fuit in causa D. Roderici de Arrojo contra Agricolam qui censum pro pecunia a se debita ex alia causa super suis bonis constituerat, imo etiã stante motu proprio potest reditus constitui pro pecunia vere debita, & valet contractus, vt contra Nauar. multis probat Petr. Surd. conſ. 16 n. 38. vbi in eandem sententiam refert Follerium Redoanum & Parisiũ supra citatos.

4 Ex quibus infertur defendi posse contractum reditus annui transactione cõstituti & impositi pro pretio vere à transigente & venditore antea recepto & debito. Si enim omnis absit fraus & tibi sim debitor in quatuordecim quæ vere & realiter à te recepi in pecunia numerata, deinde dum in iudicio debiti causa ventilatur bonam fidem agnoscendo, ambo transigimus, & ita rem componimus vt mihi vnum annuum pro his quatuordecim vendas & tuis rebus imponas, cur huiusmodi cõtractũ reprobabimus: aut quæ iniquitas in eo dari potest, & in hoc casu exaudienda est Aymon. doctrina qui in consi. 217. n. 4 scribit, censum seu reditum annuum posse transactione cõstitui. quamuis difẽtiat Felici. vbi sup. Secũdo infertur eam cõuentionẽ iure validam cẽsendam esse, qua tempore, quo traditur pecunia ex mutuo depositio, vel alio titulo debitor promittit se certo termino soluturum, & si nõ soluerit pro ea ex tũc super prædijs reditum constituit ad rationẽ vnius in quatuordecim soluendum, dũ sortem non restituerit: quam conuentionem approbat & non semel initam vidisse testatur Couar. lib. 3. var. c. 4. n. 6. vers. 8. Gomec. in tracta. de cẽsib. in. 4. cõd. & dicemus infra lib. 2. q. 14 n. 3. quãuis Felician. vbi sup. lib. 1. c. 8 n. 5. vers. Hinc que illicitum, eiusmodi contractũ illicitum, & vsurarium

arbitretur, oportet autem creditorẽ reditus in prædictis casibus probare pecuniam seu sortem ad debitorem realiter peruenisse, prout agnoscit Decianus cons. 2. n. 68. lib. 1. nec proderit sola debitoris confessio, qui in instrumento reditus dixerit se sortẽ ante recepisse non numeratæ pecuniæ exceptioni renuntiando, cum in materia hac prohibita, & suspecta, pactis, aut confessionibus partium standum non sit, iuxta ea quæ diximus infra lib. 3. q. 5. n. 40.

Ex quo etiam infertur ad eã quæstionem quid si reditus vnius aurei luibilis imponatur à Ioãne superfluis bonis pro quatuor decim aureis quos fatetur antea recepisse à Petro mutuatos, vel ex alia iusta causa debitos renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ, & tamen de numeratione aliter non apparet quam ex confessione Ioannis, an reditus defendi possit? & eiusmodi instrumentum possit mandari executioni contra Ioannem, vel eius hæredes detrectantes solutionem pensionis, & negantes Ioannem quatuordecim aureos recepisse, aut eorum debitorem fuisse? Et videtur non esse executioni locum nec reditum defendi posse nisi Petrus probet numerationem, aut iuste debita quatuordecim. Primo ex supra dictis. Secundo, quia ad substantiam reditus requiritur pretium, vt patet in extrau. 1. & 2. de emptione & vend. & non sufficit confessio de recepto vbi requiritur numeratio, & solutio actualis, vt per Ancharr. cõs. 338. n. 2. & eundem in c. 1. de rebus eccles. non alienand. in 6. vers. tertio nota. vbi dicit non esse curãdum de confessione partis vbi non potest libere renunciare. Tertio, quia sumus in materia odiosa, & vsurarum suspecta, & sic non erit standum confessioni debitoris, quia cõtractus præsumitur simulatus ex sola confessione quando non constat de numeratione in materia suspecta per ea quę habentur in l. per diuersas C. mandati Alex. cons. 36. lib. 2. Aymon Cranetta cons. 145. num. 7. Quarto, quia si sola debitoris confessio de recepto pretio reditus ad ipsius validitatem sufficeret, facile esset totam vsurarũ materiam eludere, & vsuris, & fraudibus pateret via. Quinto, quia in prohibitis non est standum partium confessionibus, nisi alias veritas probetur l. qui testamẽtum. ff. de probatio. ibi. *Si Titius supra scripta exoratione sua ad testatorem peruenisse probare potuerit exigi. Videtur enim ex eo quod ille plus capere non poterat in fraudem legis hæc in testamento adiecisse.* glo. in l. si donatione. C. de collatio. quam dixit communem Decius cõs. 132. n. 2. Et hæc opinio fuit de mẽte Pauli Parisij cons. 75. n. 32. lib. 4. & Feliciani de censibus lib. 1. c. 8. n. 15. & ita obtinui in hoc Pinciano Senatu in quadam causa Abulensi, & eiusdẽ sententiæ fuit pro ea suum quoque præstans patrocinium dissertissimus & omni laude dignissimus Iuris Cõsultus Dominus Antonius de la Cueua y Sylua. Amplia, vt locũ habeant prædicta, etiam si debitor fateatur recepisse aliquam partem sortis, quia si neget reliquam partem sibi numeratã audiendus est ex tx. in l. 2. C. de nõ numerata pecu. vbi probatur, quod quando potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ pro tota sorte, cõfessata, & nõ numerata, potest opponi pro parte sortis non numerata, idẽ à fortiori, si debitor probet post celebratum reditus instrumentum partẽ sortis sibi solutam à creditore, quia tunc si creditor non probet reliquam sortem persoluisse nõ poterit reditũ exigere. l. cum vltra. C. de non numer. pecun.

Hoc autem limitandum videtur nisi debitor longo tempore reditum

sic

sic constituatur, ponte creditori per
soluisset, & alias fraudis conioquitæ
non extarent, quia tunc præsumere
tur sors, reditus debitori soluta à prin
cipio, ex traditis ab Aymon. de anti
quitate temporum 3 p. & vidimus in
genere num. 26. Burgos de Paz cons.
115. num. 28. non enim verisimile est
quemquam reditum longo tempore
persoluisse sorte non recepta: imò
etiam si non longo tempore, sed ali
quibus annis debitor pensiones redi
tus soluisset non posset postea oppo
nere sibi sortem numeratam nõ esse,
ex tex. in l. cum fidem. C. de non nu
mera. pecun. qui loquitur in debito
vsurario, & hãc exceptionem negat
ei, qui post cautionem sortis vsuras
soluit, sed an vitiabitur reditus ven
ditus ab eo qui verò antea pretium
receperat in pecunia numerata, &
cum non haberet facultatem solue
di, conuenit cum creditore, vt pro ea
dem summa reditum perpetuum super
suis bonis imponeret, & pro creditoris
securitate coram tabellione & te
stibus fuit sibi pecunia simulate ta
men numerata & tradita, si proba
tur numerationis & traditionis simu
latio, existimo non vitiari si constet
debitorem antea integrum pretium
vere & realiter recepisse, illiusque
fuisse debitorem: quoniam vltima
numeratio simulata non mutat, nec
facit deficere substantiam obligatio
nis. Mi ex pretio. C. si certum pet. ibi,
*falsa mutuo datæ quantitatis demon
stratio præmissa, cum obligationis non
defecerat substantia, quominus vsque
ad modum placitum vsuræ possint exi
gi, nihil nocet.*

5 In tertio verò casu (vt ad rem iam
redeamus) quando reditus constitui
tur non habita mentione pretij in
pecunia, sed pro specie æstimata iã
diximus valere reditum, si tamen cõ
stituitur pro specie non æstimata (q
raro contingit, cũ fere semper credi
tores de pretio in pecunia conueniãt)
tunc cũ non sit venditio, vt traditur su
pra relati non subsistet annuus redi
tus. Aut igitur reditus pro pecunia
creditori debita ex mercium venditione
& nullã esse reditũ voluit Conradus
de conscib. in 4 cond. n. 18 & idem plu
rimis, Paris. Senat. Annalis, definitiũ
asserit Rebuf. in his citatus & eiusmo
di contractus quotidie rescissi in re
gio Hispaniæ consilio testatur Felic.
vbi sup. d. c. 4 lib. 1. n. 10. Non tamen
ea senatus decisio indifferenter & sine
* iudicio ad omnes contractus mercatorum protrahenda est, sed ex bono
& æquo cadẽ ratione iisdẽ circũstan
tijs subsistentibus videtur accipienda.

6 Aut igitur in continenti post vẽdi
tionẽ & traditionem mercũ pro pre
tio earum constituitur huiusmodi re
ditus & non valet contractus, quia is
est casus prædictorũ arrestorũ quibus
fuit reprobatus cõtractus iste. Primo
quia mercator ex eisdẽ mercibus &
alioquin iusto pretio vẽditis & codẽ
actu consequeretur duplex cõmodũ
duplicẽ negotiationẽ, & duplicem
quæstum. Primũ ex vẽditione & ex
mercium expeditione. Secundũ ex
acquisitione reditus, quod est prohi
bitum. l. bona fides. ff. de regul. iur. tra
dit Rebuf. vbi sup. Secundo quia mer
cator ex eo, quod non recepit prom
ptam pecuniã pluris vt assolet vẽde
ret, & adhuc ad rationẽ illius granio
ris & excessiui pretij stipularetur redi
tum & sic esset via apperta ad frau
dandam, & excedendam quatuor de
cimã nostris legibus permissam. Ter
tio propter perniciosum exemplum,
& deformationem ciuitatis quæ tã
dem sequi posset. Cum enim omnes
mercibus passim indigeant omnes
tandẽ, & omnia prædia vsuris subijce
rentur. Quarto quoniã vt sup. diximus
lib. 3. q. 4. huiusmodi reditus inuenti

simo vt sit aliquis contractus & parabilis alterius vsus sine quo commercia & ciuilia negotia conseruari non possint, non igitur debent adeo laxari, vt sit periculum ne reliquæ meliores, & honestiores negotiationes deseranter, aut contemnentur. Quinto ne alliciantur mercatores ad vendendas merces non minutatim egentibus pro vsu suo, sed in globo constituentibus huiusmodi reditū pro aeris mercium, quasi illico vili distractu arriuant, & hinc sit occasio corruptelæ multorum hominum.

10 Vnde quando mercator vendit non mercatori magnā partem rerum, vel mercium quantitatem simul, ita vt appareat non emi ad vsum emptoris, contractus valde suspectus erit de occulta vsura, aut alia fraude idque tāto magis quanto minus professioni & qualitati debitoris merces conueniunt & vix est vt talis reditus subsistat, idem à fortiori dicendum erit in casu l. 22. tit. 11. *de las Rentas* lib. 5. recop. in vers. *y porque los mercaderes plateros y corredores*. quæ agit de quodam latrocinij genere, quod, *monetas* vulgus appellat, & Caiet. in summa verb. vsura in, 7. casu ad fin. dicit vsuram pallatam continere & maximè execrādam scribit Gutier. c. 39. n. 7. 1. in practi. cano. vbi alios refert. Quæ diximus intelligenda sunt quando huiusmodi contractus celebrantur inter maiores & habiles ad contrahendum de his enim loquuti sumus.

7 Hinc prudenter Ioan. Gers. in tract. de contract. consider. 10. sensit ad arbitrium legislatoris spectare quando quæ cōtractus alias per se licitos ad vitandum abusum inualidare. Debet enim se habere more periti medici seu chyrurgi, qui vt putridum abstrahat etiam ex sano abscondit arg. tex. in l. cum ij. § transactionis, vbi. *Transactio valet in consulto prætore non permittente circumueniatur: oratio: fingi enim lites poterunt, vt transactio etiam citra prætoris fiat authoritatem.* Et ita loca sū procedunt & accipienda sunt quę tradit Rebuf. ad l. Galliæ. 2. tomo de constitutione reditum ar. 1. glos. 5.

8 Cōclusionem prædictam amplia bis etiam si ex interuallo, sed breui puta infra sex vel octo menses a vēditione mercium reditus cōstituatur, arg. tex. in bulla contra § fin. in fi. de priuileg. credit. Si vero emptionem dicti reditus sequeretur traditio panorum, vel alterius mercis æstimata loco pretij seu sortis ipsius reditus tunc multo magis prædicta procederent.

9 Limitabis tamen dictam conclusionem si mercium traditio ex quarum pretio reditus constituitur nota bili interuallo præcesserit puta anni, vel biennij spatio, aduertēdum tamē est quod si probabiliter appareat mercatorem dictas merces, siue contemplatione differendæ solutionis, aut alias caro & exceſſiuo pretio vendidisse, non subsistet reditus quantumcunque ex magno interuallo constitutus, nec ex cessus conuenti pretij mercium compensabitur cum interusurio termini dati debitori, & solutionis quantumcunque dilatæ, quia ante omnia oportet integram & solidam sortem cum effectu ad venditorem reditus peruenisse quod non obscure sensit Salazar in d. c. 8. n. 45. vers. caueat tamen actor.

11 Si vero appareat merces fuisse vēditas & traditas particulariter in pluribus separatis vicibus non breui termino, sed eo temporis successu quo homines similis cōditionis indigere solent, & tandem habito calculo debitor pro summa restante reditū cōstituat etiam ad suppremam hanc rationem quatuordecimæ non videtur improbandum, sed standum contractui, dūmodo, vel libro rationū mer-

catoris appareat singulos pannos, vel merces nō fuisse excessiuo, sed iusto, congruo pretio (etiam si incontinenti soluendum fuisset) venditas, quamuis in hoc casu vltimo contrarium firmauerit Emanuel Rodrig. inexplicat. motus prop. Pij. V. in. 2. condit. 12 vers. *dico 10. quinto*, ea ratione motus quia vix continget merces venditas ita iusto & æquo pretio distractas fuisse, vt nec plus nec minus valeant, cū iustum pretium rerum nequaquam consistat in puncto indiuiduo, sed in mediocritate quadam quæ latitudinem habet per gradus, vt post Arist. lib. 2. Ethic. c. 6. tradit Couar. lib. 2. variarū. c. 3. n. 2. & Mosia in pragmat. 13 panis concl. 3. c. 1. Cuius fundamētū non obstat, quia aut merces infimo pretio distractę fuerūt, aut suppremo si infimo nihil est imputandum creditori nec ex eo iniustus fœnerator censeri debet, quod reditū cōparare potuerit paulo maiori pretio quam ad rationē quatuordecimę cū posset & minori cōparare, vt iam supra diximus. Si verō suppremo pretio fuerunt distractæ merces, adhuc contractus annuitatis sistinendus est, cum ipsarum mercium æstimatio nō excesserit latitudinē illā gradualem, intra quā iniquitas vitia non contingit, & licet contrahentibus naturaliter se decipere, vt post Sotum Maior. Conrad. & alios resoluit Couar. vbi supra in. d. nū. 1. & 2. & late diximus supra hoc lib. q. 10. Igitur sic mota motus prop. dispositione contractus is de quo agimus iustus & licitus iudicandus videretur? nec debitor in eo aliquo afficitur dāno, cū iure possit creditor integram summā, & pecuniā ex mercium distractione debitā exigere. Vtilius est 17 ergo debitori imponere annuā pēsionem, quā vili pretio res proprias vendere, vt mercium æstimationē soluat, quā sententiā etiā statc motus prop. dispositione defendit Salaz. vbi sup. pro qua facit tx. in l. si pro mutua. C. si cert. pet. vbi quælibet species loco sortis cōmuni cōsensu æstimata dari potest sub vsuris & sequēdū illius æstimationē vsuræ intra legitimū modū stipulari possunt. De cuius textus intellectu infra hac. q. dicturi sumus. 14 Ampliabis primo, etiā si vltima pānī vel merciū præstatio fuerit de recente facta: quia satis est quoad interullaprætcrita præstationū earūque quātitas, & pretiū, & qualitas debitoris, ostēdūr nullā versurā, nullā fraudē subesse, nec debitor in aliquo læsum esse, nec potest tunc dici mercatorē facere duplicē quæstū ex eisdē mercibus: quia notabilis distantia, & interuallum præstationū hoc tollit, inter vsuriū enim interim amissum bonam partem quæstus excludit. 15 Nec etiam obstat si dicatur, quod omnes fere illæ merces fuerant tradi tæ vltra sex menses cōstitutionis Regiæ apud Gallos anni 1512. vel vltra tres annos constitutionis Regiæ Hispanorum l. fi. tit. 15. lib. 4. recop. Quia illæ breuissimi tēporis prescriptiones locum non habent vbi debitor veritatē, & bonā fidē agnoscit: sunt enim introductæ in fauorem debitorū qui sine apocha & testibus (vt fieri solet) soluerāt, & præcipue hæredum eorū, vnde non impediunt quin debitor de illis excipiens teneatur, etiam ad petitionem mercatoris agenti interrogationibus de calumnia bonafide, & veritate etiā specialiter, & cum iure iurando respondere, vt tradit Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 11. nu. 4. vers. tertio infertur. Petr. Ducæus in rec gul. 306. incipienti famulus, limita. 9 17 Quod maxime notandum est ad limitationem tx. in d. l. fi. tit. 15. lib. 4. recop. vbi de præscriptione salarij famulorum, & de præscribēdo debito pharmacopolarum, & aliorū officia

lium mechanicorum & ad matritij
commitia anni, 82.c.82. vbi ad ducato
rũ honoraria & procuratorũ salaria
triennio præteribuntur nec eius l. dis
positio pacto, seu renũciatio, ne tolli 20
potest de qua renũciatione agebant
Bart. l. 1. de vsucap. in fin. Ias. in l. ne-
mo potest. num. 116. delegat. 1.

13 Si vero appareat merces fuisse par
ticulatim venditas & traditas secũdũ
decentiã statũs debitoris, sed nõ ita
distantibus intervallis quin omnes
præstitæ sint intra vltimũ lexquian-
nũ, aut breuius temporis ante dãta, &
principij cursus reditus, sunt tamen
alias venditæ iusto pretio nec aliud
vitiũ apparet. Tunc prudentes iudices
non solent reditũ annullare nec etiã
reducere ad rationẽ, vt minus pro qua-
tuor decim, quia foret nimiũ, vt pote
perpetuum præiudicium creditori,
sed solent interim lum supplere debi
torẽ condemnando ad restitutionem
sortis, soluo, nisi eã restituat infra
semestre, vel aliud modicũ tẽpus, q
ex tunc reditus curreret, & effectum
sortiretur, & hoc est æquũ tẽperamẽ
tum iuxta l. in ambiguis in fi. ff. de re
gul. iur. hoc ergo casu consulendum
esset mercatori, vt offerentem remittere
reliqua semestria, vel anni ad supplẽ
dum terminũ, ex tũc debitor in omn
nes impensas huius dãnandus esset, &
multo magis in tẽpore cõtractus actũ
esset q non curreret reditus nisi post
annũ, vel si tẽpore finalis calculi ac
tũ esset, q nisi debitor soluerit infra
annum, quod ex nũc prout ex tũc 21
constituebat reditũ ad rationẽ qua
tuor decimæ, vel leuiorẽ, cursus tamẽ
pensiones currere inciperent post
illũ annũ absque retroactione, stan
19 dum esset contractui.

Sed quid si Titius indigens pecu
niã rogat Caium, vt à se emat cẽtũ
reditus ad rationẽ quatuor decimæ
Caius earem tũc pecunia ociosa, sed
abundans suppellectili argentea, of
ferret ei dare de dicta suppellectili vs
que ad valorẽ ducatorum mille com
munis æstimatione pro pretio redi-
tus quæritur, an sic iuste & licitè con
trahatur, & videtur dicendum licitũ
esse contractũ per ex, qui ad hoc vide
tur expressus in l. si pro mutua. C. si
cert. pet. vbi quælibet species cõmu-
ni cõsensu æstimata potest dari loco
sortis sub vsuris in tantũ, vt licet fue
rit stipulatus centesimam ipse credi-
tor valeat tamẽ vsurarum stipulatio
vsque ad vsuram legitimam pro rata
æstimationis cõmuni consensu diffi
nita, & sic statim currit vsura. Secũdo
quia in hoc casu Caius non est mer
cator, nec aliàs erat vẽditurus suppel
lectilem quæ non erat venditioni ex
posita, & sic cessat hic ratio duplicis
quæstus de qua supra diximus. Ter-
tio, quia Caius non erat distracturus
suppellectilem nisi in gratiam Titij,
vtque ipsi subueniret, & eius perci-
bus cõmotus, ex quo videtur, q etiã
plus iusto pretio vendere posit, cum
non esset aliter venditurus per text.
in l. alienus. ff. ad l. falcid. facit l. non
enim æquum. ff. rerum amot. Quarto
saltim Caius indemnitati suæ cauere
potest, vt tota præsens cõmunis æsti
matio dumtaxat intret in sortem, vt
seruetur indemnis per ea quæ nota-
bimus lib. 3. q. 5. & sic videtur quod
decrementum seu damnum confu-
sionis artificij dictæ suppellectilis
quam mox Titius venditurus est arti
ficibus ad pondus, seu communem
æstimationẽ detracto artificio possit
esse debitoris, & non creditoris saltẽ
hoc casu vbi creditor non erat vẽdi
turus nec cõflaturus suppellectilem
nisi in gratia debitoris facit tx. in l. si
quis nec causam ff. si cert. pet. vbi etiã
depositum gratia depositarij factum
eius est periculo, q intelligitur etiã
de casu fortuito, vt ibi adducit. De-

eius

eius cõtra cõmunẽ & bene secũdum Paul. Mod. in illius additionibus n. 6. fortior tex. in l. rogasti in principio. ff. eod. tit. vbi si mutuum rogatus dedit lancem vel massam auri vẽdendam, vt pretium cederet in mutuum, etiam sub vsuris periculum interimi est debitoris. Si igitur eius est periculum totius corporis, multo magis cõflaturæ quæ immediate eius gratia fit. Quinto & vltimo si Caius suppellectilem suam integro pretio vendiderit volenti forte similem compatare, potest mox vel posthac die reditum ad rationem quatuordecimæ integri pretij petere ab emptore, vt dicemus 2. lib. quæstione 14. Igitur & hic quia videtur Caius 1. vendidisse Titio suppellectilem iusto, & integro pretio, deinde ab eodem emisse reditum ad rationem concessam quatuordecimæ loco solutionis pretij pure debiti, & prompte remissi: imo videtur Caius breui pretium integrum suppellectilis suæ recepisse, & rursus in emptionem reditus dedisse l. licet. §. Quoties de iure dotium & celeritate coniungendarum interse actionum vnam actionem occultarunt l. 3. §. fin. de donat. inter. vir. 2 2

Breuiter contrarium dicendum est, quia ex quo creditor hic vult emere reditum eumque ad supremum gradum quatuordecimæ, licet non agat de duplici quæstu, vel negotiatione, sed de vna tantum, necesse est quod plenam, integram & liberam sortem det debitori, aliquin impossibile est reditum currere nisi pro rata sortis, quæ libere remanet, & a tempore quo libere remansit debitori vt probat text. in l. cos in fin. C. de vsuris, & sic cum ista suppellex non sit communiter idonea ad tantam pecuniam, quæ prompte opus est comparandam, nisi amissa æstimatione artificij necessario debet illud damnum, seu decrementum spectare ad creditorẽ & nõ ad debitorẽ, quia creditor volẽs accipere summã mercede interusurij pecuniæ, debet sortẽ integram eiusdẽ pecuniæ prius implere l. Iulia. §. offerri de actio. empt. 2 3

Tũ suppellex quã dat, licet quæ lis est, & extat fabrefacta valeat communiter 12. eo tamen qualis est, & extat non est idonea ad aliquem reditum & fructum saltem huiusmodi adferendum, nec ad vsum qui ex pecunia numerata fit. Igitur detrimentum conflaturæ, seu distractionis debet esse creditoris qui vult habere summum pretium interusurij pecuniæ inde comparandæ. Secus si non stipularetur creditor nisi ad rationem decem, & sex pro vno, ita quod diminutio reditus compenset decrementum artificij ita vt saltem non excederet quatuordecimam partem pecuniæ quæ remansura est penes debitorem detracto dicto decremento.

Nec obstant allegata in contrarium quia hic non agitur de mutuo liberali, sed de contracta quæstuario vsus pecuniæ, & sic necesse est vtrumque extremum debite seruari. Primum, quod creditor prius impleat ex parte sua, vt integra pecunia vtenda perueniat ad debitorem. Secundum, quod reditus non excedat quatuordecimam dictæ pecuniæ annuã. Quod si creditor ipse indigeat, nec possit aliter pecuniam dare sine maiore suo incomodo abstineat potius ab huiusmodi reditu.

Si enim non est ferendus volens emere fundum alterius vilis pretio ex eo quod pecunia sua pluris sibi valeat & vtilior est sua negotiando, siue ob aliã propriã egestatẽ, vel ob pœnã, aut aliud quodcũque dnãũ imminentes 2 4

vicendū, multo minus in fœnerando vel hic ſęcundus eſt, vt ſimul, & de ſumptio quæſtuali reditu, & de quotis alio præcenſo intereſſe faciendo paciſcatur, alioquin omnes ll. vſurariæ, & redituales fraudari poſſent.

Et ſpecialis non obſtat d. l. ſi pro 25 mutua. Tum primo, quia debet intelligi ſecundū alia iura, dummodo illæ ſpecies eſſent ſtatim æque vtiles debitori, vt ſors, vel deductō decremēto æſtimata. Secundo, quia ius ciuile in hac parte præſertim ſuper vſuris in mutuo nimis indiſcretum, & laxatū 26 fuit, in quo merito correctum eſt, & ſic d. l. ſi pro mutua cū ſimilib' exoleuit, vt dicemus infra, lib. 3. q. 1. in fin. Tum tertio, quia, d. l. loquitur de meris vſuris, quę de iure ſunt pretiū ſimplicis interuſurij ſecundum taxationem iuris ciuils, quā licet minis magnam reputamus: tamen illę mere ciuiles quodammodo multo leuiores videntur quam reditus quatuordecimæ multis modis, vnde ſecundū ea, quæ infra d. q. 1. notabimus non licet ex illis antiquis vſuris permiſſiue arguere ad noſtros reditus quatuordecimæ, in quibus in hoc eſt diuerſa ratio, non ſolum quia reditus ſunt longo grauiores reſpectu quantitatis, ſed etiam quia ſunt pretium non ſolum interuſurij, ſed etiā ſortis perpetuo alienatæ, & ſic neceſſario preſuppo nitur, quod prius debeat creditor impleuiſſe ſortem, quām integrā dediſſe, & tranſtuliſſe cum effectu liberam, & perpetuam fruitionem debitoris alioquin nō poteſt incipere curſus reditus, niſi ſaltem pro rata veri, & effectualis impletionis, probat text. in d. cos in fine. C. de vſur. vel niſi de curſu reditus remittatur, vt in perpetuū 27 pro rata dicti decrementi, quod in idem recedit, vt ſi cenſatur reditus ad rationem decimæ ſextæ, vel decimæ ſeptimæ, & ſic in effectu d. l. ſi pro mutua iuncta cum d. l. cos, & ſecūdū illam intellecta (prout fieri debet iuxta l. non eſt nouum ff. de ll.) magis cō cordat, quam obſtet, cum communiter intelligatur de ſemiſſibus, quam quantitatem ſi reditus iſte non excederet, nemo in hac quæſtione dubitaret quin ſtatim debeat valere, & currere reditus iuxta d. l. ſi pro mutua. ex quibus patet ſolutio ad 2. & 3. arguē. non obſtat, quartum quia hic reditus eſt limitandus ad ſortem quæ remanet penes debitorem.

Non obſtat vltimum, quia aut illa venditio ſuppellectilis facta eſt à negotiatore puta aurifice qui ſolet de talium rerum venditione negotiare. & tunc de contractu reditus ſequenti dicendum eſt iuxta diſtinctionem ſupra traditam, aut eſt facta ab alio qui de his non negotiatur, & adhuc dico quod ſi probabilibus cōiecturis appareat dictam venditionem ſuppellectilis præceſſiſſe in fraudem, vt mox debitum conuenti pretij cōuertetur in ſortem reditus præmeditati, puta quia debitor non indigebat ſuppellectili, ſed pecunia, nec emebat ſuppellectilem pro vſu, ſed vt inde pecuniam conſequeretur, creditor autem volebat ſimul vendere ſuppellectilem, & omne decrementum reijcere in futurum debitorem reditus, tunc ea omnia ſeruanda ſunt, quę ſuper diximus, ſi vero venditio ſuppellectilis facta eſt ſine fraude, puta empta ab eo qui ea vti volebat ad vſum deſtinatum, tunc non eſt inconueniens, quod iuſtus emptor vendat venditori ſuo reditum ad rationem quatuordecimæ pretij conuenti, & iuſte debiti, vt infra dicemus lib. 2. quæſt. 14.

Sed ad rem quid ſi de facto cōtractum ſit ad rationē quatuordecimæ totius valoris ſuppellectilis ſine dicta deductione: prima facie videtur diſtinguen-

tinguendum vt supra diximus hoc lib.q.7. videlicet, quod si decremẽto artificij deducto reditus maneat impositus ad rationẽ decimæ, vel vltra infra quatuordecimam reducendus sit ad rationẽ 15. & tũc hæc reductio fieri nõ debet habita ratione ad sortẽ dõuẽtã, siue ad sortem putatiuã, sed ad veram sortem dumtaxat, quæ realiter & cum effectu peruenit ad debitorem: ea potissimum ratione, quia superfluum non est de sorte: reditus autem non debet nec potest retineri, nisi ad veram sortem. Si vero reditus sit supra rationem decimæ, seu maior decima sit ipso iure nullus indicandus.

28 Sed aduerte quia illa distinctio cõmuniter vt diximus sup. hoc lib. q. 7. æqualis est, sed in casu speciali huius hypothesis plus iusto rigidior est, quare aliter distinguendum videtur, aut decrementum non excedit decimã sortis conuentæ & tunc sufficit reditum reduci ad rationem quatuordecimæ veræ sortis, ad quod etiam ipso iure reducitur ex l. 6. tit. 15. lib. 5. recop. aut vero excedit decimam veræ sortis & tunc sufficit reduci ad rationem 15. veræ sortis, nec debet in totum hoc casu annullari, & moueor quia in casu de quo sup. egimus hoc lib. q. 7. creditor nihil amittebat in gratiam debitoris nullam iacturam patiebatur, sed quod decrat veræ sortis sibi detinebat, & tamen scienter stipulabatur vltra modum sibi cõcessum: atque ita de mero lucro illicito certabat: merito non debet illic esse sine pœna, sed siquidem modicum transgrediatur tunc moderationem quatuordecimæ, si vero multum nullatẽ reditus pati debet. Sed in hac specie creditor primum iacturam facit in gratiam debitoris, deinde nõ stipulatur vltra modum habito respectu ad id quod sibi abest huius cõtractus occasione, sed tantum habito respectu ad id quod remansurum est debitori in quo faciendo non certat de nouo lucro captando, sed solũ de sua indemnitate, seu damno vitãdo, inter quæ est magna differentia k Proculus de damno infecto. l. fi. C. de codicil. Huc accedit, quod ideo non videtur maliciose, seu scienter excedere, sed magis ex bona fide: tum quia putat se sortem integram dare ex quo dat suppellectilem tanti in se valentem: tum quia etiam si sciat debitorem decrementum illud passurũ, tamen etiã scit sibi illud abesse, vnde occasionem habet arbitrandi sibi licere reditum stipulari ad rationẽ eius quod sibi abest, vt indemnis seruetur, & ne officium suum sibi damnosum sit. Ex quibus liquet hic non esse cãrationem pœnæ quam diximus supra d. q. 7. huius libri, ideo omni alio cessante vitio sufficit reditum ad quatuordecimã veræ sortis reduci nisi tũ sit decrementum, quod reditus excedat decimam veræ sortis: quia tũc obnimiã dispropotionem iustũ est reduci ad decimã septimam, seu decimam octauam veræ sortis.

29 Et satis propter speciales circumstantias consulitur creditori in hoc quod reditus in totũ nõ cassatur, si vero cõstaret de fraude creditoris: quia aliàs erat conflaturus suppellectilẽ & tamen dedit eam in emptionem reditus indigẽri, vt eius egestate abuteretur ad duplicem quæstum, videlicet supremi reditus, & decrementi artificij sibi seruandi. Tunc tanquam cessante speciali æquitate stabimus his quæ supra diximus. dict. quæstio. 7. Si vero constet de maiori

30 fraude, & dolo, vt quia per interpositas personas, vel collusores fraudis socios eandem suppellectilem sibi vilius redempturus erat, quod multis pœnis transgressoribus impositis prohibitum est l. 22. titulo. 11.

lib.

lib. 5. eiusdem tecop. & latrocinij genus appellat Ioan. Baptista in tract. de vsur. comment. 38. 5. numer. 124. quod & fecit ex dicto, nunc indistinctè omnis commodo reditus in totũ priuandus est, & adhuc pro modo amissi extra ordinem plectendus, vt supra diximus, vel pœnis aduersus vsurarios iure nostro regio constitutis multandus erit.

31 Redeundo ad quæstionem supra propositam quæritur, quid si decrementum artificij erant ducenta, & tamen creditor stipulatus est ad rationem duodecimæ pretij conuenti, seu in Hispania ad rationem quatuordecimæ, sed cum pacto quod non curreret reditus nisi post biennium an teneat contractus? Videtur dicendum, quod sic ex quo tantundem remittitur debitori de reditu quantũ est dictum decrementum. Contrarium verum est, quia decrementum illud cadit in ipsa sorte, & est verum sortis decrementum, & sic necesse est pro rata ipsum ius reditus perpetuo diminui, quia non potest ab initio constitui, nec deinceps currere nisi pro rata veræ sortis, nec est verũ, quod differendo reditum aliquid re-

32 mittatur de ipsa quantitate reditus perpetui in se prout necesse est, quatenus sors minuitur, sed solum aliquid remittitur de reliquis certi modici temporis, quæ temporalis remissio nullomodo compensari potest cũ aliqua diminutione sortis, quæ respicit ipsum ius reditus, & eius perpetuitatem, & esset in effectu concurrere vsuram in sortem, & vsurarum vsuras stipulari, quod penitus illicitum est vt diximus lib. 3. q. 4. & in specie probatur motu prop. Pij V. super forma census ibi. *Imo & censum augeri & nouum creari supra eadem vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ præ censibus temporis præteriti, vel futuri omnino prohibemus.* & notat Navar. in explicatione eiusdem motus proprij post comment. de vsur. in glos. 1. n. numero 94. cum iuditio aduertens nob. ibi prohiberi (vt aliqui putabant) constitutionem censum super aliqua re, non posse illum augere, aut altum de nouo constituere emptori prioris, sed solum voluisse Pium V. id non fieri pro censibus decursis. Tum quia agitur quod tempore redemptionis tanta conuenta sors reddatur: & sicut illud pactum, vel retardatio cursus reditus nullomodo impedit, quin necesse sit reditum perpetuo reduci ad ratam veræ sortis secundum prædicta, alioquin sequeretur, quod quis promille posset emere centum annua differendo cursum reditus in biennium, vel in quadriennium ad rationem quatuordecim, quod est impossibile, nisi conuulsis legibus vsurarijs & de vsurarum vsuris. Cæterum dilatio cursus reditus bene potest dispensare cum modico incerto & vix considerabili decremento. Item cum solicitudine & vniuersali dillatione, quam patietur debitor suppellectilem commode distrahendo ad pecuniam comparandam, nec enim intelligendum est etiam deducto prius decremento artificij de sorte, seu pretio communi suppellectilis, quod statim à tradita suppellectile possit huiusmodi reditus currere, præsertim si suppellex ad locum remotũ differẽda est, vt distrahatur, sed debet etiam non de quantitate perpetua, sed de principio cursus reditus deduci tempus illud verisimiliter requisitum ad distrahendam suppellectilem: alioquin esset vitium accelerationis temporis, quod reputandum esset, imò posset esse tale, vt sufficeret ad reducendum reditum ad decimamquintamquãdoque etiã

ad

ad anullandum vt dicimus infra lib. 2.quæst.1. Sed hic quispiam causari poterit fore, vt creditor officiosus ea pi possit: quid enim si rogatus à debitore in eius gratiam suppellectilem suam pretiosam dederit stipulatus reditum deducto omni decremẽto artificij, nox aurẽ, vel infra mensem vel tempus distractionis debitor redemptionem offerat, & sic creditor & suppellectile sua, & reditu omnique commodo simul æstimatione artificij (quod forte preciosissimũ erat) fraudatur, & multo minus habere inuenitur quam valeret suppellex sua? Respondetur debitor si queat præsertim si causa occasione magnum dãnũ euitabit debet ex bono, & æquo creditorem indemnem seruare, eique naturaliter, & in cõscientia obligatur ad antidora, vt supra diximus lib.3.q.5. sed nulla ciuili actione cogi potest, quia pure redimendo soluit quidquid ciuiliter debet & satis est, quod creditor potuit lucrari subconditione si reditus perseuerasset. l. si super. C. de transactio. & emendo reditũ huiusmodi aleam emit. & sic queri non potest. l. Nec emptio. ff. de contrahend. empt. l. si iactum retis de action. empt. sed de omni tũc presenti commodo, vel incommodo cum iure & specie futuri reditus semel trãfactum fuit. Nec posset hoc casu naturalis illa obligatio in ciuilem deduci nec pacisci de vero interesse refundẽdo, casu quo breui illo tempore redimeretur, & licet de hoc pacisci liceat in liberali mutuo, vt diximus supra lib.3.q.5. non tamen in hoc reditu negotiatiuo, & quæstuoso. Si tamen constaret aliquem finxisse indigentiam, vt creditorem eluderet, & damno afficeret, teneretur perpetuo exẽpto in id quod interest, vt cumque enim ille finxerit, tamen ex parte creditoris est vera emptio bona fide ini-

34

ta, cuius actione dolus perpetuo purgari potest.

35 Ex prædictis deciditur illa quæstio quod si emens huiusmodi reditum dedit, & cessit in partem pretij nomen nõ per venditorem, sed per certum debitum, qui non erat bene solucndo, vel aliàs, litigiosus, aut obæratus, aut in tali potentia constitutus vt non liceret habenti nomen, cum modo quando vellet exigere, quam quæstionem ex facto in iudicio controuersam vidi. Respondendum est enim, quod si creditor sciat eam nominis qualitatem qua periculo debitoris se exonerat, tunc si nomine deducto reditus excedit decimam sortis in totum annullãdus est, si verò nõ excedit decimã, sed duodecimã, reducendus est ad quindecimam per ea quæ notauimus supra hoc lib. q.7 & hoc pro rata ipsius pecuniæ numeratæ tantum, alias nulla esset moderatio, vt nuper diximus. Ampliabis

36 prædicta etiam si creditor caueret non solum de euictione, sed etiam de bonitate nominis.

Fallit primo, vt procedat quando totus reditus debebat statim currere, secus si saltem pro rata nominis non debebat currere nisi post nomẽ exactum, vel post certum tempus verisimiliter sufficiens ad exigendũ nomen sumptu, & periculo creditoris si quo sumptu opus esset.

37

38 Fallit secundo si creditor putabat nomen bonum, & sine vllo sumptu, & difficultate exigibile: quia constiro de bona fide si postea quocunque casu etiam fortuito & postea de nouo superuento, secus contingeret, non vitiatur reditus pro residuo sortis numeratæ, sed saltim curret ad tatam quatuordecimæ, non autem pro rata nominis, nisi postquam venditor exegerit, vel fuerit in culpa exigendi.

39 Fallit tertio, vt procedat quando creditoris gratia ita conuentum est, secus si venditor esset fideiussor debitoris, & vt impediret distractionem bonorum eius, procurauerit cessionem nominis habere mediante venditore huius reditus, ita q̃ creditor bona fide processit & nullum onus per se huic quatuordecimę addidit.

40 Illud opportune quæritur de reditu ad rationem quatuordecimæ constituto per rusticum colonum domino suo pro reliquis conductionis, an teneat contractus? Prima facie videtur non valere quasi dominus duplicem fructum, & quæstum ex fundo suo capiat, quim etiã fructus fructuũ quod est absurdum: quia non datur accessio accessionis, & ideo reditus pro debito reliquorum imponi non
41 potest, vt alibi diximus & tradit Rebuf. 2. tom. ad ll. Galliæ. tit. de constitutione redituum, arti. 1. glos. 5. dicẽs quotidie in Paris. Senat. reditus anulari ex huiusmodi causa, & quod fructuum vsuræ peti non possint, non solum si fructus solo iudicis officio veniant, sed etiam si iure actionis debeantur. Casus est in l. Neque eorum. ff. de vsur. Huc accedit quod iure nouellarũ nemini licebat ab agricolis accipere vltra semissem duodecimæ, vt diximus lib. 3. q. 4. Tamen respondendum est contractum prædictum non improbandum, si aliud non obsit, quia hoc casu fructus, seu pensiones non sunt accessio, sed ipsum principale, maior enim pars fructuũ cedit colono pro cultura & cura quæstu suo: reliqua autem pars quæ segregatur domino tam eius est quam res mutuo data vel dispositа, & in ipso colonõ principaliter æs alienum, cum omnis opera iam pensata sit.

42 Cõfirmatur, quia iure Digestorũ & codicis colonus ipso iure sine alia interpellatione tenetur ad vsuras pensionũ tardius illatarum. l. quæro in principio. ff. locati. l. cum quidam. § ex locato. ff. de vsur. l. præses. C. locati. igitur multo fortius deberentur ex pacto, vnde manifestum est illas pẽsiones non esse accessionem: quia etiã non veniunt in consequentiam, sed principaliter, neque obstat. d. l. neque eorum, quia loquitur, quãdo fructus veniunt in consequentiam, & accessorie, nos vero agimus de fructibus qui non sunt accessio, sed principale debitum quo casu saluari posset doctrina. glos. l. cum autem. §. cum redhiberetur, verbo, præstet, de edilitio. edit. quã sequitur Vincent. de Frãch. decis. 254. nu. 13. dicens fructus fructuum peti posse.

44 Verum est tamen, quod etiam in terminis iuris communis nõ veniet duplex accessio, vnde si pensio non consistat in pecunia, sed in frumẽto vino vel alijs speciebus si dominus velit habere æstimationem quanti plurimi à tempore moræ iuxta nota ta in l. vinum. ff. si cert. pet. & in l. in hac. ff. de conditio. triticaria, quod in praxi restringimus ad annum proximum à die solutionis fiendæ, vt tetigisup. hoc lib. q. præcedent. & tradit latius Caualcan. tract. de tutore. ex n. 226. tunc non poterit simul cũ actuario quanti plurimi petere illas vsuras legales, etiam de iure communi, & licet sint semisses tantum.

45 Plus dico de iure etiam pactum expressum non valere, quod simul cum æstimatione quanti plurimi posset vsuras petere etiam pro rata pensionis communis tantũ, & non pro rata auctæ æstimationis, quia licet hoc modo nõ esset proprie accessio accessiones, tamen esset duplex accessio eiusdem principalis debiti, quod non est ferendum. Sic hic

dico

dico non posse reditum constitui, habita ratione ad æstimationem quanti plurimi valuerunt pensiones, sed solum pro rata æstimationis cõmunis, & adhuc eo casu tenebitur dominus remittere dictam accessio 48
nem & æstimationem quanti plurimi, si velit habere accessionem reditus: quia non est ferendum, quòd de eodem debito, vel forte capiat duplicem accessionem.

46 Est enim huiusmodi reditus vera accessio sortis, sicut vsura, cuius succedaneus est, & adhuc si contingeret dominos nimium abuti dictis reditibus aduersus rusticos, vel colonos suos, magis cohiberi debent, aut moderari, vt supra diximus in hac quæstione, & quemadmodum Iustinianus tempore suo propter abusum reduxit ad semissem duodecimæ in nouella constitutione, 32. cum seq. vt dicemus libro tertio, quæstione quarta.

47 Alioquin non debent infringi, ni si ex iusta causa, putà si locatio est facta excessiua mercede, ita quod pauper colonus nullo modo potest soluere solidam, & tamen acerbus dominus nihil remittit, nec dilationẽ concedit, sed pro residuo mercedis, quam non potest promptè exigere, emit ab eo summum reditum quatuordecimæ, vel si locatio initio mediocri mercede facta est, sed frugibus afflictis & aspera annona supervenerit, nullam tamen dominus auarus respirationem dat colono, sed solidum exigit quantum potest, & pro residuo reditum emit ad rationem 14. tunc enim puto prudentis iudicis officio incumbere, vt saltem denegatam dilationem concedat, permittẽdo colono infra vnũ vel aliud moderatum tempus, libere debitum soluere, alioquin termino lapso, ex tunc non retro reditus 51
currat, vt in simili diximus supra hac quæst. post principium vel reditum in quantitate, puta ad rationem decimæ sextę, vel. 18. moderatæ, vel etiã si ex personarum circũstantiis negotii res exigat in totum annullare vel aliter, prout totius causæ æquitas (quę certis regulis definiri nequit) suggerat prospicere, l. bona fides, ff. depositi, l. quod si Ephesi, in fi. ff. de eo quod certo loco, l. de accessionibus, ff. dedi uer. & temporal. præscript.

49 Non obstant nouellæ ne quis mutuum dans agricolæ, quia nunquam fuerunt in vsu receptæ, imò suspicor quod dictæ salubres nouellæ nõ diu fleterunt in vsu post obitum Iustiniani, afflicto vndique imperio.

50 Cum ergo liceat omnibus, & agricolis ad rationem quatuordecimæ fœnerari, nec iuste nec expediens esse videtur hoc commercium interdici dominis erga proprios agricolas ne forte coloni inopes cogantur solũ vertere, aut erga extraneos durioribus vsuris succumbere. Verisimile est enim, quòd benignius illis cum dominis suis agetur. Quorsum ergo hoc prohibetur? Dicendum est igitur ex prædictis valere emptionem reditus quatuordecimæ factam pro reliquis reditus fundarii, cessãte alio vitio, & dummodo reditus fundarius non sit excessiuus.

Nec procuratus in fraudẽ putà, quãdo est antiquus, secus si debitor mediãte certa summa recognouisset tenere domũ suã in cẽsum vel emphyteusim, vel in simplicẽ reditũ à creditore. Deinde eidẽ pro reliquis eiusdẽ reditus constituceret alium reditum ad rationem 14. quia tunc puto secũdũ reditũ omninò annullãdũ, tanquã vsurã vsurę, vel in fraudem annathocismi, idem si vili pretio vendidit domũm suam, quàm ab emptore conduxit, & pro reliquis

con-

conductionis eidem huiusmodi reditum constituat: quia tunc satis est prę sumptionis ad totius posterioris contractus annullationem, vt tradimus infra, lib. 2. quæstione. 3. Si verò dominus concesit fundum proprium in reditum Titio, sed graui reditu, tamen tempore sterilitatis vrget solidum, & pro reliquis illius temporis emit reditum quatuordecimæ, censeo moderandum, vel in quantitate, putà reductione ad quindecim, vel sexdecim, vel induciis datis, vt infra annum libere redimere liceat, alioquin currat reditus in posterum, vt nuper diximus in colono, aut aliter ex bono & æquo pro totius rei qualitate temperandum.

Ex quæst. sequen.

AN tutor mineris nomine, vel adultus curatore carens sine decreto iudicis possit annuũ reditum constituere, nu. 1. & seq.

Minor non potest reditum sibi debitum sine iudicis decreto vendere, num. 2.

In alienatione reditus requiri eandem solemnitatem, quæ in immobilium alienatione desideratur. ibi.

Minor sine decreto poterat ciuili iure mutuare sub vsuris, nec restituebatur. num. 3.

Minor sine decreto poterat si indigebat debitum faeneratorium cõtrahere. num. 4.

Annuũ reditum pecunia emptum inter immobilia cõputari. n. 5.

Obligatio reditus potius rei mobili, quàm immobili accedat. numero. 6.

Titulus de prædiis minorum sine decreto non alien. declaratur. n. 7

Venditis hypothecis creditor reditus non habet ius retractus. ibidem.

Vendito reditu antiquitus constituto non est locus retractui, ibi.

Annuos reditus cõputari inter immobilia cum communi. num. 8

Qui non potest alienare, non potest reditum constituere, num. 9.

Satius esse partem patrimonij vendere, quàm vsuris succumbere. num. 10.

Oritur requisitum in vẽditione reditus super bonis minorum, ibidem, remissiue.

Opus est decreto iudicis, etiam si minor vendat reditũ leuiori vsura. num. 11.

Ampliatur etiam si minor venia ætatis impetrauerit, vel alias sit indistinctus. num. 12.

Venia ætatis quamuis tollat restitutionem in integrum, non tollit actus nullitatem, vbi decretũ requiritur. ibi.

Non valere reditum à minore sine decreto constitutum, etiam si pecuniam rem eius versa sit, num. 13. Sed vide in contrarium, num. 15. & seq.

Communis opinio de reditu à minore sine decreto non constituendo iustis decretis, temperanda. num. 14.

Si minor vtiliter cõtraxit, & pecunia est versa in rẽ eius, tenet reditus ab eo sine decreto cõstitutus, num. 15. & 24.

Si minor indigebat, poterat tutor pecuniam sub vsuris accipere, vel etiam suam pupillo fanerari sine decreto, numero. 16.

Idem poterat quoties negotiorum gestor. num. 17.

Tutor potest prædia à prædecessore pupilli hypothecata hypothecare sine decreto, dummodo non in duriorem causam, num. 18.

Tutor sine decreto poterat pro mutuo vsurario prædia pupilli tradere pignori, quo ius retentionis creditori constituebat, num. 19

Titulum de his qui in priorum creditorum locum succedunt, procedere etiam quando debitor est minor, & absque decreto fit subrogatio. num. 20.

Secundus creditor hypothecarius soluens priori, etiã sine pacto expresso succedit in locum prioris, ac si ab eo expressam cessionẽ habuisset, num. 21.

Vnus creditor in locum prioris quandoque subrogatur, etiam priori creditore renuente, num. 22

Quod procedit etiã si debitor sit minor, & respectu hypothecarũ sine decreto, num. 23.

Tutor sine decreto quasi hypothecã cõstituit creditori per diãretẽtionis tradẽdo prædia minoris n. 25.

Non tamen poterit tutor sine decreto facere pactũ propriæ, & strictæ antichresis, num. 26.

Et qualiter possit tutor sine decreto efficacem antichresim pro reditu constituere num. 27.

Creditor paciscr potest cũ minore reditum vendẽte quod maior factus, vel eius hæres teneat prædia hypothecare, & sine decreto valebit pactum. n. 28.

Et an hypotheca tunc trahetur ad tẽpus pacti. ibidem.

Traditur duplex remediũ quo creditor emens à minore reditũ hypothecis sibi consulat, num 29.

Creditor, qui quasi hypothecam per traditionẽ prædiorũ minoris acquisiuit, ius retẽtionis habet, quo præfertur omnibus posterius ius prætendentibus, num. 30.

Quãdo pecunia dicatur versa in rẽ minoris, num. 31.

Si pretiũ reditus empti sine decreto otiosum à minore seruetur, nec de rigore, nec de æquitate reditus defendi potest, num. 32.

Minor non potest cõueniri ex cõtractu reditus, nisi constet sortem in eius vtilitatem versam esse, num. 33.

Idem in reditu empto per creditorẽ ciuitatis, collegij, aut ecclesiæ. ibi.

Cui incũbat onus probandi sortẽ reditus in vtilitatem minoris, ecclesiæ, aut reipub. conuersam. num. 34. & sequent.

Creditori incũbit probare pecuniam

mutuatā minori, ecclesiæ, aut reipub. cessisse in eorum vtilitatem, num. 35.

Reijcitur Gomecij intellectus ad l. 3. tit. 1. p. 5. num. 36.

Minor quādo restituatur aduersus sortem receptam, num. 38.

Limitatur titulus. C. si aduersus creditorem, num. 39.

Declaratur text. in §. ex contrario. instit. quibus alienare licet, numero. 40.

Declaratur l. verum. §. sciendum de minor, num. 41.

Creditorem oportere curiosum esse de versione in rem, quatenus contrahit cum persona prohibita, vel inhabili, numero. 42.

Idem si creditor mutuet tutori, seu curatori minoris in causa voluntariam, num. 43.

Reprobatur glos. verbo locupletior l. patri. §. prædium ae minor. num. 44.

Ratio quare minor tenetur ad vsuras pretij, cū fundū sine decreto venditū recuperat, n. 45.

Interusurium fructuum non dari, ne detur accessio accessionis, num. 46.

Minorem teneri ad pretij vsuras, etiā si fundus sine decreto venierit, num. 47.

Minorem non teneri ad vsuras pretij si illud habuit ociosum, etiam si fundum cum fructibus recuperet, num. 48.

Declaratur l. patri. §. prædium, versic. itē ex diuerso. ff. de minor. num. 49.

Si contractus reditus fuit a minore emptus cum decreto, an præsumatur pretium in rē minoris versum? num. 50. & seq.

Qualiter creditori consuletur, vt sit securus eo casu? num. 53.

Si longum tempus efluxit post cōtractum reditus, an præsumatur pretium in rem minoris versum? num. 54.

Qualiter probetur in rē minoris versum, num. 55.

Creditor quando agat ex mutuo facto ecclesiæ, ciuitati, seu administratori remissiue, num. 56.

Coniecturis probari in rem versum, & quæ sint coniecturæ? numero 57.

Notatur Doctorum error circa praxim prædictorum, num. 58

Interusurium pretij restituendi quo modo æstimandum? num. 59.

Fructus à tempore contractus nulli, & mala fide celebrati, restituūtur, num. 60.

Quando executio reuocatur ob iuris solemnitates omissas, bona sub hastata restituuntur cū fructibus, pecunia cum interusurio creditori soluta, numero 61.

Idem si bona debitoris addicantur plura, quā pro debita quantitate, vel pro maiori quantitate, quam debita executio, non vitia-

vitiatur, & bona cum fructibus restituuntur, ibid.

Recisso contractu propter enormissimam læsionem, an debeantur fructus à tempore traditionis, num. 62.

Si reditus sit emptus à tutore, cui numeratum est pretium, creditor non agit contra minorem, nisi in rē eius versū probet, n. 63.

Aget tamen contra tutorem, cui numerauit, si non doceat in rē minoris vertisse, ibidem.

Creditore agente contra tutorem, an numerata pecunia præsumatur in rem pupilli versa, num. 64.

Si minor maior factus soluit pensiones reditus nulliter constituti, an præsumatur sors in eius utilitatem versa, num. 65.

Si tutor pupillo suo indigenti è sua pecunia erogauit, an possit sibi interesse rium eiusdem pecuniæ in rationibus adscribere, num. 66.

Reditus an constitui possit super rebus publicis alicuius populi sine Regis licentia? numero. 67.

Et an possint bona publica obligari reditui seruatimo, numero. 68.

Ciuitas si absque Regis licentia recipiat emphyteusim, & obliget bona sua ad solutionem canonis, an valeat contractus, numero. 69.

Et an possit absque Regis licentia bona sua concedere in emphyteusim, num. 70.

Quæstio. XIIII.

De reditu à minore vendito sine decreto, & an ciuitas aut populus possint super rebus publicis reditum constituere.

1 CIrca personam constituentis reditum dubitari potest vtrum tutor, vel curator minoris nomine, vel adultus minor 25. annis curatore carens possit annuum reditum sine iudicis decreto vendere, & constituere: & facile erat vno verbo respondere: quia si minor non potest similem reditum sibi debitū, sine decreto alienare, vt tradit Bald. in l. iubemus nulli post princip. C. de sacrosanct. eccles. Tiraquel. libro 1. retractus. §. 1. glos. 6. numero. 6. ca ratione, quia in alienatione reditus requiritur eadem solemnitas, & causa quæ in rerum immobilium alienatione est necessaria, vt docet Rodoan. de rebus ecclesiæ non alienandis rubric. 16. nu. 39. P. Surdus decis. 204 num. 4. & Castro de annonis in principio, numero. 36. multo minus de

2 nouo

nouo superse, & bonis suis potest reditum constituere. Et ita communiter tenet pragmatici, & pro indubitato habent. Sed libet paucis argumentorum locos in apertum educere, quatenus res tota velut in rem præsentem oculis exposita plene discerni queat.

3 Pro parte affirmatiua cõstat de re cõmuni minori, sine decreto posse mutuari sub vsuris, nec posse restitui tanquam vsum iure cõmuni, saltem si constat sortem in rem eius versam. l. 2. C. si aduers. credit. Igitur cõstituere potest huiusmodi reditũ, qui loco verorum vsurarum successit, absque decreto saltem si constet sortem in rem eius versam. Non obstat si dicatur minorem non posse prædia ad reliqua, seu continuationem reditus hypothecare sine decreto: quia de hoc nõ quæritur, videlicet de securitate creditoris in hypotheca immobilium, sed solum de ipso iure reditus in se, & de obligatione personali ad solutionem, & constitutionem reditus quæ sine vlla alia prædiorũ prædiumque cautione subsistit secundũ multorum opinionem de cuius veritate, supra lib. 1. quæst. 4.

4 Sicut de iure ciuili tutor poterat simplex debitum fœneratorium, si pupillus indigebat, sine decreto contrahere, vt est text. in l. quid ergo. §. consequitur de contra. vel vti. actio. tutelæ. Confirmatur quia hic reditus cum censeatur ex aliquorum sentẽtia vulgare æquamẽtum interusurij pecuniæ mobilis pro mobili in multis habetur, & expressim multorum locorum statutis, & moribus, & quoad omnia inter mobilia computatur, secundum Pariſ. Modern. in suis consuet. 2. p. §. 57. n. 29. & in. 1. p. §. 41. n. 96. Cisuent. in l. 70. Taur. q. 25. Præterea recte cõsiderãdo huiusmodi obligatio reditus annui protius videtur

5 rei mobili, quã immobili accedere: patet quia hic debitor nõ obligatur præcise ad cõtinuationẽ reditus, sed subhac perpetua conditione, & facultate nisi malit sortem reddere, & sic in effectu videtur obligatus ad sortẽ cum facultate differendi solutionẽ, quandiu reditus pẽdere maluerit, vt dicemus infra lib. 3. q. 1. Et licet obligatio, seu continuatio reditus possit esse successiue perpetua, si sors nunquam reddatur, tamen quia ista successiua perpetuitas non dependet à volũtate creditoris, sed debitoris, nõ est in consideratione ad dicendam obligationem perpetuam. Nec proprie locum habent, quæ notant DD. in l. sufficit de conditione indebit. cum similibus locis: quia ibi obligatio potest esse perpetua debitore inuito, quod hic esse non potest. Imo nec momento quidem perseuerare, nisi debitore volente: aut nisi stet per casum in eius personam contingentem, qui non habetur in cõsideratione. Semper enim & perpetuo liberã habet facultatem omnem in futurũ executiendi obligationem sorte cũ reliquis præteritis oblata. Igitur nũquã potest hæc obligatio cæteri perpetua cumq; perseuerare nõ sit in potestate creditoris, sed solius debitoris. Igitur nulla est perpetuitas: quia obligatio nõ est obligatio quatenus in arbitrio, vel potestate debitoris consistit. l. stipulatio nõ valet. ff. de verb. oblig. & patet p diffinitionẽ obligationis. Igitur obligatio successiua cõtinuatione huiusmodi cũ nõ dependeat à volũtate, & potestate creditoris, sed debitoris nõ expectat ad titulum de prædijs minor. sine decreto nõ alien. cum rei mobili magisquã immobili, seu stabili conueniat.

7 Nec obstat si dicatur, q; ille titulus extẽdit etiã ad res mobiles, exceptis ijs quę seruãdo seruari nõ possunt, &

anima-

annualibus superuacuis, quæ sunt oneri, & sumptui. l. ex quo tutores. C. de admin. tut. & exceptis fructibus. l. fin. in fin. eod. vt quia dict. l. quæ tutores quæ est Constantini Magni, & quæ compilatores Codicis de sumptibus sunt l. fin. C. quādo decret. opus nō est, quam etiā Iustinian. imitatus fuit in dict. l. fi. de admi. tutor. nunquam fuit in vsum exceptæ, & iam dudum vbique exoleuit, nec mancē prohibitio, nisi in rebus immobilibus, vel quæ illis exæquantur secundum ius antiquum Pandectarum, & iuxta nostro regio, probat text. in l. 18. titul. 16 part. 6. ibi. *Ni vender ni enagenar ninguna de las cosas del huerfano que sea rayz.* Secundum quam videtur intelligenda l. 4. titulo. 5. partita. 5. in illis verbis generalibus. *Non deuen enagenar las cosas de los huerfanos.* vbi Greg. in verbo, las cosas, dubitās tamen eam. l. intelligit iuxta dispositionem legis. l. quæ tutores. dicens rationem ipsā suadere, ne sit in potestate solius tutoris mobilia pretiosa alienare, sed illa immobilibus æquiparātur, vt ipse quoque aduertit per glos. in capitua de ijs quæ fiunt a prælat. sine con. cap. Vltimo facit, quia reditus constitutio non est alienatio rei super qua constituitur, sed potius pignoratio, seu obligatio ipsius rei super qua constituitur, vt dicit specul. tit. de locato. §. nunc aliqua, vers. 86. &. 97. & diximus supra hoc. lib. q. 3. Vnde creditor vēdita re cēsui supposita nō habet ius retractus, tanquā focalis, vt respondit Auend. resp. 24. nec cōsanguinei vēdentis reditū, sibi antea cōstitutū dictū ius retrahendi habent q. l. regia. immobilibus vēditis cōceditur cū reditus annuus immobilis res propriē nō dicatur iuxta ea quæ post Ioan. Lup. & Castel. scribūt Matiē. ad. l. 7. titul. 11. lib. 5. recopil. gl. 1. nu. 22. & sequitur Azeb. ibid. nu. 12. & diximus supra hoc libr. q. 9.

8 Pro parte vero negatiua facit primo ex iij Clem. exiui. §. cēq; annuus reditus. de verb. sig. vbi habentur annuos reditus inter immobilia à iure cōputari. De inde cōmunis omniū sententia quā ij reditus, nisi sint ad modicū tēpus limitati cēsentur interim mobilia, vt tradit Bald. in l. etiā col. 5. C. de exceptio. rei. in l. hac additali. §. ijs illud. C. de secūd. nupt. in l. vnica in fi. vt post. c. 1. §. feiēdū. de feud. cognit. in vsib. feudorū in. c. cū M. Ferrar. col. 2. de cōstit. c. querella super glos. fin. de elect. Alex. in l. si constante in fin. solut. matri. plures quos refert Paul. Modern. vbi supra d. §. 57. Tiber. Decian. consil. 2. num. 69. & nu. 191. libr. 1. Roderic. Suarez in l. 2. titul. de los emplazamientos. lib. 2. in princip. nu. 28. vbi idē intelligit de reditibus supra bonis mobilib⁹ cōstitutis, & in iuribus ad vitā à Rege cōcessis idē in reditibus annuis luibilibus, seu redimibilibus tenet Mofi. de primoge. li. 2. c. 10. n. 6. Dicēs hāc veriorē DD. sententiā, & plenius Tiraq. in tract. retract. lib. 1. §. 1. gl. 6. ex n. 3. secus si reditus sint ad modicum tempus constituti, vt ad. 6. vel. 8. annos, quia inter mobilia computantur, iuxta Clem. 1 de reb. eccles. quæ nō alien. Redoan. in tract. de reb. eccles. nō alien. rub. 13. n. 18. & seq. de quo tamē vide quæ dixi supra lib. 1. q. 3. num. 8.

9 Hinc dicit Bald. in. c. ad audiētiā. 2. de rescript. q. qui nō potest alienare nō potest prædictas pēsiones cōstituere, quē refert Tiraq. vbi sup. nu. 6. q. ea ratione fulcitur, quia prohibita alienatione prohibetur hypotheca, & rei obligatio. l. fin. C. de rebus alienis. nō alien. l. 1. §. eā rem. ff. quæ res pignori obligari pos. Bart. l. in quorū. ff. de pigno. idque maxime verum est, quando alienatio principaliter prohibetur fauore alicuius, vt in

bonis minorum, quia tunc prohibitio extenditur ad hypothecam. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorum. Negusantius de pignor. 2. part. 3. membro, numero. 755. Pinellus. l. 1. de bon. mater. 3. part. ex numero. 18. ergo bona minorum reditibus obligari non possunt. Et quamuis DD. plures ex his quos numerauimus non loquantur quando pensio ad liberam debitoris voluntatem redimibilis est, tamen satis de mente iuris videtur, quod si minori debeatur huiusmodi pensio. alioquin perpetua, non posset sine decreto alienari. Et ita etiam recte obseruatur, & tenet expresse Molin. vbi supra. Igitur eadem, vel fortiori ratione non poterit minor, sine decreto huiusmodi reditum annuum super se vendere, vel aliter de nouo constituere. Quia plerumque satius est partem patrimonij vendere, quam vsuris succumbere, vt scripsit Diuus Bernard. in epistola Œconomica ad Raymund. militem tradit Christophor. Porcus inst. quibus alienare licet in princip. Salicet. & Corneus in. l. fin. §. ipsum. C. de bonis quæ lib. & hæc est communis, & recepta sententia in foro, quod minor absque decreto non potest super suis prædijs reditum constituere, Simoncellus de decretis, titulo. 6. num. 33, libro. 2. Valascus de iure emphyteotico, quæst. 35. num. 5. in fin. Paris. cons. 85. num. 12. lib. 3. Imo quod illa octo requisita, quæ in rebus stabilibus pupillorum alienandis desiderantur secundum Afflictum decis. 249. Menoch. de recup. poss. remedio. 15. ex nume. 143. Parisium cons. 85. num. 18. lib. 3. debeant similiter interuenire in constitutione reditus super rebus minorũ scripsit Redoan. d. tract. de rebus Ecclesiæ non alien. rubr. 16. n. 31. &. 32. Pro qua sententia est text. in. l. sed si pecunia. §. fin. ff. de rebus eorum, ibi: *Simili modo dici potest, nec seruitutem imponi posse fundo pupilli vel adolescentis.* Sumpto argumẽto à seruitute ad reditum bonus text. in. l. magis puto, vers. item prætor æstimare. ff. eod. tit. ibi. *Ne plus decipiatur sub obligatione prædiorum fœnoris, quã quod opus sit.*

Amplia primo hanc receptã opinionem etiam si minor vendidisset ad rationem quindecimæ. 17. vel leuioris vsuræ adhuc enim opus erit iudicis decreto. 11

Amplia secundo, etiam si minor ipse veniam ætatis impetrauerit, vel alias industrius sit iuxta notata in. l. 1. C. qui &c aduers. quos, quia licet venia tollat restitutionem in integrum, vt tradit Gome. 2. tom. cap. 14. num. 12. Et industriositas illã difficultet, quia facit præsumi minorem non esse læsum per ætatem, tamen non tollunt nullitatem actus, vbi de alienatione vel hypotheca rei immobilis agitur, vel quę immobili equiparatur. l. 2. & 3. C. de ijs, qui veniam æta. impetrauer. & docet Ant. Gom. in. dict. c. 14. n. 12. sequitur plures referens Simõcell. de decretis, lib. 2. tit. 8. num. 23. 12

Amplia tertio, etiam si constaret pecuniam versam in rem minoris: quia hoc non validat alienationem prædij, vel similis furis, l. non solum, l. vtere. l. si prædium. C. de præd. minor. sine decret. non alien. 13

Vides ne quorsum res euadat? nempe vt licet minori, qui dupliciter, tum in rem suam versione, tum leuiori fœnore meliorem conditionem suam fecit, beneficum tamen, & liberalem creditorem contra. l. diuinam illudere, & non solum reditum in futurum denegare, sed etiam sortis reliqua in sortem imputare: habet igitur communis sententia, si indistincte accipiatur multas reprehensiones: iustis itaque 14

que decretis temperari debet. l. Salutius. delegat. præst. l. in ambiguis in fin. de regulis iuris. l. patri. §. præterea, ibi. *res temperanda res erit.* ff. de minorib.

15 Dicendum est igitur, quod si constet minorem, vel eius tutorem, vel curatorem vtiliter contraxisse, & pecuniam in rem, & vtilitatem eius versam valere, & tenere huiusmodi reditus constitutionem si ad rationem quatuordecim constituatus sit, & sine decreto, & generaliter locum habere omnia, quæ in præcedentibus dicta sunt. Probo,

16 Primo per textum in dict. l. quid ergo. §. consequitur de contra. & vtili action. tut. Vbi tutor poterat pro pupillo, si indigeret, pecuniam accipere sub vsuris, non solum sub communibus, vel in regione frequentaris, sed etiam talibus, quibus poterat si necessitas vrgeret, vel sub eisdem vsuris à quibus pupillum liberasset, aut liberare intendisset. Quin etiam poterat de suo fenerari pupillo. suo pecuniam suam in rem pupilli insummendo. etiam sub talibus vsuris, quantas à quouis licite tamen, & intra metas legum potuisset stipulari, si tamen multum profuisset pupillo, quæ omnia mero iure ciuili, & sine decreto vel aliqua solennitate procedebant.

17 Imo non solum tutor, sed etiam quiuis negotiorum gestor poterat eodem modo vsuris subijcere quemcumque, cuius negotium vtiliter gessisset. l. & in contraria. de vsur. & consequenter etiam minorem. Igitur minor per se taliter contrahere potest, text. in. l. 1. &. 2. C. si aduers. credit. cõsequenter eodẽ casu huiusmodi reditũ vẽdere poterit, vt pote veterum illarum vsurarum succedaneum. Scio obijci posse multum referre inter veteres vsuras, quæ nunquam duplum excedebant, sed cum eo ventum erat, cessabant, vt diximus libr. 3. quæst. 4. Et sic non poterant immobilibus æquiparari: secus his reditibus qui in infinitum excurrere possunt, & sic immobilibus comparantur, sed hæc differentia non tollit rei equitatem quam tamẽ legis positiuæ rigor adhuc moratur.

18 Secundo probo per textũ in l. si pupillorum. 2. ff. de reb. eorum, vbi si prædium minoris ex contractu præcedenti, puta prædecessoris erat hypothecatum sub vsuris, poterat tutor soluendo à primo hypothecario secundo creditori sub vsuris leuioribus vel similibus, & eius hypothecę prioris creditoris ad sequentem transferre ex quo textu habes quod solus tutor sine decreto potest duo. Primũ, nomine pupilli accipere sub vsuris. Secundum, prædia minoris iam hypothecata hypothecare, dummodo non in grauiorem causam.

19 Tertio, probo etiam si prædia nullomodo erat hypothecata, tamẽ poterat ea tradere pignori promutuo vsurario, & licet sine decreto non cõstituat creditori formalem hypothecam, tamen cõstituit illi legitimum ius retentionis, & sic quodam pignus per viam exceptionis ex. in. d. l. si pupillorum. §. si obligauerit. l. si fundum §. quanquam. ff. de reb. eorum.

20 Quarto probo, fac pupillũ ex contractu paterno debere centum reditus ad rationem quatuordecimę sub hypotheca speciali, & generali prædiorum. Caius volens commodare pupillo, offert soluere sortem, & reditum moderari ad rationem decimæ septimæ, dummodo in reditu, & hypotheca prioris creditoris, & iure illius subrogetur: hoc enim fieri potest, text. in. l. 1. C. de his, qui in loco priorum creditor succeden. l. Aristor. quæ res pignor. oblig. possunt.

l. 6 Prior. § à Titio, qui poti. in pig. habe. licet dicta iura non loquantur quando minor est debitor: tamen eadem est ratio in minore, qui etiã non læditur, sed iure communi vtitur, & sic non opus est decreto. l. fin. C. de in integr. rest. & non opus esse decreto, quando futurus secundus creditor minoris offert soluere priori creditori, etiam eadem conditione, vt habeat prædia hypothecata, & in ius prioris succedat, casus est in dict. l. si pupillorum in fin. & sic vbi pecunia in rem minoris vertitur, nõ solum potest creditori sine decreto acquiri obligatio successiua, non solum vna cum iure retentionis, siue pignoris immobilium per viam exceptionis, sed etiam vna cum forma li iure hypothecæ immobilium.

21 Nec dicas, quod hoc casu secundus creditor dicatur quodam negotium gerere cum priore creditore, & ab illo cessionem iurium accipere: quia illud procederet quando secundus creditor, qui etiam est creditor hypothecarius, vel iussus possessor, & non simplex chirographarius offert, soluere priori, quo casu etiã sine pacto expresso succedit in ius illius, tanquam ab eo habens causam, seu cessionem expressam, vel tacitam. l. 1. C. qui potiores. l. fin. C. de ijs, qui in prior. credit. l. potior. §. fin. l. si prior, §. sciendum. l. quærebatur, qui potior. in pign. l. cum secundus. l. cum posterior, de distract. pign. l. 46. titulo. 13. part. 5. Sed nos loquimur hic in longe diuersis terminis, videlicet in mere extraneo, qui non erat creditor pupilli, nec habebat ius offerendi priori creditori ad finem petendi ab eo cessionem iurium, vel subrogationem in locum eius. l. nulla. C. de solut. & forte aditus creditor recusabat iura cedere volens simplicem apocham dare: ideo iste adiuit debitorem, vel eius tutorem, & numerauit ei pecuniam priori creditori soluendam, vt eius loco subrogaretur. Hoc enim casu duo requiruntur, videlicet pactum succedendi loco primi, & quod ex ea pecunia prior ille creditor dimittatur dict. l. Aristo. in princip. dict. l. 1. C. de his qui in pr. cred. locum.

Nec requiritur istud pactum fieri cum priore creditore, vel eo sciente, sed sufficit fieri cum solo debitore, vel cum repræsentante, vt in dictis iurib. & distincte, d. l. si prior. §. à Titio, qui potior. in pign. hab. & sic vides, quod iste secundus creditor nullam causam habet à primo, sed solum causam habet à debitore, & tamen succedit in ipsum ius primi, saltem in ius simile, & æque potens, etiam in præiudicium aliorum creditorum posteriorum primo: quibus tamen non dicitur damnum inferri, sed lucrum non aferri: quia dumtaxat nouissimus iste loco primi subrogatur, eodem in cæteris rerum statu manente: ideo tolleratur, licet non interueniat factum primi, sed dumtaxat factum debitoris, & huius notissimi. Et hoc merito moribus introductum, & iure comprobatum fuit: quia cæteris creditoribus damnum non affert: debitoribus autem prodest, quo facilius viam inueniant aceruiorem aliquem creditorem dimittendi, vel commodius mutuandi. 22

Et sic cum istud sit de iure communi, & in debitorum fauorem, æque fieri potest à tutore, vel adulto carente curatore, etiam respectu hypothecæ immobilium, cum non offendatur in aliquo constitutio de pred. minor. sine decret. non alien. quia hic non est in effectu noua constitutio, sed transfusio vnius creditoris in aliũ eadẽ vel minore cõditione. 23

Qua-

24 Quare idem omnino dicendum etiam respectu obligationis reditus, vtcunque per se maxime iure immobilium censeatur: quia hic in esse actu non est creatio noui reditus, sed potius creditoris mutatio, & simplex nuda versura eadem vel meliori cõditione, cuius commercij vtilitas nõ intelligitur per dictam constitutionem minoribus interdicta, vt declarat text. in dict. l. si pupillorum in fin. & sic hoc casu nullomodo obest dicere reditum hunc differre à debito vsurario, de quo loquitur dict. l. si pupillorum in fin. quia satis est, quod ibi expresse permittitur transfusio hypothecæ prædialis: igitur eadem ratione transfusio debiti principalis, licet vicem immobilis gerat, magis quã debitum vsurarium: quia nõ est maior ratio prohibitionis in hoc reditu, quam in hypotheca prædiali. Et sic de vno conceditur, igitur & de alio concedi videtur, stante eadem ratione, vt hic, quod dico propter formulam argumenti, cui vel ad rigorem satisfactum est in hac specie porrò licet non videatur, ita formaliter satisfactum alijs casibus, vbi minor non est obligatus simili reditu, tamen si sit re minoris huiusmodi reditum de nouo vẽdere, videtur quod sine decreto posset efficaciter constitui, non dico quantum ad formalem hypothecam prædiorum, quod non est nisi accessorium accidentale, sed quantum ad substantiam ipsius obligationis reditus, vt curat, de beatur, & exigi possit, nec debeant reliqua imputari. Et loquor secundum opinionem tenentium hunc reditum super obligatione personali constitui posse. Tum quia fundamẽtum illud vnicum partis negatiuæ, quod censetur inter immobilia, non videtur vsquequaq; verum, cum huius reditus redimibilis, de quo loquimur, stabilitas, seu perpetuitas dependeat à facto, vel voluntate debitoris, vt diximus supra ista quæstione. Tũ quia cum vsus vsurarum exoleuerit, & merito quidem, vt pote diuino, & canonico iuri contrarius, & hic reditus subrogatus sit, par est licere minoribus eodem casu sub hoc reditu fœnori accipere, quo licebat iure communi sub veteribus vsuris, videlicet, cum fors in rem eorum versa est. l. 2. C. si aduers. cred. alioquin omni cõmercio æris alieni fraudarentur, nisi interueniente decreto, quod sæpe non potest ita tempestiue interponi, quin idonea & per commoda æris alieni fenerandi occasio amittatur, & ab alijs præoccupetur: quandoque etiam non expedit ægestatem domus inquisitione illa exacta, quæ in decreto requiritur propalari, & sic non esset de mente, sed contra mentem iuris quod minores hac cõmoditate priuarentur prætextu prohibitæ alienationis immobilium in eorum tantum fauorem sancitæ.

25 Imo plus dico hoc casu posse tutorem, vel adultum curatore carentem constituere, quasi pignus, seu quasi hypothecam in prædijs suis per viã retentionis, siue exceptionis, videlicet tradendo prædia creditori text. in dict. l. si pupillorum. §. si obligauerit. & in dict. l. si fundus. §. quæ quam. de rebus eorum. l. vtere. l. si prædium. C. de prædijs min. sine decret. l. consilio. §. 1. de curat. furioso. l. patri. §. prædium. ff. de minor. cum similibus, quod vltimum intelligendum est, secundum ea, quæ notauimus supra.

26 Saluo quod non potest minor sine decreto facere pactum propriæ, & strictę antichreseos, hoc est irrecuperabilis, etiam vendendo ad rationẽ semissis, vel quincuncis vsuræ: quia esset quædam species alienationis, saltem non esset minus, imo plusquã

vera,propria,& ſpecialis hypotheca prædij: & ſic offerendo cauere de reditu continuando,ſiue per decreti interpoſitionem, ſiue per fideiuſſorem,vel hypothecarum aliarum datione,quandiu minor eſt, poterit meritò petere antichreſim reuocare, vel maior factus hypothecando prædia ſua idonea, quo caſu ſiue maior ſit, ſiue minor reuocando antichreſim (ſi de illa eodem contractu contemplatione leuioris reditus conuentum fuerit) tenebitur ſolidum reditum ad rationem quatuordecimæ offerre,& idonee cauere, ſecundum ea quæ diximus,libro. 2. quæſtione. 11.

27 Et ſic fœnerans minori volens ſibi cauere de efficaci antichreſi, vtq; maior factus illico ratificet, habet iuſtum,& legitimum remedium,videlicet emendo ad rationem duodecimæ,ſeu quatuordecimæ reditus triẽte vel ad minus quadrante quotannis remiſſo mediante idonea antichreſi,& quandiu ea fruetur, addita etiam conditione ratificationis per maiorem factum: lentas enim reditus faciet ſtare,& ratificare antichreſim donec redimatur.

28 Dico etiã creditorẽ nullũ pignus accipientem tempore cõtractus poſſe paciſci,quod minor maior factus, vel eius hęres tenebitur tunc,ſi nondum erit facta redemptio, hypothecare prædia, & omnino valebit pactum in ſe,ſed quando fiet hypotheca , non valebit hypotheca niſi ex tũc, nec trahetur ad diem pacti, ſeu contractus, & ſic erit poſterior alienationibus,& hypothecis medio tẽpore legitimæ factis: ſed adhoc creditor duplex ab initio habet remedium. Primum,vt mature curet decretum cum debita inquiſitione , & cauſæ cognitione interponi,& cum eodem decreto poterit hypotheca conſtitui. Secundum,vt eodem contractu accipiat quædam prædia in pignus pro ſecuritate ſua,donec tuto caueatur , vt reddat rationem fructuum , & reliqua deducta penſione reditus,reſtituat: ad quam reddendam rationum moleſtiam euitandã poterit eadem prędia iuſta mercede locare minori , vſque ad quãtitatem reditus,vel conducere ab eo , ita vt compenſata ſingulis terminis quantitate reditus , reliquum ſoluat,quo facto retentionis beneficio , & iure exceptionis potior erit omnibus ius poſterius prætendentibus: quia quẽadmodum iure exceptionis poterat excludere debitorem , ita & omnes cauſam habentes ab eo poſt ius retentionis acquiſitum , quod ſingulariter notandum eſt. Verum eſt tamẽ iſtud non procedere, niſi per viam retentionis, & quandiu creditor retinet, ſed non tenebitur diſcedere à dicta retentione,niſi facta idonea, & tuta hypotheca: & hæc procedunt quando pecunia in rem minoris verſa eſt & hoc conſtat.

31 Et intellige verſam eſſe in rẽ minoris,non quando extat,ſeu cum nummis minoris permixta eſt pecunia, ſed tunc demum quando eſt vtiliter impẽſa ad commodum minoris, ita quod minor nõ ſolum habuit æs alienum,ſed etiam fruitionem , & commodum æris alieni,& ſic eſt locupletior factus,non ſolũ in ſorte , ſed etiã in intereſſurio , ſeu commodo ſortis, vt quando inde grauiores vſuras diſſoluit, vel commiſſum emphyteuſis euitauit,vel fundum auitum tempore forte redemptionis ſpirante, redemit,vel res pervtiles, aut neceſſarias comparauit,vel vtiliter per ſe negotiatus eſt,aut in ſocietatem negotiãtium contulit .

32 Alioquin ſi non perdidit ſortem, ſed otioſam habuit,non dicetur in rẽ

eius

eius versa, quantum ad hanc materiam, sed tantum extare, prout tunc non dicitur locupletior factus, nisi in ipsa forte extante, non autem in aliquo interfuturo, seu commodo fortis. Idem si consulte, vel imperite negotiatus, nec damnum, nec lucrum fecerit, sed sortem tantum seruauerit: quibus casibus non puto emptionem reditus à minore factam sine decreto (quæ de rigore non subsistit) nec ex æquitate defendi posse, sed tantum sortem in qua solum locupletior factus est, repeti posse, confusis in eam pensionibus reditus, si quæ solutæ sunt.

33 Ex prædictis patet, quod minor non tenetur, nec conueniri potest, ex contractu reditus annui, nisi fortem in eius vtilitatem versam esse constiterit. Idem in ecclesia, aut collegio dicendum est: non enim conuenientur, nisi probetur pretium cessisse in eorum commodum, ex text. in cap. penult. de fideiuss. l. 3. tit. 1. p. 5. Authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. & ibi Doctores notãt quod ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi probetur versio in eius vtilitatem. Idem Redoanus de rebus ecclesiæ non alien. in rubrica, an & quomodo ex mutuo obligetur ecclesia, q. 4. numero. 1. Idem quoque dicendum erit in cõtractu reditus, cum is odiosior sit, quam mutuum.

Similiter eadem ratione ex contractu reditus cum ciuitate gesto nõ agere creditor, nisi pecunia sortis versa sit in ciuitatis vtilitatem, ex l. ciuitas, vbi DD. notant. ff. si cert. petat. probat text. dict. l. 3. titul. 1. part. 5. vbi Greg. glos. fin.

34 Illud autem controuerti solet, cui incumbat onus probandi pecuniam seu fortem reditus cessisse in vtilitatem minoris, ecclesiæ, aut reipub. breuiter relicta longa scribentium dis-

35 putatione. Creditor reditus regulariter tenetur probare sortẽ versã in minoris, ecclesiæ, collegij, aut ciuitatis vtilitatem, probatur, ex l. 1. & 2. C. si aduers. credit. restit. Et quamuis cõmunis Doctorum interpretatio ea iura non admittat in mutuo gratuito, vt resoluit Gom. 2. tomo c. 14. numer. 2. vers. quinto infertur, ita limitans, & intelligens dict. l. 3. tit. 1. partita 5. plures referens Mascar. de prob. concluf. 1162. num. 12. vbi num. 14. dicit à communi recedendum non esse, tamen contraria sententia verior, & tenenda est. Tum quia ille titulus si aduers. cred. restit. non loquitur tantum de fœneratore, sed simpliciter de creditore, qui propriè verificatur in mutuante, siue gratis, siue sub vsuris mutuet. Tum quia l. 1. illius tituli indistincte loquitur de contrahente, nec ibi fit mentio vsurarũ, l. vero. 2. loquitur de creditore sub fœnore, ex quo colligi potest aliud esse casum l. 1. alium l. 2. ne incontinẽti detur magna superfluitas, facit quia tempore illarum legum non erat reprobatum fœnus, & consequẽter credendum non est creditorem fœneratitium, eo tempore plus onerari, quam alium, & ita hanc opinionem, quod creditori mutuanti minori, siue gratis, siue sub fœnore incumbat onus probandi pecuniam vtiliter consumptam, probarunt Pinel. & ab eo relati l. 2. C. de rescinden. 3. p. cap. 1. num. 32. Caldas. Pereyra, & alij relati à Mascard. vbi supra num. 14. Dec. 18. Pedemon. 169. num. 9. Rebuf. in titul. de rest. in integr. artic. 1. glos. 3. nu. 21. dicens idem esse in ecclesia.

36 Et hanc opinionem probat mihi text. iure regni optimus in dict. l. 3. titulo 1. part. 5. ibi. *O lo que fuesse prestado al menor de veynte y cinco años, aquel que lo prestó, no lo puede demandar*

dar

dat, nisi ludens exuit, facetus unde si quidem probatur, quod ei tempestivo tempore pro decadano dedit. Qui textus plane loquitur in mutuo gratuito, nec ad fœnerationem cautum restringi potest, vt limitabatur Gom. ubi supra, quia partim iure fœnus reprobatum erat, vt probabimus infra lib. 3. qu. est. 4.

§ 7 Sed quo ad nostros reditus in dubio res est, creditorem probaturum esse sortem in rem minoris versam, cum sint vsuras succedaneas, vt supra diximus, & creditorem fœneratitium omnes scribentes grauant onere probandi. Tum odio vsurarum: quia contra fœneratores semper est præsumptio, c. illo vos, de pign. Tum quia si sub vsuris minor recepit, & si alias bene expenderit, pecuniam tamen, quia vsuræ sunt illis nimis graues, vt omnibus regulariter esse solet, læsio hoc ipso probata dicitur, vt scribit Sforo. Odi. de rest. in integr. q. 51. art. 5. num. 47. sequitur Mascard. vbi supra, num. 5. & sequent. Et quamuis contractus reditus immunis sit ab vsurarum labe, grauat tamen minorem, & eius facultates exhaurit, & ideo minoris læsio hoc ipso, quod ad reditus se obligauit, probata censeri debet, nisi creditor docuerit de minoris vtilitate.

38 Alioqui pecunia creditori periret à quo nullo curatore adhibito cum solo minore scienter contrahente citra iudicis authoritatem iustum, & æquum est, hanc solicitudinem exigere, non solum tempore contractus inspecto, sed etiã postea. Nec enim continuo liberatus est periculo, si tempore contractus dedit sobrie rem suam gerenti, & quod opus erat, nec superuacuam pecuniam accipienti si lubrico, & facilitate ætatis ante perdat, quam in rem suam vertat: perit enim periculo creditoris: quia siue minor tempore contractus, puta superuacuum mutuum, aut sortem accipiendo, siue non tempore contractus, sed postea per imprudentiam perdendo pecuniam, initio prudenter acceptam, captus sit, poterit restitui. Secus si pecuniam prudenter accepram postea casu fortuito perdiderit: quia tunc nec tempore contractus inspecto, nec postea per imprudentiam, seu ætatis lubricum captus esset. Vnde non restitueretur. l. verum. §. sciendum, de minor. glos. & Salicet. l. 2. C. de fil. fam. minor. sequitur Pinel. vbi supra num. 35. vbi ex hoc limitat titulum. C. si aduers. 39 cred. dum onerat creditorem, vt probet pecuniam mutuo datam in vtilitatem minoris versam: id enim non procedet vbi minor eiusque curator mutuum accipit in causam necessariam, quod iam supra diximus de iure licuisse etiam sub vsuris, ex l. 3. §. consequitur de contra. & vtilit. act. mutuæ: & titulus ille si aduers. cred. loquitur, & procedit cum minor restituitur aduersus mutuum: restitutio autem læsionem præsupponit à principio, quæ cessat vbi in causam necessariam mutuum acceptum est, & ita eo casu minor tenebitur probare pecuniam male perditam, cum non nitatur ex alia læsione, nisi ex amissione pecuniæ, quod etiam admittunt Bart. & cæteri DD. in d. l. 1. C. si aduers. cred.

40 Non obstat §. at ex contrario ad fi. init. quibus alienare licet, ibi. *aut furto, aut vi amiserit*: quia ille §. loquitur de pupillo, cui sine tutore mutuatum est, quique ipso iure ab initio nõ obligatur, nec indiget restitutione: vnde quomodocũque amiserit non incipit teneri: quia satis est quod cessat æquitas replicationis, ex quo non est locupletior. Nos autem loquimur de adulto carente curatore qui

ab

ab initio ciuiliter,& naturaliter obligat,& indiget restitutione in integr. si captus sit. Vnde si ab initio nō oritur restitutio,quia prudenter mutuatus est,licet possit ex post facto oriri, si per imprudentiam perdat: tamen non oritur si citra imprudentiam casu fortuito perdat. Si vero ab initio fuerit materia restitutionis,vt quia temere mutuatus est,non defuit competere restitutio,licet nō per imprudentiam,sed per casum fortuitum superueniat amissio. Et hoc est etiam de mente dict.§.sciendum, vbi in quantum denegat restitutionem minori,facto,vel casu fortuito læsso,loquitur de eo,qui ab initio sobrie rē suam administrans contraxit,& se obligauit,& quando ab initio nulla captio fuit, nec superuenit, nisi per casum fortuitum qui ab initio non poterat præuideri,nec præcaueri,vt in exēplis dict.§.& iustum, & æquum est creditori,qui semel in culpa fuit temere mutuando leui,& inconsulto iuueni, adscribere quidquid postea cōtigerit damni,cuius culpa illa præcedēs causa,sine qua nō,seu occasio fuit. Nec est iniurium creditorē,etiā bona fide mutuātē hoc duplici,seu successiuo periculo onerari, vt teneatur esse solicit' de prudētia,& captione iuuenis quo illi bene consulatur, nō solum tempore mutui,sed etiam tēpore vsus,& de ipsa collatione pecuniæ, vt sic vices in hoc curatoris supplcat,aut suppleri curet:quia sine curatore,& iudicis authoritate, cum minore.25.annis contrahit,vt sic ad hæc iusmodi creditorem spectet periculum fortis facilitate,vel lubrico minoris ætatis,siue tempore contractus inspecto, siue postea contingens, etiam si gratis mutuauit: multo fortius si sub vsuris paciscendo de quæstu vsurario, siue redituali: eadem enim huic omnino ratio est in emptione reditus quæ in conuentione vsurarum.

42 Et hoc est generale,quod creditor debet esse curiosus de versione in rē, quatenus cōtrahit cum persona prohibita,vel minime habili, vt in l.vir vxori in principio,& ibi Paul.ad Vel leian. notatur in l.ciuitas,si cert. pet. in Authen.Hoc ius porrectum.C.de sacrosanct ecclef.

43 Imo etiam si creditor cum minoris tutore,seu curatore contrahat,ipsis mutuando,adhuc ipsi creditori incumbit onus probandi pecuniam in rem minoris versam esse,si minor restitui desideret, quando non in necessariam, sed in voluntariam causam mutuatum erit,ex text.dict. l.1. C.si aduers. cred.& ibi cōmuni DD. schola,quæ isto casu quoque locum obtinet,vt rectè aduertit Pinel. dict. cap.1.num.34.

44 Ex prædictis infertur intellectus multarum legum,vt l.prædiorum. l. vtere.l.si prædium.C.de præd.min l. si fundus.§. quamquam de rebus eorum.l.patri.§.prædium de minor.vbi glos.verbo, locupletior quam nemo scribentium ibi reprehen dit, tenet minorem non teneri ad vsuras pretij,ex persona sua, siue ex contractu suo,licet fructus petat,quod est falsissimum,& cōtra textum apertum in dict.l.si prædium,& in dict.§.quamquam cum similibus,& contra æquitatem naturalem, de qua in l.nam hoc natura,de condit.indeb.& in l. iure naturæ de reg. iur. vt mox liquebit.

45 Ratio autem cur in dictis locis minor ex persona sua teneatur ad vsuras,est ne cum iactura aliena lucretur,text.est dict.§. quamquam in fine vbi dicitur, quod si creditores paterni ipsius pupilli dimissi sunt de pretio fundi, sine decreto venditi,si pupillus repetens fundum cum fructibus

ctibus, nollit reddere pretium simul cum vsuris medij temporis, dicitur lucrum capere ex damno alieno, & sic etiam si pretium offert, sed detrectat vsuras adhuc in istis certat de lucro, & iactum alienum quia non solum habuit pretiũ tempore medio, sed etiam interusurium pretij, cum paterni creditoris inde dimissi sint, qui potuissent facere pignorati, & distrahi bona pupilli, qui beneficio dicti pretij tãta incommoda euitauit. Contrà vero interim pecuniæ suæ interusurium amisit, & tamen totum lucrum restituit, videlicet fundum cum fructibus.

46 Nec valet dicere, quod interim emptor habuit interusuriũ fructuũ, tum quia illud nullum est, cum sit accessio accessionis l. nec eorum, de vsur. tamen si quod esset considerabile pro interusurio totius pretij, præsertim simul non particulatim numerati, deinde non breui, sed longo tempore retenti.

47 Et quia prædicta ratio naturalis est, decisio locũ habet, nõ solũ quãdo emptor, vel alius cõtrahẽs nõ fuit in culpa, sed solẽniter, & bona fide cõtraxit, ita minor beneficio restitutionis indiget, sed etiã quando emptor contra ius decreto omisso cõtraxit, ita quod fundus recte vendicari possit, vt in dict. §. quamquam, & in d. l. si prædium.

48 Quod si pretium quidem non perierit, sed saluum sit, non autem fuerit vtiliter impensum in rem pupilli: tunc dico quod licet minor, vel factus maior recipiat fundum cũ fructibus, tamen satis habet reddere pretium, nec tenebitur ad aliquas vsuras. Probo. Primo, quia iam cessat ratio finalis, & decisiua: quia pupillus nullum habuit vsum, vel commodum pecuniæ. Secundo, quia omnes leges, quæ dicunt minorem teneri, etiam ad vsuras pretij loquuntur signate, & differte, quando constat minorem locupletatum fuisse, non solum in pretio, quod non periit, sed etiam in interusurio pretij: alias nullo iure caueretur cum teneri, etiam vsuras restituere.

49 Tertio, probo per textum dict. l. patri. §. prædium, versicul. item ex diuerso in fin. vbi textus præcidit, quod eatenus tenetur ex pretio respondere, quatenus inde locupletior factus est. Ergo si tantum pretium extat, nec aliter versum est in vtilitatem minoris, non tenetur, nisi ad pretium: quia non est locuples interusurio, sed solo pretio, si enim non sit salua, nisi pars pretij, non tenetur nisi ad illam partem. Si autem totum pretium in rem versum sit, & in vsus vtiles minoris, tenetur ad totum pretium, & ad vsuras totius pretij: ergo pro rata, si pars versa est, hic est verus & nitidus intellectus dicti versiculi.

50 Prædictam conclusionem, quod creditor, qui à minore reditum emit, teneatur probare sortem vtiliter in rem minoris versam. Limito primo quando contractus reditus fuit celebratus cum interpositione decreti. Tunc enim tantum præsumitur pro decreto iudicis, quod onus probandi sortem male, & sine minoris vtilitate consumptam, transferatur in ipsum minorem, vt docuerunt Bart. Bal. & Salicetus in dict. l. prædiorum. C. de præd. minor. optime Octauianus Simoncellus, in tract. de decret. libro 3. titulo 7. numero 20. vbi testatur communem, idem fatetur Pinel. l. 2. C. de rescindend. 3. part. capit. 1. numero 25. quamuis ab hac recepta sententia dissen-

dat,

dat,eam tamen defendit Simoncel. vbi ſupra, & ſequitur Sforcia Oddi. in tractatu de reſt.in integr.1.parte, quæſt.47,artic.5.num,23.Caldas Pe rei.in.l.ſi curatorem habens, verbo hunc contractum,num.11.Maſcard, concluſ.1162.nu.18.& ſequent. Mo uentur ea ratione,quia quando inter uenit decretum iudicis, emptor hà bet præſumptionem pro ſe, quod pe cunia bene collocata fuerit: decretũ enim omnem præſumptionem tol-
52 lit Sed aduertat creditor reditum à minore empturus,hanc communẽ ſententiam tutam non eſſe,nam po teſt iudex decretum interponere, quia cognouit minori expedire redi tum vendere ad æs alienum redimẽ dum, & ſoluendum debita, quæ forte vrgent ad bonorum diſtractio nem, quorum fructibus reditus ex tingui poterit. Sed non bene ſequi tur quod propterea pretium bene collocatum fuerit poſt reditus ven ditionem celebratam, vt conſiderat Oddus vbi ſupra num.25. Deinde quia permulti tenuerunt contra cõ munem,quod emptor debeat proba re in rem minoris verſum, etiam ſi vẽditio fuerit cũ decreto celebrata. Imo & hanc cõmunem eſſe conten dit Pincl.eam ſequutus vbi ſup.n.27.
53 Ideo vt cautius agat creditor, de bet non ſolum emere cum decreto, ſed etiam curare vt fors cedat in mi noris vtilitatem,vel ſoluere non ſoli minori,ſed cum authoritate curato ris & iudicis iuſſu cum omni iuridi ca ſolemnitate: quia tunc ex caſu, vel culpa alterius non dabitur reſtitu tio in emptorem ex §.at ex contra rio inſtit.quibus alienare licet. l.san cimus.l. conſtitutionem. C.de admi niſtrat.tutor.Bart.in l.ſi ſine,§ inter poſito ad fin.ff.de adminiſt.tut.Pine lus vbi ſupra,num.28.
54 Secundo limita, ſi longum tem-
pus elapſum fuiſſet poſt contractum reditus cum minore celebratum: tunc enim propter temporis antiqui tatem, præſumeretur pro emptore, quod ſors in rem minoris verſa fuiſ ſet, ex traditis ab Aymonio de an tiquitate temporum.3.part. §. vidi mus in genere, numero. 26. vbi lo quitur in contractu eccleſiæ, & idẽ dicit ſi cum minore contrahatur, quem corrupte allegant, & ſequun tur Burgos de Paz, conſilio. 15. nu mero.28.Felician.de cenſ.libro.2. ca pit.3.num.9.
55 Quod ſi quæras qualiter probetur in rem eccleſiæ, & eius vtilitatem verſum eſſe, vide quos refert Couar ruuuias, libro.2.variarum, capit. 17. numer.3.in fine,verſicul. qualiter au tem probetur Gregor.in dict.l. 3. tit. 1.par. 5.glo.ſi.Menoch.li.2.de arbit. caſu.432.
56 Vbi diligenter explanauit quan do ex ſuſcepto mutuo à prælato, ciuitate, eiusvè adminiſtratore a gat creditor; & quando probare teneatur pecuniam verſam in eccle ſiæ, aut ciuitatis vtilitatem, & in numero. 33. habet, id probandum eſſe coniecturis, quod etiam tra dit Alciatus poſt alios ibi in.l.ciui tas, numero. 6. ſi certum petatur: coniecturas autem quibus iudicis arbitrium, cui hoc relinquitur, mo ueri poſsit, refert Menoch. vbi ſupra, ex numero.54.& videndus eſt etiam Maſcard.dict.concl.1161.in tract.de probat.
57 Quoad praxim aduertendum eſt ſolere nonnullos iudices caſu in iu dicio occurrenti indiſtincte condemnare emptorem ad reſtitutio nem fundi cum fructibus ſuper eis deductis meliorumentis refuſſo pre tio, quod inueniatur in vtilitatem minoris conuerſum. In quo duplici ter peccatur. Primo onerando indi-
58 ſtincte

sinde creditorem onere probandi versionem in vtilitate minoris, quod non semper fieri debet per prædicta.

Secundo peccatur etiam ea versione probata nō habēdo rationem interusurii, quod est iniquum fructus adiudicando à die contractus.

59 Debebit ergo bonus iudex consulto de illa versione æstimare illud interusurium, & pro rata cum fructibus compensare. l. minor annis. §. prædia de minor. non autem videtur æstimandum interusurium omnino ad rationem duodecimæ, seu ad rationē quatuordecimæ in Hispania, (prout vulgo putant quoties de interusurio æstimando agitur,) sed ad rationem quinceuncis vsuræ, vt dicemus plenius infra lib. 3. quæst. 7. vel maioris vsuræ ex bono, & æquo inspectis rei circunstantijs, vt dicam in fra cad. nu. fin. dummodo æstimatio non excedat rationem decimæ. l. 9. titul. 18. libr. 5. Recopilat.

60 Quidam verō non adiudicāt fructus minori, nisi à die litis cōtestatę, quod est magis erroneū casu quo emptor in mala fide esse dicitur, cū emerit non seruatis solemnitatibus à iure requisitis. l. 1. cum glos. verbo, mala fide. C. de fide instrumēt. & iur. hastæ fiscal. li. 10. l. iuuemus. 2. §. fane. 1. C. de sacrosan. & ideo omnes fructus à tempore contractus restituit, vt probant d. iura, & docet Bart. l. sed si lege. §. scire, num. 4. de peti. hæred. Abb. cap. ad nostram circa finem de reb. eccles. non alien. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 30. nu. 3.

61 Idem ius erit in venditione bonorum debitoris in causa executionis rei iudicatę, vel publici instrumenti, nullitertamen factæ: quia non fuerunt seruatæ iuris solemnitates. Nam passim huiusmodi executiones annullantur, bonis cum fructibus debitori restitutis, soluta prius debita pecunia cum legitimo interusurio, quod cum fructibus facta omnium liquidatione proportionabiliter cōpensandum est, vt eleganter tradit Olascus decis. 160. Pedemont. sequitur Ioan. Francis. Bellacomba inter communes. 1. p. libro. 5. titul. de præd. min. num. 19 faciunt quæ notat Paris. Modern. in suis consuetud. §. 22. quæst. 10. Idem erit si creditori bona debitoris, non pro mensura debiti, vt fieri oportet, sed plura, quam pro debiti quantitate adiudicentur: quia executio vitiatur in totum, & fructus interim percepti imputantur in sortem, vel si pro maiori summa, quam sit debita fiat executio, & adiudicatio bonorum. l. si non sortem. §. si centum vbi notant Bart. & Iass. num. 1. & sequent. Marant. in pract. c. fin. nu. 20. Caualcanus in trac. de vsufructu mulieri relicto, num. 208. pag. 379

62 Ex quibus etiam inferri potest ad illam quæstionem qua quæritur, an data enormissima læsione in contractu venditionis debeant fructus restitui à tempore contractus, & rei traditionis restituto pretio cum vsuris? quod maxime dicendum videtur ex supra relatis: & tradit Leo in sua centuria responsorum, respons. 19. Gama decis. 94. nume. 3. & ibi Flores in additione, Parladorus rerum quotid. libr. 2. capitule fin. §. 16. numero. 13. quamuis Casaneus, & Pinellus quos refert & sequitur Gutier. libr. 2. pract. q. 134. dixerint hoc casu emptorem nullos fructus teneri restituere. Tamen intelligendū est in emptore, qui probata læsione enormissima rem cū fructibus à tempore contractus restituet, secus in tertio rei taliter vēditę possessore, qui particulare titulū, & bonā fidem habet, quia licet causā habeat à primo emptore, & in ejus locum succedat, id verum est quoad contractū, & rē ipsam:

ipsam non quantum ad vitia personalia, vnde si primus emptor dolo, vel metu induxerit venditorem, vel in vsurarum fraudem contraxerit in quantum ista rem afficiunt & cõtractum annullant bene transeunt ad emptorem, vel secundum, aut tertiũ successorem, in quem res non transfertur sine onere suo. Secus in quantum respiciunt actionem doli ad dãna, vel malam fidem ad impediendam præscriptionem, vel lucrum fructuum: hæc enim sunt personalia, & sequuntur authorem suum, nec transeunt ad tertium, ideoque tertius alterem longissimo tempore præscribit Auth. Male fidei. C. de præscriptio. long. tempore Paris. Mod. in consuetud. Paris. 1. p. §. 22. quæstione. 10. numero. 51.

63 Vidimus supra quid iuris quando ab adulto carente curatore emptus est huiusmodi reditus, sed dubitatur quid si ematur a tutore, vel curatore minoris? Respondendum est non habere creditorem fundatam intẽtionem cõtra ipsum minorem, vel eius hæredem ad solutionem vel continuationem reditus, nec ad sortem ex eo solo, quod sors tutori vel curatori numerata sit, nisi quatenus probetur versum in vtilitatem minoris, vt probat tx. d. l. Prædiorũ. C. de præd. min. l. fi in rem. C. quando ex facto tutor. Sed si hoc controuertatur a minore, vel maiore facto, habebit creditor quatenus versum non probat recursum contra tutorem, vel curatorem, qui licet non cõtraxerint, nisi nomine officij, tamen nisi docuerint se in rẽ pupilli vertisse, vel hoc diligenter curasse, tenebuntur nomine proprio ad omne interesse creditoris, in quo veniunt etiam reliqua reditus, quod si sine dolo eorum, & culpa perierit pecunia, damnum est creditoris, sibiq; imputare debet, nisi illi proprio nomine se obligauerit, iuxta text. in l. si non subscripsisti. C. de admin. tuto.

64 Indubio autẽ numerata tutori pecunia, nec illi, nec pupillo perisse præsumitur, respectu tutoris, etiam in rẽ pupilli conuersa præsumitur, prout curare debuit, & hoc creditore contra eum agente, non autem cõtra ipsum pupillum conuersa præsumitur, ideo creditor habet fundatam intentionẽ cõtra tutorem, vel curatorem in vtroque, videlicet in sorte, & in reliquis, nõ autẽ contra minorem vt supra diximus.

65 Sed quid si minor maior factus soluit, & continuauit reditũ per aliquot annos, deinde recusat, nisi creditor sortem retro versam in eius vtilitatẽ probet: videtur creditorem nõ tenere probare, quasi maior factus, saltem scienter soluendo satis cõprobauerit. l. Pupillus. §. idem ipse. de auth. tuto. l. Si filius de min. facit l. sed Iulian. in fin. ad Maced. Incontrariũ videtur hoc non releuare creditorem, quasi simplex solutio veniat executiue ad actum primum, & sic non confirmat. l. 3. §. Scio. ff. de min. & quæ notat Bart. & Ias. in l. penult. de cond. ob turp. cau. Sed ne longius discurramus omnissa hic incidenti disputatione dicendum censeo, quod si maior factus infra quinque annos conqueratur, tenebitur creditor probare non obstantibus solutionibus factis à maiore, sed post quinq; annos nihil probare tenebitur, si maior interim soluerit vel recognouerit, nec requiro, quod singulis annis soluerit satis est, quod aliquas solutiones fecerit, ita vt creditor fuerit, & manserit in quasi possessione reditus contra maiorem, secus si maior factus nihil soluerit, neque recognouerit: quia tunc simplici silentio, ex quo creditor nihil interim possedit, non dicitur approbasse, etiã si contractus erat de facto suo, & non

de solo facto tutoris vel curatoris; quia si reditus nõ subsistit nulla quasi possessio fuit acquisita creditori tempore minoris ætatis etiam si tunc solutum fuerit.

66 Sed quid si tutor cùm pupillus careret pecunijs, esset tamẽ redimẽdus ager paternus tẽpore spirante; vel ędificia vrbana, aut rustica reficiẽda ęrogauit ẽ suo, & sibi in rationibus adscripsit interusuriũ suæ pecuniæ ad rationẽ quatuordecimę: Respondendum est potuisse tutorẽ, casu quo sua interfuit ratione lucri cessanti, aut dãni emergẽtis ad sui cõmodum adscribere in terusurium ad hoc ne forte videatur illud remisisse, iuxta l. Nesenius de neg. gest. l. 1. C. eod. sed nõ potuit ad augendã vel determinandã quãtitatẽ interusurij, quæ ex bono, & æquo æstimari debet, l. quid ergo. §. conqueritur de contra. & vtili actio. tutel. l. & in contraria de vsur.

67 Vltimo quæritur an teneat reditus à ciuitate, aut populo super bonis publicis ciusdẽ ciuitatis, aut populi constitutus? Et videtur distinguendum; aut enim reditus constituitur super bonis publicis, & vsui publico destinatis, qualia sunt platea, via publica, exitus, defensa, prata, montes, & termini: aut super bonis publicis, nõ destinatis ad vsum publicũ, qualia sunt bona, quæ sunt in reditu, & pecunia populi, vulgo, *propios del concejo*, vt serui, pecora, molendina, domus, prædia, campi, oliueta, & reditus publici. Primo casu non tenet reditus super bonis publicis, & publico vsui destinatis: quia ciuitas, seu populus non potest eiusmodi bona alienare: l. sed celsus. ff. de contrah. empt. vbi glos. exemplificatur in campo Marcio. l. cõtinuus. §. cũ quis. de verb. vbi glos. & DD. l. 15. tit. 5. p. 5. & ibi gl. 2. l. 7. tit. 29. p. 3. & ibi gl. l. 13. tit. 9. p. 6. & ibi gl. 4. l. 1. l. 11. tit. 7. lib. 7. recop. Greg. in l. 26. tit. 31. p. 3. glo. 4. ante finem, nec bona ista sunt in commercio cũ sint ad publicum ciuium vsum deputata d. l. sed celsus. l. 9. tit. 28. p. 3. cum ergo non possint hęc bona publica alienari, non poterunt obligari reditui ex l. fi. C. de rebus alien. nõ alienan. Amplia etiam si reditus constituatur superhuiusmodi bonis publicis in terris dominorum, & cum licentia ipsorũ quidquid dixerit Auen. de exèq. mãda. 1. p. c. 12. n. 24. de cuius opinione dubitat Azebed. ad d. l. 11. n. 5. & ab ea discedit Bobadilla, in suo eleganti Politicorum opere lib. 2. c. 16. nu. 153. Dictam conclusionem limita. 1 si in venditione reditus super bonis publicis licencia Regis interuenerit tunc enim reditus subsistinebitur, quia eadem licentia bona eiusmodi possunt alienari vt probat ex iuncta glo. verb. relictæ in. d. l. continuus. §. cum quis de verb. d. l. 11. tit. 7. lib. 7. recop. & ibi Azeued. Grego. d. l. 15. glo. 2. & in. l. 2. gl. 2. tit. 19. p. 6. & in. d. l. 26. tit. 31. p. 3. gl. 4. ad finem. Auend. d. c. 12. num. 22. Bobadilla vbi supr. Limita. 2. quando termini & terræ essent dominorum ex Regis cõcessione, quia tunc dominorum licentia posset super eis reditus constitui ex traditis à Mexia ad l. Toleti. 9. par. 2. fundamẽto. num. 48.

Secũdo casu quãdo reditus constituitur super bonis publicis non destinatis ad vsum publicũ, sed ad reditũ & pecuniã populi; tũc aut interuenit Regis licentia, & sine dubio valet reditus cõstitutio ex supradictis, aut nõ interuenit Regia facultas, nec iudicis decretum, & non valet reditus, nec pro eo bona publica obligari possunt patet quia Rẽpublicã, vt pupillã extraordinẽ iuuari moris est. l. Rẽpublicã. C. de iure Reipub. li. 11. & vniuersitas æquiparatur pupillis, vt docet Bart. in l. 1. §. fi. nu. 1. ff. quod cuiusque

vniuer

vniuersita. nomine, at bona minorū sine decreto non possunt alienari, vt per totum. C. de prædijs min. sine decreto nō alien. ergo nec bona ciuitatis, aut populi, & cū prohibeatur alienatio fauore populi, prohibetur quoque obligatio, vt dixi supra, hac quæstione. n. 9. aut reditus constituntur super bonis publicis, quæ sunt in reditu & pecunia populi cum decreto iudicis vel dominorum in suis territorijs Et sunt qui censeant valere reditum, vt Follerus in practica censuali verſic. census enim. nn. 36. Felicianus de censibus, lib. 2. c. 3 num. 6. Pro qua opinione facit. 1. quia omnes res sunt alienabiles nisi lege prohibeantur alienari, vt instituta quibus alienare, licet vel non. & per Igneum in l. 3. verſic. item sine n. 12. ad Syllanian. Sed hæc bona ciuitatis non prohibentur alienari saltim cum solemnitate. d. l. fin. C. de veniden. reb. ciuit. lib. 11. ergo cum ea alienari, & hic obligari possunt pro reditu. Secundo facit quia hęc bona sine Regis licentia possunt alienari d. l. fi. & l. fin. C. de prædijs decurion. lib. 11. l. 1. C. de seruis Reip. & tenet Greg. d. l. 15. gl. 21. & in l. 24. tit. 4. par. 3. glo. 5. ad fin. Nec obstat d. l. 11. tit. 7. lib. 7. recop. quia ibi non prohibetur venditio, aut obligatio istorum bonorum publicorum, sine licentia Regis, sed solum prohibetur administratoribus & rectoribus ciuitatū, & populorū donatione facere terrarū popularium, at prohibita donatione, non cēsetur prohibita venditio, aut obligatio. l. si pōsus. §. circa. ff. de don. inter vir. Cōtraria opinione, imo q̄ redit. sup. huiusmodi bonis publicis, sine Regis licētia imponi nō valeat, tenuerūt Bobadilla, & Azeuedo vbi su. Bened. Bonius de cēsibus art. 18, & ita iudicauit Senatus hic Regius cōtra Licētiatū Blācū pro villa de Medina de Riose co, & in alijs pluribus causis. Pro qua sententia facit. l. 1. d. ti. 7. li. 7. recop. vbi populi prohibetur vēdere terminos publicos, & ita cēsentur prohibiti eos de obligare ex. d. l. fi. C. de rebus alien. nō alienand. & his quæ diximus sup. hac q. n. 9 Imo nec eos arare licet, sine Regis licētia, vt per Auend. de exeq. mand. 1. p. c. 12. n. 29. & Greg. l. 16 ti. 25. p. 4. gl. 6. verſ. *aner vida*. Nec obstat. d. l. fi. C. de vend. rebus ciuitatum quia nō loquitur de quibuscunq; bonis publicis, sed de his tātū, quę ciuitati titulo hereditatis, aut legati aut donationis deuenerūt. vt aduertit Greg. in l. 15. tit. 5. p. 5 gl. 2. dicēs q̄ forte. l. illa nō habebit locum in rebus ciuitatis alijs titulis acquisitis, quę nō possent alienari etiā cū illi. l. solēnitate. quia in illis rebus cōcessum, in alijs videt prohibitū. l. cum prætor. ff. de iud. cū alijs quę diximus. lib. 1. q. 12. n. 31. Tū quia in. d. l. fin. multa requiruntur quę nūquā interueniūt in cōtractibus ciuitatū. Primo cōsensus totius vniuersitatis. Secundo authoritas principis seu superioris, & illius decreti. Tertio, iuramentū alienatiū, q̄ alienatio fit pro vtilitate vniuersitatis, Quarto q̄ sint præsentes omnes vel maior pars Curialiū honoratorū, Quinto q̄ etiā sint præsentes omnes possessores rerū alienādarū, vt per Menochiū, cons. 80. n. 22. Follerū vbi sup. n. 36. Nec sufficit q̄ maior pars cōsentiat, sed omnes vt singuli cōsentire debēt, vt per Calcaneū cōs. 45. n. 3. sequitur Menoc. vbi sup. n. 26. tū etiā quia. d. l. fi. hodie obtinere nō pōt in bonis publicis cū omnino prohibeatur alienari. d. l. 1 & 11 tit. 7. lib. 7. recop. vbi nō solū prohibetur donatio, sed etiam venditio.

68 Sed quid in reditu reluatione an possit cōstitui super bonis publicis absque Regis licētia: videtur q̄ nō, quia tāuore ciuitatis, & populi prohibetur bona publica alienari, sine Regia facultate: ergo nec obligari possunt

concedẽti prædiũ ipſi ciuitati pro reditu quẽ concedẽs, ſibi reſeruat: quia per obligationẽ pertinetur ad alienationẽ, & prohibito cõſequenti prohibetur antecedẽs. l. Orario de ſpõſalib. Imõ nec ipſum prędiũ reditui reſeruatiuo manebit obligatũ, quia poſt quã fuit acquiſitũ ciuitati, cępit non poſſe obligari. l. 1 §. fi. ff. de rebus eorũ & ita Imperiali beneficio opus erit, vt ex reſcripto pignus confirmetur. l. 2. eod. tit. quę iura cũ loquãtur in minore debẽt exaudiri in ciuitate quæ vt pupilla iuuari debet. d. l. rẽpublicã. C. de iure Reip. Secũdo, quia ſecũdũ cõmunẽ ſententiã de qua ſupra iſta quæſtione minor nõ potest abſq; decreto iudicis, & ſolẽnitate ad alienationẽ bonorũ immobiliũ neceſſaria, reditũ cõſignatiuũ alteri ſup ſuis bonis imponere, q̃ probatur ex. in l. ſe dſi pecunia §. fi. ff. de rebus eorum, ſumpto argumẽ. a ſeruitute. l. magis puto, verſ. itẽ prætor. ff. eodẽ. ergo nec poteſt ſuper ſuis bonis reditũ reſeruatiuũ alteri cõſtituere: ergo idẽ in ciuitate dicendũ eſt, ex d. l. rẽpub. Tertio, quia ſicut minor ſine decreto non pot immobilia alienare, ita nõ poteſt ea ſine decreto obligare. l. magis puto, verſ. Item prætor æſtimare debebit. ff. de reb. eorũ. l. fi. pupillorũ. verſ. ſi pupillus dedit. & §. fi. l. pen. §. quãquã. ff. eod. l. nõ ſolũ. & l. ſeq. C. de prædiis min. ergo idẽ dicendũ eſt in bonis Reip. quæ pupillæ cõparatur, vt nõ poſſint obligari reditui reſeruatiuo ſine licẽtia Regis, iuxtã qua nõ poſſunt alienari. Et ſecundũ hãc ſententiã reſpõdit Pariſ. cõn. 85. n. 9. & ſequę, q̃ ſi minor accepit prędiũ in libellũ aut emphiteuſim, obligãdo bona ſua pro ſolutione penſionis abſq; decreto, nõ valet contractus. Quarto facit, quia Rex eſt bonorũ publicorum adminiſtrator, l. prohibere, §. plane, cũ ſeq. ff. quod vi aut clã. Greg. in l. 26. tit. 31. p. 3. col. 4. poſtmodũ. ergo ſine eius licẽtia & authoritate nõ poſſunt bona publica obligari, arg. l. ſicut arborem habens, C. de reſtitu. in integ.

In contrariũ facit, quia quando ciuitas recipit prædiũ a Titio reſeruans ſibi reditũ etiãſi pro reditus ſolutione obliget bona publica, & ipſum prędiũ, acquirit prædiũ, & nõ alienat: in acquiſitione autẽ nõ requiritur iudicis decretum, nec Regis licentia, ſicut in alienatione l. 1. in prin. ff. de rebus eorũ: igitur cõtractus valet abſq; Regis licẽtia & iudicis decreto, & quamuis in cõſequentiã ciuitas obligetur ad penſionẽ reditus reſeruatiui, illa obligatio acquiſitioni ineſt, & ideo permittenda eſt ex l. 2. ff. de rebus eorũ. ibi: *Quod cum domino pignus quæſitum eſt, & ab initio obligatio inhæſit*, notatur in l. lecta, ſi certi. per. Et illa reditus reſeruatiui cõſtitutio eſt pars cõtractus quaſi pretiũ illius. l. fundi partẽ. de cõtrah. emp. Secũdo facit, quia quãuis minor prohibeatur obligare ſua bona ſine decreto iudicis, tamen vt meliorem conditionem faciat, & in cõſequentia permittitur obligatio ſine decreto, l. 2. ff. de acceptilat. vbi gloſſa dicit, q̃ pupillus poteſt ſine decreto obligari, vt per acceptilationẽ liberetur: quia cũ fiat ad ſuũ commodũ tenet obligatio, quã gloſſ. cõmendat ſaſo in l. more. n. 11. de acqui. hæred. & in l. cõtra iuris. n. 8. de pact. Gomez. §. omniũ. n. 28. de action. ſequũtur plures relati a Tiraq. poſt ll. cõnubiales. gl. 5. n. 66. & probatur illius gl. doctrina l. 4. tit. 11. p. 5. ibi. *Pero ſi por razon del prometimiento que fiziesſe el pupilo ſe le ſiguieſſe alguna proualdria, el prometimiento que fiziere ſalla en aquella quãtia que montaſſe la prouecha, e fincaria por aquello obligado, e no por mas.* l. 3. ff. cõmodati. Ex quo infert Greg. d. l. 4. gloſſ. 4. q̃ pupillus põt per contractũ ſeu donationẽ facere maioriam in filiũ, ſeu alium ſibi ſucceſſurum

rum cum sit id vtile sibi, & suæ prosapiæ. Igitur, cum in hoc casu ciuitas prædiũ acquirat, & in sui cõmodum obligetur, tenere debet obligatio, & reditus constitutio. Accedit, quòd Ecclesia obligatur ex donatione modali sibi facta cum pacto resolutiuo. c. verũ de cõdit. apposit. Boerius decis. 182. ex nu. 34. Paulus l. 1. de bon. mat. 3. p. ti. 53. Conar. lib. 1. var. c. 14. n. 6. Tertio facit, quia si donetur prædiũ ciuitati aliquo onere adiecto, nõ reijcitur onus, sed cũ eo prædiũ ciuitati acquiritur, & ciuitas manet oneri obligata, vt in pupillo cui donatũ est adiecto onere. resoluit Decius, in l. si tibi pecuniã nu. 5. ff. si cert. pet. vbi additio dicit verissimũ, licet dissentiat Alciatus ibi relatus per tx. d. l. 1. §. fi. de reb. eor. sed q; ciuitas acquirit ex cõtractu reseruatiui reditus, acquirit ex causa lucratiua, vt in emphyteotico contractu dixit Iaſ. l. 1. n. 3. C. de iure emphyt. post Bart. l. fi. mihi & Titio de verb. Alex. cons. 7. n. 6. lib. 7: ergo in hypotesi acquisitũ fuit prædium ciuitati cũ onere reditus reseruatiui, & ciuitas ad reditũ obligata. Quarto, quia minor sine decreto iudicis potest feudũ accipere; & ad pẽsionem obligatur, vt per Zasium de feudis, 5. p. pag. 44. & potest quoque minor emphyteusim accipere, & ad pensionem obligari, vt cõtra Parisiũ supra relatum probat, & defendit Alvarus Valascus de iure emphit quæstio. 35. n. 3. & sequenti. Igitur, idem dicendum est in ciuitate, & in reditu reseruatiuo, de quo agimus.

Nec obstant quæ in contrariũ adduximus fundamenta, quia ad primũ respondetur, quod quãuis concedamus bona ciuitatis non posse obligari principaliter sine Regis licẽtia, possunt tamen obligari in consequẽtiã contractus reseruatiui reditus in vtilitatem ciuitatis celebrati. arg. l. 2. & ibi glos. de acceptilatio. & quia in consequentiam multa concedũtur, quæ aliàs non licerent. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. Secundò respondetur, q; quãuis bona ipsa ciuitatis sine Regio decreto nõ possint alienari, aut obligari, nihilominus contractus reditus reseruatiui cũ ciuitate gestus valet, & ciuitas & fructus, & reditus bonorum ipsius obligantur ad soluendã pensionẽ, nã ciuitas recte obligatur ex contractu in eius vtilitatẽ celebrato absque Regis licentia. l. ciuitas. ff. si cert. petat. l. 3. tit. 1. p. 5, & ita in ipsis fructibus & reditib⁹ fiet executio pro pẽsione, vel in prædio ciuitati pro reditu reseruatiuo concesso. Nec obstat. l. 1. §. fi. ff. de rebus eorum: quia exorbitans est eius dispositio, & nõ est trahẽda extra suũ casum, vt inquit Cumanus ibi. n. 1. Pinel. quem sequitur Valascus vbi supra, alias enim ciuitas locupletaretur cũ aliena iactura. Non obstat cõmunis traditio de reditu consignatiuo: quia diuersa est ratio in reditu reseruatiuo: nã in cõstitutione reditus consignatiui datur alienatio iuris percipiendi pensionẽ, q; res vniuersitatis afficit, & immobilibus bonis cõparatur, ex tex. in Clem. exiuit de paradyso, vers. cũque annui reditus dever bor. signifi. & in eodẽ reditu cõsignatiuo datur principalis ciuitatis, & bonorum eius obligatio: sed in reditu reseruatiuo pro prædio concesso ciuitati nulla est alienatio, sed acquisitio ciuitatis, nec ciuitas principaliter obligatur, sed in consequentiã cõtractus, & acquisitioni inest obligatio, q; nõ reperitur prohibitũ in iure. Non obstat, quod ciuitas æquiparatur minori, cui non licet bona sua sine decreto obligare: quia respõdetur quod equiparatio procedit quoad restitutionis beneficiũ: nã sicut minori ob lęsionem conceditur restitutionis beneficiũ, ita conceditur ciuitati, & vniuer

sitati, si tal is sit, quæ alie ho regi mi le indigeat, & in quasi nt pupilli, viduę pauperes, & ægroti, non si sit publicanorũ fabrorũ, vel pistorum collegiũ, vt per Alciat. in d.l. ciuitas nu. 3. & 4. & Sforciã Oddi in tracta. de restitutio. in integrũ. 1. p. q. 3. art. 12. vbi hoc vltimũ limitat, & quod æquiparatio Reipub. & minoris sit quoad fauorẽ restitutionis multis probat Sforcia sup. d. q. 3. per totã, & q. 18. art. 10 n. 62. Vltimò nõ obstat, quod Rex dicitur bonorũ publicorũ administrator quia, quãuis verũ sit, q. Regi ratio reditũ publicorũ ciuitatũ reddenda est ex l. 9. tit. 19. p. 3. ibi. *Porque sue el Rey. quisiere demandar quẽta de como fueron despendidas*, & ideo dantur hę rationes syndicatori officialiũ & videntur in regio consil. 22. tit. 9 lib. 3. recop. nõ tamen Rex est eorũ bonorũ administrator. quia ciuitates suorum bonorũ administratores habẽt, vt per totũ titulũ ff. de admin istr. rerum ad ciuitatẽ pertinẽtium. Nec. l. prohibere. § planè, quod vi aut clam probat Regẽ esse eorum bonorũ administratorẽ: quia ibi habetur, quod reipublicę procurator non potest cõcedere facultatẽ ædificandi in loco publico, nisi lege municipali contrarium disponatur. Rex autẽ hãc facultatẽ cõcedit nõ vt bonorũ administrator, sed tanquã Rex, & dñs, vt inquit l. 9. tit. 7. lib. 7. recop. vbi vt Rex & dñs eõcedit bona publica plãtata, & ædificata in censum, & reditũ, vt probatur ibi. *Porque a nos como Rey, y Reyna, y señores en lo tal pertenece*
69 *proueer*: nã Rex potest eõcedere, quæ publica sunt. l. sacra. §. sciẽdum. ff. de rerum diuisi. Ex prædictis infertur, quid dicẽdum, si ciuitas absq; Regis licentia recipiat bona ab aliquo in emphiteusim, *obligando se*, & sua ad canonis solutionẽ. Si vero ciuitas bona propria cõcedat alicui in emphiteusim sine regia facultate, nõ tenebit cõtractus. Ex tex. l. sed si pecunia. § si ius emphiteuticarium. ff. de rebus eor. l. etiã. C. de prædijs minor. vbi ea dẽ solẽnitas requiritur ad alienandũ ius emphiteuticũ minoris, quæ necessaria est ad immobiliũ alienationẽ, & ea ratione cõprobatur: quoniã eõcessio in emphiteusim est alienatio ex. est in auth. de nõ alienãdis. §. alienationis. l. fin. & ibi. Doctores. C. de reb. alien. c. nulla, vbi Abb. & alij de rebus Eccles. non alienand. Parisi. d. consi. 85. n. 6. lib. 3.

Ex quæst. sequent.

INstrumentum an sit de substantia reditus. num. 1.

Reditus an & quanto tempore debeat probetur. ibid.

Ex annua præstatione reditus non ex pressa causa non inducitur obligatio in futurum. n. 2.

Actus non probat nisi quatenus ex eo infertur de necessitate. num. 3.

Præstatio informis quæ dicatur. ibi.

In præstatione temporis immemorialis non requiritur causæ expressio. num. 4.

Præstatio causata per decennium obligat in iu futurum. n. 5.

Ex diuturna præstatione reditus nõ inducitur titulus vere, sed præsumptio quæ veritati cedit. n. 6

Cõtra præsumptionem ex præstatione proueniente admitti quãlibet legitimam probationem. ibid.

Et quid si præstatio causata tanquã de reditu perpetuo sit continuata per longissimũ tẽpus an admitta-

rut

tur probatio erroris vel præteritivsus. num.7.

Præsumptio insurgens eximmemoriali præstatione est iuris, et de iure, & non admittur probationem incontrariū.n.8.

Corruet tamen immemorialis si constet de titulo vitioso. ibidem.

Declaratio tex.in l. cum de rem versa de vsur.n.9.

Discutiuntur fundamenta Alciati contra communem adducta n.10.

Confessio extraiudcialis parte præsente, & acceptante probat, numer.11.

Aut apocha quid sit, & qualiter probet.n.12.

Verba enunciatiua in contractibus inter easdem partes probant. num.13

Verba enunciatiua per modum causæ prolata disponunt.n.14.

Si iscui querela inofficiosi competit aliquem actum gesserit cum herede tanquam heredem censetur testamentum approbare, num.15.

Soluens partem mutui confessi ex intervallo, super toto mutuo videtur confiteri, & exceptionem non numeratæ pecuniæ amittit.n.16.

Heres soluens quædam legata sine deductione falcidiæ, in omnibus amittit falcidiam.n.17.

Simplex recognitio emphyteusis quid operetur. nu. 18.

Qui recepit aliquid tanquam a tali an videatur eum talem confiteri.n.19

Alciatus tandem in communem relapsus.nu.20.

Ex vnica causata præstatione recipiens constituitur in quasi possessione reditus.n.21.

In petitorio tamen requiruntur longi tēporis præstationes certæ & causatæ ibid.

Et si de conditione, vel statu personæ puta adscriptitiæ agatur lōgissimum tempus requiritur. num.22.

Si reus probat de veteri & libero dominio non obstante deccennali præstatione in qualitate emphyteusis absoluendus erit.numer.23.

Differentia inter recognitionem formalem alicuius iuris successiui & simplicē vnius termini solutionem pro vna vice. numer.24.

Verba enunciatiua non plene probant enunciatum nisi adualeat ita ac tus, qui tunc gerebatur inter easdem personas, num.25.

Principalis recognitio reditus, quā fidem faciat.n.26.

Simplex solutio causata, aut eius instrumentum quid probent contra soluentem.num.27.

Cautela Bald. vt solutionis instrumentum plene probet reditum contra soluentem num.28.

Sententia lata super pensione reditus vnius anni, an pariat exceptionem rei iudicatæ si postea agatur de reditu in possessorio, aut petitorio ibidem.

Confessio incidens solutioni causæ licet plene non probet, facit magnam præsumptionem. numer. 29.

Causa licet non repetatur expresse in singulis decem annorũ præstationibus, sufficit si constet tacitè ex eadem causa solutũ num. 30.

Causa quæ in præstationibus requiritur, an accipiatur pro titulo, an pro causa propinqua obligationis & qualiter intelligatur, num. 31. & 32.

Causæ generalis allegatio, an sufficiat ibidem.

Census ignorantiæ non inuenitur & quis dicatur ignorantiæ cẽsus num. 33.

In seruitutibus quæ causa sit allegãda propinqua aut remota, numer. 34.

Causa mediata & specifica & concludens præstationum probanda. n. 35.

In dubio semper de leuiori, & minori reditu præsumendum, numer. 36.

Idem si reditus sit ecclesiæ debitus, num. 37.

Idem in votis Beati Iacobi. ibidem.

Ex simplici præstatione decennali nihil infertur in futurum, sed præsumitur donatio quæ in futurum non obligat, numero. 38.

Præstatio ex causa reditus simpliciter non expressa qualitate reditus, an obliget in futurum num. 39.

Si præstatio probetur facta iure reditus perpetui ex tali fundo, an præsumetur reditus fundarius an reditus impositicius. numer. 40.

Et an præsumatur reditus emphyteoticus, ibid.

Reditus de quo constat, an præsumatur pecuniaconstitutus, numero. 41.

Contractus dubij iuxta consuetudinem regionis interpretandi numer. 42

Reditus constitutus creditori, qui suæ rei dominium transtulit ob reditum perpetuus præsumitur num. 43.

Et quid si non apparet creditorem rem super qua reditus est constitutus tradidisse, vel creditoris fuisse ibid.

Si appareat aliqua pretij mentio, reditus pecunia constitutus præsumitur. n. 44.

Si constet reditum pecunia constitutum, præsumetur ne redimibilis an perpetuus. numero. 45.

Si constat de origine reditus, & nescitur, an perpetuus, an redimibilis

bilis sit quid præsumendum, numer. 46.
Si contrahentes dixerunt reditum esse perpetuum, pretium autē sit reditus redimibilis, talis iudicabitur non perpetuus, numero. 47.
Si constet reditum pecunia constitutum, & non appareat quanto pretio, qualis præsumetur, redimibilis an perpetuus, numero. 48.
Ex longæua annua, & causata præstatione etiam pro soluente præsumi. n. 49.
An, & quatenus emphyteusis præsumatur, nu. 50. & sequentibus.
Possidens vt colonus nunquam præscribit. n. 51.
Emphyteusis ecclesiæ, quando & qualis præsumatur. numero. 52.
Emphyteusis præsumpta amittitur eisdem modis quibus vera emphyteusis ibidem.
Emphyteusis ecclesiæ quanto tempore præsumatur, num. 53.
Emphyteusis aduersus priuatū quā to tempore præsummatur, numer. 54.
Vsusfructus, quanto tempore præscribatur ibid.
Emphyteusis priuati in dubio perpetua censenda erit, nu. 55.
Emphyteusis titulus, vt præsumatur præstatio vniformis, & causata requiritur. n. 56.
Quatuor requisita emphyteusis præsumptæ ibid.
Emphyteusi præsumpta instrumentum emphyteusis quoque interuenisse præsumitur, numero. 57.
Emphyteusis præsumptio, an probationem in contrarium admittat. n. 58.
Si quis aliena prædia possederit pensionem soluens singulis annis, an præsumatur emphyteuta, an colonus n. 59.
In præstationibus factis à vassallis dominis locorū an locū habeat l. cum de in rem verso, nu. 60. & seq.
Præstationes vassallorum sine iusta causa, quas impositiones vocant, an obligent vassallos? n. 62. & seq.
Et quid si fiant per tempus longissimum numero. 63. & sequentibus.
Seruitia vassallorum præsumi extorta per metum. n. 65.
Cum iuris præsumptio resistit, non sufficit longissimi temporis præstatio, n. 66.
Exactiones dominorum a vassallis an quærantur immemoriali. n. 67.
Metus præsumptio cessat probata immemoriali. n. 68.
Metus præsumptio an locū habeat in dominis recognoscentibus superiorem erga vassallos numero. 69.

Immemorialis siue titulo & causa probata an tueatur dominos a vassallorum querelis super exactionibus. numero. 70.

Et quid si vassalli probent se compulsos, & arrestatos per iudices. num. 71.

Conuentio super exactionibus inter dominum, & Vassallos, an valeat. n. 72.

Contrariæ opiniones reducuntur ad concordiam. n. 73.

Quadragenaria possessio cum titulo & bona fide, an sufficiat dominis contra vassallos in exactionibus num. 74.

Si venditor fundi in venditione dixerit ex fundo decem reditus annui deberi titio, an ex eo reditus probetur. numero. 75.

Quæstio. XV.

De annuo reditu de cuius origine non appareret, & de emphyteusi præsumpta, & dominorum impositionibus erga vassallos.

1 INstrumentum necessarium non est (secluſa motus proprij Pij. V. dispositione) ad substantiam reditus; nisi contrahentes voluissent in scriptis contrahere: conficitur enim scriptura ad contractus reditus probationem, nō ad validitatem, iuxta l. contrahitur de pignoribus, vt recte contra P. Salazar adnotat Felici. de cēsib. lib. 1. c. 9 n. 9. Vnde cui deficiat instrumētū contingit aliquādo nō apparere de origine reditus annui, sed tantum de solutione, & continuatione, per aliquot annos, ex quo oritur ambigiosa & difficilis quæstio, quam Deo dante reddemus claram & expeditam, continet autem duo capita. Primum an, & quanto tempore deberi probetur. Secundum si debitus præsumatur, qualis præsumatur origo, & qualitas videlicet, an pecunia, & quanta constitutus: an vero potius ex alia causa, & an redimibilis, vel non & de materia. l. cap. late agunt Doctores in. l. solent vbi Barto. & Bald. occasione cuiusdam glos. fina. ibi de officio pro consul. & latius per omnes in locis ordinarijs videlicet in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & in. l. si certis annis. C. de pactis. & in capit. peruenit de censib. per Balb. in tractatu. præscriptionum in. 1. par. 3. partis principalis quæstio. 10. per Couar. in reg. poss. 2. p. §. 4. ex num. 2. Menoch. de

de præsumpt.1.p.lib.3.præsum.131. Flores Diaz lib.1.q.var.q.2, Malcar. de proba.lib.1.cõcl.279.quorũ singulas cõcertationes nolo trãscribere,sed resolutiue procedẽdo eas sõlũ queadrẽ nostrã expectat decidere attingã.

Et in primis si annua,& vniformis
2 præstatio cuiuslibet reditus facta est, nõ expressa causa (puta) apparet quolibet anno Titiũ soluisse Sempronio decẽ numos vel modios frumẽti,aut aliã quãtitatẽ fructuũ,sed nõ apparet qua ratione soluerit:tũc nõ inducitur nec præsumitur obligatio annua pro tẽpore futuro quãtũcũq; creditor certã specificã,& sufficiẽte causam prætexere velit:quia ad illã etiã allegatã præsumendã ad finẽ agẽdi pro tẽpore futuro, nõ sufficit probare annuas solutiones etiã cõformes singulis cõtinuis annis lõgo,vel lõgissimo tẽpore factas esse, nisi specifice probetur eiusmodi præstationes factas ex causa illa specifica,quę allegatur,vt sentit Bart.in d.l.eũ de in rẽ verso in finẽ & est de mẽte Baldi in d.l.si certis annis col.2.in fi.vbi voluit petitionẽ debere fundari, nõ super tẽpore,sed super causa,sed probationẽ oportere fiẽ ri super præstatione, & quod sit facta ex certa scientia,scilicet illius causæ quæ allegatur & necessariũ esse probare solutum singulis annis ex causa specifica, quæ prætenditur, differẽ voluit Salicet in d.l.si certis annis col.fin. & ibi Alex.col.3 in fin.Riminald.col.2.& 3.Idẽ Bald.in c.1.Si de feudo defunct.fuerit contro.inter dominũ & agnatos.§.fiquis per triginta col.2.in vsibus feudorum. Cuman.& Roman.in l.Qui in aliena in prin.de acquir.Her.Salicet.in repet.d.l.eũ de in rẽ verso.col.3.& col.5.q.4.Anton. in c.peruenit de censibus col.9. Alexan.in consi.108.ad fin.lib.2.& cõsi. 75. ad fin.lib.4. Felin.in c. causamq; col. 3. de præscrip.Bal.de præscrip.1. p.3.p.principalis.q.10.n.22. Bertrãd consi.296.Ponitur in facto & consi 283.Viso processu col.fin.lib.3.tradit Paris.Moder.in consuet.Paris.§.7.n. 9.Conarr.in d.reg. possessor.2.p.§.4. n.2.in 1.concl.versic.exquo infertur Mincha.de controuer.illustriũ. c.84.n. 41.Menoch.de lib.3.præsump.131.n. 54.Malcard.de probat.conc.1372. n.115.& concl.279.n.11.& 13.& sequen.quãuis cõtrariũ in specie tẽtauerit Mincha.vbi sup.d.lib.2.c.83.n.10.

3 Huius rei ratio manifesta est,quia præstatio vel alius actus nõ probat nisi quatenus inde necessitate infertur ad probationẽ. C. locati.l.nec natales.C.de probatio. c. in præsentia eodẽ tit.l. penult. C. de his qui sunt sui. vel alieni iur. Menoch. lib.3.præsump. 131.n.24.Surdus decis.267. n.5.Sed præstatio informis,hoc est nõ expressa causa(ita quidẽ appellatur à Balbo & aliis quos refert Greg. l.15.tit.31. p.3.glo.fin.in fin.)potest esse facta ex causa liberalitatis, vel ex causa obligationis tẽporalis,& finitę & non ex debito perpetuo,& sic nõ probat idẽ semper deberi in futurũ, nisi forte sit vniformiter cõtinuata,vt debita à tẽ
4 pore immemoriali, quo casu non est necesse allegare vel probare aliã causam: quia tanti tẽporis obseruatio habet vim cõstituti, vt tradunt omnes in d l. eũ de in rem verso & in d. l.Si certis annis per vulgarem. §. ductus aquæ. l. Hoc iure de aqua quotid.resoluit Cou.d.§.4.n.4.vers.tertia cõclusio.Cravet.cons.592.n.102.idem in suo elegãti tracta. de antiq.tẽporũ in 2.p.4.p.prin.n.9.& 50.Masc.d cõclu. 279.n.12.& est receptissima sententia secũdũ Menoc.vbi sup.n. 38.quãuis Mench.d.lib.controuers. illustriũ cap. 84. ad fin. scriptum reliquerit nec cursum quidẽ mille annorũ hoc casu sufficere,sed id non probãt.DD. ab eo allegati: quia loquuntur de cursu

ſu longi tantũ tẽporis. Probata autẽ immemoriali nõ ſolũ nõ eſt neceſſariũ, probare titulũ, ſed nec neceſſum eſt titulũ allegare, gl. c. ſuper quibuſdã. § Prætera verſ. non extat. & ibi Hoſtien. & Card. de verb. ſig. Aym. de antiq. tẽporũ. 4. p. §. abſolutis differẽtijs. n. 49. ſequitur Maſc. de probat. cõcl. 1372. n. 28. & ſeqq. vbi limitat dupliciter quãdo immemorialis eſſet cauſata exſola pacientia, & etiam quãdo poſſidens eſſet incapax illius iuris, q; ex immemoriali dicitur quæſitum: quia his duobus caſibus, eſſet neceſſaria tit. allegatio. & immemorialis probatio, dẽ quo etiã vide Mencha. de cõtro. illuſtri, lib. 2. c. 84. n. 10. & ſeqq. Menoch. d. præſump. 131. n. 46. Burg. de Paz, conſ. 15. n. 17.

5 Conſtito autẽ de præſtationibus cauſatis, requiruntur, & ſufficiũt decẽ cõtinuũ annorum præſtationes vt probat tx. d. l. cũ de in rẽ verſo. & clarius. d. l. litibus in prin. C. de agrico. & cẽſitis lib. 11. reſolui: Didac. a Cou. vbi ſup. § 4. n. 2. Menoc. d. præſump. 131. n. 59. Maſcard. de proba. lib. 3. conc. 1371. q æquiſsimũ eſt, tũ quia ex tã frequẽtibus & ſolẽnibus præſtationibus, ſatis apparet de veritate cauſæ, eiuſque ſufficiẽti, & deliberata recognitione. Tum quia ex his non modo reſultat veriſimilis bonafides creditoris, & eius longæua quaſi poſſeſsio, ſed etiã videtur titulus putatiuus fũdatus in facto, & reperita tacita confeſsione ipſius debitoris aduerſarij: vnde tanto iuſtior cauſa erroris & tit. putatiui cauſatur, qui in præſcriptionibus ſufficit, per not. in l. Celſus de vſuca. & quæ tradit Moder. Pariſ. in ſuis cõſuet. n. 33. & ſecũdũ hanc opinionẽ iudicauit Regius hic Senatus Valliſoletan. vt teſtatur Flores Diaz, lib. 1. variar. q. 2. n. 43. quãuis ipſe contrariam ſeruentiã eligat ibi. n. 42. & q. 23. n. 25. lib. 3. poſt Salazar de vſu & cõſuetud. c. 9. a n. 11. quorũ opinio admitti poſſet quãdo probarẽtur aliquæ præſumptiones vitioſi reditus, vel vſurę: quia illa vehemens præſumptio, quæ ex decẽnali cauſata præſtatione, inſurgit alijs, præſumptio tolli poteſt. c. literas. c. afferte de præſumptio.

6 Aduertendũ enim eſt diligenter hic nõ eſſe titulũ putatiuũ, prout etiã nullus eſt hoc caſu & in reditu de quo agimus lõgi tẽporis præſcriptioni locus cõtra ipſum debitorẽ, ſed bone cõtra. 3. creditorẽ, vt infra diximus in q. 17. huius lib. ad fi. ſed eſt hoc caſu legalis dũtaxat præſũptio. tit. quæ veritati cedit ſi probetur ideo cõtra hanc præſumptionẽ quælibet legitima probatio admittitur, vt poſt Cynũ, Alex, & alios aduertit Coua. d §. 4 n. 2. verſ. ſecundo ab eadẽ. De eius, in d. l. ſi certis annis. n. 15. Mẽch. d. c. 84. n. 41, Bald. tract. præſcriptio. 1. p. 3. p. pr n q. 10. n. 24. verſ. tertio limit. ſequitur Menoch. d. præſumpt. 131. n. 47. Maſc. de probat. cõc. 1372. num. 120

7 Secus dicẽdũ erit, ſi eſſent præſtationes (vt dictũ eſt) cauſatæ tãquã de reditu perpetuo cõtinuatę per. 30. annos a maiore, & ſic per lõgiſsimũ tẽpus: quia tũc creditor allegare poteſt etiã ſe vſu cepiſſe, id eſt nõ ſolũ probationẽ, ſeu præſumptionẽ iuris noui acquiſitione, caſu quo probetur defectus principij, & ſic nõ debet amplius admitti debitor ad probãdũ de errore, vel de indebito aut alio præterito vitio, niſi vellet probare de vitio vſurario ſecũdũ ea quæ reſoluimus hoc li. q. 17. præſcriptio enim diſponit cõtra veritatẽ, vbi de veritate alias cõſtaret in materia præſcriptibili, vt docẽt gl. & DD. c. ſcruitiũ. 18 q. 2. & in propoſita ſpecie ita tenuerũt, Balb. & alij quos refert, & ſeq. Cou. d. §. 4. n. 3.

8 Similiter prædicta quæ diximus legalem præſumptionem tituli cedere veritati, limitãda ſunt in præſtatione

annua

annua cõtinuata per tẽpus cuius initij non extet hominũ memoria: nam præsumptio, quæ insurgit ex eo immemorialis tẽporis cursu, est iuris, & de iure, & nõ admittit contrariã probationem, vt ex plurib. doctrina respondit Menoch. in cõclusione. 90. n. 62. lib. 1. & idem resoluit in d. præsumptione. 131. n. 50. Gallecus noster in suo eleganti tractatu de expensis, c. 9. n. 21. ad idem Felin. referens, quod intellige & declara, vt per Mascard. de probat. conclus. 1372. n. 37. & sequenti. Poterit tamen, immemorialis corruere prædicto casu si de ipso titu. vitioso tamen, appareat, vt post Pau. consi. 423. & Crauetã de tẽporũ antiquitate. 2. p. 4. partis. princ. n. 60. vers. cõtrariũ firmauit, Cotar. d. reg. posse. 2. p. §. 8. n. 4. ad fi. sequitur Menochi. vbi supr. n. 49.

Supradictis nõ obstat intellectus Ang. & Fulg. ad d. l. cũ de in rem verso, vbi volunt nũquã ex lõgi tẽporis præstatione titulũ præsumi, sed solũ qualitatẽ tituli de quo iã cõstat. Tum quia ipsi nõ loquuntur, vbi præstationes sunt factæ nominatim ex certa causa, & titulo. Tũ vt cũq; in. d. l. cum de in rẽ verso in. 2. respõso nõ colligitur fuisse diutina præstatio: sed vnica tantũ esse potuerit q; est verius: quia satis ex alijs de dote, vel debito principali constabat secundũ Ang. & Fulgos. ibi & idẽ tenent Ioan. Pileus, & Lancelot. Decl. d. l. si certis annis col. penultima. vers. & in quantũ. Tamen in. 1. respõso, dict. l. cum de in rem verso. constat de diutina præstatione vsurarum, quæ alias non venirent ex mutuo, licet in rem verso. Igitur diutina præstatio vsurarũ ex debito soluta, ũ probat præsumptione. d. l. earũ titulũ legitimũ quod nõ faceret minoris tẽporis præstatio. Tum quia cõtra eos est text. expressus in. d. l. litibus vbi nullo modo cõstabat de substantia tituli, & tñ præsumitur ex diutina præstatione, frustra igitur sese contorserunt super d. l. cum de in rẽ verso. Ang. intellectũ etiã reprobat, & cõuincit diligẽter Menoch. d. præsumptione. 131. n. 59. vers. & hęc quidẽ recepta sententia, quẽ vide.

Vlterius nõ obstant quæ cõtra prędictã cõmunẽ sententiã tradit Alciat. in. d. si certis annis gloss. 3. versi. in posterũ vbi nititur impugnare cõmunẽ Doctorũ traditionẽ de præstationibus causatis, idq; ex multis, quæ non sunt inuentionis suæ sed Ioan. Mariæ Riminald. in. d. l. si certis annis col. 4. cuius nomen subticet. quibus non obstantibus Riminal. cõmunẽ sequitur. Sunt autẽ nõ leues prima facie obiectiones, quas propter quotidianam huius materiæ vtilitatem paucis explicare libet. Primo ea ratione nititur quod si semel in Prima solutione expressa sit causa, tunc statim à principio in vim confessionis nocet, & plene probet etiam si aliæ præstationes non sequantur: quia confessio causata parte presente, & acceptante facta etiam extra iudicium plene probat l. Publia. §. final. ff. depositi. l. cum de in debito. §. final. ff. de probat. l. Generaliter. C. de non numer. pecun. l. vnica. C. de confess. cap. cum super. cap. ex parte de confess. Sed soluens expressim ex causa reditus perpetui à se debiti, fatetur reditum perpetuum deberi: immo plus, quam fatetur: quia de facto soluit, igitur satis est semel ex hac expressa causa solutum, bene fatendum est debitorem probando de errore, & rem aliter se habere nedum posse solutum condicere, sed etiam in futurum liberum manere. tamen interim fundata videtur intentio creditoris in iure reditus perpetui, vel ex vnica solutione. l. plures apochis. C. de fide instru. vbi potest creditor

cuius

12 cuius ſoluitur redit⁹ exigere à debitore antapocha, vel exẽplar datæ apochæ cum ſubſcriptione debitoris, idque ne poſsit debitor in futurum denegare debitũ, vel præſcriptionẽ opponere: igitur antapocha, vel exẽplar apochæ, quæ non ſunt aliud quã inſtrumentum ſimplicis ſolutionis cauſatæ, probant debitũ in futurũ: alioquin non prodeſſent ad conuincẽdũ negantem, ſed ſolum ad tẽporis præſcriptionẽ amoliendã cõtra mẽtem. d.l. ibi. (*& ſibi iniquam forte libertatem vendicantes* vel, &c).

13 Tertio videtur probari per l. optimã. C. de contrah. ſtipulat. vbi verba enunciatiua in cõtractibus apposita plene probant inter eaſdẽ partes: igitur idẽ in quaſi cõtractibus, cũ ſit eadẽ ratio, vt in ſolutionibus, in quibus quaſi cõtrahitur. §. item is cui, inſt. de oblig. quæ ex quaſi contra, naſc. l. ſi in area. ff. de cond. indeb. l. ex maleficijs §. is quoque. ff. de actio. & oblig.

14 Quarto, quia etiam verba enũciatiua per modum cauſæ prolata diſponunt, fortius igitur probant. l. emptor §. Ancillam. ff. de rei vend.

15 Quinto, ſi is cui cõpetit querella inofficioſi teſtamẽti aliquid ſciẽter emerit, conduxerit, vel quid ſimile fecerit, aut ſoluerit hæredi ſcripto, cenſetur teſtamẽtũ approbare, & fateri tale eſſe hẽtedẽ, nõ ſolũ quoad actũ geſtũ vel ſolutionẽ præteritã, ſed etiã quoad omnia, & perpetuo. ex. in. l. ſi proponas. §. 1. & ibi Bart. & Aug. ff. de inoffi. teſt. ergo qui ſemel ſoluit reditũ tãquã creditori reditus perpetui, fatetur reditũ ꝑpetuũ illi deberi, nõ ſolũ quoad illũ actũ ſolutionis prẽteritũ taxat, ſed etiã quo ad omnes futuras ſolutiones, & in perpetuũ & adhuc ſiquidẽ ſciẽter hoc fecerit, videtur ſibi in perpetuũ præiudicaſſe, ſi autem ignorãter donec de errore docuerit.

16 Sexto ſoluens ex interuallo partẽ mutui confeſsi, cẽſentur interim confiteri, nedum ſuper parte ſoluta, ſed ſuper toto: ita quod in totum excludi tur exceptione pecuniæ non numeratę. l. cum fidem. C. de non num. pec.

17 Septimo, hæres, quædã legata ſua deductione falcidiæ ſcienter ſoluens in omnibus amittit falcidiã authẽtica, ſed cùm teſtator. C. ad. l. Falcid.

18 Octauo, ſimplex recognitio in feudũ, vel emphyteuſim licet nõ ſemper diſponat, ẽ inducit probationẽ, nec dum quoad illum actũ, vel præteritã ſolutionẽ ſed etiã in futurum donec de errore probetur, per ea quæ tradit Bart. Bald. Paul. & alij in. l. cũ falſa. C. de iur. & facti ignor. Pariſ. Moder. in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 5. n. 32. &. §. 7. n. 22. &. §. 35. quæſt. 4. in princ.

19 Nono generaliter, qui recipit aliquid tãquã à tali, vel ſoluit tanquã tali, licet nõ intelligatur cõfiteri cũ tale quatenus de contrario probetur. l. nõ ideirco. C. de iur. & facti ign. tamẽ tantiſper dũ cõſtat de errore nocet cõfeſsio, vt ibi notatur, & ꝑ Decĩ. in. c. cũ ſuper col. 1. de offic. de leg. & cõſ. 665.

20 Ex quibus minus mirũ eſt ſi Alciat. in dict. l. ſi certis annis à cõmuni ſententia diſceſſerit, nõ tã ſibi cõſtat: quia cõmunẽ defẽdit quãdo cauſa ſolutioni adiecta nõ præciſe futurũ reſpicit, vt in ſolutione vſurarũ, vel ſimplicis reditus: tũc enim nõ cõtinuo, inquit, fateri videtur, ſe in poſterũ quoq; ſoluturũ, niſi longi tẽporis præſtatio id ſuadeat, ſecus ſi cauſa etiam ad futurum ex ſua natura referatur, vt in ſolutione ex cauſa emphyteuſis talis fundi. Sed nec adhuc Alciat. in hoc vltimo perſiſtit, vt vnica taliter cauſata ſolutio ſufficiat, niſi in poſſeſſorio, & ſic tãdẽ relabitur in cõmunẽ ſẽtẽtiã quã defendimus: quia nõ negamus quin, vel ex vna cauſata ſolutione cõſtituatur recipiẽs in quaſi poſſeſsione iuris enuntiati, quamuis ſolutionem redi

tus

21 tus duorum annorum ad obtinendū in possessorio videantur requirere relatia Masè cōcl.279.n.15.Redoan & ab eo relati in tracta.de rebus eccles.non alienan.rub. de consti census,num.76 Flores Diaz lib.1.q.2.n. 25.sufficit enim vnus actus ad acquirendam possessionem reditus ex gl. In noc.Abb.in.22 c.cum eccles.sutrina de caus.pos. vbi q quasi possessio in incorporalibus per vnum actum adquiritur Bart.l.1.§.hoc interdicto n.1.vers.sed si pateretur.ff.de itinere actuque priua.Crauetta, cons.124.n. 7.cum alijs quos refert & sequitur de cis.Rotæ 17.n.1.in nouissimis 2.par. nec de hoc quæritur,sed an & quantum sufficiat ad adiudicationem iuris prætēsi etiam in petitorio, in quo proculdubio dicendū est,quod requiritur & sufficiunt decem annorum non incertę & vagæ, sed causatæ,& continuatæ præstationes ex.est vltra d.l.cum de in rem verso.expressus & melior de iure in l.litibus in principio.C.de agricol.& censit.lib.11. & hoc nisi de cōditione,vel statu personæ,puta ad scriptitiæ ageretur: quia tunc longissimum tempus requireretur l.cum satis.C.eod.tit. notat Bart.

22 Ioan.de Plat.in d.l.litibus Ias. & alij. §.Prouidiales instit.de actio.tenet Moder.Paris.in consuetud.Paris.§.7. n.8.& ita pūctualiter decidit Specul.de locato.§. nunc aliqua q.63.vbi si emphyteuta nō volt vlterius soluere,nisi dominus de iure suo ostendat decidit,quod interim dominus est in sua quasi possessione:sed in petitorio succūbet,& aduersarius absolueturnisi dominus de iure suo doceat, vel nisi doceat longo tempore pēsionem tanquam ab emphyteota solutam,quod sufficit per d.l.litibus & sequitur Paul.l.Sicuti.§.sed si quęratur colum.2.si seruitus vendit.

Caue tamē ab eo,q volucrūt Specu-

23 & Paul.etiam agenti petitorio sufficere probare præstationē decēnalē causatam quia intelligendum est,vt supra dixi,q sufficit ad præsūptionē legitimā iuris & tit.quæ præsumptio satis est nisi de cōtrario probetur,sed non sufficit ad verā creationem iuris, si de contrario probetur vnde si reus probet de veteri pleno,& libero dominio absoluendus erit, non obstantibus præstationibus decēnalibus in qualitate emphyteusis tāquā erroneis,& errore probato in efficacibus,& conuicidilibus nisi elapsum esset,cum bonā fide longissimū tēpus vt plene discutit præd. Moder. in cōsuet.Paris.§.7.n.17.cum seqq.

24 Modo pro dilutione obiectorū adhuc tendū est magnā esse differentiā inter recognitionē formalē alicuius iuris successiui,& simplicē vnius termini solutionē pro vna vice:quia recognitioni inest expressa saltē implicita promissio:at solutioni nulla promissio inest.Recognitio respicit directo totū ius,& principaliter tēdit ad obligandū in futurū: solutio autē nō respicit ipsum ius,sed vnum terminū elapsū,nec vllo modo tendit ad obligandum in futurum, sed dum taxat ad exonerandum à certa prætensa & præterita pēsione,quæ soluitur: bene verū est,quod si solutio ex ea causa fiat simpliciter,id est nō adiectis verbis ob causam à recipiēte prętēsam, vel alia clausula,aut protestatione reseruatoria,implicat cōfessionem, & recognitionē quādā de causa expressa,vel de eo iure, cuius cōtēplatione fit solutio:sed talis recognitio,vel cōfessio,siue tacite,vel expresse enūciata non fit principaliter,& propter se, sed propter solutionis efficaciā,& securitatē, & ad cōsequendā certam,& tutam liberationem & sic succedit, quod enunciatiua verba non plene probant enūciatum,etiam inter eal-

dem

25 dem personas, nisi ad validitatem actus, qui tunc principaliter gerebatur dumtaxat, vt d.l. optimam, non autē si de ipso enuntiato principaliter moueatur quæstio: quia tunc illa verba alibi, & propter aliud enunciata non faciunt nisi præsumptionem inter easdem partes, vt resoluit Paris. Moder. in suis consuet. §. 1. glos. 5. numer. 30 & tradit Mascard. de probat. lib. 2. conc. 621. & seqq. vbi multa cōgerit.

26 Ex quibus clarissime duo inferūtur Primum principalem ipsam recognitionem, seu confessionem iuris reditus in se plene fidem facere inter easdem partes de iure confesso, etiā in petitorio: quia ad hunc finem principaliter, & deliberate fit, & hoc principaliter, & per se agitur, & intenditur. Verum est tamē, quod si per errorem, aut vitiose aliàs facta sit, poterit confitens sibi consulere remedijs iuris communis: quia dicta recognitio fit ad probationem conseruandam, non autem ad quid de nouo disponendum.

27 Secundum quod ipsa simplex solutio quantumcunque causata, aut eius instrumentum bene probat reditum enuntiatum deberi quantum ad vim, & effectum solutionis, & vt non possit debitor, quod soluit repetere, tanquam indebitum, ex eo quod non aliter constat de veritate causæ, vel obligationis expressæ, vtque onus probandi indebitum ad finem conducendi solutionem reijciatur in soluentem. Sed eadem solutio sola non probat debitum procēteris solutionibus, ad hoc vt creditor agere, & exigere possit prætextu confessionis implicitæ in solutione facta: quia actus solutionis non est factus, nec ordinatus ad hunc finem, & hoc voluit dicere Bald. in d.l. si certis annis. col. 3. & ibi sequūtur Salicet. Riminald. & Alex. licet non ita declarent ex præstatione non induci confessionem, sed præsumptionem, quod ille qui soluit credidit causam veram, id est non inducit deliberatam, & iustam confessionem per se principaliter factam ad finem recognitionis totius iuris in se, quia non hoc agitur, sed solum inde resultat perfunctoria incidens, & minus deliberata confessio non propter se, nec ad finem præiudicandi perpetuo super toto iure facta, sed solum ad finem præiudicandi super isto actu momentaneæ solutionis. Vnde non præiudicat in principali super toto debito, nisi per longa tempora continuata sit, secus in scriptura confecta super confessione principaliter, & per se facta super toto iure, & debitore cognoscendo, hæc ergo valde differunt.

28 Hinc Bald. d. col. 3. & Salicet. col. fin. referunt cautelam quam eorum ætate procuratores Monasteriorum obseruabant, colligendo censum, vt facerent soluentes expressim, & principaliter confiteri, & recognoscere rem emphyteuticam, vel censuariā: quo casu non est opus temporis diuturnitate, sed statim tali confessioni statur, nisi erronea probetur per not. d.l. cum falsa. Adde tu nisi probetur, aut verisimiliter appareat impressiua, vel male extorta, de quo remitto ad iura communia, & ad ea quæ tradit Paris. Moder. in consuet. Paris. §. 35.

29

Poterit autē debitor reditus opponere aduersus instrumentum recognitionis reditus annui etiam si vigore illius fuerit condemnatus ad primam vel secundam præstationem, ex eo q̄ nihil opposuit cōtra instrumentum: nec obstabit rei iudicatæ exceptio: quia ille solutiones nihil inferunt in futurum, vt dixi & est glos. singularis in authen. de instrum. cau-

30

tela

cola,& fidē. §.in his verbo insinuent, & Angel.ibi optime in nu.15, quē sequitur Gregor.l.11.glos.1. titul.18. part.3.in principio,glos. pro quo facit doctrina Innocen.in capit. cum Ecclesiā Sutrinā,numero 2.in fin.de causa possess. vbi dicit quod sententia lata super confirmatione electionis non parit exceptionem rei iudicatæ super iure eligendi in possessorio, nec in petitorio,cum de eo non fuit actum,nec expresse, nec tacite inducendo probationes super iure eligendi,de quo vide Ripam ibi,numer.21.ex qua doctrina colliges an sententia lata contra creditorem reditus super pensione vnius anni faciat præiudicium si creditor postea agat de iure reditus in petitorio, aut possessorio iudicio. 31

29 Ex his iam patet responsio ad omnia obiecta excepto sexto, in quo dicendū ibi non agi de successiua obligatione præsumenda in futurum, vt hic,sed de remouēda exceptione, vel querela aduersus præcedentem dispositionem,de qua cōstat. Ex quibus remanet cōmunis sentētia, satis explicata.In quantum autē diximus confessionem incidentem solutioni causatæ,non probare debitum, vel ius principale quoad pensiones futuras,vel restantes, debet intelligi de probatione plena, vt dictum est: facit tamē magnam præsumptionē(vt fatentur omnes)intensiorem,aut remissiorem pro circunstantijs, & qualitate personarum, & negotij prudentis iudicis arbitrio expendendis, vt ad plenam fidem, vel aliam semiplenam probationem, vel alia congrua adminicula produci possit. 32

30 Et hic aduerte quod licet prædicta causa non appareat expressim specificata, & repetita in singulis præstationibus decem continuorum annorum: si tamen ex verisimilibus & validis coniecturis colligi possit debitorem ex illa dumtaxat causa soluisse, semper eandem causam tacite repetitam, vel subintellectam fuisse, satis est: vt voluit Riminaldus dict.l.si certis, column.fin. qua etiam sufficit causam, cuiusquam obligationis ex legitimis coniecturis probare, vt voluerunt Bald. Salicet.& alij.l.generaliter.C.de non numer pecun. 33

Rursus diligenter aduerte hic causam non debere accipi pro titulo qui est causa remota, quamuis prima facie Salicetus & Alexand. in locis prædictis id sensisse videantur. Sed intelligendum est de causa propinqua, & substantiali ipsius obligationis videlicet quando illa præstatio est facta, & continuata expressim iure obligationis perpetuæ, siue tanquam reditus annuus & perpetuus debitus à soluente: hæc est enim sufficiens causa etiam si nunquam dicatur quo titulo, siue donationis, siue legati permutationis, vel venditionis debeantur, vt est de mente Bart.Bald.& aliorum vbi supra.

Ego vero multum dubito de hac doctrina videtur enim iure verius non sufficere hanc causæ generalis allegationem,videlicet peto decem quæ mihi debes iure reditus perpetui: is enim diceretur census ignorantiæ, qui nec diuinis, nec humanis legibus inuenitur, vt inquit textus in.c.peruenit,de censib. vbi cum peteretur certa quantitas iure census perpetui, non expressa causa specifica,nec titulo quo debitus esset ille census,respondet Sūmus Pōtifex censum ignoratiæ, nec diuinis, nec humanis legib' inueniri, oportereq; vt omnis cēsus ad quid,& quādo persolui debeat præsciatur: appellat autē text.ignorātiæ cēsum, cuius causa

ignoratur, ſecundum Anton. de Butrio, ibidem n. 4. non ergo ſat eſt cauſam generalem exprimere, ſed neceſſarium erit allegare cauſam ſpecificam, claram & concludentem, quam ſententiam vltra Anton. vbi ſupra, numero. 20. in ſpecie probat
34 Guid. Pap. in quæſtion. 408. vbi habet quod licet ſufficiat in actionibus realibus allegare cauſam propinquam, puta dominium: in perſonalibus tamen alleganda eſt remota cauſa in ſpecie, puta contractus, ex quo inſurgit obligatio iuxta gloſ. quę hoc tenuit in l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione. Vnde non concludit libellus ſi petieris cenſum, ſeu annuũ reditum, quia tibi ſolutus fuerit decem annis continuis iure cenſus perpetui, vel. 40. annis ſecundum ius canonicum, quod etiam tenuit gloſſ. in capit. ſeruitium. 18. quæſt. 2. ſed vt petitio concludenter proponatur debes exprimere cauſam remotam, videlicet contractum, ex quo cenſus debitus ſit: idem tenuit Cynus in. d. l. ſi certis annis, num. 12. C. de pactis. vbi reddit rationem differentiæ inter obligationes perſonales, & actiones reales, idem Salicet. ibid. quæſt. 1 & in. l. cum de in rem verſo, in. 1. & 4. quæſtione. ff. de vſur. Alexand. conſil. 113. num. 1. & ſequen. lib. 1. ſequitur Balb. in tract. de præſcript. 1. p. 3. p. principal. q. 10. n. 22.

Imo non ſolum proponenda, &
35 alleganda eſt cauſa mediata, & ſpecifica, ſed etiam probandum eſt annuas præſtationes ex eadem mediata ſpecifica & concludenti cauſa factas, ſi enim non probaretur præſtationes fuiſſe factas ob cauſam illã ſpecificã, probatio nõ cõcluderet, cũ poſſẽt eſſe factę ob aliã cauſã, atq; ita eſſet generica & dubia probatio, & per cõſequẽs nullius effectus, iuxta l. neç natales. C. de probat. quod in ſpecie tenuerunt Salicet. Alexand. & alij ſupra proxime relati. Carolus Ruinus, conſilio. 61. numero. 11. & conſilio. 75. numero. 5. libro. 1. Aymon in tractat. de antiquitat. temporum. 2. part. 4. part. principal. numer. 55. ſequitur Balb. vbi ſupra, vbi cum Salicet. aduertit hanc eſſe difficilem probationem. Idem reſoluit Menoch. 1. part. præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. numero. 73. Maſcardus dict. concluſ. 279. nume. 18. quod tamen intelligendum cenſeo iuxta ea quæ modo dixi ſupra hac q. nu. 30.

36 Vlterius aduertendum eſt (& iam agredimur ſecũdum propoſitæ quęſtionis caput) in dubio ſemper pro eo quod leuius, & minus eſt præſumendum. l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur. l. ſi ita ſit adſcriptum in fine. l. apud Iulian. §. ſcio. ff. delegat. 1. l. numis. l. qui concubinam. §. cum ita. ff. delegat. 3. c. ex parte de cenſib. ibi. *Volentes ſoluere ad minorem, non ſunt cogẽdi, vt admaiorẽ perſoluãt.* c. in obſcuris, & ibi Dinus de reg. iur. in. 6.

Amplia vt procedat etiam ſi redi
37 tus eſſet debitus eccleſiæ: quia etiam in relictis eccleſię habet locum regula dict. l. ſemper in obſcuris, &c. d. §. ſcio cum alijs ſupra relatis, quod in votis Beati Iacobi, probat expreſſe text. in. d. c. ex parte de cenſib. in verſiculo in. 2. & tenet Bald. nouellus de dote. part. 6. priuileg. 73. Imola. & Iaſſo in dict. l. ſi ita ſit adſcriptum, col. fin. ff. delegat. 2. Decius in dicta. l. ſemper in obſcuris, numero. 4. & ſequent. idem ſentit gloſſ. in regula in obſcuris de regul. iuris in ſexto, quæ exemplificauit illam regulam in caſu dict. c. ex parte de cenſ. eandem ſententiam probat Gomec. in. §. ex maleficijs, numer. 53. col. fin. inſt. de actio. ſequitur Pariſ. Modern. in additionib. ad Decium, vbi ſupra, litera. B. quamuis Bart. in. l. Titia.

§. Scia

§. Scia de auro, & arg. leg. quem sequuntur Roman. singul. 515. Anchar ran. & Imol. in capit. indicante, & ibi Panormit. num. 6. de testament. tenet fautore Ecclesiæ, vel religionis esse speciale, vt in dubio intelligatur de maiori, & pretiosiori, quod videtur contra rectum in dict. capit. ex parte, & text. in dict. §. Scia vbi fundatur Bart. facit in oppositum, quia ibi accipitur minimum eorum, quæ pro qualitate loci tacitè intelliguntur, & sic concordat cum regu. suprà dicta.

38 Si igitur non constat nisi de simplici præstatione decennali, vel vlteriores temporis nihil infertur in futurum, sed præsumetur potius donatio, quæ non obligat ad continuandum.

39 Si verò constet de præstatione facta iure obligationis reditus annui, vel reditus simpliciter nulla expressa qualitate, adhuc intelligitur de reditu temporali, & sic non habet creditor fundatam intentionem in futurum, nisi aliud, vel reditum longius durare probet.

40 Si verò constat solutiones factas iure reditus perpetui, habet creditor fundatã intentionem in reditu perpetuo in genere (quod intelligendũ est si probetur ex causa mediata, & specifica præstationes fuisse factas vt dictum est.) Sed non in reditu fundario, hoc est ex concessione fundi ad reditum dati: etiam si constet singulas solutiones factas, tanquam de rediru perpetuo debito super domo, vel certo prædio soluentis, nisi cõster esse factas, tanquam de reditu fundario, vel alias de eaqualitate probetur alioquin in dubio censebitur impositicius. Quod notandum est ad l. 7. tit. 15 lib. 5. recop. de reditu fructuario reducendo lata. Nec etiam præsumetur eo casu reditus emphyteuticus, sed censualis. Vnde propter non solutum reditum, aut alienationem fundi ex quo solui cõsueuit, nõ cadet debitor a iure suo ex doctrina Alueri ci. l. 2. C. de iure emphy. vers. quid de quæstione à me quæsita cõmuniter recepta ex relatis à Malcardo de probat. lib. 1. conc. 281.

41 Illud autem dubitationem habet, an reditus is de quo cõstat præsumatur pecunia constitutus: & videtur in dubio talis præsumendus. Tum quia frequentius, & magis communiter ita accidit, ergo ita præsumendum est l. certi conditio. §. si numos. ff. si cert. pet. Et quia iuxta consuetudinem regionis dubij contractus interpretandi sunt. l. fundus. ff. de euictio. l. licet prima. C. locati cum alijs traditis à Couar. lib. 3. variarum. cap. 16. numer. 4. Pelaez à Meris de maiorat. 1 parte, quæstion. 48. numero 28. vbi ex alijs tradit, quod si constet feudum esse censualem, & non appareat quantitas census, tunc pro ea est regionis consuetudo. Tum quia verosimilius est. Tum etiam quia minus, & resolubilius, ergo ita facienda est interpretatio l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. cum alijs suprà relatis.

42 His tamen non obstantibus dicendum est, quod licet procliuius sit præsumere per pecuniam, quam aliter constitutum, & potius ex hac quam alia causa præsumatur, tamen nõ est hæc præsumptio sufficiens probatio: quia multi sunt modi, seu tituli reddituum impositicioru, videlicet donatio, legatum, permutatio, & ob dotem, vel diuisionem, vel alias innumeras causas, quarũ aliquas recenset post Petrum Follerium, Cranet. & alios quos refert Meno lib. 3. 1. p. præsumpt. præsump. 107. n. 7. & seq. & diximus lib. 1. quæst. 2. ad fin. quicunque igitur prætendit certam, & speciſi-

eam constitutionis causam eam probare debet, iuxta tex. in l. ei qui. ff. de probat.

43 Illud tamen aduertendum est annuam pecuniariam præstationem iure proprij census constitutam in fauorem creditoris qui dominium rei transtulit in alterum ad solutionem pensionis obligatum, pensionis, inquam super eadem re constituræ perpetuam præsumendam esse, licet non appareat de huiusmodi qualitate: quia cum dominij translatio sit perpetua, erit eodem modo censenda pensionis annuæ constitutio, seu reseruatio, quod ex Angeli doctrina aduertit Couarruuias, libro tertio variarum, capitulo decimo, numero quinto, verficulo primum illud adijciens in dubio, cum non apparet, an creditor debitori rem tradiderit, super qua reditus annuus constitutus censetur, idem quoque præsumendum esse: maxime quoties ea annua præstatio census nomen habet.

44 Si autem appareat aliqua pretij mentio, tunc censendus est annuus reditus pecunia constitutus ea potissimum ratione; quia pretij mentio emptionem, & venditionem arguit. l. 1. ff. de contrahend. emption. §. pretium instit. de emption. & vendition. tradit Paris. Modern. in consuetud. Paris. 1. parte. §. 33. in principio, vbi resoluit tunc venire venditionem proprie, & stricte sumptam, cum mentio pretij facta fuerit, cuius doctrinam in hoc comprobat Couar. supra.

45 Constito autem, & ex præsumptionibus deducto annuam præstationem in pecunia constitutam fuisse, præsumptionibus agendum est, vt sciamus sit ne ea annua præstatio perpetua, an redimibilis. quod ex frequentiori regionis, & contrahentium consuetudine iudicandum erit.

46 Si vero constiterit per scripturam, aut testes de iure, & origine præstationis annuæ, nec tamē cōstet an reditus is redimibilis fuerit, aut perpetuus, tunc reditum perpetuum iudicabimus ea ratione: quia is contractus veræ emptionis, & venditionis est, vt ex Crauetta, Conrad. Soto, & alijs tradit Menoch. in dict. præsumption. 107. numero. 11. articulo 1. & in eiusmodi contractu nunquā præsumenda erit reuendēdi pactio, nisi probetur. l. 2. vbi Doctores communiter. C. de pactis inter empto. præterquam si pretium annui reditus adeò modicum sit, & in ipsius constitutione non fuerit adiectum perpetuum fore: quia tunc redimibilis censendus erit.

47 Imo & si contrahentes dixerint reditum perpetuum vendi vbi pretium annuæ præstationis iniquum erit ad reditum perpetuū constituēdum, magisque conueniens redimibili reditui, redimibilis iudicabitur: eo quia huiusmodi reditus odiosi sūt, & vsuratum succedanei, atque ne cōtractus in vsurarum fraudem prolabatur, omnino pretij, & æstimationis iustitia in ipsis desideratur.

48 Sed priusquam hinc discedamus dubitari poterit si cōstet per sufficiētia argumenta reditum fuisse pecunia constitutum, vel si annui reditus constitutio tantum ex longæua, seu diuturna præstatione probetur iuxta regulā tex. d. l. cum de in rē verso. &, quę supradiximus, nō autē cōstet quāto pretio, quid præsumēdū erit: quod conducit admodum ad materia tx. in l. 7. tit. 15. lib. 5. Recopila. vbi reditus annui fructuarij quamuis in perpetuum constituti, ab anno. 1534. &

minori

minori pretio, quam ad rationem quincũcis vsuræ, seu viginti pro vno, redimibiles, & reducibiles volente debitore censentur, & indistincte si pretium non ascenderit ad rationem 24. pro vno, quod si vendita sint ad rationem vsuræ trientariæ, vel ad rationem viginti quinque pro vno, vel etiam ad rationem quincuncis vsuræ seu 20. pro vno erunt perpetui iudicandi. Quid igitur dicendum est hoc casu si non constat, quo pretio fructuarius hic reditus venditus fuerit, cum tamen constet eum pecu 49
nia constitutum? Et videretur debitorem non posse redimere, nisi probaret quanto pretio, vel nisi probaret reditum saltem constitutum infra rationem vnius pro viginti, iuxta l. Regiam supra relatam: quia potest esse constitus ad rationem quincuncis vsuræ vel supra: deinde quia hic constat de venditione, non tamen constat de redimendi pacto, nec illud præsumitur, vt modo dixi 50
supra numero 46. Verum si id admittas frequentissime continget magnam iniuriam fieri debitoribus, penes quos authoritates seu tituli reditum esse non solent, & passim creditores possent abuti celantes titulum præsertim antiquum ad alias probationes (quæ in reditibus anticipis, & continuatis deficere non possunt) confugiendo. Vnde verius videtur tunc reditum redimibilem præsumendum esse in dubio, & sic quod leuius, & minus est præsumendum, iuxta regulã dict. l. semper in obscuris, l. nemo, & alia iura supra relata præterquam si præstatio ipsa annua facta fuerit ex causa reditus perpetui, vt post Panis. Mo 51
derne. elegantem resolutit Couarruuias in dict. libr. 3. variarum, capit. 20. nume. 5. Vnde constituto reditum etiam fructuarium ab anno 1534. fuisse pecunia constitutum, existimo debitorem in dubio abunde satisfacere, si offerat pretium reditus ad rationem quatuordecimæ, præsertim cum dubietas hæc creditori quem penes, & potestas, & custodia instrumentorum est, potius quam debitori imputanda sit: in qua etiam recurrendum erit ad consuetudinem regionis, & personarum qualitatem iuxta ea quæ referuntur supra quæstione hac nume. 42. quod in practica maxime notandum est.

Diximus hac quæstione pro domino, & creditore reditus præsumi ex longæua annua, & causata præstatione. Idem e conuerso dicendum est, nam ex eadem præstatione etiã pro soluente præsumitur, vt docet Salicet. in l. cum de in rem verso, quæstion. 6. numero 12. & Bart. ibid. ad fin. Iaff. dict. l. si certis annis, num. 9. & in l. 2. C. de iure emphyteu. nume. 174.

Vnde infertur ad frequentem, & vtilem in materia emphyteutica quæstionem. An & quatenus emphyteusis præsumatur, nam quamuis emphyteusis per scripturam probari debeat, vt cum magis communi resolut Valasc. de iure emphyteu. quæstione. 7. Mascard. plures referens de probat. libro 2. conclusione. 603. Id tamen limitandum est in emphyteusi præsumpta, quam aduocati foro præsumpto appellant, ad quam deficiente scriptura passim confugiunt. In quo ita distinguendũ censeo, aut enim quis aliena prædia possedit, vt colonus, aut vt emphyteuta, aut sumus in dubio.

Primo casu etiam si mille annis possederit, & pensionem annuam, & vniformem soluerit, si tamen vt colonus possedit, & de hoc constat, non præsumitur emphyteuta, & poterit quandocunque a domino ex-

pelli, nec iuuabitur præscriptione, cum colonus non possideat sibi, & ideo non præscribit l. 2. C. de præscriptione 30. vel 40. annorum, regula sine possessione de regul. iur. in. 6. & tradit Balb. qui hoc declarat de præscription. 4. p. quartæ partis, princip. quæst. 11. l. 22. titulo. 29. partita. 3. vbi bonus text. nec poterit colonus dicere se colonum perpetuum cum coloniæ perpetuæ contractus non sit in vsu, vt per Aymon de antiquitate temporum quarta part. numero. 118. Caldas Pereyra, de renouatione emphyteusis, quæstion. 15 numero. 46. & sequen. quem consule de re ista, nec decipiaris doctrina Bald. dict. l. 2. numero. 4. versicul. si vero conductio, dicentis quod ius coloniæ perpetuæ præscribitur triginta annis, quia falsa est, vt per Valascum de iure emphyt. quæstion. 20. numero. 12. Caldas supra numero. 41. &. 45. & sequent. Crauetta de antiquitate tempor. 4. part. §. materia singularitatis numero. 106. & sequent.

Hoc autem intelligendum est quando non apparet titulus perpetuæ coloniæ: quia cum non sit in vsu non præsumitur. Si tamen producatur instrumentum quo fuit concessa res titulo locationis perpetuæ, tunc colonus expelli non potest: quia is dicitur contractus emphyteuticus, vt per Alexand. consilio. 117. colum. fin. versiculo tamen in veritate, libro. 4. Crauetam consilio. 20. num. 14.

5 2 Secundo casu, aut sunt prædia Ecclesiæ, aut priuati. Si Ecclesiæ prædia quis possederit, vt emphyteuta, & pensionem vniformem soluerit per legitimum tempus, præsumitur emphyteusis non equidem perpetua, imo ad tertiam vsque generationem, & ad extraneos hæredes non transitura: præscriptio enim eam naturam sequitur, quam res ipsa proprie, & regulariter habet. Cum autem emphyteusis Ecclesiastica ex propria natura, nec ad extraneos hæredes, nec vltra tertiam generationem transeat Authentico, de non alienando. §. emphyteusis. l. 69. titulo. 18. part. 3. non erit in dubio perpetua, nec ad extraneos hæredes transitoria iudicanda, vt docuit Bald. capit. 1. §. fin. de feudo dato, in vicem legis commissoriæ, numero secundo. Iaff. l. 2. numero. 16. & numero sequent. & ibi Bald. columna 1. C. de iure emphyteot. sequitur Couarruuias libro. 2. variarum, capit. 17. numero. 6. & idem tradit Alexand. l. qui in aliena in principio, numero. 16. de acquirend. hæred. Menoch. libr. 3. præsumption. præsumption. 109. num. fin. Gregor. dict. l. 69. glos. 2. in fin. quamuis idem Gregor. in. l. 28. glos. verbo, ò de fus herederos, in fin. titul. 8. part. 5. existimet verius esse quod emphyteusis ecclesiæ præscripta intelligatur ad vitam præscribentis, & sic quod minimum est, & ad hoc referat Angelum in. l. 2. C de iure emphyteu. qui nu. 10. stante consuetudine emphyteuticandi in tertiam generationem præsumi emphyteusim secundum consuetudinem concedentis, aut secundum cõsuetudinem regionis. l. si mihi. & tibi. §. in legatis deleg. 1. l. vel vniuersorũ de pignorat. act. l. cum delanionis, §. minã de fundo instructo. l. si fundus venierit de euictio. l. licet. C. loca, quod si non appareat de cõsuetudine cõcedentis, nec regionis præsumetur emphiteusis ad vitã soluẽtis, & ita quod minimum est. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris, cum ego Ecclesiæ consueuerint concedere bona emphy-

phyteutica in tertiam generationem, vt per Couarruuias vbi supra talis præsumetur emphyteusis in dubio, vt etiam resoluit Caldas de nominatione emphyteusis, quæstione. 23. numero. 6. Ex quo sequitur eiusmodi emphyteusim præsumptam propter alienationem, aut non solutam annis pluribus pensionem, & alijs causis amitti, quibus regulariter perditur emphyteusis ecclesiastica: non enim fictio in casu ficto operatur plusquam veritas in casu vero, de quo vide Aurelium Corbulum de emphyt. capit. de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliatione. 39. Beroium consil. 113. libro primo.

53 Quantum vero tempus sufficiat ad præsumendam emphyteusim aduersus ecclesiam dubitant Doctores, quibusdam etenim placuit per longi temporis præstationem annuam, & vniformem præsumi emphyteusim ecclesiasticam, ita Bald. l. 1. C. de fideicommiss. numero. 5. per textum. l. litibus. C. de agricol. & censit, libro. 11. sed ille textus non loquitur in ecclesia: idem scriptum reliquit Salicetus in. l. cum de in rem verso, numero. 12. quæstione septima, de vsur. ex eo motus quod ecclesia iure communi regitur, nisi appareat de contrario. Idem voluit Decius in. l. si certis annis. C. de pactis, numero. 15. vbi refert alios qui non loquuntur in emphyteusi ecclesia. Idem Decius in consilio. 146. numero. secundo, verficulo & cum pro tali vinea. Sed verius est ad præsumendum hunc emphyteusis ecclesiasticæ titulum requiri. 40. annorum cursum, quia ex quibus causis inducitur præscriptio, inducitur & præsumptio tituli, vt ex Bart. & alijs tradit Cassan. consilio. 11. numero. 88. at non minori tempore aduersus ecclesiam præscribitur quam. 40. annorum: idque iure statutum est. c. de quarta de præscript. authentica quas actiones. C. de sacrosanct. & ita post Ang. Ancharra. & Pariſ. scripsit Menoch. libro. 3. præsumption. præsumption. 108. Iaſſ. in dicta. l. 2. C. de iure emphyt. num. 160.

54 Aut vero agitur de præsumenda emphyteusi aduersus priuatum, & tunc etiam Doctores variant: quidam enim videntur requirere. 40. annorum spatium, vt constat ex glossa magna in fin. in. l. 2. C. de iur. emphyt. idem Firmianus in repertorio prout eum refert Felin. cap. cum Bertoldus, numero. 28. de re iudi. Alij videntur requirere tempus. 30. annorum, vt Ang. l. prætor. §. huius edicti, numero. 1. ff. de edendo. Vbi habet quod si emphyteuta fatetur bona emphyteutica, & negat se habere emphyteusis instrumentum statim expelli potest, cum emphyteusis finita præsumatur, nisi probet se soluisse canonem. 30. annis: tunc enim emphyteusis perpetua præsumetur, in his enim quæ sunt magni præiudicij titulus non præsumitur, nisi. 30. annorum præstatione ex Felin. in capit. illud, numero. 6. de præsumption. & ita etiam sensit Cassaneus post Alexand. in dict. consilio. 11. numero. 88. per text. in capit. 1. §. siquis per. 30. annos, si de fœudo defunct. contentio sit inter dominum, & agnati & hanc opinionem videtur tenuisse Iaſſ. dict. l. 2. C. de iure emph. numero. 155. & receptam opinionem dixit Menoch. libro. 3. de præsumptio. præsumptione. 108. numero. 4. Alij decennalem tantum præstationem requirunt, cuius opinionis fuit Bald. dicta. l. 1. C. de fideicõmiss. numer. 5. Salicet. d. l. cum de in

rem verso, quæst. 6. de vsur. Idem Anton. de Butri. in capit. peruenit de cẽ sib. numer. 19. in eãdem sententiam plures refert Mascard. de probat. 1. part. conclus. 337. nume. 2. & in hac sententia videtur persistere Balb. de præscriptionibus. 3. parte. quæst. 10. num. 36. in fin. Mascard. de probat. lib. 1. dict. conclus. 337. In qua Doctorum controuersia distinguendũ videtur; aut enim constat quem prędia priuati, vt emphiteutica possedisse, & canonem soluisse per decennium, & prætereà allegatur titulus emphyteusis, & ad eius probationẽ inducitur illa decennalis præstatio, & tunc titulus emphyteusis præsumitur, iuxta textum dictę. l. eum de in rem verso, & ibi notatur. Nam præsumptio illius textus locum habet etiam fauore soluentis, vt supra diximus cum Salicet. aut vero nullus allegatur titulus, sed diuturna præstatio probatur, & tunc illa decennalis quantumcunque causata non sufficiet, sufficiet tamen. 30. annorum si possessor probet se tanquam emphyteutam. 30. annis possedisse, & canonem soluisse iuxta textum in dict. capit. 1. §. siquis per. 30 si de fæudo defuncti contentio sit, quoniam 30. annorum præsumptio sufficit sine titulo, quam doctrinam colliges ex Ioan. Fabr. in § seruitus, numero 5. de iure personarum. Alexand. cõsilio. 113. n. 4. & 5. lib. 4. Vbi Nata in additione, & satis videtur de mẽte Doctorũ quamuis nullus ita explicauerit. Verum adhuc subsisto, quia hic sumus in realibus, & agitur de præscriptione vtilis dominij rei solę: quo casu non sufficit probatio continuæ possessionis longæuę, sciẽte, & paciente domino. Sed requiritur probatio tituli text. l. diutina. l. nec petentem. C. de præscription. longi tempor. Nec sufficit quod error domini agentis causam longę possessionis reo sine vero titulo præstiterit, vt probat bonus text. dict. l. nec petentẽ: igitur in proposita quæstione qui per decẽnium, vt emphyteuta possidens soluit pensionem nõ præscripsit ius emphyteuticum. Non obstat. l. eum de in rem verso. Tum quia loquitur in personalibus obligationibus, & non debet extendi ad realia, & dominorũ præscriptiones: alias tota præscriptionum materia confunderetur, dum requirit probationem tituli quando fuit possessum minus 30. annis, vel possessionem 30. annorum quando non probatur titulus. Tum alijs rationibus adductis per Modern. Paris. in consuetud. Paris. titul. 1. §. 7. num. 19. & sequen. vbi num. 21, post Bart. I. comperit. C. de præscript. 30. vel. 40 annorum. Bald. l. male agitur ad fin. eod. tit. resoluit requiri. 30. annorum spatiũ cum solutione canonis ad præscribendum ius emphyteuticum contra priuatũ, & 40. annorum cõtra ecclesiam, & reputat verisimũ, & quãuis Balbũ in suã sententiã referat is nõ firmat pedes, & magis videtur sequutus eos, qui decennij præscriptionem admiserunt, prior tamen opinio communis est, vt testatur Iass. dict. l. 2. nume. 155. & non est ab ea recedendum, quam etiam sequitur Mencha. de quæst. illustr. lib. 2. capit. 84. num. 3. & idem Paris. Modern. in add. ad Alex. dict. cons. 113. num. 5. libr. 4. Vnde cauendum est à Balbo de præscript. 3. part. quæst. 10. num. 36. versicul. vn de pro concordia, qui constituit differentiam inter præscriptionem emphyteutę contra dominum directũ, & e contra existimans emphyteutam præscribere emphyteusim decennio: at vero directum dominum præscribere dominium directum cõtra emphyteutam longissimo tempore,

pore, verius est enim vtroque casu longissimi temporis præscriptionem esse necessariam per prædicta, cum vtr onis casu agatur de præscribendo dominio rei immobilis quod minori tempore sine titulo adquiri nõ potest. Ideo vsufructus non præscribitur sine titulo, etiam si quis passus sit rem suam diu ab alio vti frui, & is allegeret titulum, quia vsufructus est pars dominij l. 4. de vsufructu, & ideo adquiri non potest præscriptione longi temporis sine titulo, ex Bald. l. fin. C. ne de statu defunct. Curt. iun. l. si certis annis, numero. 27. C. de pactis. Minoh. ac de quæst. illustr. lib. 2. capit. 84. numero. 40. Mascar. de prob. conclus. 2372. num. 88.

55 Hæc autem emphyteusis præsumpta aduersus priuatum, & cursu temporis acquisita in dubio perpetua cẽsenda erit, ea enim est ipsius natura, vt sit perpetua iuxta l. 1. in principio, vbi Bald. si ager. vectigal. vel emphyteut. petat. nisi aliud suadeant vsus illius qui pro domino recognoscitur, aut regionis consuetudo, vt optime resoluit Menoch. dict. lib. 3. de præsumption. præsumption. 109. qui plures refert.

56 Aduerte tamen, quia vt dixi, vt titulus emphyteusis præsumatur aduersus Ecclesiam, aut priuatum oportet præstationem annuam vniformẽ, & causatam fuisse: debet enim qui se emphyteutam dicit, probare se possedisse, tanquam emphyteutam, & eo nomine canonem soluisse: quia si tantum probaretur pensionis solutio, probatio concludens non esset, prout requiritur iuxta regul. text. capit. in præsentia de probation. l. nam hoc. C. vnde legitimi, posset enim pensionem soluere tanquam colonus. Requiritur ergo, quod appareat quod possiderit illa prædia formaliter, tanquam emphyteuta faciendo actum, ex quo decerni possit eum possedisse, tanquam emphyteutam. Pro qua doctrina est text. in dict. capit. 1. § siquis per. 30. vers. si, vt fœudum, si de fœudo defuncti, cont. sit inter dom. & ag. & ibi notat. Bald. & Alb. arot. idem Alexan. in consil. 169. numero. 4. libr. 2. Mascard. de probat. libr. 1. conclus. 337. numer. fin. & vltra cum Balb. de præscription. 4. par. quartæ partis princip. quæst. 9. & melius quæstione. 12. numero. 1. & sequent. Parisi. Modern. in consuetud. Paris. 1. part. § 7. numer. 9. Vnde quatuor requiruntur ad probandam emphyteusim præsumptã. Primum quod possederit per longissimum tempus 30. vel. 40. annorum. Secundum quod eo tempore pensionem soluerit vniformiter. Tertium, quod allegetur, inuestitura, seu titulus emphyteusis. Quartum quod præstatio, seu solutio pensionis fuerit formis, & causata, videlicet facta ratione emphyteusis, & tanquam ab emphyteuta, quod vltimum omisit Cald. Pereyra, de renouatione emphyteusis quæst. 15. numer. 4. dicens tria priora sufficere cum quartum sit etiam necessarium, vt cõstat ex Mascard. & ab eo relatis vbi supra, & rdẽ postea agnouit Caldas vbi supra numero. 11. vbi alios refert.

57 Nec prædicti obstat quod cõtractus emphyteuticus necessario requirit scripturam, vt notant gloss. & Doctores. l. 1. C. de iur. emphyt. l. 3. titul. 14. part. 1. l. 28. titul. 8. part. 5. tradit Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 7. quia satis probatur scripturam præcessisse iuris præsumptione, ex illa præstatione causata per legitimum tempus resultante argumento text. § fin. inst. de fideiuss. l. sciendum de verb. vt post Alueric. inquit Iass. in dicta. l. 2. numero. 155. de iur. emphyt.

58 Illud omittendũ non est quod cõtra præsumptionem illam quæ ex lõgæua, & causata præstatione insurgit admittitur probatio in contrarium, non vero contra præscriptionem lõgissimi tẽporis, vt posse Cynũ ibi, & alios aduertit Decius in l. si certis annis nu. 19. C. de pact. & supra diximus in hac quæstione nu. 6. & 7. Vnde ampliandafunt quæ diximus de præsumenda emphyteusi ex causata præstatione per longissimum temporis etiam si contrarium probetur per dominum prædiorum qui prædia libera inuendit.

59 Aut verò sumus in dubio quia quis possedit aliena prædia pro illis pensionẽ soluẽdo singulis annis, & nõ cõstat an soluerit, vt colonus, an vt emphiteuta, & tũc si prædia ab eo, & an successoribus suis sint possessa per tẽpus immemoriale soluendo annuã, & vniformem pensionem, etiam si præstatio illa causata non fuerit, emphiteusim perpetuam præsumendã censeo: quia tanti temporis obseruatio habet vim constituti, vt diximus supra hac quæst. nu. 4. & docet Abb. c. peruenit nu. 3. vers. 1. casu de censib. Quod si tanti temporis præstatio non interuenerit, in dubio si non constat an vt colonus an vt emphiteuta quis possederit, tunc ad coniecturas recurrendum erit, si enim præstatio vniformis non fuerit, non præsumetur, vt emphyteuta possedisse, sed vt colonus: quia ex diuersitate pensionis certa obligatio non præsumitur, vt supra diximus, & notant Bart. & Bald. in l. solent. §. fin. de offi. proconsul. & tradit Deci. in d. l. si certis annis, nu. 19. C. de pact. quod si idem sit solutum quolibet anno, id est certa, & vniformis pensio, quæ nunquam sit minuta, aut variata tũc videbitur, vt emphyteuta possedisse, & si lõgissimo tempore possederit, præsumetur emphyteusis, ita post Iacob. Areti. docuit Cynus in. l. competit. num. 6. quæst. 5. C. de præscript. 30. ann. dicens quod si pensio sit præstita iuxta quãtitatem fructuũ plus vno anno minus alio censebitur, vt colonus possedisse, & sequitur Sa licet ibi num. fin. & sensit Bald. d. l. in ea agitur, numer. 4. versic. si vero præstatio mercedis: ego vero existimo ad præsumẽdum emphyteusim non sufficere, quod quis possederit alienum prædium longissimo tempore soluẽdo pro eo pensionem vniformem singulis annis, nisi concurrãt alia duo requisita quæ dixi supra numero. 56. Nam potuit eo tempore possedisse, & soluisse pensionem vt colonus, & in dubio quod minimum est, minusque onerosum fundi domino præsumendum est, vt diximus. Nec vera est Bald. doctrina. d. l. 2. C. de præscrip. triginta annorũ numero. 4. dicentis, colonum qui longissimo tempore possedit soluendo pensionẽ præscripsisse ius coloniæ perpetuæ, vt aduerti supra hac quæst. numero. 51.

60 Sed quid de præstationibus factis à vassallis dominis locorum, aut iurisdictionum, an in his locũ habeat. d. l. cum de in rem verso, & quæ supra diximus? Videtur quod sic quia, aut præstatio fit cum causa, vt puta iure constituti in recognitionem subiectionis, vel alia iusta ratione, vel pro fundo vel domo quam possidet vassallus, & sufficiunt decẽ anni, vt præsumatur titulus, & vassallus obligetur ad soluendum in futurum: & ita in rustico solito soluere domino, quolibet anno par caponũ, quia tenet ab eo laborerium: docet Bart. dict. l. cum de in rem verso, numero. 14. de vsur. Bald. dict. l. si certis annis, num. 8. C. de pact. Burgos de Paz consil. 15. num. 20. Pariſ. Moder.

61

62

63

in

in consuetud.Paris.1.p.§.7.num.17. dicis communem Couarruuias.reg. possessor.2.p.§.4.numero.2.Mincha ca.de controu.illustr.libr.2.cap.84. numero.16.& ita intelligendus est, idem Mencha.dict.lib.2.cap.84.numero 2.dum habet non posse seruiri vassallos à nobilibus Hispaniæ in exactionibus diuinis si domini talium allegent.

61 Limita vt teneatur soluere dum subest illa causa propter quam est solitus soluere,non vero cessante causa,veluti dum habitat in domini territorio, quando ratione subiectionis soluit,vel dum possidet fundum, aut domum ratione cuius consueuit domino aliquid soluere.Est enim præstatio huiusmodi respectiua,& non debet cessare dum causa illius subest in vassallo.l.munerum.§.præterea habent quædam,de mune.& honor. Bart.dict.l.cum de in rem verso,colum.fin.Aucnd.2.part.cap.4.numer. 19.cessante tamen causa præstationis cessabit ipsa præstatio.c.cum cessante de appellat.

62 Aut vero præstatio fuit sine causa iusta,& in his quæ iuri communi non debentur domino à vassallis, de quibus agit Greg.lege.6.titul.25.part.4. glos.de uenlos seruir.& tunc dicitur iniusta domini exactio hanc vocamus(imposicion.)& possunt vassalli implorare officium superioris,vt domini oppressionem reprimat,vt per Speculatorem,& Aluarot.quos refert & sequitur Cassan.in consuetu. Burg.rubric.1.§.4.num.15.Imo possunt de facto resistere.Lucas de penna.l.fin.C.de superindicto.libr.12. Aucnd.dict.cap.4.num.26.& vassalli non obligantur ex huiusmodi præstatione longo tempore sine iusta causa facta per notata.d.l.cum de in rem,verso,& quæ diximus.

63 Sed an sufficiat tempus longissimum ad præscribendum huiusmodi exactionem contra vassallos:& videtur quod sic:quia eo tempore procedit præscriptio sine titulo.l.cum notissimi.l.sicut.C.de præscript.30.vel 40.annorũ.c.si diligenti de præscription.etiam in rebus maximi præiudicij,vt supra dixi,& docet Bald.l.male agitur.C.de præscription.30.vel. 40.annorum,& ita sensit Bart.l.solet §.1.in fin.de offic.Proconsul.dicens quod si quis seruiuit nobili tanquam eius vassallus longissimo tempore, hoc est.30.vel.40.annis in futurum tenetur,sequuntur Benedictus in capit.Raynuncius,verbo,& vxorem decis.5.numer.439.Balb.de præscription.1.part.3.part.princip.quæst.10 num.34.Paris.Modern.in consuetu. Paris.1.p.§.7.numero.21.Menoch. lib.3.præsumpt.131.numer.51.& sequent.hanc dicens communem sequitur Mascard.de probat.lib.3.concluf.1372.numero.113.& sequent. Imo hoc casu videtur sufficere tempus decem annorum si dominus alleget titulum,& probet præstationes factas à vassallis,vt respondit Alexand.cons.124.libr.4.numer.1.&.2. vbi dixit quod subditi possunt compelli ad faciendum,& præstandum dominis terrarum ea quę longo tempore præstiterint,& quæ soliti sunt facere,& præstare ex longæua consuetudine,si allegatur aliqua causa legitima,& specifica,quamuis aliter de veritate ipsius non probetur.Sequitur Balb.de præscription.3.part.quæstion.10.num.6.dicens illud esse val de elegans consilium pro nobilibus, & dominis terrarum,qui consueuerunt recipere operas,& seruitia à subditis suis,& non possunt probare de titulo,quia sufficit quod probent præstationem diuturnam,seu longam consuetudinem allegando aliquem legitimum titulum,concurrentibus

alijs

aliis requisitis de quibus supra diximus: hoc est quod etiam voluit Minchac. libr. 2. de quæstio. illustrib. cap. 84. num. 2, quamuis prædictos non alleget.

64 Verum hæc emendãda sunt, quia verius videtur dominos seruitia insolita, & exorbitantia onera à vassallis exigentes non præscribere, nec longi, nec longissimi temporis præ-

65 stationibus. Primo, quia hoc casu seruitia præsumuntur extorta per metum dominorum, & potentiorum, quibus pauperes vassalli, maxime rustici, pares esse non possunt, l. quia etiam in principio. ff. de aliena. iud. mutandi causa. l. qui per potentiam. C. de omni agro deserto. l. 2. C. ne rustici ad vllum obseq. deuocẽtur, vbi: *Et quicunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles rusticano*, & in terminis trãdit Ioan. And. capit. 1. de præscription. in 6. in nouella, quæ sequuntur ibi Dominic. & Franc. idẽ Bald. in titulo de pace constantiæ. §. pactiones, numero. 11. quem sequitur Suarez, allegatione. 24. versic. ad de Baldum eleganter. Innocent. cap. si diligenti, colum. fin. de præscript. qui loquitur de prælatis seruilia grauamina exigentibus à subditis, quod præsumuntur subditi potius ex timore, quam ex debito præstare. Ideo nõ currit præscriptio, cap. nullus, 1. quæstione. 1. cap. quia cognouimus. 10. q. 3. Idẽ Faber. §. æque si agat, de actio. num. 24. versiculo illud nota. vbi dicit quod vbi potens vius est super nõ potente, & maxime quando gagiabat, vel arrestabat, vel gagiari, sine causæ cognitione faciebat, præsumitur violentia. l. fin. §. pen. quod metus causa. sequitur Paris. Moder. in consuetud. Paris. titul. 2. §. 53. numer. 16. idem in additionibus ad Alexand. dict. consil. 124. libr. 4. numero. 1. in prima additione, dicens Alexan. ibi male consuluisse pro dominis vassallorum: quia si non appareat de iusto titulo, præsumitur dominorum extorsio, allegat Guidon. Aret. & alios ad idem Gregor. l. 6. titulo. 25. partit. 4. gloss. deuenios seruir, colum. 2. ad medium, & colum. 3. Auiles in capit. 24. prætorum. gloss. 1. num. 6.

66 Secundo facit, quia quãdo aduersus præscribentem adest iuris communis vehemens præsumptio ei plurimum resistens, non sufficit præscriptio longi, nec longissimi temporis sine titulo, vt probat text. in dict. capitul. 1. de præscription. in. 6. Cardin. consil. 114. circa finem, Felin. in cap. si diligenti de præscript. num. 11. sequitur Mascard. de probat. conclusione. 1224. numer. 6. Sed in hoc casu quando domini vassallorum agunt de præscribendis huiusmodi exactionibus contra vassallos, est illa vehemens presumptio aduersus dominos pro vassallorum libertate, & simul violentiæ præsumptio, vt modo diximus, & tradunt Innocent. & alij in c. quod latenter de verbor. significat. ergo domini iuuari non possunt præscriptione temporis longissimi, sine titulo contra subditos, & hanc sententiam tenuit Couarruuias dict. regul. possessor. 2. part. §. 4. numero. 5. versi. quæquidem resolutio quoad dominos Montalbus in. l. 1. titul. 11. libro 2. fori, glos. ò forçada. Menesius. in. l. si aquam. C. de seruitut. numero. 37. & sequent.

67 Sed quid si dominus probat immemorialem consuetudinem exigẽdi huiusmodi seruitia, & exactiones à vassallis non probato titulo. An debeat contra vassallos obtinere. Menes. in dict. l. si aquam. C. de seruitut. 38. existimat nõ esse pro domino illi dicendum contra vassallos ex sola immemoriali, nisi titulus aliquis, vel tituli aliqua adminicula probentur, quia

quia cum contra dominos præsumatur violentia, & metus vt supradiximus ex Innocent. Host. & alijs dict. capit. quod latenter, Innocent. cap. bonæ in secundo de postu. prælat. tempus immemoriale vitium impressionis, & metus non excusat. Idem expresse tenuit Gregor. l. 6. titulo. 25. part. 4. glos. magna dicens esse bene aduertendum quod si domini non probent quod seruitia voluntarie, & sine coactione præstita fuerunt à subditis per tempus immemoriale non obtinebunt; quia subditi præsumuntur inuiti præstitisse per notata d. c. quod latenter.

Nihilominus contraria opinio, quod immemorialis sufficiat verior est, cum vim tituli habeat immemorialis. l. ex hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æsti. cap. 1. de prescription. in. 6. capit. super quibusdam §. præterea de verbor. signific. text. optim. in proprijs terminis exactionum domini à vassallis in l. 8. titulo. 15. lib. 4. Recopilation. ibi *Prouarẽ la immemorial costumbre por la manera y con las qualidades y circunstancias, que por derecho y leyes destos Reynos, se deue prouar sea auida en lugar de titulo bastante*, ad idem tex. in l. 5. titulo. 2. libro. 5. Recopilat. ibi; *O por costumbre antigua que el derecho y guala à priuilegio.* l. 2. titulo. 3. libro. 6. Recopilation. ibi. *Les sea guardado el vso y costumbre que ouiere en esta razon, de tanto tiempo aca, que memoria de hombres no sea en contrario.* Et hęc opinio communis est scribentium in dict. l. cum de in rem uerso, & in dict. l. si certis annis, & in terminis eam sequitur Couarruuias, dict. regul. possessor. 2. part. §. 4. numero. 4. Lucas de Pẽna in l. hac. l. columna 2. C. de aquæ ductu, libr. 11. Anton. Gabr. in titulo de præscript. concluſ. 1. num. 15.

68 Nec obstat illa metus, & violentiæ præsumptio ex Innocent. & alijs dict. cap. quod latenter: quia illa cessat, & excluditur probata immemoriali, vt probatur ex dict. l. 3. titul. 15 libr. 4. recopil. quæ in impositionibus & exactionibus vassallorum expresse loquitur, & non obstante illa iuris præsumptione immemorialem admittit ad vassallorum de dominis querellas super exactionibus excludendas, & ex ea. l. id colligit Couarruuias dict. §. 4. num. 5. verticulo secũdo est considerandum. Auendan. de exequend. mand. 2. part. capit. 4. numero. 10. verticulo, & in hoc casu idem voluit Ioan. Andr. in additio. ad Speculat. titul. de præscription. §. 1. numero. 26. verticulo, sed vbi potius in additione incipienti. Quid ergo, sequitur Burgos de Paz, consil. 15. num. 33. vbi num. 34. ad idem refert Lucam de Pẽna Ioan. Garc. de expens. cap. 9. num. 23.

69 Aduerte tamẽ, q; doctrina Innoc. & aliorũ, & illa metus præsumptio locũ habent in dominis non recognoscentibus superiorẽ, non in alijs vt docuit Lucas de Pẽna in l. hitibus. C. de agric. & cens. libr. 11. num. 5. vers. itẽ quia dominus, & tenuerunt Iaſſ. Roland. & alij quos refert & sequitur Burg. de Paz. d. consil. 15. n. 35. quæ limitatio mihi nõ placet, qui experiẽtia didici istos domicellos subalternos eo terribiliores, & crudeliores sanguisugas, ne dixerim lupos voracissimos, & sanguinarios suis vassallis, quo pauperiores sunt: maxime cum pauperibus vassallis non est facilis aditus ad Principem, vt in nostra Gallæcia à quibus Regis Curia longe distat, nec facilior est accessus ad Regium Senatum Gallæcum vtpote clasiarijs, & præsidiarijs militibus obsessum, quorum receptione Gallæcia affligitur & barbarica incursione

cutione non inferiora damna patitur, nec enim duriora paterentur à prædabundis hostibus, quam multorum petulantia à malis, & ingratis conciuibus. Nam vt inquit Lucanus. *Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur.* Cum ergo Corunna vbi Senatus magno totius regni incommodo residet sit militibus occupata, necesse est vt litigantes qui Senatum adeunt pro vnius forte iniuriæ vindicta, tanquam agni inter lupos plures, & grauiores à vilissimis sæpe hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa perferant, vt alias inquit Iustinian. in Authentica habita. C. ne filius pro patre. Quid agendum putas cum viduis & domicellis, quas fortunæ iniuria iudicium Regiæ serenitatis, vel Senatum eius orare contingit, præsertim cum dominorum iurisdictionum, aut aliorum potentiam perhorrescunt, iuxta. l. vnicam. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas: mulieres quas virorum cœtibus immiscere non conuenit, capit. mulieres de iudicijs in. 6. cum militibus hospitari necesse est præ hospitiorum penuria, ex quo strupa & omnia fœda perpetrantur hinc Gregor. l. 6. titulo. 25. part. 4. glossa magna ad finem inter impositiones dominorum erga vassallos, illam maxime detestatur, qua vassalli obligãtur ad hospitandum: quia inquit ipse hospitandi consuetudo est nutritiua peccati propter periculum castitatis fœminarum, quæ sunt in domo patris familias: ideo non valet quia inducit pronitatem ad peccandum, capit. ex parte de consuetud. fit igitur vt mala Senatus locatione inde nascantur iniuriæ, vbi iura debuissent proficisci contra l. meminerint. C. vnde vi, quæ omnia cessarent si Curia constitueretur in medio Regni vbi iure locanda est, ex l. 26. titulo 14. partita 2. ibi. *Otro si como el coraçon esta en medio del cuerpo para dar vida, y igualmente a todos los miembros del, assi puso Dios al Rey en medio del pueblo para dar y guardad y justicia a todos communalmente, porque pueblan vnir en paz: e por esta razon le posieron este nome los antiguos, anima, y coraçon del pueblo.* plura tradit Bobadilla in Politica, libro, 2. capit. 16. numero. 14.

70 Prædictam conclusionem, quod immemorialis præscriptio tueatur dominos in exactionibus & impositionibus contra vassallos amplia. Primo, etiam si non probetur: imo nec allegetur aliqua causa propter quam seruitia, seu exactiones præstentur à vassallis, vt in specie dixit Couarruuias dict. §. 4. numero. 4. & pluribus relatis sequitur Burg. de Paz dict. consilio. 15. numero. 17. Abiles. cap. 24. prætorum, gloss. 1. numer. fin. plures refert Anton. Gabriel, titul. de præscription. conclus. 1. num. 47.

71 Amplia. 2. etiam si vassalli probauerint se quandoque per iudices dominorum ad præstanda seruitia, & exactiones huiusmodi fuisse iudicialiter compulsos, vel forte instrumẽta super huiusmodi seruitijs præstandis confecta fuisse executioni mandata contra ipsos vassallos: quia adhuc immemorialis non corruet, quia hæc violentiam non probant: tunc enim dicitur violentia quando potens supra non potentem arrestabat & gagiabat, sine causæ cognitione, vt supra diximus ex Fabro: at vero procedere per viam iuris executando instrumenta publica, vel cum causæ cognitione condemnando, non est violentia, quia qui in iudicio recuperat, quod sibi debetur, non dicitur vim facere. l. extat. ff. de eo, quod

quod met causa, & qui vim dicit se passum in iudicio, id probare debet, quia non præsumitur, Bart. l. de pupillo. § siquis ipsi prætori, numer. 14. de op. nouinun. & ita declarat Boer. de cis. 125. num. 5. vers. vnde hoc Dec. c. fin. num. 1. vers. & subijcit hic de appellationibus contrarium voluerit Ioan. Garc. de expens. capit. 9. num. 37.

7 3 Poterunt tamen hæ opiniones ad concordiam reduci, vt prior procedat in vassallis fœudatarijs, vel demansata, quos, solariegos, appellant, & in conuentionibus cum dominis factis à principio concessionis fœudi, vel soli, & mansatæ quæ conuentiones seruandæ sunt. l. 3. titul. 15 partita 4. ibi. *O fizieron algunas posturas de suo vno.* Et ibi Gregor. verbo, algunas posturas. l. 2. titulo. 3. libro. 6. recopilat. ibi. *Que le sean guardadas las condiciones que en las cartas y priuilegios, &c.* l. 3. titul. 11. eodem lib. 6. recopilat. ibi. *Saluo en aquellas cosas que los tales heredamientos eran aforados.* & ita videntur loqui Bald. & Brunus pro prima parte citati, quod rationem habet, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. § si conueniat. ff. depositi. & in re propria quilibet est moderator, & arbiter, & potest à principio quascunque conditiones adijcere. l. in re mandata. C. mandati, & tunc cessat metus, & extorsio dominorum, & liberum fuit vassallo contrahere, vel non. l. sicut ab initio. C. de actio. & obligatio. & in hoc non est dubium ex conuentione in traditione rei facta, ex Boerio, decisione. 126. numero. 3.

7 2 An autem valeat contractus, seu conuentio vassallorum cum domino super huiusmodi impositionibus, & exactionibus: videtur quod sic, ex Bald. l. hi quibus. C. de fideicommissar. liber. vbi habet quod nobiles non possunt imponere angarias, nec per angarias suis subditis: quia ingenui sunt, nisi ex consuetudine, vel ex conuentione. Idem Albert. Brunus in consilijs fœudalib. consilio. 103. 2. colum. vbi ad idem refert Iacobinum de Sancto Georgio, sequitur Burgos de Paz, consilio. 15. numer. 6. qui in hanc sententiam refert Bart. & Alexand. qui nihil dicunt, refert quoque Aluar. Pelagium, & alios vt per eum videre licet.

Sed contrariam sententiam videtur probare text. in l. illicitas in princip. ff. de off. præsid. ibi, & cautiones. l. si quam. C. de operis libert. vbi probatur quod non tenet promissio causa libertatis onerandæ, & ibi Bald. num 1. notat eum textum pro rusticis, & vassallis quod non possunt facere instrumenta in præiudicium suæ libertatis, sequitur Speculum conscientię in primo tract. c. 19 §. 4. Quod adeo verum est, quod si vassalli confiteantur debere huiusmodi impositiones non valet confessio: tum quia contra suam libertatem. l. nec si volens vbi notat Bald. C. de liberali causa, imo etiam si iurata fit confessio non valet, vt post Iaff. Guillerm. Bened. & alios tenet Abiles, capit. 24 prætorum, gloss. 1. numero. 4. & sequent. facit illa præsumptio metus de qua per Doctores dict. capit. quod latenter, & suprà diximus, & hæc opinio verior videtur.

Secunda vero opinio procedit & locum habet in vassallis Burgensibus qui subsunt domino ratione iurisdictionis, vel in vassallis fœudatarijs, seu demansata, y solariegos, post fœudi, vel demansatæ traditionem, quos si domini vltra conuenta à principio huiusmodi insolitis exactionibus, & impositionibus nouis

nouis onerant per contractum præ-
sumitur metus, & violentia argu-
mento l. 1 §. quæ onerandæ liberta
tis causa. ff. quarum rerum actio non
detur.

74 Amplia tertio prædictam conclu
sionem vt non solum immemoria-
li præscriptione acquirantur serui-
tia, & exactiones dominorum con
tra vasallos, sed etiam quadra-
genaria præscriptione cum titulo,
& bona fide: quia quamuis titulus
per se non sufficiat, cum possessio-
ne. 40. annorum, & bona fide, idem
operatur quod immemorialis sine
titulo, capit. cum personæ. §. quod
si tales de priuileg. in sexto, capit. 1.
de præscription. in sexto, glos. capit.
si diligenti, versiculo iustus titulus,
de præscription. vbi Abb. numer. 35.
Felinus, numero. 7. Alexandr. consil.
30. numero. 13. libro. 5. Balb. de præ
scriptioni. 2. part. tertiæ partis, quæ-
stione. 6. numero. 11. Couarruuias,
in regula possessor. 2. part. §. 2. nume-
ro. 8. versiculo nec minoris, & in
§. 4. numero quinto, versiculo qui-
bus duo. Vbi loquitur in terminis &
libro. 1. variarum, capit. 17. numero.
7. Auendan. de exequend. mandat.
1. part. cap. 1. numero. 21. versiculo.
imo vltra, Burgos de Paz, consil. 33.
numero. 26. & consilio. 41. numero
10. Matienço. l. 1. titulo. 18. libro
quinto Recopilationis, glossa. 19. nu
mero. 4. & 5. Decian. consilio. 24.
numero. 119. libro. 1. & consilio. 41.
numero. 113. libro. 2. Mascardus de
probat. conclus. 1214. numer. 6. & 7.
Molin. lib. 2. de primogenijs, capit. 6.
numero. 52. vbi dicit communem
pluribus relatis Pelaez à Meris de
maiorat. 4. p. q. 20. num. 64.

Illud tandem aduertendum est, q
si non appareat reditus instrumentũ
potest reditus probari per confessio-
nem, aut assertionem factam à ven-
ditore in venditione rei censualis, pu
ta si dicat se vendere cũ onere soluẽ
di decẽ reditus annui Sepronio. Nã
ea assertio probat reditum, & per eã
peti poterit ex Boerio in consuetud.
Vitur. titulo de consuetud. feudo §.
12. vbi habet quod confessio possess.
soris, seu detentoris prodest etiã pat
ti absenti, & non solum nocet consi
tenti, sed etiam successoribus, & vide
tur cum sequutus Cassaneus in con-
suetud. Burg. Rub. 11. in versiculo cẽ
se surcense, num. 5. Sed contrarium
verius est, imo quod sola eiusmodi
venditoris assertione reditus nõ pro
betur, prout decisum asserit Guido.
Pap. decisione. 24. quia ex ea assertio
ne venditoris non probatur domi-
nium creditoris, vt per Specula. titul.
de emphyteusi. §. nunc aliqua, versic.
74. hoc autem limitabis nisi reditus
in fundi venditione enunciatus alijs
etiam adminiculis probetur, vt si pro
batur venditorem reditum eundem
soluere consueuisse, vel apparet ven
ditorem antea recognouisse reditum creditori: quia per formalem re
cognitionem domino, vel tabellio-
ne pro eo acceptante, probatur re
ditus ex Bal. l. censualis. C. de dona.
cum traditis à Benedict. capit. Ray
nuncius, verbo & vxorem, numero
444. & sequent. sequitur Redoan. de
rebus eccles. non alienand. Rubr. de
constitutione census, numero. 74.
Mascardus de probation. libr. 1. con
clusione. 280. numero. 2. & 3. &
optime videndus ad quæstio
nem hanc Aymon, cõ
silio. 217.

(*:*)

Ex

Ex quæst. sequent.

Contractus vsurarius an possit sententia confirmari num.1.& seq.

Anchar.& Alex. sibi ipsis contrarij secundū Tiraq.n.2.

Defenduntur tamen a Tiraq. nota. ibid.

Exceptio vsurę, an opponi possit in executionem sententię? n.3.

Sententia in materia vsuraria an transeat in rem iudicatam? n.4.& num.5.& 7.& 9.

Nullitas manifesta, quę dicatur,& an opponi possit lapso termino nullitatibus iure regio constituto? n.6.

Præsumitur contra eum, qui differt agere, donec aduersarij probatio deperierit. num.8.

Emendatur litera glos. clementi. sæpe §. & quia, verb. non obstante de verborū signific. ibidem.

Sententia lata contra debitam reditus moderationem non transit in rem iudicatam, num.10.

In Hispania tolerabantur reditus ad rationem decimę ante annum. 1563. n.11.

Ampliatur l.6 ti.15.lib.5.recopil.n.12.

Sententia, qua reditus redimibilis pronunciatur non redimibilis non transit in rem iudicatam n.13.

Ex quo ampliatur,& declaratur notabiliter ex. in l.7. ti. 15 lib.5. recop. n.14.

Reditus fructuarij magis suspecti,& fraudibus obnoxij, quam pecuniarij, n.15.

Sententia ab hinc centum annis lata contractum vsurarium, seu excessiuum reditum non confirmat. n.16.

Creditor quando teneatur edere instrumentum reditus debitori? n.17.

Iudex pacti non debet veritatem occultari. n.18.

Quando teneatur quis edere propria, vel communia instrumenta? n.19.

Exhibitionis iudicium summarium esse,& quam probationem requirat numero 20.

Contractus vsurarius, an possit transactione confirmari? n.21.

Compromissum in causa vsu-

raria, an valeat? ibidem.

Et an transactio valeat quoad præteritas vsuras? ibidem.

An reditus annuus creari possit iudicis sententia? nume ro.22.

Iudices quando possint condemnare in alio, quam quod sit petitum? nume ro.23.

Lucri cessantis rationem habendam esse etiam in non soluto negotiari.n. 24.

Et quid si creditor probet se habuisse paratū prædij fructiferi venditorem postmodum debitoris, an sit lucri cessantis habenda ratio? nu mero.25.

Contractus emptionis, an pertineat ad negotiationem quæstuariam? n.26.

Agitur de intellectu textus in l.1.ff.de vsuris.nume.27.

Sententia absolutoria super pensionibus, an pariat exceptionem rei iudic. super reditu num.28.

Nullitas, aut restitutio cōtra sententiam reditus oppositæ an impediant executionem si creditor sit in possessione reditus exigendi sententia ratione? n.29.

Quæstio.16.

An reditus sententia, vel transactione confirmari, aut creari possit.

1 ILlud etiā quæri solet, an cōtract⁹ annui redit⁹, nullus, & vsurarius possit sententia cōfirmari. & videtur affirmatiue respondendū; quia res iudicata habetur pro veritate. l. res iudicata de reg. iur. & facit, vt indebitū debeatur, nec cōdici possit l.1. C. de cōdi. indeb. cū vulgar. Contrariū tamē pulchre tenet Alberic. in tub. C. de vsuris col. fi. idē sentit Bald. in l. cū allegas col. 2. C. eod. loquitur tamen in sententia voluntaria, vel per cō

sensum debitoris lata, sequitur Ias. in L.1. §. fi procurator. n.13. ff. diquis ius dicenti nō obtēperauerit, idē Ias. in repetitione legis admonendi. n. 45. de iure iur. Maranta in Speculo aduocatorū. 6. p.c. de senten. n. 142. Anend. de exequendis. Mand. 2. p.c. 22. n. 8. Tiraq. tamē in tract. retractus lib. 2. §. 1. gl. 2. n. 36. & sequētibus obiter hūc locū ait ingens facit Petrū de Ancha. & Alex. in hac re sibi ipsis cōtrarios

2 dicens priorem partem tenuisse Ancharran. consilio 82. & consilio 300. & Alex.

& Alexand. consilio. 91. columna 1. lib. 2. sed posteriorem partem tenuisse eundem Ancharran. consilio 234. Alexand. consilio. 82. col. 2. numero. 5. libr. 3. sed mihi non videntur inuicem, nec sibi ipsis contrarij: quia in locis prius citatis loquuntur quantum ad execu-
3 tionem sententiæ, & dicunt exceptionem vsurarum, non posse opponi post sententiam ad impediendam executionem, quod verum est, & ita etiam volucrunt, Angel. & Imol. in. l. 4. §. condemnatum de re iudicata, Lapus allegatione. 53. Barbacia consilio. 18. columna penultima lib. 1. quod limitandum est nisi incontinenti sine altiori indagine plene constaret de vsura, per ea, quæ notantur in. l. ille, aquo. §. si testamento ad Trebel. in locis vero posterius hic allegatis Ancharan. & Ale-
4 xand. loquuntur quando agitur de repetendis vsuris principaliter per viam actionis non impedita summaria executione sententiæ, si qua sit: quia ad hunc finem non obest exceptio rei iudicatæ, & ita intelligendum est illud, quod vulgo circumfertur, sententiam in hac materia non transire in rem iudicatam, tradit Imol. in. l. stipulatio ista. §. alteri, columna ante penultima. ff. de verborum obligation. Iason consilio. 221. columna. 1. libr. 1. & habetur inter communes secundo tomo lib. 7. titulo de re iudica. numero. 185. Sforcia Odi de restitutione. 2. parte, quæstione. 73. articulo. 2. numero. 14. Felician. de censib. libr. 2. capit. 1. numero 24. Barbosa, in l. Titia, numero 54. soluto matrimonio. Ambrosius de Bignate in repetitione, capit. salubriter, numero. 21. & numero 134. vbi declarat, vt sit interim impedienda exequutio, numero 141. de vsuris quæ etiam placuerunt Ioann. Baptist. Lup. comment. 2. de vsuris. §. 3. numero. 91. Pro quo facit, quia vsuræ vitium peccatum continet, sed exceptio rei iudicatæ locum non habet cum ex eius admissione vertitur animæ periculum vt per Dominicum. cap. 27 fin. columna. 1. Francum notab. fin. de exceptio. in. 6. Iason. l. a diuo Pio. §. sententiam Romæ, numero. 18. de re iudicata. Mexochi. lib. 2. de arbitra. casu. 439. num. 5.

5 Vt autem huius rei plenior habeatur doctrina hic distinguendi sunt duo casus. Primus quando ante sententiam a qua non fuit appellatum, nec potest appellari, non fuit discussum, nec cognitum de vsura, & tunc non præiudicat quæstioni vsurariæ, nisi in hoc, quod executio sententiæ, non debet impediri nisi in promptu constet de vsura. Secundus casus quando ante sententiam, fuit discussum, & cognitum de vsura, & tunc aut probata fuit vsura, & siquidem sententia continet errorem expressum non valet tanquam contra ius legis: ideo non est quærendum an transeat in rem iudicatam, si vero non contineat errorem expressum, tamen non transit in rem iudicatam propter turpitudinem, &
6 animæ periculum, imo potest dici nulla propter iniquitatem manifestam, quæ dicitur manifesta, quia colligitur ex actis, vt notatur in capit. inter cæteras de re iudicata Curtius Senior, consilio. 59. columna 6. Covarr. capit. 25. practicarum numero. 2. Otalora de nobilitate. 3. parte. cap. 5. num. 3. quod ipse notat ad limitationem, text. in l. 2. titulo. 17. lib. 4. recopilationis, ita tuentis

tuentis terminum, qua nullitas aduersus sententiam alleganda sit, nam si nullitas euidens, & notoria est: quia ex actorum inspectione constat etiam elapso termino. 60. dierum a lege regia præfinito, ea proponi, & allegari poterit aduersus sententiam, & vltra relatos a Couar. vbi supra: eandem opinionem tenuerunt Ancharran. consilio. 211. Roman. Ruin. & Gozadin. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. consilio. 110. numer. 72. lib. 2. Felin. cap. cum dilectus, numero. 14. de calumniato. Aretin. consilio. 75. Gozadin. conf. 72. Abb. consil. 55. numero. 2. lib. 2. Auend. responso. 26. numero. 10. ad fin. Angel. Corne. & alij, quos refert, & sequitur D. Perez, in l. 2. titulo. 15. libr. 3. ordinamen. glos. 1. versiculo intellige, & limita. Mexia ad legem Toleti in responsione ad primæ partis secundum fundamentum, numero. 35. Azeued. ad. d. l. 2. numer. 30. & sequentibus. titulo. 17. lib. 4. Recopilationis. Ruinus consil. 88. lib. 4. & consilio. 36. lib. 5. & consilio. 62. & consilio. 137. eodem lib. & consilio. 196. lib. 1. Olascus decisio Pedemontad. 142. nume. 33. Gutierrez lib. 1. pract. numero. 5. & sequentibus quæstione. 96. & idem dicendum est, quando ex actis constat euidens & notoria iniusticia, vt post Rebuffum, & alios dicit Olascus dict. decisione. 142. num. 33. in fin. Guido Pap. decisione. 50. quem sequitur Vrsillus ad Afflictum decisione. 283. num. 1. Præcitati DD. mouentur primo ex eo, quia licet de iure nullitas trium sententiarum conformium executionem non impediat, Clementina. 1. de re iud. tamen si notoria, & quæ euidenter ex actis constet, opponatur aduersus tres sententias conformes, admittenda est, vt tradunt prædicti. Verum non obstat hoc fundamentum: quia in casu dictæ clementinæ non ideo impeditur nullitatis allegatio: quia terminus illius opponendæ sit elapsus, sed vt calumnijs litigantium occurratur: calumnia autem dici non potest cum allegatur nullitas euidens ex actis, & in nostro casu non propter calumniam, sed propter negligentiam commissam in non allegando nullitatem in termino constituto, repellitur eius allegatio, quæ negligentia etiam, & magis obtinet cum nullitas notoria est, notorietas vero non releuat ab onere proponendi. l. ciues. C. de appel. Bartol. in. l. 1. ff. de exceptio. Secundum fundamentum ex eo sumpsit Ancharran. vbi supra, numero fina, quia quando nullitas notorie constat ex actis, non est necessaria partis allegatio, & iudex, cui vt iudici liquet debet opponere ex officio iuxta doctrinam Innocentij. capit. 1. de officio Vicarij, sed fundamentum istud videtur subuerti posse: quia aut iudex vult supplere, & opponere pro actore, qui de nullitate agit elapso termino a l. regia constituto circa fundamentum, & principale actionis requisitum, aut pro reo excipiente lapso termino, & non potest iudex ad priuatum commodum supplere etiam in his, quæ constet ex actis iudici ex traditis a Butrio. capit. bonæ el. 1. de postulatione prælat. numero. 33. & 37. Felino. capit. cum ordinem. numero. 11. versiculo prima declaratio de rescript. vbi habent iudicem non posse supplere de facto, in his quæ exigunt vn informalem petitionem, aut exceptionem: quia parte non petente, aut excipiente, non sunt in iudicium deducta, & licet notoria sint ex actis, & non exigant libellum,

libellum exigunt tamẽ partis instigationem capit. accedens vt lite non contesta, & ibi notata, & glos. Clementina. appellanti de appella. cum autem pars sit à lege excluſſa non potest instigare. Deinde; quia exceptio quantunuis notoria, in iudicio proponenda est aliquomodo iusta nota. Barto. & aliorum. l. si quis ex aliena. ff. de iud. & in l. 2. si quis in ius voca. Felin. dict. cap. cum ordinem numer. 12. versiculo secunda declaratio, vbi dicit, quòd si materia notoria habet concurrere in actu, non simpliciter, vt de ea habeatur notitia, sed vt super ea insistatur, & fiat prosecutio, debet notorium proponi, & allegari: cum ergo pars sit excluſſa per termini lapsum, ab allegatione nullitatis notoriæ, non poterit supplere iudex. Facit præterea pro communi sententia: quia si statutum excludat nullitatis exceptionem non censetur excluſſa nullitas notoria, & patens ex actis, iuxta ea quę late scripsit Philip. Franc. cap. dilecto, num. 140. & sequent. de appel. sed hęc quoque ratio concludens non est: quia. l. regia non excludit nullitates, imò vnũ præsupponit, & aliud disponit, præsupponit nullitates opponi posse, & disponit opponendas esse infra. 60. dies sed nulli dubium est, quin in præsupposito lex loquitur generaliter, & generaliter intelligenda est. l. 1. §. generaliter de lega. præst. igitur in dispositione loquitur, de quacunque specie nullitatis: quia, quod disponitur regulatur; ab eo quod præsupponitur. glos. in l. mancipium verbo aduocandum. C. de fœtuis fugit. Præterea aliud est, quod statutum disponat, quod de nullitate dici nõ possit, quo casu nõ excluditur nullitas, quę patet ex actis, aliud ver. si disponat, quod de nullitate dici possit intra certum terminum, quo elapso quis non audiatur, vt in nostro casu: nam in primo casu cùm statutum velit litium materiam coarctare diuersa est ratio in nullitate notoria, de qua constat ex actis, & ea, quæ notoria non est sed requirit altiorem indaginem, ideò merito statutum non intelligitur in notoria: at in secundo casu non potest assignari differentiæ, ratio inter nullitates notorias, & non notorias; igitur idem ius in vtrisque statuendum est. l. illud. ff. ad l. aquil. videtur enim. l. regia dum lapsis. 60. diebus, denegat nullitatis allegationem, punire litigantis negligentiam, qui de nullitate, non opposuit statuto termino, quæ videtur in omni nullitate punienda pariformiter, quæ ratio non videtur habere locũ in primo casu: Huc accedit: quia cum tempus à lege præfigitur, non est locus purgationi moræ ex Innocentio, & Abb. cap. cum in tua qui matrimon. accusat. possess. late Tiraquel. lib. 1. tract. §. 3. glos. 4. numero. 2. & ideo contrarium, quod quando lex constituit terminum nullitatibus, eo elapso non possit allegari nullitas, etiam notoria, quæ constet ex actis respondit Alex. consilio. 225. libr. 6. & consilio. 105. numero. 7. libr. 5. quam veriorem dixit Gabriel lib. 2. commun. oppin. titulo de except. conclusione. 4. numero. 4. a quo cauendum est dum pro hac parte Socinum allegauit in consilio. 121. is enim in diuerso casu loquitur, vt se ipsum explicat in numero. 2. vers. ex sequentibus etiam dico, idem Gabriel lib. 6. titulo de statutis conclusione. 3. num. 14. Ias. cons. 200. nu. 2. Ofascus decis. Pedemon. 22. num. 14. eandem sententiam secutus est Burſatus consilio. 73. num. 10. 4. vbi male in eam refert Paulum consilio. 288. is enim non loquitur

in notoria nullitate, vt inquit Cephal.conf.202.numero.4.libr.2. & peius citauit Osascum decis.142.numero.34. vbi ipse pertransit cum contraria opinione Socin.autem,& Cephal.quos Bursatus pro hac poste riori sententia refert nihil faciunt.

7 Tertius casus quando non fuit probatum vitium vsuræ, & sic sententia non fuit iniuste lata,& tunc licet nõ debeat impediri excutio, nisi vt supra:tamen propter præfatum periculum,& peccatum continuum, non transit in rem iudicatam,nisi in quãtum aliunde præclusum est probationibus, quod fit dupliciter.Primo, quando probationes non afferuntur per instrumenta, aut confessionem partis, sed per testes,& iam in priore instantia super hoc fuissent te

8 stimonia recepta,&publicata.Secundo,quando allegantur noua facta ex longo interuallo,præsertim post mortem eorum qui poterant defendere, & contrariam veritatem ostendere: quia præsumitur contra eum, qui differt agere donec aduersarij) probatio deperierit, vt est glos.in clement. sæpe in §.& quia in verb.non obstante ad finem de verborum significatione,vbi glos. vulgo in libris habetur corrupta: quia ibi(*quo casu audiatur*) debet legi(*quo casu no audiatur*) idem pulchre tradit Bald. in consil. 37.quidam tabellio lib.1.Afflict.decis.Neapolit.13.in.9. coniectura,& in decis.58 ad finem,& prædicta intelligerem quando allegatur vitium clarum,hoc est,in quo si sit inconfes-

9 so,non est dubium iuris:secus si forte prætenditur vitium, de quo sit dubium iuris inter peritos:quia tunc om-

10 nino standum erit rei iudicatæ.Quæ diximus intelligenda sunt, non solum in fœnore improbo, & reditu nullo, sed etiam si agatur de reditu excessiuo,& moderando: quia sententia lata contra moderationem debiram non transiuit in rem iudicatam, saltem pro tempore futuro, nisi secundum prædicta: quia etiam si moderatio fuisset iuste denegata, puta per iudicium latum ante an-

11 num. 1563. quo edita est lex nostra regia.6.tit.15.lib.5.recop.ante quam l.reditus ad rationem decimæ tollerabantur in Hispania teste Couarr. qui ita iudicatum in Granatensi prætorio fuisse asserit.lib.3.variarum capit.10.num.2.tamen post legem Regiam pro futuro tempore, fieri debuit moderatio:quia per.l.penult.C. de vsuris, superueniens moderatio facienda erat pro futuro tempore etiam in vsuris, seu reditibus legitime constitutis, siue tempore illo iudicijs, aut rebus iudicatis reditus hi ad rationem decimæ constituti confirmati fuissent,siue non:quia nõ possunt sententiæ, seu res iudicatæ

12 impedire, quim leges futuræ locum habeant,etiam in antiquis vsuris,vel reditibus.Ex quo habes singularem declarationem ad præd. l. reg. vt quemadmodũ reditus annuus ante illius dispositionem minori pretio constitutus debuit reduci ad quatuordecimam,non obstante eius antiquitate, vel contrarijs regionis moribus,ita etiam reducatur,non obstãte quocunque iudicio, seu re iudicata,qua talis reditus fuisset confirmatus,vel reductio denegata. Et multo fortius prædicta procedunt, si reductio,seu moderatio fuisset iniuste de-

13 negata. Idem dicendum est si reditus huiusmodi fuisset imperite per sententiam declaratus non redimibilis:quia hoc modo reduceretur ad contractum vsurarium,& illicitum, & sic ea sententia nõ obstante semper redimi posset per ea, quæ notauimus supra hoc libr. quæstione 6. pro quo facit text. in. l. si fundus

dus.§. si pluris de pignorib. vbi non obstat sententia quod debitor non restituendo pignus, cõdemnatus fuit pluris, quam haberet, & esset cumulus sortis, & legitimarum vsurarum, si tamen offerat quod re vera debet,
14 audiendus est. Vnde infertur optima ampliatio ad tex. in l. 7. tit. 15. lib. 5. recopil. qua annui reditus fructuarij ab anno 1574. constituti minori pretio, quam ad rationem quincuncialis vsuræ, seu ad rationem vigesimæ declarantur redimibiles, & reducendi ad pecuniam iuxta distinctionem, quam ex tex. colliges, & notat Ioannes Garc. in tractatu de expensis, cap. 9. nume. 76. id enim procedit etiam si prædicta reductio, & moderatio, iudicis sententia, seu re iudicata, denegata fuerit, ne eo modo contractus ipse reducatur ad vsurariam, & illicitam conuentionem, prout reduceretur si non fieret illa iustissima legis moderatio, & reductio, eo maxime: quia isti fructuarij, reditus magis suspecti, maioremque fraudis, & iniquitatis suspitionem habeat, quam
15 si in pecunia soluenda essent constituti, vt aduertit Conarr. lib. 3. variar. cap. 10. numero 3. & alibi diximus.
16 Vltimo, quæ dixi ampliandæ sunt etiam si sententia fuisset lata ab hinc centum annis: quia detecto vsurarum vitio, vel nullitate redit', aut excessiu annullandus, aut moderandus erit, non obstante rei iudicatæ exceptione: quia præscriptio in hac materia non magis operatur, quam res iudicata, vt dicam infra, in quæstione sequenti, constabit autem de vitio reditus adeo antiqui ex inspectione
17 instrumenti constitutionis. Vnde cum debitoris interfit originale instrumentum annui reditus exhiberi, iure aget ad exhibendum aduersus creditorem, qui edere tenebitur, si facultatem habeat, vel per eum non
18 fetorit, vel iuret se non posse edere, nec dolo fecisse, quo minus posset, iuxta tex. in l. 3. §. sciendum ff. ad exhiben. l. fin. C. de fide instrumentor. non enim bonum est veritatem denegari, cap. 1. in fine de contr. inter domin. & vassal. de cetera fraudi in vsibus feudo. Nec veritas occultanda est, clement. sepe. §. citationem de verborum significatione, idque iudex pati non debet. l. 1. §. 1. ad l. Connel. de falsis, facit text. cap. accepimus de fide instrumentorum, &
19 q. tradit Parisiensis modernus in cõsuetudine Paris. §. 9. numer. 46. & quando quis teneatur edere propria vel communia instrumenta, resolut eleganter Gallæcus noster Ioannes Garc. de nobilitate gloss. 2. §. 11. vbi numer. 28. constituit regulam, quæ habet exhibitionem omnino faciendam cuilibet, & a quolibet, præterquam si ab actore petatur contra reum ad fundandam actionem ex instrumento, quod omnino reo competat, nihilque pertineat ad actorem, si vero creditor neget se
20 habere instrumentum constitutionis reditus oportet debitorem ad exhibendum agentem probare exhibendi facultatem, probabit autem summarie iuxta text. l. 3. §. sciendum & §. ibidem. ff. ad exhibend; ea tamen probatio sufficiet in eo exhibendi iudicio, quæ animum iudicantis possit inducere ad præsumendum instrumentum esse penes eum, a quo postulatur. arg. l. thesaurus & d. l. 3. §. sciendum ad exhiben. ff. nec omnino plena probatio requiritur ex cõmuni sententia, quæ quotidie in aduocatorum ore versatur, vt testatur prædictus Gallæcus vbi sup. n. 6. Diximus vsurarium con
21 tractum, seu reditum nõ confirmari iudicis sententia, sed an arbitri sententia, vel partium transactione, con-

firmabitur,& quod super causa vsura rla possit trãsigi videtur probare tx. in l. vnica. C. de plus petitio, & per eum tenuit Bald. licum allegas. n. 7. C. de vsuris, sequitur Alex. cons. 91. num. 3. lib. 2. & cum arbitramentum sit redactum ad instar transactionis vt notant. DD. c. quintaallis de iur. iur. consequitur vsurariam causam posse in arbitratores compromitti, vt post Anchar. respondit Alex. d. cõ sil 91. quod ampliant DD. etiam si arbitrator sit laicus: nam quãuis causa vsuraria non possit compromitti in laicum arbitrum, vt pote spiritualis, c. contingit de arbitris, potest tamen in laicum, vt arbitratorem compromitti: quia tx. ille locum non habet in arbitratore, vt voluit Anchar. in cons. 98. quem sequitur Roman. cons. 173. vbi Mandosius in additione. 2. dicit communem, quam sequuti sunt Alex. Ruin. Ias. Felin. Decius, & alij, quos refert idem Mãdosius in additione. 1 ad Roman. in cons. 299 in clericum autem etiam vt arbitrũ causa vsuraria compromitti non potest, si vertitur iuris quæstio, an videlicet contractus sit vsurarius, secus si agatur de quæstione facti, an cõtractus fuerit hoc, vel illo modo celebratus: quia tunc poterit clericus esse arbiter, per ea quæ docet Abb. in cap. per tuas de arbitris, sequitur Lanfrancus in tracta. de arbitris in. 4. p. nu. 9. sed quod in clericum indistincte valeat compromitti causa vsurarum, modo sit quæstio facti, modo quæstio iuris, verius videtur: quia non inuenitur expresse prohibitum à iure, vt optime resoluit Ioan. Baptist. Perusin. in tracta. de arbitris lib. 3. c. 14. Ego non solum in clericum, sed etiã in laicum causam vsurariam tã super quæstione iuris, quam facti compromiti posse cẽseo. Nec obstat text. in d. c. cõtingit de arbitris. quia eius prohibitio locum habet in causis spiritualibus, vt patet vbi, *ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicũ quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur*, at vsuraria causa nihil spiritualitatis habet, & itanullo iure, prohibetur laicis huiusmodi causæ cognitio, pro ut late probabimus infra 1 libr. 3. q. 4. vbi dicemus hanc causam esse mixti fori, tam super quæstione facti, quã iuris, & quamuis ad solum iudicem ecclesiasticum eius cognitio pertineret, nihilominus posset in laicum cõpromitti, quia super re mere temporali, cui nihil spirituale est annexũ, quamuis ad forum ecclesiasticum pertineat, bene potest in laicum cõpromitti, vt probat tx. in, c. exposita de arbitris, & ibi notat gl. 1. vbi causa fori Ecclesiastici sup districtu fuit in laicũ Venetorũ Ducẽ cõpromissa gl. 2 in c. decernimus de iud. post Spec. Host. & alios Roman. cõs. 173. Igitur in proposita quæstione dicendum est valere compromissum super causa vsurarum. Id tamen limitandum est, primo vt locum non habeat si cõpromissum fuerit in fraudem vsurarum, veluti si per fraudem vsurarij pars fuit inducta ad compromittendum, vt sic vsurarius indirecte consequeretur vsurarum remissionem: nã tũc, laudo, non obstante possunt repeti vsuræ ex Lapo allegatione. 55. Abb. d. c. contingit. numer. 2. & post Ioan. Andr. & alios Ioan. Bap. Perusin. in tractatu. de arbitris lib. 3. c. 14. Secundo limita, si laudum, seu arbitramẽtum esset vsurarum remissiuũ vel daret materiam fænerandi: tunc enim peccatum nutriret, & nullatenus valeret ex tex. in. c. 2. de arbitris, & quod non valeat arbitrium fæneratitium, sicut nec valet simoniacũ arbitrium, vt in. d. c. 2. docet Abbas. in. d. c. contingit. num. 2. & sequitur Ioan. Bap. d. c. 14. in fin. quod ea ratione

ne confirmatur: quia in materia vsurarij non est standum pactis, nec etiã partium confessionibus, vt dicemus inf. lib. 3 q. 5. n. 40. cũ enim vsuræ naturali & diuino iure prohibeãtur, vt infra lib. 3. q. 4. nequeunt partes suo consensu, aut transactione vsurarum prohibitionem tollere, nec contractum illicitum, & reprobatum, licitũ facere, vt ex multis probat Tiraquellus lib. 2. retractus ad fin. nu. 152. vbi ampliat etiam si partes iurauerint. Hoc aute mublimitandum est: quia quamuis vsurarius contractus non possit transactione cõfirmari, potest tamen transigi super præteritis vsuris & poterunt transactione, & laudo remitti, sicut dolus præteritus remittitur l. si vnus. §. illud, iuncta glo. verbo agat, &. §. pacta ibi, *sed post admissa hæc paciſci possumus*. ff. de pactis & tradit in specie Bal. c. 1. in. §. similiter de controuersia inuestituræ in vsibus feudorum. Octauian. decis. Pedemõtan. 143. nume. 1. Tiraquel. plures referens lib. 2. retract. ad fin. quæst. 28. num. 153. Alex. conſ. 91. lib. 2. nu. 4. quod notandum est, quia sæpe in iudicijs adducũtur concordiæ, & transactiones maximè super reditibus fructuarijs ab anno. 1534. constitutis quorum reductio ad pecuniam petitur a debitore, creditor autem transactione, se tueri satagit, eæ etenim admittendæ sunt quo ad reditus præteritos, si fuerint sponte, & sine fraude factæ, non tamen cõtractum
22 confirmabunt, ita quod sit neganda reductio in futurum, iuxta l. Regiam 7. tit. *delos censos*, lib. 5. recop. Vltimo dubitari potest an reditus annuus possit sententia iudicis constitui exẽpli gratia, si iudex condemnet Petrũ, vt soluat 100. quæ debet Ioanni, aut eorum quatuordecimam singulis annis interim dum sortis solutionem distulerit, insignis. Nauarr. incomentar. de vsuris in explicatione motus prop. quæst. 1. numer. 99. dicit in Hispania frequenter ferri, & executioni mandari, huiusmodi sententias, & ipse distinguendum censet, an his fuerit super rebus fungibilibus, aut super alijs, vt. 1. casu non valeat sentẽtia, nec reditus in ea constitutus, secũdo vero valeat vtrunque etiam stante motu proprio. Felicianus autem lib. 2. de censibus. c. 5. num. 11. dissentit a Nauarr. & nullo casu reditũ sententia constitutum admittit. Mouetur primo, quia census nõ potest, alio modo constitui, quam titulo emptionis, & pecunia præsente, & numerata sed ea ratio concludens non videtur, tum quia in iudicio quasi cõtrahitur l. 3. §. idẽ scribit de pecu. & ac cõtractu ad sententiã valet argum. l. si procura. ff. de procur. l. 1. vbi. notat Bal C de sent. quæ sint certa quantitate & propecunia iuste debita reditum constitui posse diximus hoc libr. quæst. 13. tum etiam quia quãuis reditus iste, de quo agimus, dici non possit venditione constitutus non ideo minus reditus annuus dici poterit: nam ab arbitris iudicij familiæ herciscundæ vel ex testamento reditum constitutum pro pecunia legata, dum hæres eam soluere distulerit, reditum annuum, seu cẽsum appellamus, quamuis ex venditione debitus non sit, de quo dicemus infra libr. 3. quæstio. 6. secundo mouetur, quia si hanc opinionem admittimus. vsuris occasionẽ prebemus: quia facile creditor, & debitor colludent, vt aduersus debitorem ita pronuntietur, sed nec hæc ratio conuincit, quia loquimur in vero debito & ex setẽtia iudicis, manebit sors perpetuo alienata ex parte creditoris, & eam nunquam repetet nec recuperabit, dum debitor pensiõnem soluerit, quod longe abest ab vsura, & fæneratorio desiderio: tertio

mouetur: quia non licet dare alteri rem fungibilem cum pacto, quod si non soluerit statuto tempore soluat aliquam pœnam: quia id est dare ad vsuram ex Innocent. & alijs, quos refert, ibi responderi potest, quod pœna adiecta dationi quantitatis, etiam in mutuo non semper redit contractum vsurarium, maxime quia in nostro casu, pœna non adijcitur a parte, sed à iudice & nisi quatenus creditoris interest, ex frequenti redituum venditione, at pœna quatenus interest recte exigitur, vt vtrunque latius deducimus lib. 3. q. 5. Quarto, inquit non posse creditorem in libello petere, vt debitor soluat mille debita, vel reditum annuum, igitur nec iudex poterit eo modo debitorem condemnare, cum sententiam libello conformem esse oporteat. c. licet Heli de Simon. l. fin. C. de fideicommiss. libert. sed istud argumentum quoq; euitari potest, tum quia creditor potest petere, vt debitor soluat mille cũ reditibus ratione interesse lucri cæssantis dum distulerit solutionẽ, quia accessorie potest quis agere pro futuro tempore quãdo agitur pro eo pro quo iam est orta actio. l. libertis §. 1. de alimen. & cibar. leg. l. 1. C. de fideicom. declarat Bart. l. non quem admodum. numer. 2. de iud. & in l. vbi autem non apparet, §. qui sortem de verb. optime Petr. Surdus decis. 120. n. 14. & 15. tum etiã quia quando iudices cognoscunt factiveritate inspecta. prout in Hispania iudicandum esse probat. l. fi. tit. 17. lib. 4. recopil. ibi. *Los determinen y juzguen, segun la verdad, que hallaren probada en los tales pleytos*, possunt condemnare in alio, quam sit petitum, vt ex Bart. deducit Ias. l. vinum, nume. 24. & in l. certi conditio §. si numos, nu. 32. & seq. si cert. pet sequitur Gram. decis. Neapolit. 15. num. 3. Rogerius

23

Eques cons. 35. num. 10. lib. 2. maxime supremi iudices, qui dum principem repræsentant, in alio, quàm sit petitum condemnant, argumento tex. cap. ad petitionem de accusat. & tradit Ias. d. §. si numos. n. 24. Quinto adducit pro sua opinione, tex. l. & si post tres siquis cautio. vbi haberur q. si ex mora debitoris, ius creditoris, non est factũ deterius: quia nec sentit damnum, nec ei lucrum cessauit, debitor non potest condemnari ad aliud, quam ad sortem, seu factũ principale. Nec obstat si dixeris iam interesse creditosis cumsi statim soluisset debitor facili negotio potuisset dare ad censum redimibilem: quoniam id interesse non esse considerabile censet Felicianus ex eo, quia ratio lucri cessantis solum in solito negotiari habenda est, & reditus emptio nõ est negotiatio, sed resp. quod emptio reditus ad negotiationem pertinet vt dicam infra lib. 3. q. 1. nec iure veram existimo eorum sententiam qui in homine non solito negotiari, lucri cessantis rationem non esse habendam asserunt. contrariam enim probabimus lib. 3. q. 5. num. 26. & secundum eam sæpius iudicatum vidimus, & in Pinciana Chancellaria quandoq. similiter taxari ad rationẽ quatuordecimæ in pecunijs debitis minoribus, & alijs personis non solitis negotiare quandoque ad rationẽ vnius in. 18. & aliquando vnius in 20. testatur Gutier. de iuramento cõfirmatorio. 1. p. c. 2. num. 4. Nec recte Felician. in suam sententiam refert Conrad. Pala Rub. & Benuenutum: hic enim in loco per eum allegato aliud agit: reliquis vero contraria placuit opinio, vt dixi. d. n. 26. Igitur si creditor post debitoris moram probet sua interfuisse, quoniam soluta pecunia empturus erat annuum reditum, & paratos se habuisse venditores

24

tores, lucri cessantis ratio habēda erit: sed non videtur æstimādum lucrum cessans ad rationē quatuordecimæ, sed quincuncis, aut parum minoris vsuræ eo quòd creditor sortem alienatam non habeat pro vt habuisset, si reditū emisset. Pro quo facit, quòd tradit Vrsulus ad Afflict. decis. 291.

25 num. 15. similiter lucrum cessans creditor consequetur si probet post debitoris moram paratum se habuisse prædij fructiferi venditorem, & illud empturum, si debitor pecuniam soluisset iuxta Pauli doctrinam in. l. diuortio in principio num. 6. in fin. ff. soluto matrim. quam sequuntur plures, quos refert Felician. vbi supra, & vltra eos Pala. Rub. dict. cap. per vestras notab. 6. num. 8. vbi dicit pro ea videri casum recte intuenti in. l. socium qui in eo. ff. pro socio. Neque obstat quòd contra Paul. aducit Felician. emere fundum nō esse actum quęstuarium: nam contractus emptionis ad primam speciem quæstuariæ negotia-

26 tionis pertinet, vt diximus. Nec obstat text. in. l. si cum villico. ff. de instito. quia Iurisconsult. ibi solum dixit fructus ex propijs prædijs percipere extra quęstuarium actum esse, sed nō dixit emptionem ad quæstum non pertinere, imò contrarium expresse probat in versiculo, si tamē villicum: ideò enim institoriam actionem in dominum concedit, cum villicū distrahendis mercibus præpositum habuerit, quia tunc villicus propter quęstum præponitur, ergo venditio, & per consequens emptio, cum sint correlatiua, spectant ad negociationem quæstuariam. Bart. autem in. l. legatis de legat. 3. potius probat emptionem fundi ad negociationem pertinere, dum contractus vltro, citroque obligatorios, negociationē esse, seu mercaturam censet; igitur ex Pauli doctrina & alijs, supra relatis illud interesse quòd pecuniam statuto tempore solutam creditor potuit in emptionem reditus locare, a iudice considerandum, & æstimandum est. Vltimò Felicianus adducit pro sua opinione text. difficilem in. l. 1. §. 1. ff. de vsuris, vbi Paul. docet nō posse iudicem debitorem condēnare, vt caueat quòd

27 vsuras soluet quandiu sententiæ non paruerit. Verum text. ille nō obstat: quia loquitur in vsuris odiosis, & debitis iudicis officio tantum, vt patet ex verbis illius, ibi *Ad officium iudicis*, quod iudicis officium per sententiam terminatur, & cū vsura, de qua ibi fit accessio odiosa, & valde separata à re in iudicio petita, merito iudicis officium non prospicit futuris vsuris, quòd si vsuræ actionis iure, & per stipulationem deberentur, posset iudex etiam in futuris condemnare vt est text. in. l. 1. C. de sent. quæ sine certa quant. quam ita intellexerunt, ibi, glos. Bart. Bald. Salicet. & alij, potest etiam iudex condemnare in futuris fructibus: quia sunt accessio coniuncta, & non odiosa, iuxtā. l. vtique. ff. de rei vend. & docet Bald. in dict. l. 1. n. 9. vnde passim reus cōdemnatur ad rei restitutionem cum fructibus post sententiam percipiendis vsque ad rei realem traditionem, ergo iure optimo in casu, de quo agimus, poterit iudex condemnare reum vt debitam pecuniam soluat cū interesse cessantis lucri ad rationem quatuordecimę pendendæ quandiu sortis solutio differatur: nam ciusmodi interesse quāuis sorti accedat, vsura tamen nō est vt diximus libro 3. quæst. 5. Et probat text. dict. l. socium, qui in eo. ff. pro socio. Imò illud interesse assummit natura sortis, iuxta ea quę diximus lib. 3 quæst. 7. & quæst. 10. & probatur. l. nomen in principio de legat. 3. Nec obstat quòd tractus futuri temporis ad iudicem non spectat, vt inquit text. l.

non

non quemadmodum de iud. & dict. l. 1. ff. de vsuris: nam quãdo iudicium fundatur in principali, quod est de præsenti, potest extendi ad accessorium de futuro ex text. dict. l. 1. C. de sent. quæ sine certa quantitate, & ibi notat Corneus num. 2. Ang. in princ. & alij scribentes D. Molin. libr. 3. de primogeni. c. 14. num. 18. Ex quibus idem etiam in pecunia ex mutui causa debita post moram, & probato interesse cessantis lucri, atque cessante fraude, videtur admittendum: quamuis aliud sentiat Nauarr. quoniam iudicium redditur in inuitũ, & cessante fraude, cessat mutuum, & per consequens vsura, quam non nisi in mutuo contingere, sæpe diximus, contin
28 git etiam dubitari, an sententia absolutoria, lata contra creditorem reditus agentem pro decursis pensionibus pariat executionem rei iudicatę contra eundem agentem super iure reditus, vel futuris pensionibus. Et videtur non obstare exceptionem ex text. in l. si in iudicio, ff. de excep. rei iud. *Si in iudicio* (inquit Vlpianus) *actum sit, & fructus quæ solæ petitæ sint: non est verendum ne noceat rei iudicatæ exceptio circa sortis petitionem: quia enim non competit, nec opposita nocet. Eadem erunt & si quis ex bonæ fidei iudicio velit & fructus tantum persequi, tum nihilominus & fructus futuri temporis cedunt: quandiu enim manet contractus bonæ fidei eadem ratio & fructus.* Et ibi agunt DD. Et an condemnatus ad primam, vel secundam præstationem vigore instrumenti reditus, postea conuentus ad futurarum pensionũ solutionem, possit excipere de nullitate vel vitio reditus absque metu rei iudicatæ vide quæ dixi in quæstione præcedenti: num. 28.

29 Sed finge quod creditor reditus obtinuit in iudicio debitorem condemnari ad soluendum certum reditum perpetuum, aut liribile, debitor vigore rei iudicatæ soluit aliquibus annis, nunc detrectat soluere, & petit sententiam nullam pronunciari, vel aduersus rem iudicatam restitui postulat: creditor dicit se lite pendente super nullitate aut restitutione manutenendum, & sententiam exequẽdam esse, quæritur, an sit executioni locus? Et videtur lite pendente super nullitate, aut restitutione nihil nouũ dum esse l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. Clementi. prima de re iudic. à contrario sensu l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. l. vnica. C. in integrum restitutione postulata nihil noui fiat, l. si causa cognita. C. de transact. & in l. defendente de autho. tuto. In contrarium videtur sententiam exequẽdam esse, quia nullitas seu restitutio principaliter petita non impediunt executionem sententiæ, vel instrumẽti. c. cum in iure de officio de leg. Angel. & alij. dict. §. condemnatum, Francus. c. dilecto. n. 32. de appella. Nec obstat quod nullitate, aut restitutione pendente, innouandum non est, quia illud procedit quãdo res est integra, & sumus in initio, & nunquã sententia, vel instrumentum reditus fuerunt mandata executioni, sed modo petitur eorum executio, & ad illã retardandam intẽtatur nullitatis aut restitutionis remedium: Sed in hypothesi debitor virtute sententiæ multis annis reditum persoluit creditori, & creditor est in quasi possessione recipiẽndi pensiones reditus, & ita nullitas, aut restitutio nõ debẽt retardare executionem. Quam sententiam interminis probauit Berous consil. 119 lib. 3. num. 1. & sequent. Burlatus qui plures refert consi. 74. num. 25. lib. 1. Franciscus Marcus decis. 515. libr. 2. Robertus Lancelotus in tract. de attent. 2. p. cap. 17. num. 150. & cap. 28. num. 133. Quod limitandũ cen-

sco

seo, nisi nullitas opponatur in vim exceptionis contra executionem, & sit manifesta, & notoria nullitas, quæ ex tenore sententiæ, vel exactis conster; tunc enim impediet executionem, vt per Burſatum & alios vbi supra. Quodamplia vtiã si nullitas sententiæ principaliter & per viã actionis à debitore reditus sit in iudicium deducta, & litepẽdente creditor petat executionem sententiæ, quia poterit reus nullitatis notorię exceptione se defendere, nec sibi oberit litis pendentia super nullitate quia possum in via executiua opponere exceptionem à me in alio iudicio ordinario per viã actionis deductã, vt est rx. cum gloss. in c. fin. de ordine cognitio gloss. fin. ad fin. Imola & Alex. in dict. l. 4. §. condemnatam, nu. 14. de re iud. Gutierrez de Iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 2. numero 23.

Ex quæst. sequent.

Præscriptio, an locum habeat in materia vsuraria, numer. 1. & seq.

Traditur plena distinctio, numero. 3.

Venditor reditus & eius hæres an possint liberationem præscribere. ibid.

Vsura vitium in reditu non purgatur, sed magis augetur tempore. num. 4.

Excessus vitium in reditu non purgatur tempore. n. 5.

Idem si reditus sit constitutus à centum, vel ducentis annis numer. 6.

Declaratio. l. 4. tit. 6. lib. 5. Recopilationis, numero. 7.

Declaratur l. 7. eiusdem tituli & lib. ibidem.

Declaratur text. l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æst. nu. 8.

Præscriptio legitima præiudicat veritati. n. 9.

Quando l. continuo prohibet, & resistit cessat præscriptio numero. 10.

Cum non constat de origine, qualiter prosit temporis spacium num. 11.

Præstat non ostendere titulum, quam vitiosum ostendere, numero. 12.

Bonafides successoris detecto vsuræ vitio, non prodest, numero 13.

Nihil prodest iustum pretium reditus coram notario numeratum si probetur minoris venditus, num. 14.

Et quæ probatio requiratur in eo casu. n. 15.

Si debitor recognouerit reditum coram iudice, vel sponte condemnationem subierit, non purgatur vsura vitium. n. 17.

Et quid si condemnetur debitor in cõtradictoria iudicio an purgatur vsura vitium. n. 18.

Vsura exceptio rei cohæret, ideo fidei iussori & tertio possessori competit. n. 19.

In

In incorporalibus quãdo l. resistitur nullus acquiritur quasi possessio, numero 20.

Possessio, cui ius resistit, an prosit ad interdictum. n. 21.

Possessorem tuendum esse lite pendente in possessione, etiam iniusta, & cui ius commune resistat. n. 22.

Possessorem, & detentatorem iniustum lite pendente defendendum non esse in possessione, aut detentatione, quando notorie constat in iudicio de iniusta possessione, aut detentatione, num 23. & seqq.

Interdictum summarium, & preparatorium (quod auto ordinario appellamus) non respicit iustam veram possessionem, quam ceu statum tempore motelitis, aut paulo ante. n. 25.

Interdictum summarium preparatorium esse ad ordinarium possessorium. n. 26.

Praedonis possessio non dicitur possessio, sed iniusta occupatio, numer. 27.

Valet argumentum negatiue de possessorio ordinario ad summarium. n. 28.

Vehemens iuris praesumptio contra actorem obstat interdicto summario. n. 29.

Colono turbato in sua detentatione obstat notorius proprietatis defectus. n. 30.

In remedio attentatorũ non obstat proprietatis defectus, num. 31.

Laicorum quasi possessio in beneficijs patrimonialibus, an prosit ad interdictum contra clericos eam perturbantes, n. 32. & 34

Regius senatus Gallicus cognoscit de violentijs clericorum. n. 33.

Et si laicus nitatur pontificio priuilegio, & immemoriali quasi possessione, an obtineat aduersus clericum. n. 35.

Et quid si laicus a laico perturbatur in beneficij patrimonialis quasi possessione. n. 36.

Si clericus aduersus laicum beneficij possessionem perturbantem agat, quid probari oporteat, num. 37.

Et an sit coloranda possessio si clericus agat possessorio contra laicum, aut clericum, ibid.

Violentiæ causas ad Gallicum senatum tripliciter deduci, numero 38.

Decretum ordinarium Gallici senatus (quod auto ordinario vulgus appellat) & eius praxis, & forma numero 39.

Decretum ordinarium iustitia, & aquitate fundatur, numero 40.

Decretum ordinarium, & interdictum interim, in quibus conueniant, n. 41.

Decretum ordinarium, & interdictum interim in pluribus differunt, n. 42, & seq.

De

Decretum ordinarium ante, & post metam item in principali peti consuevit.n.42.

Decreto ordinario non solum possidenti turbato in possessione, sed etiam spoliato intra annum conquerenti subvenitur, num.44.

Et an competat hæredi, aut singulari successori spoliati, & contra hæredem recusantem solvere reditum quem defunctus semper solvit ibidem.

Cauti advocati decretum ordinarium petentes, non fatentur actorem spoliatum.n.45.

Verba decreti ordinarij ibidem

Decretum ordinarium non præcise avocat rem a possessione, sed causative n.46.

Et quid circa decentus ex decreto ordinario adhuc possessioni suis famulis, aut colonis insistit qualiter actori consuletur: numer.47.

In decreti ordinarij cognitione, non est testium numerus præfinitus nec ex officio aliqui recipiuntur.n.48.

Ab interdicto interim appellare, & supplicare licet contra Mezoch & alios.n.49.

Animum illatum interdicto non omnino reparari per diffinitiuam.nu.50.

Non in omni causa, quæ celeritate desiderat denegatur appellatio.n.51.

Appellatio, & supplicatio, a decreto ordinario non habent effectum suspensivum.n.52.

An liceat appellare a decreto ordinario senatus Gallecti ad cancellariam Vallisoletanam.numero.53.

Decreti ordinarij effectus sentur lata diffinitiua pro reo etiam si ab ea fuerit appellatum.n.54.

Decretum ordinarium an detur spoliato indicis authoritate: vide.

Et an competat creditori reditus spoliato ibid.

Senatus Gallecus decretum ordinarium decernere consuevit adversus personas ecclesiasticas, laicos, aut clericos perturbantes in possessione rei profanæ, vel spiritualis, n.55.

Vtrum violentus sit indignitate constitutus, qualiter procedatur: num.56

Ab huiusmodi decreto non appellari.n.57.

Consuetudo hæc senatus, an iure defendi possit: num.58. & sequentibus.

Senatus Gallecus non solum decretum ordinarium super tenuta beneficij decernit, sed etiam super ordinario possessorio cognoscit, n.59.

Causam possessoriam vel spiritualis temporalem esse, nu.60.

Consuetudinem aliarum senatus plurium regni istorum, numero.61.

Cons

Consuetudo conueniendi clericos coram laicali iudice, quando valeat. n. 62.

Consuetudo immemorialis habet vim priuilegij. n. 63.

Iudices laici qualiter de titulo beneficij ecclesiastici cognoscant, nu. 64.

Inter proprietatis, & possessionis causam non attenditur connexitas, quando actor, & reus sunt diuersifori. n. 65.

Senatus Gallicus cognoscit de violentijs iudicum ecclesiasticorum non deferentium appellationibus legitimis, & decarum praxi. n. 66. & seqq.

Quæ sit friuola appellatio numero 68.

Si iudex friuole, vel a iure prohibite appellationi detulit, an possit iurisdictionem resumere, et iterum de causa cognoscere, ibidem.

Appellationi a mera interlocutoria non defertur. n. 69.

Senatus Gallicus quando proferre soleat decretum (quod auto de logos prammatici appellant) & eius praxis, nume. 70. & & seqq.

Laicum conquerentem de iudice ecclesiastico & petentem laicorum de rerum, an oporteat iudicis ecclesiastici forum declinasse. n. 71

Quæ dicantur causæ profanæ, numer. 72.

A decreto violentiæ iudicum ecclesiasticorum non appellatur, nec supplicatur in senatu Gallico, numero. 73.

Nec de nullitate agitur, ibidem.

Et an fiat expensarum condemnatio, ibidem.

In extraordinaria cognitione violentiarum non quæritur, an iusta vel iniusta sit sententia iudicis ecclesiastici, sed an is vim inferat appelanti dum iuste, & legitimæ appellationi non defert, num 7.

Causæ visitationis, & correctionis religiosorum, & bullæ cruciatæ, non reuocantur ad senatum pro tollendis iudicum violentijs. n. 75.

Nec causæ spectantes ad hæreticæ pravitatis inquisitores ibidem.

Ius redimendi reditum huibilem præscriptione tolli non potest num. 76.

Actilitas redimendi est de substantia reditus ad rationem quatuordecimæ constituti ibid.

Ius redimendi non solum in agendo sed etiam in excipiendo consistere. n. 77.

Iuri offerendi, quod iuri excipiendi coniunctum est nunquã præscribitur. n. 78.

An præscribatur condictioni particularium pensionum receptarũ ex reditu nullo, seu vsurario, num. 79.

Declaratur l. 7. tit. 15. lib. 5. recopil. numero 80.

Hæres fœneratoris an possit præscribere ius percipiendi reditus vsurarium, num. 81.

Error iuris quando prosit ad lucrũ fructuum, n. 83.

Pensiones solutæ hæredi fœneratoris an cõdici possint a triginta annis, num. 84.

Hæres fœneratoris an præsumatur locupletior factus ex pensionibus solutis, ibid.

Et quid si hæres sciebat reditũ vsurarium, & recepit pensiones, num. 85.

Declaratur l. si non sortem. §. liberatus de cond. indeb. n. 86.

Si minor sine decreto reditum vẽdidit præscribitur huic vitio per quinquennij silẽtium post minorem ætatem, num. 87.

Vitia reditus præter vsuræ vitium præscriptione tolluntur, nu. 88.

Quando non apparet reditus origo temporis lapsus facit præsumi iustam originem, num. 89.

Et qualis origo præsumatur, & quãtum tempus requiratur? ibidẽ remissiue.

Res per fraudem vsurariam acquisita, non afficitur vitio reali, ideo a tertio vsucapitur, num. 90.

Præscriptio longissimi tẽporis cõtra bonam fidem debitorem excludit a repetitione, & conditione indebiti pensionum solutarum, num. 91.

Si non dominus fundi super eo reditum constituat, an creditor pẽsiones recipiendo, ius reditus super fundo præscribat num. 92.

Titulus putatiuus quãdoque ad præscribendum prodest, possessio putatiua non prodest, ibidem.

Fructuarius non potest fundum, in quo vsufructum habet, reditui obligare, num. 93.

Si verus dominus fundi reditũ a nõ dño constitutum longissimo tẽpore soluat, sibi præiudicat, n. 94.

Præscriptio longi temporis quãuis locum non habeat contra debitorem reditus vsurarij, procedit tamen contra tertium creditorem reditum suum prætendentem num. 95.

An fœnerator, vel successores sui fundum fraude vsuraria quæsitum possint vsucapere, num. 96.

Ex contractu in fraudem vsurarum, transfertur dominium, secus ex cõtractu simulato. n. 97.

In dubio potius præsumi fraudem, & dolum, quam simulationẽ, ibidem.

Redimendi pacto quãto tẽpore præscribatur? num. 98.

Et quid si pactum est de redimendo toties quoties, & in infinitum? num. 99. & 100.

Reditus annuus an & quando amittatur præscriptione? num. 100.
Reditus ex contractu debitus, an tollatur vna, an multis præscriptionibus, num. 101.
Reditus annuus ex legato debitus, qualiter præscribatur, n. 102.
Reditus annuus monasterio, aut ciuitati, vel ecclesiæ legatus, an amittatur vna præscriptione? num. 103.
Legatum & promissio reditus annui in quibus differant, & conueniant, num. 104.
Creditor reditus trium denariorum qui duos tantum exigit, an reliquum amittat præscriptione, num. 105.

Quæstio. XVII.

An in materia reditus annui, sit locus præscriptioni, & quibus remedijs tam priuatorũ, quã iudicum violentijs succurratur.

NVnc quæritur an in materia reditus vsurarij locũ habeat tẽporis præscriptio: & videtur non habere locum propter periculum animæ, quod est tanto grauius, quanto diutius peccatum infelicem animã detinet alligatam, c. fin. de consuetud. & ita tenuit Albert. in Rub. col. fi. C. de vsuris, etiam si interuenerit sentẽtia, quam nũquam dicit transire in rem iudicatam, quod etiam ex Iaſſ. Alexan. & alijs diximus in præced. quæstio. tenuit etiam Franc. Balbus, tract. præscript. 4 p. 5. partis principalis, q. 3. in fin. Cagnol. in repet. leg. 2. col. 8. C. de pact. inter empto. & vendi. Tiraquel. in tract. retractus, lib. 1, §. 1. gl. 2. n. 23. cum seq. Picarro in extrauag. Martini de emptio. & vẽd. in gl. verbo, à centũ, litera. F. pro quo facit tex. in. c. quia in omnibus de vsuris. In eõ tamẽ videtur æque habere locũ præscriptio in cõtractu vsurario, sicut in alijs, dũmodo interueniãt substãtialia, & requisita ad præscriptionẽ, & sic qu in hac materia nõ sit aliquid speciale quo ad præscriptionẽ: tũ quia nullo iure cauetur hæc peculiaris, & specialis differẽtia: tũ quia in ipsa diformitate, & ratione peccati, nõ distãt violẽtia, furtũ, dolus, & reliquæ fraudes, à fraude vsuraria, quę nõ habet peculiarẽ à cæteris malitiã, sed magnitudo lęsionis, & lęsæ charitatis grauitatẽ auget in differẽter cuiusuis delicti, quocũq; vocetur nomine, & sic cęteris paribꝰ æque locũ habere põt tẽporis præscriptio in materia vsuraria, sicut in alia quacũq; fraude, & circũuẽtione, dolo vel re ipsa factis, & ita sentit Bal. in cõs. 272. li. 3. incipit vtũ post. 30. annos, secũdũ veterẽ impręssionẽ, & secũdũ nouã est cõs. 322. vbi vult nõ posse quæri de nullitate sentẽtiæ, vel fraude, seu simulatione eõ tractus vsurarij post. 30. annos agẽdo sed solũ excipiendo. Alexã. etiam in consilio præallegato nõ se fundat, nisi in regulis communibus de possessore

1

2

cessore malæ fidei, & loquitur in eo, qui est in mala fide, vel in errore iuris resistentis & prohibitur, vel in habente causam ab eo, a quo excludit præscriptionem longi temporis, authentica male fidei C. de præscript. longi temporis. Ergo videtur hæredem, qui est in bona fide saltem singularem successorem omnino legitimo tempore uti posse, quod est verum excipiendo & regulariter.

3 Sed vt hæc plene liqueant, quæ nondum a quo quam plene discussa vel digesta videntur, ita distinguendum est: aut quærimus an debitor reditus possit tempore quærere liberationem aduersus creditorem, & clarum est quod sic, & ita procedent, quæ tradit glos. & DD. l. cū notissimi §. fin. C. de præscription. 30. ann. Decianus cons. 2. nume. 59. libr. 1. Pardon. libr. 1. rerum quotid. c. 1. §. 12. numer. 5. Emanuel Rodriguez in explicat. Motus Propr. Pij. V. super forma creandi census in 5. conditio. dubit. 1. Quod tu limita in venditore reditus, & eius hærede qui cum malam fidem habeant, & debitoris mala fides noceat hæredi, etiam si velit a se incipere præscriptionem, nullatenus possunt præscribere, c. fi. de præscrip. l. cum hæres. l. an vitium. ff. de diuers. & tempor. præscrip. & in terminis late cōprobat Tiber. Decianus plures referens cons. 2. ex nu. 190. lib. 1. & in hærede, & successore sublimita quadrupliciter cum Balbo de præscript. 3. p. quæst. 12. num. 13. & seqq. Nec de hoc est quæstio, quia non intendo hic materiam præscriptionum inculcare, aut vero creditor, qui nō habet ius validum, vel firmum, vult vsucapere contra debitorem, & hic subdistinguendum est, aut agimus de continuanda vsura, videlicet de præscribendo contra debitorem, eiusve successorem super iure, vel actione principali, vt soluere, & continuare teneatur in futurum, aut vero super accessoris pura de condictione competenti debitori ad reliqua prætenta, tanquam indebite soluta, vel de iure

4 & facultate redimendi. Primo casu est conclusio nullam præscriptionē currere, etiam plusquam longissimi temporis. Ratio in promptu: quia quanto magis illicitum fœnus continuatur, tanto grauius est peccatum, & sic nunquam purgatur, sed magis vlcisci tempore, iuxta text. in dicto capitulo fin. de consuetudin. Quam conclusionem post Decianum Purpurat. & alios comprobat Antonius Gabr. inter communes, libr. 3. titul. de præscrip. conclus. 6. numero 11. sequitur Ioan. Baptist. de vsuris comment. 2. §. 3. n. 102.

5 Ampliatur primo, vt procedat nedum in improbe, sed etiam in excessiuo fœnore, videlicet tam respectu annullationis, quam respectu moderationis reditus, pro quo pondero text. in l. 6. titul. 15. libr. 5. recopilationis ibi. *Mandamos que assi mismo sean reduzidos, y reduzimos al dicho precio y respecto de catorze mil el millar, no embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos.*

6 Ampliatur secundo, etiam si sint vltra centum, vel ducentos annos a longiori tempore constituti dummodo liquide constet de pretio, & qualitate constitutionis. Non obstat quod tanto, vel minori tempore poterat creditor acquirere talem reditū, sine vllo pretio: quia verū est ex iusto titulo licet nō vero, sed putatiuo, puta donationis, legati diuisionis, aut alias, vel quando nō constat, de initio vitioso, secus si constet de initio vitioso, vel defectiuo: quia tunc omnis præscriptio, vel quasi possessio inde sequens super illo titulo fundata eodem vitio quando

continuatur quotidie inficitur, & sic quocunque temporis lapsu, vel quasi possessione non obstante, remanet reditus in eadem qualitate, in qua apparet fuisse ab initio, ideo si apparet nimis excessiue, & sic nulliter constitutus puta vltra vnum pro decem debet nullus declarari. Si vero modicum excessiuus debet moderari secundū ea, quæ notauimus supra hoc libr q.7. Ex quo infertur intellectus ad lex in l.4.tit.15. *de los contratos de censo.* lib.5. recop. vbi prohibentur cēsus, seu annui reditus redimibiles soluendus in vino, pane, oleo, melle, & alijs huiusmodi fructibus cōstituti. Nec tamē tex. loquitur de censu, seu annuo reditu fructuario perpetuo, sed memoris vendito, & quamuis l.7. eiusdem tit. postea lata disponat de huiusmodi fructuarijs censibus cōstitutis ab anno 1534. ea tamen dispositio non comprehendit cēsus fructuarios in perpetuum cōstitutos ante prædictum annum: vnde necessario fatendum est huiusmodi reditus fructuarios perpetuos ante prædictū annum constitutos, manssisse indispositione iuris communis iuxta reg. tex. in l. commodissime. ff. de liber. & posth. atque ita si cōstiterit hos reditus frumentarios, seu in alijs fructibus soluendos, ante prędictum annum constitutos nulliter, vel excessiue, nimis, puta vltra rationem vnius pro decē, non obstante temporis longinquitate, erunt iudicandi nulli: si vero moderandi, iuxta ea, quæ diximus hoc lib. quæstion. 7. & latius hoc libr. quæstion. 12. quod maxime notandum est ad dict. ll. regias. Non obstat quod tempus immemoriale habet vim constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ de aqua quotid. & æstiua, quia omnino verū est quādo nō apparet de origine, & ita proprie loquitur d. §. ductus aquę vbi de origine non constat: quia memoriam hominum excessit. Secus si cōstat de veritate originis, quia tūc prę sumptio, quæ oritur propter antiquitatem, cedit veritati. ea. veritati. 8. distinct. faciunt, quæ tradit Moder. Paris. in consuetud. Paris. §. 5. nu. 62. & quamuis regulariter, vt in rebus præscriptibilibus præscriptio legitime cōpleta, præiudicet veritati originis, etiā de qua cōstet, tamē speciale est in vsura quando de eius continuatione agitur, q̄ nullum temporis spaciū, nulla successorum bona fides patrocinatur præscriptioni: quoniam lex semper, & cōtinue resistit cursui vsurę, vel reditus excessiui, quo casu videlicet quando lex continue prohibet, & resistit, cessat vsucapio, & præscrip. l. vbi lex in principio, & ibi DD. ff. de vsucap. cap. fi. de consuetud. faciunt, quæ notat Bart. in l. sed & si lege. §. scire de petit. hæred. Platea in l. vniuersi. C. de fundis rei priuatæ libr. 11. Bene verū est q̄ in istis si non cōstet de origine, spacium temporis prodesse potest, sed in vim præsumptionis dumtaxat & allegato, licet nō probato iusto, & licito titulo, sed nullomodo prodesse potest in vim verę & propriæ prescriptionis puta si constet de veritate, & origine vitiosa, vt etiam in simili tradit Paris. Moder. vbi supra. §. 7. numero. 17. &. 16. ita quod, si vnquam, maxime quadrat dictum illud vulgatum (quod est de mente Innocenc. in cap. dudum de decimis) quod melius est non habere, vel non ostendere titulum, quā ostendere, sed malum, & vitiosum, quod etiam consulit Auendan. de exequend. mandat. 2. p. cap. 4 num. 8.

Ampliabis hoc tertio, etiam si forte hæredes, aut etiam singulares successores creditoris, iusto errore facti per præfata tempora bona

bona fide percepisse reditum, puta prætextu cuiusdam antiquæ recognitionis, seu noui tituli non continētis vitium: quia quādocunq; detegatur, verū originale, & vitium reditus succurrendum est sub modificatione de
14 qua infra limitatione. 1. Vnde etiam si instrumentum reditus esset in licita forma puta vnius pro. 14. tunc coram notario numeratis, si tamen postea inueniatur, & certo probetur, & nunquam fuit tātum pretij numerātū, & sufficiat ad rationem decē pro vno, cassandus est contractus tāquā vsurarius quantūcunque longissimo
15 tempore successor vsuras bona fide perceperit. Et notanter dixi si certo probetur: quia non sufficeret adhoc quælibet probatio, vel præsumptio alias legitima post tantum temporis;
17 faciunt, quæ notabimus li. 2. q. 8. Ampliabis quarto etiam si debitor, vel quiuis eius successor recognouerit reditum coram iudice, & sententiam subierit condemnatoriam non in contradictorio iudicio, sed voluntariam vt decidit Aluericus in rub. col. fin. C. de vsuris Bald. in l. cum allegas col. 2. eodem tit. sequitur Iaff. in l. 1. § si procurator, colum. 4. si quis ius dicēti non obtemp. Tiraquel. in tract. retract. lib. 2. §. 1. glos. 2. num. 34. Ampliabis quinto, etiam in contradictorio iudicio sub modificationibus, de
18 quibus diximus in quæst. præcedenti. Ampliabis sexto non solum respectu debitoris, sed etiam fideiussoris,
19 vel tertij possessoris rerum hypothecatarum, vel etiam posterioris creditoris, vt diximus infra secundo libro quæstione. 9. quia hæc exceptio rei cohæret. l. exceptiones. §. rei. ff. de exceptionib. l. tam mandatori. l. penult. C. de non numerata pecunia.
20 Ampliabis septimo, vt etiam nullo tempore, nulla exactione, vel recognitione, acquiratur possessio, vel quasi percipiendi, vel exigendi reditus vsurarij, vel immoderati quatenus reducendus est: ratio quia in iuribus incorporalibus, in quibus non est vera, sed quasi possessio, quæ plus habet iuris, quam facti, quandocunque
21 lex prohibet, vel resistit, nulla acquiritur possessio, vel quasi. Præterea etiam si aliqua acquireretur possessio, non valeret ad aliquod interdictum, imo nec ad prouisionalem perceptionem pendente lite: quia petitorium absorbet possessorium, capit. cum dilectus de caus. possess. & proprict. & ita in simili decidit Oldrald. cons. 249. incipit Bonifacius in fin. & hoc præsupposito quod in promptu constet de vitio, vel excessu, alioquin quasi possessio interim conseruanda est, cap. laudabilem, vt lite pēdente cum vulgaribus etiam si possessio sit contra ius commune, vel in iusta, tuendus est possessor lite pendēte, vt post Abb. & alios tradit Decius cap. cum teneatur, num. 4. de appell.
22 decis. Perus. 69. num. 18. & quamuis prædo similiter in suā detentatione tuendus sit lite pendente, vt respondit Cæphal. cons. 19. num. 5. libro. 1. Cæsar Contardus. l. vnica in quintā ratione decidendi, nu. 7. C. si de momentan. poss. fuerit appell. ea quidē vera sunt quando non constat spoliatum possessione, aut detentatione prædonem esse. Si enim notorie pro
23 prietatis defectus in spoliato appareat, nec ad possessionem, nec ad detentationem restituendus erit: hæc est communis tam legistarum, quā canonistarum sententia teste Boer. capitul in literis de restitut. spoliator. numero. 68. Et pluribus relatis resoluit Menoch. remedio. 1. de recuperand. possess. numer. 113. Couarruuias, in 4. 2. part. capitul. 7. §. 5. nu. 10. Mascard. de prob. conc. 1327. Nec istud notorij prædonis spolium

odio ius nostrũ habuit cum iure cautum nõ sit dominum propria authoritate è manibus notorij prædonis rẽ suam vendicantem,rei dominio priuari. Quinimo in notorijs potest,quis
24 sibi ius dicere,vt ex Decio tradit Menoch.vbi sup.num.128. Nec obstat si dixeris,vt alias in forensi disceptatione,asserebat doctissimus,& diligẽtissimus Senator Frãciscus Eernãdez à Rioja,quod prædicta cõmunis sententia,tũc obtinet cũ agitur de ordinario remedio recuperandæ possessionis: secus tamen si actũ sit summarie,& vt lite pendente quis in possessione, aut detẽtatione tuetatur:quia interdictum illud summariũ, & præparatorium: (quod auto ordinario in
25 Senatu Gallæco pragmatici appellant)non tam respiciat propriam,& veram possessionem, quam statum rei,qui erat tempore motæ litis, aut paulo ante vt adnotat Couarr.c. 17. practicarum,& sequitur Valasc.consultatione.79.num.11.tum quia nul libi(quod meminerim) legitur differentia huiusmodi inter summarium & ordinariũ interdictum: tum quia quãuis DD.supra allegati dicant prędonem,& iniustũ possessorem restituendum,& manutenendũ pendente lite in sua possessione, aut detentatione iniusta, nõ loquũtur quando notorie cõstat in iudicio summario prædonem , aut iniustum detẽtatorem esse eum,qui se turbatum , aut spoliatum queritur, sed loquuntur secundum notissimam regulam, capit.in literis,de restitutione spoliat. quæ habet etiam prædonem restituendum esse, quæ tamen eam limitationem patitur, nisi constet notorie spoliatum prædonem , aut iniustum detentatorem esse: tũc enim nec tuendus, nec restituendus est, nec in ordinario,nec in summario iudicio.

26 Primo,quia quemadmodum iudicium summarium præparatoriũ est, ad possessorium ordinarium,cum in eo agatur,quis possidere debeat pendẽte lite:eodem modo iudiciũ possessorium ordinarium præparatoriũ est ad proprietatis iudiciũ,vt egregie respõdit Paul.in cõs.3.2.p.& tradit Menoch.de retinẽda poss.rem.fi.n. 3.& n.7.sed in iudicio possessorio ordinario obstat notorius defectus proprietatis,ergo quãuis summariũ hoc iudiciũ pręparatoriũ sit ad possessorium, obstabit in eo notorius proprietatis defectus.Nec oportet prædonẽ esse melioris conditionis in summario, quam in ordinario iudicio.

27 Secundo,quia in iudicio possessorio ordinario,ideo nõ restituitur notorius prædo,aut iniustus possessor: quia prædonis possessio non dicitur possessio, sed iniqua occupatio : & ideo iure licet vero domino propria authoritate eum spoliarę ex traditis à Menoch.d.remedio.1.nu.128. & Mascard.de prob.lib.3.cõcl.1203 n.fin.quæ ratio ita militat in iudicio summario,sicut in plenario,in detentatione , sicut in possessione, ergo idem ius in vtroque casu.l.illud ad.l. Aquili.

28 Tertio,quia plus iuris habet possessor,quam detentator,sed propter notorium iuris defectum denegamus possessionis restitutionem:ergo à fortiori propter eundem defectum, denegabimus detentationis restitutionem: procedit enim argumentatio de maiori ad minus negatiue, & ita in simili arguit Bald.quẽ refert Cõtardus dict.l.vnica,limitatio.21. num.2 dicens, quod si in iudicio ordinario possessorio denegat appellatio, multo magis in iudicio detentatorio denegabitur.

29 Quarto,quia in interdicto interim quod manutẽtionis est,& summarissimum

simum remedium teste Rebuf.ad.ll. Galli.3.tomo,titulo.de remed.poss. art.1.glos.1.Neuizan.conf.81.nu.7. obstat vehemens iuris præsumptio, si adsit contra conquerentem, vt docet Couarru.c.17.pract.num.6.vers. 4.non sic respondendum, sequitur Menoch.de retinend.possessio.remedio.fin.num.24. Mascard.vbi supra, num.4.quod nulla alia ratione contingit, nisi quia ea vehementi præsumptione iuris, quæ actori resistit, sui iuris defectus detegitur, ergo si proprietatis defectus patet, & notorius est,obstare debet in hoc summario iudicio:non enim plus operari potest præsumptio quantumuis vehemens,quam veritas,quæ ex notoria proprietate resultat: probatio enim præsumptionem vincit,vt scribit Menoch.libr.5.præsump. præsumption. 21.num.9.à fortiori probatio probata,& notoria vt per Menoch.ibidem num.23.

30 Quinto,quia quamuis colono & inquilino,à sua detentatione spoliatis competat summarium interdictum ex officio iudicis, iuxta glos. Paul.& alios.l. Aquilius Regulus de donat. Id tamen denegatur si constet in iudicio notorius defectus proprietatis inquilini,aut coloni, eo videlicet,quod fateantur non soluisse pensionem domino Spoliati,vt post Bald.& Alexand.tradit Menoch. de recuper.possess.remed. fin. num. 22. Nec obstat quod ipse Menoch.ibidē, numer. 32. scriptum reliquit agenti summario remedio officij iudicis,nō obstare proprietatis defectum notorium:nam Menoch.ibi & ab eo relati,non agunt de interdicto ordinario,nec de summario,sed de remedio attentatorum, de quo agit in eo cap. à numerō 24.in hoc autem attentatorum remedium est magis priuilegiatum quam interdictum:quia in

31 attentatorum remedio non obstat notorius proprietatis defectus, cap. si constiterit de accusatio. Couarruuias pract.capit.23.num.4. Lancellotus de attent.3.part.c.24.quæstio..1. Imo verior sententia est, quod etiā in profanis attentata non reuocantur ad eius petitionem cui obijcitur notorius proprietatis defectus, vt est decisio Guidon.Pap.213.Afflicti de cis.98.sequitur Couarruuias,vbi sup. num.4.colum.3.ad fi. Marchesanus, in tracta.de commissio.2.part.capit. 2.num.76.

32 Quæ dixi notanda sunt, quia in praxi ad modum frequentia maxime in Senatu Gallæco vbi quotidie proponuntur laicorum querelæ contra clericos eorum quasi possessionē simplicium patrimonialium beneficiorum fructus colligendi perturbantes,de quorum violentijs Regius Senatus cognoscit,vt est text.in.l.1.ortitulo.1.libro.3.Recopilat. quidquid sit de iure communi,vt per Menoch. de retinenda poss.remedio.3.nume. 33 346. Etenim cum laicorum possessioni ius resistat,cap causa de præscription,c.2.de iud.& vtrobique DD. Couarru.lib.1.variarum,cap.17.numer.5.& cum adsit laicorum incapacitas inutilis erit eorum possessio ad 34 interdictum, seu ordinarium decretum,quo Senatus huiusmodi violentias breui,& summario quodam iudicio tollere consueuit: cum notorie constet,& in promptu de possessionis vitio,& proprietatis defectu. Ita in specie resoluit Couarru.dict.c.17 n.6.versiculo ex quibus Menoch. de retinenda possess.remedio.3.nu.347. idem in tract.de præsump.1.p.libr.3. 35 præsomp.131.n.76.Afflict.in constit. Neapolit.lib.1.rub.24.n.36. Præterquā si laicus Summorū Pōtificum privilegium ante Concilium Lateranē se concessum alleget,& quasi possessionem

sionem immemorialem probet, iux
ta ea, quæ tradit Gallæcus noster de
expensi & meliorationibus, cap. 9. nu 37
mero. 90. & sequent. post Couarru.
vbi supra: late doctissimus Barbosa
in l. Titia ex numer. 39. soluto matri
monio, tunc enim quasi possessio
laici conseruanda erit pendente li
te, & in decreto violentiæ (auto ordi
nario appellat vulgus) obtinebit: si-
militer obtinebit laicus in dicto iudi-
36 cio summario, etiam non probata
quasi possessione temporis, quod ho
minũ excedat memoriam, si de vio-
lentia conqueratur, aduersus laicum
nam laicus aduersus laicum inuesti-
tum ante Concilium Lateranense
de decimis) eas præscribit tempore
communi, tradit Card. consil. 146. se
quitur Felin. d.c. causamque colum.
1. versic. limita secundo, Parisius con
sil. 25. num. 11. lib. 4. faciunt quæ scri
psit Couar. d.c. 17. num. 6. ad fin. Cra
ueta de antiquitate tempor. 4. part.
num. 213. vers. sed aduerte, & sequi-
tur Anton. Gabriel, titulo de præscri
ption. conclus. 1. num. 6. Aluarus Va-
lascus de iure emphyteu. q. 17. num.
15. quemadmodum in iuris patrona
tus præscriptione receptũ est, quod in
ecclesia a sui principio patronata, pa
tronus cõtra patronum tempore or
dinario decem annorum inter præ
sentes, &. 20. inter absentes cum tit.
aut. 30. sine titul. præscribit, vt per Co
uar. & ab eo relatos in regula posses-
sor. 2. par. §. 10. num. 8. Molin. de iust.
& iure, tract. 2. disput. 70. Idem dici-
mus in iure emphyteutico ecclesia-
stico, quod ordinario tempore præs-
cribitur a priuato aduersus priuatũ,
vt per Valasc. de iure emphy. q. 17.
& Molin. vbi supr. idem in iurisdi-
ctione quæ licet non præscribatur
contra Regem, nisi tempore immo-
morali ex lege Regia: tamen cõtra
priuatum præscribitur tempore ordi
nario, vt per Azeued. l. 1. tit. 15. nu.
4. lib. 4. recop.

Si autem de eiusmodi violentia
conqueratur clericus aduersus laicũ
sola possessione, & perturbatione lai
ci probatis obtinebit iuxta tex. c. cõ
sultationibus de officio delegat, nec
tunc oportebit colorare possessio-
nem, vt notat Benedict. c. Raynun-
cius de testa. verbo vxorem, nu. 330.
quem sequitur Auend. 1. par. de exe-
quendis mandat. 1. nu. 32. vers. in iu-
stificandis. Quod si clericus agat ad-
uersus clericum eum perturbantem
in possessione beneficij ecclesiastici
interdicto recuperandæ, aut retinen
dæ possessionis, dubitari potest an
oporteat actorem docere de titulo?
& videtur necessaria aliqualis tituli
probatio, quia beneficium ecclesia-
sticum non potest obtineri, sine ca-
nonica institutione, c. 1. de reg. iur. in
6. & quia interdicta quæ de locis sa
cris, & religiosis proponũtur proprie
tatis causam continent. l. 2. §. quedã
de interd. ita consuerunt gloss. fin. &
Imol. Clement. 1. de causa possess. Ol
dral. cons. 1. num. 4. Guid. Pap. decis.
85. Decius l. fin. C. de edicto Diui
Adri. num. 19. & cons. 219. num. 2. ha
betur inter communes. 2. tom. lib. 7.
titul. 1. de acquir. poss. n. 322. Auend.
vbi supra, Cassadorus decis. 1. n. 4. Au
fferius in additio. ad Capellam To-
los. decis. 15. num. 2. vbi hanc cõmu-
niorem sententiam testatur, & ita ser-
uari, tam in parlamẽto, quam in alijs
temporalibus curijs cognoscentibus
de beneficialibus in possessorio, quã
sententiam communem, & veram
dixit pluribus relatis Mascard. de pro
ba. lib. 3. conclus. 1323. n. 4. non ergo
sufficit spoliato probare possessionẽ
simpliciter, sed debet probare posses-
sionem coloratam, etiam si agatur
coram iudicibus sæcularibus, vt per
Guidon. decis. 1. Ripam lib. 2. rel. pos-

36.de rescriptis,Valascus, consultatione.51.num.48.in fi.libr.1.dicitur autem colorata possessio quæ habetur ex titulo concesso ab illo qui conferre potest,licet propter defectum recipientis, vel aliam similẽ causam titulus fuerit minus iustus,c. cum nostris de cons.præb.& ex Imola tradit Bertrand.cons.24.in.2.volum.1.p.n. 7.Decius dict.cons.219. Hoc autem limitandum est,vt locum nõ habeat quando non agitur de recuperanda possessione beneficij, sed de aliqua re particulari,vel fructibus beneficij, tunc enim necessarium non est colorare,sed satis est ipsarum rerũ de quarum restitutione agitur probare possessionem:hãc limitationem probat Mascard.vbi supra nu. 7. dicens per Rotam ita decisum fuisse. Limitatur etiam quod prædiximus cũ actor probauit se authoritate superioris inductum in possessionem beneficij, tunc non oportet amplius docere de titulo,vt ex Innoc. Ioand. & alijs tradit Guid.Pap.dict.decis.85. Limitatur tertio,vt procedat cum possessio spoliati erat recens : secus si dimactor ante litem motam possedit: quia tunc non oportet colorare possessionem tituli probatione,vt ex Capicio Rebuffo,& alijs voluit Mascar. lib.3.de proba.conclus.1191.nu.51. idem si triennalis fuerit possessor,vel successerit ei qui per triennium possederit,vt cum Cassadoro,& alijs sen sit Menoch.de recup.poss.remed. 15 num.461. Limita quarto, si spoliator fateatur aduersarium cum titulo possedisse:tunc enim nõ oportet possessionem amplius colorari Cassiodo 38
rus decis.1.num.7. Aymon cons.93. quem refert,& sequitur Auend.dict. cap.1.num.32.idem Menoch. vbi supra,num.479. Quinto limito in spolio facto lite pendente Rota decis.2. 39
de restitutione spolia.in nouis sequitur Aufrerius ad Capel Tolosan. d. decis.15.numer.3.Menoch. vbi sup. num.462.& de recuper.poss. remed. fin.num.32.

Vltimo quæ diximus de colorandapossessin causis beneficialibus locum habent cum agitur interdicto recuperandæ aut retinendæ. Secus si agitur summarissimo iudicio, & præparatorio principalis possessorij, quod Galli recredentiam, vel causam notitiatis appellant,Hispani interim dicimus,& in Senatu Gallæco vocatur decretum ordinarium: tunc enim si cuti aduersus probationes falsi accusatio,scripturarum impugnatio, aut redargutio,excommunicationis exceptio,non admittuntur, ita nec defectus tituli opponi potest in beneficialibus,vt censuit Menoch.de retinenda possessione,remed. fin. num. 43. Et quod in hoc summario iudicio non deducatur tituli, sed vltima possessio consideretur,& vter recens detentator fuerit dixit Faber.§. retinendæ institura de interd. sequitur Berengar.l.naturaliter.§. nihil commune prefatione supra num.22.qui tamen in beneficialibus id non obtinere censet propter regul.c.1.de reg. iur.in.6. Quod maximè notandum est,ne quis decipiatur his quæ relati Doctores scripserunt de colorandapossessione in causis beneficialibus loquuntur enim,& exaudiendi sunt cum agitur recuperandæ,aut retinẽdæ possessionis interdictis, nec omnia quæ dicuntur de interdictis trahi ad decretum violentiæ ordinarium recte possunt.

Vt autem,quæ diximus postquam in sermonem inciderunt magis pateant pro iunioribus, aduertendum censui violentiæ causas in Gallæco Senatu quadrupliciter controuerti. Primo cum laicus,seu clericus alicuius pro sanæ rei possessor, quæritur

aduersus laicum eius possessionem perturbantem,petens in ea se defendi,& manuteneri, aduersariumque compelli vt à molestia, & perturbatione desistat, ablataque restituat: tunc partibus personaliter citatis, vtrinque,si reus hoc quoque postula 41 uerit testes summarie recipiuntur,& visis eorum depositionibus Senatus decretum violentiæ decernit, quod auto ordinario appellant,eo præcipitur vt perturbator sine præiudicio sui iuris, tam proprietatis,quam possessionis,à molestia,& perturbatione desistat,& quæ abstulit restituat, aut intra sex dies compareat personaliter in Senatu,iuxta text.c. vnico de milite vassallo,qui contumax est,ibi. *Competenter cogere, vt vel possessionẽ restituat,& acquiescat,vel iudicio curiæ se committat.* Huius decreti non obstante supplicatione ab eo interposita expeditur prouisio, eaque intimata necessarium est inuassori,aut à violẽtia desistere, & possessionem cum ablatis fructibus restituere, iuxta l.semper.§.hoc interdicto.ff.quod vi,aut clam.l.cum prætor.ff. de verb. signifi.c.grauis de restitutione spol. aut comparere personaliter in Senatu intra præstitutum terminum,quo elapso si nec parti satisfecerit,nec cõ 42 paruerit,peruenitur ad capturam, si reus comparere in Senatu eligat sub fideiussoria cautione,exterus in ciuitate,indigena in domo pro carcere constituitur, donec à perturbatione desistat,aut decretum ordinarium reuocetur.

40 Istud ordinarium decretum iamdiu à Senatu inuentum,summarium remedium est,quo assiduis,in eo Regno violentijs æquissime iudices occurrunt:iustum est enim,vt, qui non possidet litependente super iure,vel quasi possessione iuris,non impediat possessorem in sua possessione, cap. cum venissent,& ibi DD. de insti.l. fin.ff.de officio procur.Cæsar.l.si super possessione.C.de transactio.l. penul.de aquaquotid. tradit glo. l. 1.§. 1 verbo an non, de itinere,actuque priuato.

Nec existimes summarium hoc, & possessorium remedium esse illud, quod interim practici appellant, & Regiæ Chancellariæ contra violentos decernunt:quia licet in aliquibus conueniant, in multis tamen differunt: conueniunt quidem quod vtrũque remedium possessorium est, & summarie expeditur,vna tãtum, eaque summaria ad probandum dilatio conceditur,in vtroque non fit attestationum publicatio,non conceditur ad probandum restitutio,nullę admittuntur testium repulsæ, nisi quæ ex eorum depositionibus apparet,lententia lata interlocutoria est, & tãtũ effectũ habet, donec fertur diffinitiua:in vtroq; interloquuntur iudices sine prejudicio iuris possessionis, & proprietatis,iuxta.l.penul.de aqua quotid.ibi. *Quod si neget ius esse aduersario agendi,aquamve ducendi, cauere sine præiudicio admittendæ seruitutis debebit,donec quæstio finiatur nõ se vsurum.*

Differunt autem: Primo, quia interdictum interim litependente, & expósito libello principali in iudicio proponitur,vt tradit Couar.c.17 practicarum, in principio. Menoch. de retinend.poss.remed.fin: num.25 & patet ex formula pronunciationis quæ habet: *Entre tanto que este pleyto se vee y se determina definitiuamente,sin perjuyzio del derecho de las partes,&c.* At vero decretum ordinarium ante,& post motam litem,peti 43 consueuit,& sæpius ante litis principalis ingressum petitur, & decernitur: cum enim remedium hoc extraordinarium iudicis officio expe-

diatur,

diatur, tum ne partes veniant ad arma.l.æquissimum.ff.de vsufruct.tum etiamvt lis super principali futura ordinari valeat, & sciamus quis actoris,quis rei partes substinere debeat, l.liberis.§.fin.ff.de liberali causa docet Paul.cons.3.num.2.2.par.hoc iudicis officium & ante,& post litis cõtestationem impetrari potest, iuxta ea,quæ tradit Anton.Capitius decis. 96.numer. 10.& sequen. Lanfran.& Grammaticus,quos refert,&sequitur Menoch.de retinend. possess. remedio fin.nume.2. Secundo differunt quia interdictum interim ei tantum conceditur,qui tempore litis contestatæ possidebat ad instar interdicti vti possidetis,quod non nisi possidẽti datur.l.1.§.huius interdicti. ff. vti possidetis, vnde cauendum admonet Couarru.cap.17.practic.num. 3. petenti interdictum interim,ne asserat se spoliatum tempore motæ litis, quasi si id fateatur, non defendetur eiusmodi remedio idem Menoch. dict.remedio fin.de retinend possess.
44 num.29. Decreto autem ordinario non solum possidenti turbato in possessione,sed etiam spoliato subuenitur,dummodo intra annum à tempore spoliationis fuerit conquestus, sicuti remediũ illud summarissimũ quod Galli recredẽtiam, vel causam nouitatis,& Itali nouam prouisionẽ appellant,non competit contra eũ, qui per annum , & diem possedit, etiam naturaliter tãtum, & de facto, vt adnotat Ioan.Faber.ad.§.retinendæ,institutа de interdictis Couarru. dict.cap.17.num.5.versi.decimo,& pro noua turbatione dari non post annum scripsit Rebuf.in 3.tomo ad leges Galli, titul.de materia possessoria,art.1.gl.1.n 7.

Imo conceditur hoc remedium, etiam hæredi spoliati,& cæteris successoribus.l.1.§.hoc interdictum, el segundo,de vi & vi arma.Etiam successori competit interdictum istud in iuribus incorporalibus, in quibus quasi possessio defuncti transit in successorem absque aliquo actu, vt post Bal.Federicum,& alios scripsit Lambertinus de iure patron.libr. 2.1.par. quæstion.3.artic.22.num.4.& sequẽ. Berous,cons.177.num.38.lib.2. Singulari tamen successori non datur, nisi cedatur.l.quod si in diem.§.Iulianus de petitione hæred.vbi glos.Menoch.de recuperanda possess. remedio.15.num.59.&.60.Ripa,cap. sæpe.nu.26.de restitution.spoliato.Gabriel de restitu.spolia.conclus. 5.numer.13.qui alios contrarium tenentes, refert: quod autem hæredi competere diximus. Verum est si hæres intra annum agat,vt per Menoch.de recuperanda possessione,remedio.1 dict,numero.406. de quo etiam per Anton.Gabriel,titul.de rest.spoliatorum,conclus.5.numero.16.& nume. 41.vbi dicit dari remedium redintegrandæ possessionis contra hæredẽ, cuius autor reditum soluere consueuerat singulis annis,prout soluit vsq; ad eius obitum,& successor denegat soluere ex Guidone,decis.629. adde Castro de annonis in principio.numer.37.vbi ait quod recusans soluere reditum spoliat,& nota ad reditus annuos,in quibus frequens est quæstio.Decretum tamen contra defunctum latum non mandatur executioni contra hæredem in hoc interdicto, quia alia est possessio defuncti alia hæredis,quæ noua possessio est. l.cum hæredes de acquir.poss.& alia vis defuncti,alia vis hæredis, ita docet Innocenc.c.Abbate de verb. signific.vbi Ioan.Andre.& Anto.& plures refert Vincenc.de Franch. decis. 199.& ita noua interpellatione; & querela opus est.l.non potest. ff. de iudicijs.

Aduer

45 Aduertē tamē, quod verba decreti ordinarij, non ſpoliationem, ſed perturbationem reſpiciunt dum habent, *conſienta de no perturbar en la poſſeſsion*, &c. Qua ratione ſi actor fateretur ſe ſpoliatum, dubitari poſſet, an eiuſmodi decreto reſtituēdus eſſet, ideo cauti aduocati, nunquam fatentur clientulos ſpoliatos, ſed de perturbata poſſeſsione conquerūtur, & in caſum ſpolij reintegrari poſtulant, & ſi intra annum poſſediſſe, & perturbationem probent, præſumitur poſſeſsio, etiam tempore litis motæ ex ijs, quæ tradit Afflict. deciſ. 394. & Couarru. dict. cap. 17. in fin. Ideoque decretum ordinarium ſemper illis verbis concipitur. *Dixeron que mandauan y mandaron, que. N. ſin perjuyzio de ſu derecho, anſi en poſſeſsion, como en propriedad, conſienta de no perturbar à P. en la poſſeſsio en que ha eſtado, y eſtà de tal coſa, y le buelua lo que della viuere lleuado, ò parezca dentro de ſeys dias.* Tertio differunt effectu, quia per interdictum interim omnino compellitur reus, qui in eo ſuccubuit à poſſeſsione diſcedere litepēdēte: at vero per decretū ordinarium, cauſatiue tantum, videlicet ſi reus nolit potius in Curia cōparere nam decretū iſtud diſiunctiue pronuntiatur. *Que conſienta de no perturbar, ò parezca*, ſi ergo reus compareat, non tenetur conſentire, ſe nō perturbaturum actorem in poſſeſsione, quia ſufficit alteram partem alternatiue adimplere. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum de rebus dub. Sed reus ipſe vt diximus carcere detentus, aut viſis actis, & iuribus ab eo productis, relaxatur, aut ſuper poſſeſsione ordinario iudicio agitur, & controuerſia diffinitiua ſententia terminatur: interim tamē reus relaxari nō debet, niſi ordinarium decretum à Senatu meliori conſ. reuocetur. Sed quid ſi reus ex decreto ordinario carceratus velit incumbere poſſeſsioni per famulos, vel colonos, an poſsit non obſtante decreto ordinario, & an actor eodem caſu poſsit eorum bonorū poſſeſsione vti abſque violentiæ crimine? videtur quod reus poſsit poſſeſsioni inſiſtere, & actori nō liceat propria authoritate bona occupare: tum quia decretum ordinarium non auocat reum à poſſeſsione præciſe, & alternatiue decernitur, vt reus conſentiat ſe non perturbaturum actorem in poſſeſsione, aut compareat, ſed in alternatiuis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimplere: cum ergo reus eligat comparere, ſatisfacit iudicis decreto comparendo in iudicio, nec tenetur poſſeſsionem dimittere. Tum etiam quia actor ſpoliatus, qui pro reſtitutione poſſeſsionis iudicem adiuit, nō poteſt propria authoritate ſibi ius dicere, & bonorum poſſeſsionem recuperare: quia via ſemel electa deferi non poteſt. l. ſi mulier. §. fin. ff. quod metus cauſa. Vnde, qui eligit iudicem adire pro recuperanda poſſeſsione, non poteſt propria authoritate illam recuperare, ex Bal. l. 2, num. 29, C. de ſeruitu. Fano de pigno. 4. par. num. 25. Verum contraria ſententia ſemper mihi placuit, quia quamuis decretum ordinarium poſſeſsionem non auocet à reo, declarat tamen actorem poſſeſſorem eſſe, & iniuſte à reo perturbari, & ideo reum detineri præcipit, vt actor ſua poſſeſsione pacifice frui poſsit, & reus à perturbatione deſiſtat, nec debet iudicium eſſe ludibrio prout eſſet ſi reus pro violentia detentus per famulos, vel colonos poſſet incumbere poſſeſsioni. l. ſiquis rem, vbi glo. verbo eludere ff. de arbitris. Nec verum eſt, quod actor, qui potuit ſua authoritate poſſeſsionem continuare, & de-

& defendere gloss.recepta in.c. non solum de appell.in.6.Gabriel de acquir poss.concl.6.etiam cum armis.l. 1.§.vim vi repellere.ff.de vi,& vi armata per scribentes l.vt vim.ff.de iustitia & iure,si iudicem adiuit censeatur suæ facultati renunciasse,nec iuri recuperandi extra iudicialiter, sed solum videtur ius illud suspẽsum donec per viam iuris, recuperationem prosequatur, vt respondit Decius in cons.460.num.7. Nec adeundo iudicem pro interdicto vti possidetis,perdit ciuilem possessionem, vt per Iaſſ. l.clam possidere.§. qui ad nundinas, 49
numero.54. de acquis.poss sequitur Menoch.de adipiscend.poss.remed. 4.numero.424. Et ita fuit iudicatũ pro D.Alfonso de Vlloa Riuadenei ra contra eius fratrem D. Petrum de Vlloa,& sæpe consuluit his, qui decretum ordinarium obtinuerant, vt reo pro violentia detento possessioni incumberent bonorũ fructus percipiendo:hoc tamen limitandum videtur si actor in libello confessus est se spoliatum: quia postea ex interuallo, etiam si decretũ ordinarium obtinuerit, reo comparante, non poterit propria authoritate reuerti ad possessionem: quia cum viam iudicialem fuerit ingressus, ipsam sequi oportet, nec lite pendente licebit spoliatorem spoliare iuxta ea, quæ scripsit Menoch.de recuperand. poss fes.remed.1.numero.386. & de adipiscenda possef.remedio.5. numero 157. alias vltimum spolium purgandum esset,capit.fin. de ordin. cogni. l.si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. Oportet igitur cautum esse aduocatum in libelli formula,vt dixi,sup. numer.45.

Quarto differunt:quia in interdicto interim breui numero testium videlicet quinque ab actore,& quinq; a reo productis,atq;deinde alijsquinque ex officio receptis negotium expeditur, vt testatur Couarru. dict.c. 17.numero.4,versicul.tertio erit, de quo vide Monterrosum in practic. 5. tract.cap.7. Menoch.d.remed. fin. numer.33.at in hoc ordinario decreto non præfinitur testium numerus, nec ex officio aliqui recipiuntur,sed proposita actoris querela,ipsius testes summarie examinantur citato reo ad eorum iuramenta, & alios in contrarium producendos,si voluerit,quibus visis iudices interloquuntur secũdum probata.

Quinto differunt:quia ab interlocutoria illius interdicti interim cum lite pendente commodum possessionis auferat appellare, & supplicare licet ex Molin.de primogen. libr. 3. cap.13.numero.19.vbi asserit in Hispaniarum Regnis communiter non seruari titulum, si de momentanea possessione fuerit appellatum, cum à quocunque iudicio possessorio appellari & supplicari possit. Idem testatur Olanus litera.P.num.47. in antinomijs sequitur Valascus consult.51 nu.48.vers.& quod concedatur. Idẽ Ioan.Garc.de nobilit.Hispan.gloss.1 §.2.num.5.vbi & ciuili iure in quocũque possessorio appellationẽ admittendam quoad vtrunque effectũ scripsit,nisi in casibus specialibus,vbi ius executiue procedi voluit, in quibus appellationis effectus, suspensiuus tantum tollitur, ita intelligens. l.vnicam. C. si de momentan.possef. fuerit appellat. Contrarium tamen tenuit Osascus decision. Pedemonta. 25.numero. 14. vbi habet ab ordinatione, quæ sæpe fit vt pendente iudicio pars manu teneatur appellari non posse, ea ratione motus, quia grauamen illatum in diffinitiua reparari valeat, & eandem sententiam pluribus in eam relatis ample dicitur Menoch.de retinend. possess. remed.

remed.fin.numer.48.vbi nu.50.post Petrum Ben intend.scriptũ reliquit appellationem hoc casu, nec quoad effectum deuolutiuum admittendã esse: quorum opinioni accessit Gutier.in pract.canonicis,cap.34.num. 111.addit pręterea Menoch.vbi sup. non posse supplicari ab illa interlocutoria in interdicto interim pro lata,ex traditis à Couarru.dict.cap.17 verticulo octauo,in quo vir doctus allucinatur: tum quia supplicatio hoc casu nulla lege prohibetur, & in omnibus casibus in quibus supplicatio expresse prohibita non est, supplicare licet argumento. l. & in maioribus. C.de appella,cap.omnis oppressus.2 quæst.6.glos.l.qui restituere de reiuend.tum quia Couarru. non dixit supplicationi locũ non esse in interdicto interim: imo contrarium sensit dum scripsit, quod si ab interlocutoria in huius interdicti, causa pronunciata,fuerit supplicatum,nulla datur in hoc supplicationis gradu ad probandum dilatio:satis enim est ad summariam cognitionem semel datam esse, quod etiam dixit Valascus in consultat.79.nume.15. 1.tomo. Gutierrez vbi supra,nu.112 Videtur igitur admittendæ appella
50 tio & supplicatio. Nec obstat illa ratio Menoch. & aliorum, qui pro eius opinione referuntur, quod dãnum, si quod est illatum per sententiam in interdicto interim prolatam in diffinitiua reparari potest: quia cum interlocutio hæc possessionem auferat, lite pendente, negari non potest eius præiudicium irreparabile per diffinitiuam: quamuis enim in diffinitiua restituatur possessio ei, cui per interdictum interim lite pendente ablata fuerit, non omnino damnum illatum refarcitur:quia medio tempore possessione caruit, cuius multa sunt cõmoda, iuxta.§. retinendæ, versiculo cõmodum,instituta de interdict.l.sciendũ §.si fundum.ff.qui satisda.cogan.& illud medij,& forte longissimi temporis propter dillatam litem, interusurium maximi momenti est, nec per diffinitiuam restituitur quamuis fructus eiusdem temporis restituantur: finge enim reum interdicto interim spoliatum bonis,quorũ fructibus alebatur, alia bona pro alenda familia, necessitate coactũ vili pretio distraxisse, aut censibus bona supposuisse, domos ruinosas,quæ dictis fructibus reficiebantur obtuisse,quo modo diffinitiua istud damnum reparabitur? Nec etiã obstat.l.vnica. C. si de momenta.poss.quia in Hispania non seruatur:vt diximus.

51 Vltimo non obstat, quod iudicium hoc celeritatẽ desideret: quia non ideo appellatio omnis denegãda est, nisi illa, quæ frustatoria, & dilationis causa interposita sit.Clementina sæpe de verbo. significat.& in causis,quæ celeritatem requirunt, appellationem admittendam esse, exceptis casibus à iure expressis probat.l.6.titulo.18.libr.4.recopilat.vbi Azeued.num.15.nam casus ibi excepti firmant regulam in contrarium, l.nam quod liquidè de penu. leg. Quid dicendum? Ego arbitror priorem sententiam veram esse, quoad effectum deuolutiuum, posteriorem vero exaudiendam, quoad effectum suspensiuum,itaque appellatio ab interdicto interim non suspendit, sed deuoluit causam,ad superiorem.Supplicatione autem suspenditur effectus eius interlocutionis, & ita se habet Vallisoletani Senatus obseruantia & praxis.

52 At vero in ordinario decreto quãuis appellatio.& supplicatio locũ habeant,nõ operantur effectum suspẽsiuum:quia non obstantibus appella-

tionẽ

tione, & supplicatione ab eo decreto interpositis, expeditur prouisio, & intimatur parti, & mandatur executioni, quod ea ratione fieri existimo: quia decretum hoc cõtinet mandatum de incarcerando, si reus à molestatione non desistat: appellatio autem vel supplicatio à mandato eiusmodi non suspendit: quia captura, seu detentio illa non causat attentata, imo tendit in expeditionem causæ, & faciliorem exitum appellationis, vt tradit Alciatus, consilio 16. numero 14. libro 7. sequitur Lancellotus de attentatis appellatione pend. 2. part. c. 12. limit. 4. n. 16.

53 Ex prædictis exorta est non minima contentio, an appellari possit à decreto ordinatio Senatus Gallæci ad Regiam Chancellariam, & videtur appellatio deneganda. Primo, quia in criminali causa non appellatur, nisi à sententia capitalem pœnam irroganti. l. 9. titulo. 1. libro. 3. recopilation. Et ita à captura conditionali, quam hoc decretum infert, etiam si causa huiusmodi criminalis censeatur, non licet appellare. Secundo, quia quamuis fateamur causas violentiarum esse ciuiles, non licet appellare in ciuilibus à sententia, cuius interesse mille ducatorum summam non excedat, vt fuit sanctione Regia constitutum, at in decreto ordinario, nec proprietas, nec possessio continentur, sed quidam rei status lite pendente, vt in interdicto interim dixit Couarruu. dict. cap. 17. numer. 5. versic. sic sane Valascus consultatione. 79. num. 11. & Menoch. dict. remedio fin. de retinend. possess. numero. 18. cuius status interesse fere nunquam eiusmodi summam ascendit. Tertio, per tx. in l. 10. dict. tit. 1. libr. 3. recopilat. vbi expresse cautũ est, quod in causis beneficialibus, à sentẽtia Senatus super tenuta lata, in qua similiter, nec proprietas, nec possessio, sed quidam rei status continetur, nõ licet appellare sed supplicandum est. Ergo idẽ à fortiori dicendum in alijs causis profanis, in quibus vt plurimum nõ agitur, de tanto præiudicio. Hęc autem fundamenta subuerti posse videntur. Primo, quia interdictorum causa ciuilis est, & quia ciuiliter agitur in illa summaria cognitione decreti ordinarij perscitatur, & ad videndum iurare testes, & ad producendum cõtrarios, si velit, quod in criminalibus non fit, nisi post capturam, & iudicio plenario. Secundo in ciuilibus non solum appellatur à sententijs diffinitiuis Senatus mille aureorum interesse excedentibus, sed etiam ab interlocutionibus, & mandatis in eiusmodi quantitatis, seu interesse causis latis, vt probat. l. 1. dict. titulo. 1. libr. 3. Recopila. ibi. *Pero si qualesquiera de las partes, à quien tocare, se sintieren agrauiados dellos, y de sus sentencias, y mandamiẽtos, que puedan appelar.* Et rursus, ibi. *Saluo si la causa principal ciuil fuere de cien mil maruedis:* vbi constituitur regula, q; à Regio Senatu, & eius decretis, & mãdatis licet appellare: excipitur vn' casus, si causa principalis, & ciuilis sit centũ mille moropetinorum: hodie noua cõstitutione Regia debet excedere summam aureorum mille. Nõ ergo tantũ appellare licet à diffinitiua, sed etiam ab alijs mãdatis interlocutorijs, à quibus secundũ ius appellari potest, nec interesse interlocutorie, sed totius causæ principalis attẽdi debet, vt appellationi deferatur, q; si mille aureorũ summã superet, quãuis interlocutionis interesse, minoris æstimetur, sitamẽ per diffinitiuã reparari nõ possit, ab interlocutoria appellabitur. Nec etiã obstat d. l. 10. quia casus ibi exceptus de sentẽtia tenutæ in causis beneficialibus

firmat

firmat regulam in contrarium, & ita tex. ille pro Chācellaria expēdi potest. Deinde quia in casu.1. to. nec ab interlocutoria nec a diffinitiua appellatur ad Chancellariam, at in nostro casu licet appellare a diffinitiua, ergo ab interlocutoria, in qua ius permittit appellare.

54 Vltimo differunt quia illius interlocutionis interdicti interim effectus non finitur, nisi per sententiā in causa principali prolatam, quæ in rē iudicatam trāsierit. Si enim ab ipsa diffinitiua appellatur cū per appellationē pronunciatū suspendatur, consequens est litem finitam non esse, & interim obseruandam interlocutionem summarij iudicij, vt contra Menoch. recte scripsit Gutierr. dict. capit. 34. practicar. canon. numer. fin. at vero nostri decreti ordinarij effectus tunc finitur sententia diffinitiua, etiam si ab ipsa fuerit appellatū, cum reus noluit a molestatione desistere, sed comparuit, & in carcere cōstitutus, litem in principali prosecutus sententiam in fauorem obtinuit, eaq; carceris relaxationē meruit, relaxat, quidē eo casu, nō obstāte appellatione, quę nō suspēdit mādatū de relaxādo carceratū, ex tx. l. fi. vers. nullo. ff. de libero homine exhibēdo, vbi captus nō rite debet sine dilatione, etiā modica relaxari, notat Paris. de Puteo in tractatu sindicatus, verbo captura. cap. 3. numero. 2, &. cap. 5. numer. 1.

Illud omittēdū nō est: quia frequētissime in praxi occurrit, an remediū istud decreti ordinarij spoliato p iudicē cōcedat: & nō cōcedi hoc casu restitutoriū interdictū docuerūt Abbas & alij in. c. cōquerēte de rest. spoliat. per gl. receptā. c. præsentiū. 7. q. 1 q. tripliciter limitāt. Primo quādo iudex, qui spoliauit in cōpetēs erat, ita Butrius. d. c. cōquerēte, quē sequūtur Feli. in c. dilecti in. 1. n. 1. de rescript. Menoc. & ab eo relatu de recup. possessorem. & n. 113. Anto. Gab. de rest. spoli. cōcl. 1. n. 115. Mascar. de prob. li. 3. cōcl. 1325. n. 5. Secūdo limitātquādo iudex processit extra iudicialiter, nō vt iudex, sed vt priuatꝰ per tx. in. d. c. cōquerēte Menoch. vbi sup. n. 8. Mascardus. n. 10. & quādo dicatur iudex spoliare procedēdo, vt iudex & quādo dicat spoliare procedēdo, vt priuatꝰ, explicat Fanus de pignoribus. 3. p. mēbr. 2. q. 10. n. 22. quē vide. Tertio limitāt, quādo iudex nulliter processit, vt ex multorū sententia scripserunt prędicti Menoch. vbi sup. n. 19. Ant. Gabri. & Mascard. sup. nu. 16. Vnde si iudex partē non citatam spoliauit, & aliū in possessionē misit, perinde est ac si missus propria authoritate ingressus fuisset, vt est decisio Bononiēs. Petri Beninten. 92. num. 6. & interdicto locus erit. Decius cons. 125. l. meminerint vbi Bart. & alij. C. vnde vi. Sed quando iudex processit, vt iudex via iurisdictionis nunquam competere interdictum vnde vi, nec vti possidetis, nec aliud possessorium, etiam si nulliter, & iniuste procedat, videtur probare tex. dict. capit. præsentium. 7. quæstion. 1. iuncta glos. ibi, fin. ad fin. Quod ea ratione fulcitur: quia iudex non dicitur facere violentiam, capit. 1. 23. quæstione. 2. l. continet. §. primo. quod meti causa, vnde contra iudicem, vel eius factum nullus auditur per viam alicuius interdicti possessorij, sed necesse habet indebite grauatus, vel spoliatus sibi prouidere per viam oppositionis coram eodem iudice, vel per viam appellationis, prout subiecta materia exegerit, vt scriptum reliquit Paris. Modern. in consuetudin. Paris. 1. p. §. 1. glos. 4. numero. 38. dicens non reperiri in iure expulsum à iudice de facto extra iudicium, ordi-

ordine non seruato, per superiorem fuisse auditum per viam interdicti possessorij, sed semper via appellationis, vel recursus ad superiorem iudicis spoliantis, quæ doctrina dubitare fecit Menoch. de recuperand. poss. rem. 8. num. 30. & seq. vbi tutius arbitratur ad superiorem recurrere quã interdicto agere, quamuis idem Menoch. conf. 301. num. 45. libro 4. communem doctorum traditionem supra relatam sequutus fuerit. In hac quæst. vidi varie iudices interloquutos, mihi autem ea distinctio semper placuit, aut actor conqueritur de iudice, dicens ab eo spoliatum sua possessione, aut de parte tantum, & nihil omnino constat partem iudicis authoritate ingressam possessionem, & non constat quomodo iudex processerit, & tunc semper denegandum est ordinarium decretum, quia pro iudice præsumendum est l. 2. C. de officio ciuilium iudicum, aut vero constat de iudicis processu, & ex eo apparet notoria iudicis incompetentia, & iurisdictionis defectus: aut q. partem non citatam spoliauit, & tunc decernendum puto decretum ordinarium: idem si iudex extraiudiciali tet, & vt priuatus processit, quæ distinctio placuit etiam Aymonio Cratiæ. conf. 301. num. 4. & optime Socinus conf. 112. num. 10. & seqq. lib. 1. Marchetanus in tracta. de commissionibus 2. p. tit. de commiss. restit. in integ. c. 3. num. 51. & seqq. & quãdo iudex de facto processit, ita debet summarie reuocari eius processus ex l. 1. in principio ibi, *quemadmodum facilius in possessione mulieri danda.* ff. si mulier ventris nomine. l. minor in princ. de cuict. notant Bald. & alij quos sequitur Couarr. practic. quæst. 23. num. fin. Felin. c qualiter, & quando de accusa. num. 15. vers. 3. limita. facit l. 2. tit. 13. lib. 4. Recopilationis.

Illud non est omittendum, quod remedium istud etiam cõpetit creditori reditus annui in sua quasi possessione turbato, aut spoliato si intra annum agat ex c. querelam de electione & Rotæ decisionibus quas refert & sequitur Gabriel in tit. de restitutione spoliatorum, conclusione 3. num. 76. & sequentibus quæ vide. Cætera quæ ad istud summarium remedium pertinere possunt, vide per Couarr. & Menoch. vbi supra & plures, quos refert Menoch. in prælud. de recup. poss. num. 25.

Secũdo agitur de violentia in senatu Gallæco, quando clericus, vel laicus conqueritur aduersus clericum, monachiorum conuentum, aut prælatũ de perturbata possessione alicuius rei profanæ, aut alicuius beneficij patrimonialis, quod ex summi Pontificis priuilegio ante concilium Lateranense laicis concessum est, aut iuris percipiendi fructus alicuius beneficij, aut reditus annui exemptione aut locatione ad se pertinentis iuxta ea, quæ tradit Menoch. de recuperan. da possess. rem. fin. num. 23. vel clericus aduersus clericum agit, quod ei in possessione alicuius beneficij ecclesiastici molestiam inferat, petens se in possessione defendi, & reum vt a molestatione desistat, & ablata restituat condemnari, cuius violentiæ remedij decreto ordinario senatus adhibeat, & personas ecclesiasticas compellit, vt aut a molestatione desistant, & ablata, restituant, aut comparent in senatu, vbi detinẽtur eo modo, quo laicos simili decreto detineri diximus. Quod si decretum decernitur aduersus Archiepiscopum, Episcopum, aut Comitem, vel in simili dignitate constitutum, præcipitur, vt cõparcat, eius Vicarius, aut iudex dictus Alcalde Mayor, cum speciali dominum mãdato ad consentiendum

§ 6

decreto, si voleat, & ad causam peragendam, hæc consuetudo Senatus l. Regia 10. d. tit. 1. lib. 3. recopil. comprobatur, qua etiam caurum est à sententia lata contra clericos in hac extraordinaria cognitione, appellandũ non esse ad Chancellariam Vallisoletanam, sed supplicari posse ad eosdem senatus iudices, & videri posset iuri contraria consuetudo hæc ex tx. in c. clerici, de iud. iuncta glos. & cõmuni DD. ibi Rota decis. 10. de consuetud. in antiquis, vbi probatur non valere consuetudinem, qua clerici conueniuntur coram iudicibus sæcularibus, nisi dixeris, quod non est hęc generalis cõsuetudo, qualis ibi reprobatur propterea quia dedecus ex ea 58 imminet ordini ecclesiastico & graue dãnum infertur quieti, & trãquilitati ministrorum Dei, sed particularis cõsuetudo, qua aliquot casibus clericorum exemptionem restringi, & limitari posse opinatur Couar. c. 31. pract. n. 5. Deinde consuetudo Senatus nõ respicit ordinariam cognitionem de proprietate, aut possessione beneficiorũ, sed extraordinarie causa possessoria ibi tractatur, & de beneficiorũ possessione agitur ad eũ effectum, vt quieta respublica fiat alicui iniuria, aut violentia, & indebite à sua possessione spolietur, quam extraiudicialem defensionem, potius quam iudiciariam cognitionem dixit Afflictus decis. 24. n. 4. & sequitur Cou. c. 35. pract. n. 2. vers. 6.

59 Sed hæc ratio non omnino conueniens videtur cum Senatus Regij consuetudine, quia non solum cognoscit de renuta beneficiali, & statu rei litependente (quod ad ordinariũ decretum expectat,) sed etiam de interdicto retinendæ, vel recuperandę possessionis beneficij ecclesiastici, & aduersus personas ecclesiasticas, vt probari videtur ex d. l. 10. ibi. *Porque los dichos Regente, y Alcaldes mayores algunas vezes conocen sobre amparo, o tenuta de posseſsion en las causas beneficiales*, quæ verba tam summarium, quam ordinarium possessorij, recuperandæ, vel retinendæ iudicij videtur complect i. Præterea clericus in hoc remedio citari solet per Regios iudices: attamen clericus per edictum sæcularis iudicis citatus non cogitur comparere, & si cogitur comparere citatio, & iudicium est nullũ ex Afflicto decis. Neapoli. 2. n. 9. quem refert, & sequitur Menoch. de recup. poss. rem. 15. n. 228. igitur quantũcũque remedium hoc summarium, & extraordinarium sit, difficultatem habet ex iudicum sæcularium clericum citantium incompetentia. Ideo hãc 60 consuetudinem fortassis ex eo defendi tentari posset: quia causa possessoria rei spiritualis, vel quasi spiritualis temporalis censetur exgl. c. literas de iuram. calum. cuius sententia communis est, vt patet ex multis relatis à Couar. c. 35. pract. n. 2. Gutier. in pract. quæst. c. 34. n. 18. & nu. 22. & vt communem, & veram post Ripã sequitur Ant. Gabr. lib. 5. communiũ opin. tit. de rest. Spoliat. cõcl. 5. n. 134. Aym. cons. 258. Ioan. Garc. Gallecus de nobilit. Hispanorum gl. 9. nu. 46. Valascus in consul. 93. & crebriorem canonistarum, & legistarum opinionem scripsit Octauian. decis. Pedemon. 116. n. 1. thesaurus decis. 82. similẽ consuetudinem in Gallia obseruari testatur. DD. sup. relati, & Guil. 61 lermus Bened. in c. Raimuncius verbo. & vxorem decis. 2. n. 39. vbi refert summorum pontificum approbationem, eandem consuetudinem receptam esse in curia Neapolitana dixit Afflict. decis. 2. n. 10. & seq. & in Mediolanensi senatu admissam asserit Alciat. cons. 24. nu. 1. idem in senatu. Pedemon. affirmat Menoc. de recup. poss.

posse.rem.15.n.211.thesaurus decis. 82.idem in curia Lusitana scripsit Nauar.c.cum cõtingat rem.1.Valas cus vbi supra,similem consuetudinẽ apud Nauarros & lege Regia confirmatam dixit Olanus litera I. nu.77. & litera.C.n.34.in antinom. verum quidem est quod illius gl. d. c.literas traditio non caret difficultate, quia nullo solido iuris fundamento nititur,vt aduertit Menoch. de recupe. possef.rem.15.n.211.& seqq. & videtur contra.d.c.clerici de iudicijs ex
62 quo diximus consuetudinem conueniendi clericos coram sæculari iudice,non valere nisi dixeris,quod illud verum est in consuetud. generali,tamen particularis,qua quibusdam casibus clericorum exemptio restringitur,& limitatur valida est, nec diuino iuri aduersatur,vt agnoscit Cou.
63 d.c,31.num.5.Præterea senatus consuetudo hominum memoriam excedit,&ideo vim priuilegij habet:nam qui immemorialem habet, est adeo tutus,ac si priuilegiũ haberet expressum ab eo,quod dare posset,vt docet Bald.cons.257.lib.2.Alciat.cõs.187. Ioan.Garc.de nobilit.glo. 12.n.62.at vero,qui contrariam opinionem sequuntur,fatentur plane clericos coram iudice sæculari in causis possessorijs rerum spiritualium, vel quasi ex Pontificis priuilegio,conueniri posse vt patet ex Rolando à Valle cons.23 n.12.lib.2.Gutier.d.c.34.n.25.& n. 38.Nec obstat illud,quod potissime aduertendum censet Couar. d.c.35. 65
n.1.vers.ex quo patet,& Gutier.vbi sup.n.23.quod cum reus clericus sit ad iudicium ecclesiasticum erit causa deferenda, nec quod immemorialis consuetudo non tollit laicorum iudicum incapacitatem ad cognoscendum de causis clericorum. c.causam,& ibi notatur de præscript. Aymon Crau.cons.82.n.7. Idem opera tur consuetudo,vt in hoc specialiolentiæ casu,clericus exemptus nõ sit à iurisdictione Regia, & cum exẽptio clericorum in temporalibus sit de iure positiuo,licet multum conformis iuri diuino,vt cum Inno.Bald.Salicet.Paul.Alciat Boerio. Med.Cou. Mexia Ferrara,& alijs resoluit Ioan Garc. d.gl.9.Potuit legitima cõsuetudo hoc ius Regi nostro,& senatui Re
64 gio cõseruari, quidquid ius positiuũ statuerit.Nec etiam obstat quod in causis possessorijs beneficiorum exhibeantur tituli,de quibus iudex laicus nequit cognoscere:tum, quia quãdo laicus potest cognoscere de possessorio beneficij ecclesiastici,potest etiã cognoscere de titulo,& eius colore, vt probat Ripa,responso.36.lib.2.de rescrip.Valascus.d. consult.51.n.48. infi.tum etiam quoniam laicus iudex isto casu non cognoscit de titulo beneficij, vt illum annullet,aut reuocet sed vt animum instruat ad decisionẽ causæ temporalis,qualis est ipsa causa possessionis,& ita iudex laicus in hac cognitione,nihil proprietatis attingit,sed ipsam prorsus ecclesiastico iudici reseruat, vt post Boerium aduertit Ioan.Garc.d.gl.9.n 47.illud adnotans non esse bonam consequẽtiam iudex ecclesiasticus cognoscit de causa possessoria beneficiorum,Clemen.vnica de caus.pos.& Clem.vnica de sequestrat.possef.ergo est spiritualis,nisi quoque emptiones,locationes,crimina & delicta spiritualia dicamus quia de his etiam cognoscit iudex ecclesiasticus. Vltimo non obstat, quod causa possessionis,& proprietatis vt connexa apud eundem iudicem tractari debeant.l. nulli.C. de iudic.ideo si iudex laicus non potest cognoscere de proprietate, nec de possessione iudicabit,vti considerat in proposito Gutier.d.c.34.n.29. quia illa continentia inter possessio-

nis,& proprietatis causam locum habet, cum actor & reus sunt eiusdem fori,si verò sint diuersi fori laicus iudex cognoscit de possessione, & ecclesiasticus de proprietate,vt est tx.c. fi.de iudicijs vbi id notauit glo.verb. super proprietate,& ibi Abb.nu.14. & 15. docet Bart.in l.incommodato §. duobus ad fin.ff.commodati.sequitur Ioann.Garf.de nobil.glo.1.§.2.n. 16.vbi nu.14.dixit eam continentiã non facere casum curiæ in proprietate,ex eo tantum,quod in curia agatur de possessionis causa ad eam per appellationem delata,& ad. d. l.10. & senatus consuetudinem adde,quę tradit Valascus consultatione. 51. n. 48.1.& consult. 79. & consult.73.1. tomo;& quod ista consuetudo excusare valeat à peccato vide in simili Guillel. Bened.c.Rainuntius ver.& vxorem decis.2.num.55.

66 Tertio modo agitur de violentia in senatu quando in eo proponitur querela dicentis se legitime appellasse à iudicis ecclesiastici sententia diffinitiua,aut interlocutoria diffinitiuæ vim habente,& cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat,iuxta decretum Concilij Triden.sess.24.c.20.iudicemque ipsius appellationi deferre nolle,petitque a senatu,vt vim illatam auferendo,præcipiat iudici,vt appellationi deferat, & innouata post eam,vel in tempore appellandi reponat.porrecto huius querelæ libello datur protutio,qua iudex ecclesiasticus iubetur appellationi deferre,aut processu originalem ad Senatum mittere & interim ob eam causam excommunicatos absoluere citatur pars appellata,aut eius procurator,si ecclesiasticus iudex appellationi non defert,acta processus ad curiã mittit,vbi absque allegatione partium, & absque nouis actis,aut iuribus coram eccle siastico nõ productis iudicibus regijs referuntur, qui hac extraordinaria cognitione. multifariam interloquũtur,iuxta.l.36.tit.5.lib.2.recopila,aut enim causa ecclesiastica est,& ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinet & sententia non obstante appellatione executionem meretur iure,& tunc causa ad ecclesiasticum remittitur præterquam,si ex actis nullitas, aut notoria pateat iniustitia:quia sententia nulla non meretur executionem l.4.§.condemnatum de re iud.& notoria iniustitia, nullitatem continet c.inter cæteras de re iud. & diximus hoc lib.quæst,16.n.6.DD.c. cum in iure de offi.deleg.Cou. lib.1.var.c.1. n.10.vers.vltimo Menoch.de adipiscenda possess.rem.4.n.850. Oruscius l.ius pluribus,n.11.& 12.de iust.& iure,& l.si feriatis n.3. de feriis Decius cons.8.n.5. Auend.resp.26.n.11.Anto.Gabriel.tit.de sententijs concl.10 qui optime declarat,& quando sententia est euidenter iniusta,etiam si sit sententia in via executoria, quam diximus,de Remate.appellationi deferendum est,ex ijs,quæ tradit Gutier. lib. pract.sup.ll. Regni.q.120. Azeb. 67 ad.l.3.tit.21.lib.4.recop.n.7. Aut verò causa executiua,non est, nec summaria,nec appellatio interposita aiure prohibetur, saltem quoad effectu suspensiuum,& tunc si fuerit appellatum à diffinitiua,vel diffinitiuæ vim habente,vel ab eo grauamine,quod per appellationem à diffinitiua reparari nequeat,iubetur iudex ecclesiasticus appellationi deferre, & innouata re ponere:non est enim appellatione pendente aliquid innouandum iuxta titulum.ff.nil nouari appellat. pend. c. non solum de apellat in.6. Quod si iudex ecclesiasticus senatui obtemperare recuset à Regno expelli iubetur,& priuatur iure originis ex l.quicunque.C.de Episcopis & cleri

cis

cis,& ex Couarr.& alijs tradit Salcedo ad pract.Bernardi. c.102.adit.1. Si cui sit friuola sit appellatio,cui non defertur.e.cū appellationibus. friuolis de appellat.n.6. Quę autem sit friuola appellatio docet Franch.d.c.cū appel.friuo.in prin.Mariæ.in pract. c.de appel.n.348.Et an si iudex detulit friuolæ appellationi,vel à iure prohibitæ,possit iurisdictionem resumere,& in causa procedere vide Gom. 3.tom.c.13.n.32.Boer.decis.73.n.9. Francum.c.cum cessante.n.14.& ibi Decium.n.18.Rebuf.in l.quod iussit notab.1.n.81. Si vero appellatum sit à mera interlocutoria,nona ditur quę relata in senatu ex l.37.tit.5.li.2.recop. Aut causa coram ecclesiastico deducta,non ad eius,sed ad iudicis laici iurisdictionē pertinet:quia super rebus profanis,& contra laicum reū mora & tunc senatus omnia acta per ecclesiasticum annullat,& causam ad ordinarium iudicem sęcularem remittit, vel eo inspecto ipsius cognitionem retinet,vt eriā asserit Salcedo vbi supra.Istud decretum,*auto de legos*, pręgmatici appellant,in quo controuerti solet,an oporteat laicum,qui quęritur de iudice ecclesiastico super causa profana,contra eum procedente eiusdem iudicis iurisdictionē declinasse,& si tacite,vel expresse ecclesiastici iurisdictionē,prorrogauerit,possit nihilominus in hoc decreto laicorum obtinere.Mouet quę stionem,quia l.11.tit.1.lib.4.recopi. prohibetur laicus sub pęnis ibi statutis per contractum ecclesiastici iurisdictionē prorrogare,quod fieri iure posse dixit Guillel.Benedictus in ca. Raynuncius,ver.& vxorem decis.2. n.53.At vero lex Regia nō loquitur de prorrogatione in iudicio facta, nec l.aliqua prohibetur laicus iudicis ecclesiastici iurisdictionē in iudicio prorrogare.Quo fundamento Azeb.d.l.11.n.16.opinatur laicum posse tacite,vel expresse in iurisdictionem ecclesiastici cōsentire,pro sua opinione potuit allegare.l.episcopale.C.de episcopali audientia & ibi Bart.Sali, & alios.Anto.de Butr.c.significasti.n. 8.& 9.& ibidem Abb.nu.18. de foro compet.His tamen non obstantibus quando causa est super re profana,& contra laicum mora in iudicio ecclesiastico, non solet senatus curare de laici declinatoria: tum quia in iudicio quasi contrahatur. l.3.§.idē scribit de pecul.& d.l.Regiæ dispositio hoc quoque caluviderur exaudiē da:tum etiam,quia la[illegible]consensus non potest Regi,cuius est temporalis iurisdictio,prædicare,nec absq; eius consensu possunt vassalli Regis coram alio iudice litigare,ex glo.c. imperialem.§.præterea de prohibita feudi alienatione:per se d.docet Bar. l.1.§.& post operis.n.8. de oper.noui nunciat.proqua est tx.l.4.tit.17.par.3.ibi *E demas embargarian el derecho seglar*.tx.in.c.per venerabilem versic. in super,ibi,*tu autem noscens alijs subiacere*.qui filij sint legi Potest autem senatus ecclesiastico inhibere,ne de huiusmodi causis ad sæcularem iurisdictionē spectātib⁹ se intromittat.l. consulta dualia,ibi,*non solū iudices quorum libet tribunalium,verum etiā defensores ecclesiarum*,C. de testam. tradit Bened.in.c.Raynun.ver.si absque liberis secundo in.c.fideicōmiss. n.49.de impedimento,& occupatione iurisdictionis tēporalis, solus Rex Regiusque senatus cognoscit.l.3.tit. 1.lib.4.recop.& post Pala.Rub.tradit Peretius.l.2.tit.1.lib.3.ordin.gl.1.ver sic.quæro si est dubium inter Episcopū,sequitur Azeb.ad.d.l.3.in fi.Quæ autem sint causæ profanæ,& temporales,quæ vero ecclesiasticæ,docet Rebuf.3.tom.ad.ll.Gall. tit. vt laici non conueniantur coram iudice

73 ecclesiastico, n. 15. & seqq. A Senatus interlocutione in huiusmodi violentiarum causis lata, nec appellare ad Regiam chancellariam, nec supplicare licet iuxta tex. l. 35. tit. 5. lib. 2. recopil. Auend. de exequend. mand. c. 1. nu. 32. vers. & quia pronuncio in 1. p. Et cum non possit appellari non potest supplicari, quia reuisio appellationi æquiparatur. Lancelotus de attentat. 2. p. c. 19. nu. 8. Ex quo etiam inutilitatis allegatio remouetur ex regul. l. 4. tit. 17. lib. 4. recopil. & quandoque in decreto violentiæ, fit expe farum condemnatio iudici ecclesiastico, vt c[illegible]ned. Grego. & Auend. adnotat. Salzedo, ad practicam Bernardi Diaz. c. 102. addit. 1. vers. quod vsque adeo eadem expensarum condemnatio fieri potest indebite conquerenti l. 36. tit. 5. lib. 2. recop. cætera, quæ ad iustificationem huius extraordinariæ cognitionis pertinent, tradit diligenter Nau. in c. cum contingat de referip. rem. 1 pag. 146. in antiqua impressione Conimbricæ, in noua enim Romæ edita deest illud remedium, tradit etiam Couar. c. 35. n. 5. practi. sunt etiã videndi Igneus, Roland. à Valle Menoc. & M. Anto. Nata, quos refert Salzedo vbi supra vbi hanc praxim defendit ex summi Pontificis tollerantia, & iuribus ab eo relatis, nec eam comprehendi existimat in casibus Bullæ Cœnæ Domini, nec in decreto Conc. Trid. sess. 25. c. 5. de reformatione, quê tex. intelligit 74
eo casu, quo iudex secularis, tãquam appellationis iudex, intenderet latã ab ecclesiastico iudice excommunicationem reuocare. Sed si verũ amamus is intellectus nimis alienus est à verbis, & mente Conc[illegible] Nec enim hactenus auditum est, secularem iudicẽ de causis ecclesiasticis in appellationis instantia cognouisse, nec illa verba Concilij, *aut mandare vt latam excommunicationem reuocet*, conueniunt interlocutioni in causa appellationis latæ: nam appellationis iudex inferioris sententias reuocat nõ tamen præcipit, vt reuocet inferior, & ea verba magis videntur pertinere ad violentiæ decreta, nisi dixeris verba Concilij non comprehẽdere suprema Regia tribunalia, sed magistratus & iudices inferiores quibus hæc cognitio iure non competit, vt per Auend. de exequen. mand. 1. p. c. 1. n. 32. vers. & cum hæc consuetudo Berengarius Fernandez ad l. naturaliter, §. nihil commune, præfatione. 5. n. 4. de aquic. poss. & ita intelligãtur verba Concilij ibi, *nefas sit sæcularis cuilibet magistratui*, quæ non videntur dirigi in Regiam maiestatem, nec eius suprema tribunalia. Reges enim sicut dignitatis altitudine præeminent, sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit ante ferri. c. fin. de offic. delegati in 6. & ideo sub clausulis generalibus, sublimes non continentur. arg. c. sedes de referip. c. de multa. de præbend. Rebuf. in pract. 3. p. signaturæ. n. 62. facit regula cancellariæ. 40. de derogatione iuris patro. vbi in dispositione generali, non cõprehenditur Rex. Mandos. reg. 13. reseruat. q. 5. n. 3. illud summe notandum est, quod in hac extraordinaria cognitione non agitur de pronuntiando an iusta, vel iniusta sit appellatio coram iudice ecclesiastico interposita: id enim ad summum Pontificem expectat, sed illud tãtum Senatus inquirit, an iudex ecclesiasticus vim inferat appellãti dum appellationi iuste & legitime interposit[illegible] defert, vt optime docet Nauar. d. reme. 1. vers. septimo facit quod etiam, in quo nõ pauci decipiuntur existimãtes in violentiæ causa apud Senatum eum obtinere, qui in principali causa iustitiam fouet, quod sæpe aliter euenit,

cum

cum Senatus inspectio sit diuersa de quo remedio violentiæ, & qualiter Regi comperat vide l. 13. tit. 13. p. 2. & ibi Greg. gl. *in fuerza*, Nauar. d. rem. 1. in antiqua impressione Couar. in practicis quæstio c. 35. Ad Senatum autem pro vi appellanti illata, non deseruntur processus visitationis, & correctionis religiosorum, & monialium, nec negotia Bullarum Cruciatæ, vt constitutum est l. 40. ti. 15. lib. 2. recopil. l. 8. tit. 10. lib. 2. eiusdem compil. nec ea, quæ pertinent ad hæreticæ prauitatis inquisitores ex Regijs decretis, vt per Septimacẽsem de catholicis institutionibus tit. 36. n. 2. Salzedo vbi sup. vers. & licet dictum remedium. 75

Quarto modo agitur de causa ecclesiastica in Senatu quando aliquis literas Apostolicas impetrauit, quibus ius patronatus Regium, aut laicorum competens ex dotatione, seu fundatione ecclesiarum derogatur, & Regius procurator, vel patronus laicus contra impetratorem queritur petens literas à quibus ad suam Sanctitatem supplicasse asserit, cũ actis in earum executione factis retineri in Senatu, donec sua Sanctitas digneturinformari de veritate, & Regis, vel patronorum grauamẽ reuocetur, de quo vide l. 25. tit. 3. l. 5. tit. 6. lib. 1. recop. Pala. Rub. de beneficijs vacantibus in curia per eorum tracta. Cou. c. 35. & c. 36. pract.

Sed vt reuertamur ad ea, à quibus digressi sumus amplio. 8. quod diximus supra ista quæst. n. 4 nullã præscriptionem currere, vt procedat non solum ex parte creditoris in iure exigendi reditum vsurarium, vel excessiuum, sed etiã ex parte debitoris in iure redimendi reditum etiam iuste, & legitime constitutum. Probatur primo, quia in illis reditibus ad rationem quatuordecimæ constitutis facultas redimendi est inseparabilis, quia est de necessitate iustitiæ, & validitatis horũ reddituũ tantulo pretio constitutorum, vt tradit Cou. lib. 1. var. c. 9. n. 5. vers. postremo, & diximus sup. hoc lib. q. 6. & sic nullo tẽpore potest illi iure redimendi præscribi, quia non solum contra naturam, & substantiam actus præscriberetur, non solum contra ius priuati debitoris, sed etiam ius ipsum, & leges vsurarias, & præscribendo reduceretur reditus mediãte hac facultate iustus & legitimus ad reditum vsurariũ & illicitum, & sic talis præscriptio nullo tempore incipere, nec compleri posset per prædicta. Probatur secundo 77 quia istud ius redimendi non solum consistit in agẽdo, vel iure actionis, sed etiam in excipiendo, & facultate exceptionis: vnde sicut natura exceptionis perpetua est, & nulla temporis præscriptione tollitur l. pure in fin. ff. de doli excep. ita & ius redimẽdi exceptioni cõiunctum, & quod per viã exceptionis, vel retentionis proponi potest. Et quemadmodum iuri offerẽdi, quod iuri excipiendi coniunctum 78 est nũquam præscribitur, vt per Bar. l. pignori de vsucap. Negus. de pigno. p. 5. membro. 3. in fin. Balb. de præscrip. 4. p. 5. partis principalis. q. 2. optime Anto. Gab. inter communes lib. 5 tit. de præscript. conc. 7. n. 3. & 4. & sicut in præcedentibus dictum est iuri solita in sortem imputandi, & residuum (si quod sit) offerendi in reditu vsurario, vel iuri imputandi reliquũ, quod moderationi legitimæ supereſt in reditu excessiuo, nunquam præscribitur, quia in iure excipiendi consistat, vel illi coniunctum est, quod etiam tradit Cou. d. lib. 1. var. c. 9. n. 8 in prin. post. Ejraqà se relatum, & in iure redemptionem offerendi, vel petendi in redimibili, adde, quæ dicimus infra ista

quæst. Habes ex prædictis speciale esse in materia vsuraria nō absolute, sed demum quando agitur de continuanda vsura, vt nulla vnquam cuiuscunque temporis currat vera præscriptio, imo si recte perpendas videbis nihil hic opus specialitatis in materia vsuraria, cùm abunde sufficiat illa regula iuris communis tempore non præscribi iuri offerendi, vel reddendi cum iure excipiendi coniunctо. Cōclusio sic ampliata limitatur 79 primo respectu pensionum condicendarum, vel restituendarum, videlicet quæ perceptæ fuerunt vltra quantitatem sortis reditus vsurarij, puta infra decem pro vno constituti, quamuis enim validitas reditus in se, nō possit vsucapi, nec pro futuro, nec pro præterito tempore: tamē condictionē particularium pensionum receptarum, præscribi potest, sicut & actioni furti præterīti, & condictioni indebiti longissimo tempore præscribitur. Vnde si a centum annis constitutus, & continuatus fuerit reditus infra ratione decem pro vno. primorum quidem annorum pensiones vsque ad concurrentiam sortis in illam semel compensatæ sunt, sequentium autem annorū pensiones, non possunt conduci; nisi, quæ a triginta annis solutæ sunt in 83 spectō tempore condictionis intentandæ: antiquioribus autem, videlicet ante triginta annos (salvis casibus interruptionum) præscriptū est, quod maxime notabis ad census fructuarios constitutos ante annū 1534 80 & perpetuo soluendos, tamen minori pretio, quam ad rationem decem pro vno venditos, quos supra nullos, & vsurarios censendos esse diximus. Nam pensiones perceptę a creditore primorum annorum, computabūtur in sortem: sequentium autem annorum, non condicentur, nisi perceptæ fuerunt a triginta annis, vt dictū est, & est notabilis declaratio ad l. 7. tit. 15. lib. 5. recopil. Id autem, quod prædiximus, sub limitandum est in ipso fœneratore, qui contra iura improbum fœnus contraxit, & semper fuit in positiua mala fide. c. qui contra iura de reg. iur. in 6. & sic quādiu viuit, nulla vsucapio incipere potest, sed bene incipere potest ab eius hęrede, etiam vniuersali, dū modo, non appareat, quod sciuerit qualitatem & pretium reditus, & sic nullitatem vsurariam, quia scientia, & mala fides defuncti non nocet hæredi in præscriptione longissimi temporis, vt per Paris. Mod. ad Alex. conf. 110. in fin. lib. 1. & ad consilium 51. num. 7. lib. 5. & contra communem optime Couar. regul. possessor. 2. p. §. 9. num. 1. & num. 3. secus si appareat hæredem, vel quemuis successorem sciuisse illam qualitatem: quia eo ipso reperitur in positiua mala fide, etiā si erret in iure: quia talis error non releuat, etiam ad præscriptionem longissimā in his quibus ius prohibitorium, & punitorium resistit. vt resoluunt Couar. vbi supra §. 7. num. 5. vers. hæc autem secunda concl. Aymon de antiquitate temporum. 4. p. ex. n. 161. Pinel. in auth. nisi tricenale. 1. p. nu. 12. C. de bon. mat. Nec obstat, quod error iuris prodest, vt quis faciat fructus suos, vel eos præscribat, vt notat Ioan. Fab. Bald. & alij in l. vend. C. de vsucapi. pro empto. per l. sed & si. l. §. scire de petitione hæred. quia respondetur, primo, quod hic nulli sunt fructus, ex quo nulla est res, nullum afferens ius fructuum, cū reditus sit ipso iure nullus, & sic pensiones non possent esse fructus rei, quæ non subsistit, sed solutiones indebitæ: nulla etiam possessio, vel quasi detecta nullitate: vt dictum est. Secundo respondetur, vt pulchre inquit Bart. in d. §. scire, quē alij sequuntur ibi, & Alex. in cons. 73 col. fin.

81

82

84

85

86

col. fin. lib. 2. quod obiectum non habet locum quando ius resistit prohibendo, & puniendo, vt hic quia talis error non potest causare bonam fidem, etiam ad simplex lucrum fructuum. Sublimitabis secundo, quod dictum est à trigintà nouissimis annis solutas pensiones non dici posse, vt non procedat respectu hæredis fœneratoris, nisi in quantum tempore repetitionis locupletior inuenitur. l. non sortem §. Libertus. l. in summa. §. in fœnore de cond. indeb. & in dubio præsumitur locupletior factus de eo, quod ipsemet recepit in pecunia, licet non ita præsumatur locupletior in fructibus consumptis, vt in simili dixit Moder. Paris. in consuetudin. Paris. §. 22. numero. 33. in fin. & numero 84 85 52. Et hæc limitatio sublimitanda est, vt procedat quando ille successor, qui recepit, errabat in facto, & ignorabat qualitatem, & nullitatem recitus, secus si sciebat, & tamen sciens non debeti tanquam debitum recepit: quia tunc deliquit, etiam si recepit à soluente sponte, sed intuitu præteriti debiti, vel ne molestetur: aliud enim si scienter, & animo donandi soluat. l. cuius per errorem de regulis, vt diximus supra quæstione 3. Et quamuis talis tanquam ex debito scienter recipiens, non committat formale furtum, tum quia nemo est autor contractus, nisi propter voluntatem soluentis licet erroneam, vel non liberam, vt declarat Bartol. l. quoniam de condi. furt. tamen non longe abest à furto vt inuit Scæuola in. d. l. quoniam, & omnino est in dolo, & mala fide positiua, & sic præcise ad restitutionem obligatur, etiam si recepta perdiderit, & constet, quod 86 non fuerit, nec sit locupletior. Et nota singulare in hanc limitationem ad dictam regulam ex. d. §. libertus, vt procedat in eo qui bona fide, & ignoranter, secus in eo qui scienter indebitum recepit, quia tunc non debet distingui, an fuerit, vel maneat locupletior, vel non, de quo etiam est bonus text. in l. in summa. §. si seruũ de cond. indebiti, facit text. in l. patri. §. prædium vers. ex quo de minoribus, prout induxit Paris. Moder. in consuetud. Paris. §. 22. quæstione. 10. nu. 87 53. Limitabis 2. principalem conclusionem, vt procedat in quantum contractus laborat vitio vsuræ in se, siue aperto, siue paliato, quod postea deregitur, secus si laborat alio vitio puta quando esset iuste constitutus, sed per minorem 25. annis, & sine decreto iudicis, quia tunc huic vitio præscribitur quinque annorum spacio post maiorem ætatem iuxta regulam text. in l. si quando. C. si maior factus. dum modo interim creditori solutum fuerit, & manserit in quasi possessione reditus, vt diximus supra hoc lib. quæst. 11. & quæstione. 14. ad 88 finem. Idem si argueretur metus, aut aliud vitium temporarium, non permanens, & successiuum, de quo remitto ad iura communia præscriptionum. Idem si reditus sit iusto pretio constitutus super fundo, sed à non domino tamen à domino fundi per errorem soluatur: quia poterit creditor bona fide vsucapere, sed longissimo demum tempore, vt probat Paris. Moder. in consuetud. Paris. §. 7. n. 17. cum seqq. & infra dicimus idem in similibus, vbi deficit vitium vsuræ 74 in tantum, quod etiam si creditor emens huiusmodi reditum soluerit pretium de pecunia ipsius debitoris, si bona fide fecerit post. 30. annos contra maiores, completa cum effectu præscriptione nõ deesse hoc detegere, quia nõ fuit vere vitiũ vsuræ, nisi probaretur de fraude creditoris,

89 vt dicemus infra lib. 4. quæst. 18. Limitabis 3. vt procedat quando clare constat de origine, secus si non appareat: quia temporis spatium facit præsumi iustam originem, non per modum præscriptionis, stricte sumptæ, sed per modum præscriptionis: qualis autem præsumatur origo, & quantū tempus requiratur, quia est alia materia, dicimus supra hoc lib. quæst. 15.

90 Limitatur. 4. veres per fraudem vsurariam acquisita non afficiatur vitio reali, sed per tertium singularem successorem secundum ius commune vsucapi possit vt statim dicam, & infra ad fi. huius quæstionis Modo hoc primo casu excusso reliqua ineffectu expedita sunt. Igitur in secundo casu quando non agitur de continuanda præscriptione vsuraria in futurum, sed de præscribendo super toto actu præterito sit conclusio, quod præscriptio longissimi temporis cum bona fide, debitorem ab omni conditione & reputatione excludit, puta si debitor reditum vere vsurarium sortem restituendo cum reliquis, vel sine imputatione solutarum pensionum redimeret: nisi enim constiterit debitorem pensiones vsurarias spōte redemptionis tempore, aut postea donasse clarum est debitori acquisitam conditionem indebiti ad earum repetitionem, cui procul dubio 30. annis præscribetur, dummodo præscribens, non sit in politiua mala fide, quod iam declaratum est. Hic occurrebat tractare, an & qualis vsucapio procedat in venditione, vel alienatione fundi facta per vsurariam prauitatem sed reseruo infra ad fin. huius quæst. Interim tamen circa ea, quæ

92 supra diximus, quæritur, si Titius fundum donauit Caio, retento vsufructu, deinde tanquam dominus dedit, vel permutauit, aut vendidit reditum super eo eiusfundo, postea decessit. Deinde Caius, vel eius hæres reditum soluit per decem annos, an creditor vsuceperit, seu longo tempore acquisierit ius reditus super eo fundo prima facie, videtur quod sic, dummodo Caius ipse, vel eius hæres dominus, & possessor fundi soluerit reditum, siue per se, siue per alium sua voluntate, aut ratihabitione, siue putauerit reditum deberi, siue non quia cum sit dominus, & possessor, potest quasi possessionem reditus super eo fundo transferre, secus si alius

93 sine mandato soluerit, imo etiam si Titius diu semper vixisset, & soluisset reditum, etiam per longissimum tempus nihil tamen vsucepisset creditor, quia etiam si quandoque sufficit titulus putatiuus, tamen possessio putatiua nunquam sufficit. Titius autem cum vere non possideret, nisi tanquam vsufructuarius, nullam possessionem, vel quasi transferre potuit per ea, quæ notantur. l. quatuis. §. si conductor de acquirenda possessione, per Imol. & Panormitan. cap. cum venissent de restitutione spoliat. Socin. conf. 266 columna. 2. lib. 2. & quod notat Ioann. Andreas cap. fin. de offic. vicarij lib. 6. quod vicarius contrahendo, & quantocunque tempore soluendo, non potest fundum ecclesiæ censualem facere, cum non possideat, & sequuntur Anchar. & Philip. Franch. ibi Babl. in tractatu. præscription. 1. parte. 5. partis principalis. quæstione. 10. Breuiter

94 (quia hæc quæstio excedit materiam vsurariam & contractum, de quibus sermonem instituimus) dicendum est non esse in effectu locum præscriptioni longi temporis, sed longissimi dumtaxat contra Caium, vel eius hęredem ignoranter soluentem, etiam si eodem errore titulum nouum recognitionis confecerit, quia huiusmodi solutiones, vel recognitiones tan-

quam

quando debitas cõ dicere potest a die primæ solutionis, vel recognitionis cautionæ, vt in simili tradit Paris. Moder. in consuet. Paris. §. 7. n. 24. & in. 27. Ex his obiter habes in hac materia, non esse locum præscriptioni longi temporis contra ipsum debitorẽ, sed bene cõtra tertium creditorem eundem reditum suum esse, vel sibi deberi prætendentem, præsumptio vero. l. cũ de in rẽ verso de vsuris, & l. si certis annis. C. de pactis, valet dũtaxat ad simplicem probationẽ quandiu de contrario non probetur dicimus, supra quæst. 15. non autem ad præscriptionem longi temporis, de quo etiam lib. 2 q. 18. Postulat locus hic, vt breuiter differamus an fœnerator, vel improbus acquisitor, vel successores sui fundum fraude vsuraria possessum, vsucapiat. Finge enim mille mutuo recipientem, fundum, aut aliud pignoris, vel in anthicresim tradidisse creditori cum pacto, quod cedat insolitum, nisi infra certum tempus luat, breuiter præsuppositis, nec repetitis ijs, quæ dixi supra ista quæstione, dicendum est, quod si debitor lapso termino tandiu non vendicauerit, nec condixerit rem suam, vt cæperit bona fide, iure, & opinione domini possideri per hæredem, vel successorem vsurarij 30. annis: tunc per 30. præscriptum erit, & vendicationi, & condictioni, quemadmodũ, & cõditioni furtiuæ præscriptũ esset, ita intelligitur. d. consiliũ Bald. 272 lib. 5. incipit vtrum, de quo supra ista quæst. in prin. ide in quacunque simili siue formali, siue præsumpta vsura, puta si quis fundum suum vendiderit vili pretio sub pacto de retrouendendo, ita tamen, quod non possit libere redimere, sed solum post tres, aut quatuor annos, qui est contractus sufficiẽti iuris præsumptione vsurarius, vt notatur. c. illo, vos de pignoribus & infra l. 2. q. 1. si enim debitor, lapso illo tempore non redimat, nec aliter rite conqueratur, poterit successor iniqui acquisitoris 30. annis omni querelæ, siue rescissioni, siue nullitati vsurariæ præscribere, & ita debet intelligi præfatum consilium Baldi; & aduerte, quod Baldus ibi lubricum facit differẽtiam inter contractum factum in fraudem vsurariam, & contractum simulatum: quia aliud est simulate contrahere, quo casu nullum transit dominium, & directo res vendicari potest. l. emptione. C. plus valere, quod agit. aliud vere contrahere, sed vitiose & in fraudem vsurariam, quo casu transit dominiũ: sed agi potest ad rescissionem & repetitionem quando contractum est in fraudem hominis, licet per consequentiam in fraudem legis, ipso iure nõ valeret l. si libertus de iure patronatus. l. non dubium. C. de legib. & in dubio censet Bal. potius præsumi fraudem, & dolum, quam simulationem quod est verum quando ex forma cõtractus apparet, quod emptor voluit acquirere, & non appareat de cõtrario, secus si appareat emptorem, seu creditorem recognouisse, se tenere iure pignoris, vel hypothecæ: tunc simulatio satis detecta est, & eodem casu nunquam etiam mille annis præscribitur, quia quandiu illa qualitate, possidetur, nunquam potest incipere præscriptio, vt nota. in l. cũ notissimi §. illud, & ibi Ioan. Fab. Bald. C. de præscript. 30. vel, 40. annorum. Bal. in rub. col. 4. de præscript. c. quoniam frequenter. columna fin. & ibi Panor. §. fi. numero. 44. vt lite non contestata Bald. consilio. 342. lib. 1. Corn. cons. 176. lib. 3. Paulus. l. pignora. l. si rem. §. omnes de pignoratitia act. Balbus in tractatu de præscriptione 4 par. 5 p. princ. quæst. 2. late Ioan. Ignæus in. l. in cognitione ad Sylanianũ

secus

secus si fundum emisset aliquis sub pacto redimendi: quia 30. annis iuri redimendi præscriberetur vel 40. cõtra ecclesiasticos, vt late decidit Bal. de præscrip. 4. p. 5. par. prin. q. 9. Bertrãdus cons. 181. vis consultationis lib. 3. & bene, ex quo iuste acquisiuit, & interim non est in mora, nec malæfide, & intelligo cessare interim recognitionem dicti pacti, vel aliam interruptionem, sed quid si expresse pactum est de redemptione toties quoties, vel in infinitum: quia hoc nimis excedit hunc tractatum, vide Petr. Gerar. sing. 118. Alciat. d. l. perens, & alios: quos citat, & late comprobãdo prosequitur Andr. Tiraq. tract. retractus, couen. §. 1. gl. 2. n. 15. cum seqq. vbi tenent nunquam tunc præscribi. Quorum sententia vera est in ipso paciscente, vel in probo, & fraudulẽto acquisitore, qui interim iniuste, & malafide possidet, secus in hærede bonæ fidei, qui longissimo tempore, vel singulari successore, qui longo tempore nisi fundus posset vendicari propter auth. malæfidei. C. de præscriptione lõgi temporis, vt dixi.

99

100 Iam satis discussum est in hac, & præcedenti quæstio. 15. quid præscriptio valeat in acquirendo reditu. Quæro nunc, an & quãdo reditus tollatur præscriptione? Breuiter pro huius quæstionis resolutione distinguendũ est. Aut obligatio reditus est vna, aut multiplex, si est vna, tollitur vna præscriptione, si multiplex, tot præscriptiones erunt necessariæ ad præscribendum reditui, quot sunt obligationes iuxta doctrinam glo. in l. cum notissimi. §. in his, verbo. cuiusque anni. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. vbi Bart. & alij. Alexand. l. de pupillo §. si in plurib⁹. ff. de nou. oper. nũciat. Iaso. l. si Stichum. § stipulatio de verbo. Guid. Pap. quæst. 406. Gomez de contract. c. 11. n. 45.

101 Vnde si reditus annuus debetur ex contractu, regulariter obligatio est vna, perpetua, & non finitur morte creditoris, sed ad hæredes transit, vt probat text. & l. si Stichũ §. stipulatio ff. de verbor. l. Senatus. §. fin. ff. de donatio causa mortis, & cũ fit vna obligatio, & actio ad reditum petendum competens, vna præscriptione tollitur, quæ currit, non ab exordio cuiusque anni, sed ab eo tempore, quo cessatum est in solutione reditus, vt in d. § in his iuncta gl. ibi. l. si quis emptionis §. fin. C. de præscriptio. 30. vel 40. annor. l. 1. § 1. in fin. C. de annali exceptione quam doctrinam fatetur communem, & in praxi receptã Valascus consultat. 49. nu. 6. quamuis ipse iure verius existimet hoc casu ad singulos annos, singulas præscriptiones requiri, quem reprehendit Castro de annonis in princ. n. 41. in quo duas contrarias opiniones refert Cravveta de antiquitate tempo. 4. p. vers. materia singularitatis, num. 36. si autem reditus annuus debetur ex contractu condicionali, cuius conditio debet adimpleri singulis annis, tunc quot sunt anni, tot sunt obligationes & per consequẽs tot præscriptiones erunt necessariæ, de hoc est text. in l. si seruus communis. Mæuij. § fin. ff. de stipulatio. seruor. vbi notat Bart. nume. 2. & 3. vbi dicit, quod si stipulatio annua fit per eum, qui debet aliquid implere singulis annis, quod ipsius personæ cohæret, tunc quot sunt anni, tot sunt stipulationes, exemplũ erit in medico, vel aduocato, cui reditus promissus est pro salario singulis annis. l. post duos. C. de aduoc. diuersor. iudic. l. si sterilis. §. fi. de actio. empt. Idem si stipulatio annua debet cõmitti in euentũ eius cõditionis, si reus promittẽdi fuerit in mora. l. vbi autẽ. §. penul. ff. de verbor. vbi Bald. Paul. & Iaso. nu. 2. Idem si stipulatio

102

103

fit

fit per expressas dinumerationes temporum l.pluribus §.1.ff.de verborum Idem si reditus annuus fuit promissus ad vitam alicuius, tunc tot sunt promissiones, & obligationes, quot annis vixerit stipulator, l.sancimus §.si quis autem el.2.C.de donatio. & his casibus non sufficit vna præscriptio, sed multæ sunt necessariæ, Corneus, cõs. 44.col.2.& 3.lib.2.Balb.de præscriptio.4.p.4 partis quæst.4.nu.5.& Gomez vbi sup.

102 Si autem reditus annuus debetur ex legato relicto sine temporis limitatione, tunc censetur legatus quo ad vixerit legatarius, & tot sunt legata, quot anni vitæ legatarij, & primi anni legatum erit purum, reliqua conditionalia, inestque ea conditio si viuat legatarius, quo mortuo non transit reditus ad hæredes, vt probat.l.si in singulos.ff.de annu.legat. d.l.si Stichum.§.stipulatio.ff.de verbor.l.cum in annos, cum duobus sequentibus.ff.quando dies legat.cedat. l.1.§.si in annos ad l.falcid.& in hoc omnes conueniunt, vt inquit Craueta, vbi supra dies autem legati reditus cedit initio cuiuslibet anni, nisi appareat de contraria voluntate testatoris qui non legatarium consultum, sed hæredi prospectum voluit ne vrgeretur ad solutionem, vt inquit text.l.nec se mel.ff.quando dies leg.& illa cõditio, si viuat legatarius suspendit legata pro futuris annis, & impedit actionis natiuitatem, vt notat Bart.l.ita stipulatus de verborum Alex.cons.29.num.3.in fin.lib.4.Cũ ergo plura sint legata, si annuus reditus fuit legatus, pluribus præscriptionibus extinguendus erit, vt refoluit Balb.de præscriptio.4.p.4.part. princip.quæst.4.Valascus consultatione. 49.lib.1.& Castro supra nu.49.

103 Quæ diximus de annuo reditu legato pluribus præscriptionibus præscribendo, limitanda sunt, quando reditus annuus fuit relictus ciuitati, aut vniuersitati ecclesiæ, aut monasterio, tunc enim non sunt plura legata, sed vnicum legatum est, & perpetuũ l.annuam.l.penu.ff.de annis legat. Gregor.in.l.26.tit.31.part.3.gloss.1. Idem si legetur annuus reditus Decurionibus ciuitatis, aut ecclesiæ ministris, quia vnicum, & perpetuum legatum censendum erit, l.cum quidam decurionibus.l.annua.§. Attitia ibi. *Sacerdoti. & Hierophilaci, & libertis qui in illo templo*, & ibi. *ministerium quidem nominatarum designatum, & terram datum templo*.ff.eod titulo de ann.lega. Huius rei ratio est: quia legatum istud ciuitati, aut ecclesiæ aut monasterio relictum non pendet ex alicuius vita, sed purum, & perpetuũ existimatur: quia nec ciuitas, nec ecclesia, aut monasterium moriuntur. l.proponebatur.de judic.c.quoniam Abbas, vbi glossa & Doctores de officio delegat. Bart.d.l.si Stichum.§.stipulatio.ante num.1.& ibi Ias.nume. 17.Bart.in tract.Minoritarum.lib.2. d.6.cap.3.vers.si vero relinquatur. Et quando legatum annuum reliquitur corpori quod non moritur, est perpetuum.l.tutor petitus.§.quæ tutoribus de excusatio.tuto. Bal.cons.126. lib.5.cum relatis à Surdo in tracta.de alimentis tit.5.quæst. 6.numero.4.

Et quamuis vsusfructus ecclesiæ, aut ciuitati relictus expirat lapsu cẽtum annorum.l.si vsusfructus municipibus de vsufructu lega. nisi in perpetuum fuerit relictus, vt per Grego. vbi supra. Secus tamen est in legato reditus annui eisdem relicto: quia perpetuum est, vt probatur in.d. §.Attitia, & in.d.l.cum quidam de de annuis legat. Coua.lib.3.variarum capit.9.n.10. qui hanc sententiam vt veriorem sequitur, & pro ea. 23. Doctores refert, & sequitur Riminald.

nald.conſ.214.numer.111.cum ſeqq. lib.2.vbi num.14.dicit magis communem cõtra Bart.& alios quos pro contraria refert Couar. vbi ſupra Caſtro.de annonis in princip.num. 51. ad quæ non aduertit Valaſcus.d.conſultat 49.n.9.

Cum ergo legatum reditus annui ciuitati,eccleſiæ,aut Monaſterio relicti,ſit vnum,& purum, vna præſcriptione tolli neceſſe eſt, ſicut diximus in annuo reditu ex contractu debito,quando vna,& pura eſt obligatio:nam pro eiuſmodi legato pro omnibus annis naſcitur actio à principio,licet ex actio,&petitio ſit in ſingulos annos ſuſpenſa,vt probat Bart. & Bald.d.§.in his in fin.Abb & Feli. num.fin.in. c. auditis de præſcriptio. Alexand.d.l.de pupillo,§.ſi in pluribus.de noui oper. nunciatio.num.2. vbi Zaſius columna.1.Balb.d.quæſt. 4.n.5.verſ.ſed debemus in vtraque.

Si igitur legatus ſit reditus in ſingulos annos alicui eccleſiæ, aut monaſterio, aut ciuitati & per tempus 40.annorum eccleſia, aut monaſterium,aut ciuitas reditum non exegerit,erit præſcriptioni locus, non ſolum pro præteritis, ſed etiam pro futuris annis,ſicuti ſi fundus legatus eſſet:quia eo tempore præſcribitur cõtra eccleſiam.cap.de quarta, de præſcriptio.authent.quas actiones. C.de ſacroſanct.eccleſ.authent.de eccleſiaſticis titulis. §. pro temporalibus, vbi loquitur de legato.l.26. tit. 29.p. 3.&contra ciuitatem eodem tempore præſcribitur.l7. titulo.29.partita 3.& ibi Gregor.& ita iudicauit ſenatus Valliſoletanus pro D.Anton. de Luna contra monaſterium S.Mariæ de Sacramenia.

Huic autem præſcriptioni locus non erit ſi adſit mala fides regula poſſeſſor malæfidei de regul.iur.in.6. cap.fin. de præſcriptio.& ibi Doctores.Vnde debitor principalis,& eius hæres,qui ſuccedit in vitium, non præſcribit contra reditus creditoremſingularis vero ſucceſſor,vel tertius poſſeſſor præſcribet,vt latius diſtinguit Balb. ſupra quæſtione.7.& ſequitur Valaſc.vbi ſupra,numer.10. & dicam infra,lib.2.quæſt.9. Præſcribet etiam hæres contra legatarium, monaſterium, aut eccleſiam non petentem reditum, etiam ſi ſciat relictum,quia dum non conſtat legatarium agnouiſſe legatum, hæres non eſt in mala fide,vt eſt celebris doctrina Ancharrani regula ſine poſſeſſione de regul.iur.in. 6. fol.3 verſ.item intelligas ſequuntur Socin.conſ.2.in fin.lib.3.Balb.de præſcriptio. 2. p.3. part.princ.quæſt.13.Couar.plures referens,lib.1.variar.cap. 9. numero.5. verſi.& ideo Patiſſenſis mod.ad Decium.c.eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitu.n.100.litera.I.

Aduertetamen,quod licet regulariter annuus reditus ex contractu debitus differat à reditu annuo in teſtamento relicto,conueniunt in modo & forma petitionis, & condemnationis,quia vtroque caſu creditor poteſt agere contra debitorem,vt condemnetur, nedum pro penſione primi anni, ſed etiam pro futuris penſionibus, pro quibus adhuc dies non ceſſit,& poſt lapſum cuiuslibet anni ſententia mandabitur executioni: non enim æquum eſt,vt debitor quolibet anno compellatur litigare.l.1. C.de fideicommiſſ. vbi Doctores.l. 1.C.de ſentent.quæ ſine certa quantitate.l.quod ſi in diem.ff. de petitione hæred.l.male agitur.C.de præſcriptio.30.annorum. l. libertis quos. §. manumiſsis ff.de aliment.legat glo. Bart & alij in.l. non quemadmodũ. ff.de iudicijs Gomez vbi ſupra, numero. 47. vbi ex numero. 44. ponit tres differentias inter legatum

104

annuum

annuum,& annuam obligationem, seu promissionem ex contractu. Ad de quartam differentiam, quia annui reditus legatum in dubio censetur factum in causam alimentorũ, & si testator certum reditum legat in annos singulos, videtur legare ali- 105 mẽta si legatarius sit pauper. l. legatũ vbi glos. ff. de capitis diminutione. l. si cui annuum. ff. de annuis legat. l. cũ hi. §. si in annos. ff. de transactioni. melior te ext. in. l. stichus §. Titia de alimen. legat. l. Titia in principio de annu. lega. Bartol. in. l. Codicillis in princ. ff. de annui. legat. Couarr. lib. 3. variar. c. 2. col. fin. vers. quatto hac in controuersia Folcrius in praxi censuali vers. huiusmodi census super rebus. num. 80. quod notandum est secundum eum ibi propter multa priuilegia, quæ alimentis concedun tur. at vero promissionem reditus annui non videri factam alimentorũ causa, etiã si fiat pauperi nec vlla lege id cautum esse dixit Bald in. l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verbor. vbi sequuntur Cuman. Imol & Paul. Sed hæc differentia inter legatum, & promissionem reditus annui displicuit Bart. in. d. §. stipulatio, vbi dicit, quod licet iura, quæ dicunt reditum relictum in singulos annos in dubio censeri relictum in causam alimentorũ, loquantur in legato: tamen est eadẽ ratio in promissione ex contractu, sequitur Angel. ibi dicens hoc vtile ad promissiones, quæ fiunt fratribus mẽdicantibus, & vbi Ias. numer. 11. dicit Bart. opinionem communiter receptam idem Ruin. cons. 124. numer. 9. lib. 1 sequitur Surd. in tractatu de aliment. tit. 2. q. 12. vbi intelligit, & declarat procedere, quando quantitas in singulos annos relicta cõuenit alimentis, secus si alimentorum necessitatem excedat: quia tunc non debet censeri data pro alimentis.

Quod si quæras rationem differẽtiæ inter legatum annui reditus, & promissionem annuam in contractu factam, vide Gomez, vbi supra, num. 46. in fin. qui vnam tantum refert, plures autem congerit Rim. i. instit. de donatio. in princ. n. 1179. & seqq.

Quid si creditor reditualis, qui in gullis annis debuit accipere tres denarios, accepit duos quolibet anno, an sibi præiudicauerit, & sit præscriptum in denario non ex acto: vide. c. olim causam. de censib. Bartol. in. l. si prius, de aqua publia arcend. Balb. de præscrip. 4. p. 4. part. princ. quæst. 7 Decian. cons. 2. num. 45. lib. 1. vbi in reditibus annuis pecunia empris, quia sunt odiosi, & suspecti, censet, quod præscriptio locum habeat.

Ex quæst. sequent.

AN *ciuili iure valeat pactum, quod non liceat ante annum solucre mutuum sub vsuris acceptum. n. 1.*

Et quid si eodem casu creditor fundum sub antichresi accepisset num. 2.

Non valere pactum, quod in perpetuum, vel ante. 30. annos, luere non liceat. n. 3.

Notatur insignis doctorum error circa materiam, l. qui Romæ de verbo. n. 4.

Iure ciuili debitor non poterat detrectare solutionem sortis, etiã si vellet continuare vsuras, num. 5.

Nullibi reperiri in iure, quod debitor non liberetur ab vsuris futuris soluendo sortem cum prætiuis

ritis, nec quod valeat pactum in contrarium contra communem. n. 6.

Vsuræ sunt accessio obligationis principalis, & velut ejus fructus. num. 7.

Sicut congrua oblatio elidit obligationem principalem, ita usuras futuras. n. 8.

Non valet pactum, quod debitor usurarius non possit se usque ad certum tempus liberare, numero. 9.

Nec valet pactum extra materiã usurarum, quod debitor non possit se liberare, nisi ad beneplacitu creditoris, contra Alexandrum n. 10.

Reprobatur pacta, & ultimæ voluntates, quibus deformantur urbis ædificia. n. 11.

Vsuræ non currunt, nisi pro rata sortis, quæ cum effectu pervenit ad debitorem. n. 12.

Si creditor ab initio usurarum futurarum nomine aliquid detraxerit, tanti forsminuitur ipso iure ibidem, &. n. 27.

Notatur insignis doctorum error in materia usuraria, n. 13.

Inducitur vera litera l. qui Romæ, contra Acurs. & doctores ibi, num. 14.

Propunitur species, & verus intellectus l. qui Romæ de verb. n. 15. & seqq.

In mutuo impossibile est contrahi obligationem, ultra quam mutuatum sit. num. 16.

Stipulatio regulatur secundum naturam rei super qua interponitur, n 17.

Traditur dubitãdi ratio ad d. l. qui Romæ. n. 18.

Ius nostrum hoc est artem boni, & æqui finitum esse, & posse, & debere. n. 19.

Promittens soluere mutuum certo loco, & tempore, non potest ex interuallo mutare propositum, alio loco inuito creditori soluendo, n. 21.

L. qui Romæ nihil decidit super usuris pecuniæ vere numeratæ, numero. 22.

De iure ciuili in mutuo non debebãtur usuræ, nisi in stipulatione essent deductæ. n. 23.

Vsuræ per retentionem, quando seruari poterant. n. 24.

Iure consultus in l. qui Romæ, nihil respondit de interesse creditoris. n. 25.

Et quid iuris de interesse creditoris in specie. d. l. qui Romæ, numero. 26

In tium erroris communis in intellectu l. qui Romæ. n. 27.

An pactum, quod debitor non possit liberare se ab usuris futuris nisi post certum tepus, vitietur an vitietur? n. 28.

Quando excessus separare potest, & non respicit totum contractum, non vitiat, sed vitiatur num. 29.

Pactum

Pactum quod debitor reditus annui nõ possit luere, nisi post certum tempus an reddat nullũ contractũ? n.30.

Libertas luendi an posit in voluntatem creditoris conferri, & an valeat pactum, quod si reditus non redimatur intra certum tempus, sit irredimibilis? n.34.

Et an valeat pactũ de non luendo pro parte reditũ? n.35.

Et an plures debitoris hæredes possint redimere pro parte, numero.36.

Debitoris hæredes teneri insolidum redimere reditum, cum debitor fideiussori intra certum tempus redempturũ promisserit, n.37.

Reditum citra pactũ pro parte redimi non posse, n.38.

Reliquorum solutio diuidua, n.39.

An valeat vulgata clausula de redimendo reditu in eisdẽ speciebus monetæ dũtaxat, n.40

Facultatem reditus redimendi coarctandam non esse, n.41.

Creditorẽ reditus posse in qualibet congrua moneta sortem prærrogare, n.42

Et an debitor possit bonis æstimatis reditũ redimere, ibid. & n.50

Clausulam de redimendo in eisdẽ speciebus monetæ non esse excessiuũ, sed validam sub tẽperamento boni, & æqui, n.43.

Debitoribus non solum vsus æris alieni necessarius, sed etiãquãdoque vsus certæ speciei monetæ, n.44.

Deleui, & modico defectu curandũ non esse, n.45.

Creditor nimis oneros us, vel acerbus exactor audiẽdus nõ est. nu.46.

Iudices spernere oportet nimis sordidas & infestas scrupolositates n.47.

Si creditor sortẽ reditus numerauit in specie monetæ nimis raræ, vel raræ effectæ, vel posteare probatæ, sufficit moneta vsitata redimere. n.48.

Si creditor numerauit sortẽ reditus in multisarijs speciebus sufficit in vna redimere, nec valet pactũ in contrariũ, n.49.

Si creditoris non interfit in eisdem speciebus monetæ sortem reditus recipere, in alijs redimi potest, n.50.

Non licet pacto vti ad officiendũ tantũ, sed ad seruandũ quod creditoris interest, ibid.

Si ambigitur de probitate monetæ, & ab aurifice probanda sit, cuius expensis id fiet? numero.51.

Approbatio, vel reprobatio monetæ ad quem de iure pertineat? num.52.

Puritas monetalis materiæ, qualiter probetur, num.53.

Aurum obrizum quod sit? ibidem.

Quis iudex adeundus sit in redemptione reditus, num. 14.
Si creditor hypothecauit nomen reditus, an possit debitor redimere, non vocatis creditoribus hypothecarijs ipsius nominis, & an redēptio in fraudē creditorum facta dici posset? nu. 55.

Quæstio. XVIII.

De libera luitione seu redemptione reditus.

1 QVæritur, an valeat pactū quod reditus nō possit redimi nisi post certum tēpus, & an vitiet contractum reditus? Pro cuius quæstionis explicatione meminisse oportet alterius quàm tractat gl. in l. qui Romæ in principio, de verborum, & in l. fin. C. de pactis pignorum: siquis accepit mutuum sub vsuris cū pacto, vt vsque ad annum non soluat, an possit prius soluere, & dicit quod nō nisi totius etiam futuri temporis vsuras offerat. Et quid si etiam dederit 2 fundum in antichresim, vt creditor fructus vice vsurarum caperet cum pacto, vt non liceat luere in eo anno: & dicit valere pactum, & quod non liceat prius luere, nisi conuentum esset, quod non liceret in perpetuum luere, vel ante triginta annos, 3 & sequitur Bart. Alueric. Angel. Paulus, vterque Imola, Iaff. & omnes in d. l. qui Romæ in prin. Bald. & alij in dict. l. fin.

4 Illud etiam pro indubitato habēt glos. & DD. in d. l. qui Romæ, quod si debitor mutuetur 100, vel aliam summam sub vsuris, potest aliquot mensium, vel futuri temporis vsuras ab initio soluere, vel de summa mutuata deducere & nihilominus currunt vsuræ pro rata totius summæ, deducto solo tempore, pro quo iam sunt solutæ vsuræ. Sed adhuc Doctores in dicta l. qui Romæ: dum reprobant distinctionem Accursij ibi communiter tenent, quod etiam si debitor velit aliam æquè idoneam debitorem dare creditori, qui se obliget de soluenda sorte cum vsuris, non tenetur creditor acceptare, nec potest debitor ante tempus vllo modo liberari, nisi totius etiam futuri temporis vsuras soluendo.

5 Tu autem aduerte primo, quod iure ciuili bene inuenitur expressum, quod debitor non potest detractare solutionem sortis, licet offerat cōtinuare vsuras. l. fi. in fi. C. de iure dotium, nisi hoc expresse cōcesserit creditor, vt nō teneatur debitor restituere sortem, quādiu vsuras præstabit. l. ita quia, §. fin. de pactis.

6 Sed nullibi reperitur in iure, quod debitor nequeat se liberare ab vsuris futuris, offerendo sortem cum vsuris præteritis pro rata temporis, nec quod hoc pacisci possit, & sic gl. & DD. sine lege, & sine ratione loquuti fuerint imo cōtra iura, rationemq; manifestam.

7 Est enim iuris exploratissimi, quod vsuræ etiam si iure actionis debeantur: sunt tamen accessio obligationis principalis, & velut eius fructus

l. vsuræ

l. vsuræ vicem fructuum, de vsur. Vnde necessario regulantur secundum obligationem principalē, qua subata in totum vel in parte ipso iure, nullæ currunt vsuræ, nisi pro rata debitæ sortis dumtaxat. Et sicut congrua oblatio debiti obligationem principalem elidit, ita elidit futuras vsuras, & omnia pacta accessoria. l. cum principalis de regul. iur. sentit Bald. in. l. pactum vulgare. C. de pignor. actio. imo sola congrua oblatio debiti ipso iure impedit cursum vsurarum futurarum, etiam si iure actionis cæperint currere: quia non debentur, nisi sub ea conditione, si fors non soluatur, qua conditione per congruam oblationem, deficiente ipso iure, non nascitur obligatio vsurarum temporis sequentis, licet omnes gloss. & Doctores ad vsque contrarium tenuerint, & pessime vt clare, euicimus infra libro. 2. quæstion. 15. Supereſt de pacto, ne debitor soluere, & se liberare possit saltem vsque ad certum tempus. Sed clarum est de iure, quod non valet in materia vsuraria: quia iure ciuili nullæ currunt, nullæ tollerantur vsuræ, nisi pro rata temporis, & sortis, vt semper libera sit facultas debitori se liberandi ab vsuris futuris, etiam ipso iure, & per solam congruā oblationem dict. l. qui Romæ. §. Seia. l. si creditrici. C. de vsuris. Et sic pactum contrarium nullo iure valet, imo deducit ad fœnus improbum, & authori suo infamiam infert. l. improbum C. ex quibus causis infamia irrogat. Patet: quia tetrius, & improbrius est tale pactum facere, quàm supra modum concessum, & sic improbum fœnus stipulari: igitur illud non minus, sed magis infamia maculat.

Quin etiam extra materiam vsurariam non valet pactum, quod debitor soluendo non possit se liberare, nisi ad beneplacitum creditoris, vt decidit Paul. in. l. item quia in fin. de pact. sed tale pactum nullum est, & improbum non solum propter fraudem vsurarum, sed etiam: quia contra bonos mores: tendit enim ad fouendam maliciam, fraudem, & auariciam, & sic ipso iure non valet l. pacta quæ contra. C. de pactis. l. iuris gentium §. prætor ait, de pact. l. conuenire de pact. dotalib. Tum etiam: quia contra publicam vtilitatem, cum publicè interſit homines liberos esse à debitis, & sic non valet tanquam contra id, quod publicè interest l. de die cum. l. sequent. de pact. dotalib. & tanquam derogans libertati, & naturali facultati, quam quis abdicare non potest, & ita rectè consuluit Paul. cōsilio. 144. pactum istud libro secundo: licet idem Paulus aliter sentire videatur in dict. l. qui Romę in principio, quem Alexand. ibi sequitur reprobans dictum Paulum in dict. l. item quia in fine, & male.

Quod si reprobantur pacta, actiones, & vltimæ voluntates, quibus ædificia vrbis deformantur. l. gemina ad exhibendum, dict. l. 2. §. siquis nomine, ne quid in loco publico. l. cætera delegat. 1. multo magis hęc pacta, quibus personæ ipsæ deformātur, & cuidam seruituti subijciuntur.

Quod autem pro absoluto habēt omnes gloss. & Doctores in. d. l. qui Romæ in principio, creditorem posse ab initio futuri tēporis vsuras quasdam recipere, earumve gratia de sorte detrahere sine diminutione sortis, & vsurarum futurarū, deductis prærogatis dumtaxat, est contra omnia iura in materia vsuraria, quæ volunt ipso iure non currere vsuras, nisi admodum concessum,

& pro rata ſortis, quæ cum effectu peruenit ad commodum, & vſum debitoris. l. pecuniæ fœnebris. l. placuit de vſur. ita quod ſiquid initio quacumque ratione detrahatur de ſorte, neceſſe eſt vſuras non currere, niſi pro rata reſidui. l. eos in fine. C. de vſur. Tum regulariter nullæ vſuræ ſolui poſſunt ab initio, cum non debeantur, niſi ſub conditione, quæ nondum extat, vt infra dicto libro ſecundo, quæſtione decimaquinta, ſiue igitur initio debitor, qui de ſuo ſoluerit, ſiue de ſorte detraxerit vſurarum futurarum nomine, tanti neceſſe eſt ſortem ipſo iure minui, & pro rata reſidui dumtaxat vſuras currere.

13 Ex quibus liquet, quod gloſſ. & Doctores in hac materia vſuraria nimis errauerunt. Cæterum nihil eſt in toto iure, quo gloſſ. & Doctores à tam ſupinis erroribus (quos de ſuo inuenerunt) excuſari poſsint: quia primum de dicto pacto non luendi nullum verbum in dict. l. qui Romæ, nec in toto iure, niſi contra erroneam eorum ſententiam.

14 Quinimo dict. l. qui Romæ in principio directè probat contrarium, ſecundum communem receptam, & veram literam, quam ipſemet, & omnes communiter ſequuntur. Accurſius enim in verbo, *integram*, refert, quod quædam alia literæ habet, *non integram*. Quæ vt ex directo contraria communi, & perpetuo receptæ literæ, ita prorſus inepta eſt, & adulterina, faceret enim dict. l. qui Romæ, contrariam æquitati, & reliquis omnibus legibus vſurarijs, niſi reliquam, dictę. l. literam violenter impropriando, prout ibi Accurſius facere nititur, ſed ſuperuacuo: quia dict. litera negatiua nunquam fuit recepta, nec ſanum intellectum menti legum conſonum admittere poteſt, nec opus eſt vlterius circa literam immorari, cum neceſſe ſit ſequi affirmatiuam, communem, veterem, & ab omni æuo inconcuſſe receptam literam, cui etiam litera Norica Haloandri conſonat, & hac retenta, mirum eſt gloſſ. & Doctores adeo deliraſſe, vt clarum, & ſimplicem legis ſenſum præpoſteris commentis ſuis prorſus prouerterint.

15 Caſus autem, & ſpecies illius l. eſt huiuſmodi Titius mutuatus eſt mille à Caio Romæ, quæ promiſsit ei ſoluere poſt tres menſes Lugduni per ſolemnem ſtipulationem, tamen Caius non numerauit Titio integra mille, ſed retinuit aliquid pro vſuris illorum trium menſium, puta viginti pro vſura beſſali proximi trimeſtris, vel ſi Caius numerauit integra mille, illico Titius de ſumma recepta, vel de alia (non refert) ſoluit aliquid Caio pro vſuris futuris proximi trimeſtris, puta viginti, quæ eſt ratio beſſalis, & magis veriſimilis vſuræ, quæ erat ſumma, & magis frequentata tempore. ff. nec aliter pepigerunt de vſuris: quia ſperabat Caius futurum, vt poſt trimeſtre ſors ſibi, vel ſuis ſoluereturLugduni iuxta ſtipulationem, & interim ſatis ſibi ſaltem per retentionem cautum putabat de dictis vſuris prærrogatis. Quare non fuit ſolicitus aliter paciſci de vſuris, vel ſi pactus eſt, nudo tantum pacto conuenit, vel ſi quid aliter conuenit de vſuris, nullo modo conſtat, quare pro nullo, vel omiſſo habetur, prout nec de hoc quidquam habetur in themate, cui nihil addo, vel detraho, & in quo tria tantum ſimul geſta narrantur. Primum mutuum

16

tuum certæ summæ, putà, mille. Secundum stipulatio dictæ summæ post tres menses in certo loco remoto soluendæ. Tertium retentio pœnæ sortis pro vsuris, vel alia prærrogatio futurarum vsurarum, quod idem est hoc facto post paucos dies: quia non possunt intelligi de mense, sed de octo, vel 10. vel 15. ad summum diebus, & eisdem partibus & adhuc Romæ in loco contractus existentibus, Titius, siue pecunia aliunde recepta, vel alia quacunque causa mutato proposito, obtulit Caio 980. coram testibus, videlicet sortem integram, deducta summa, quam Caius vsurarum nomine retinuerat, vel quam Titius ei pro vsuris ab initio prærrogauerat, & in effectu summam ab eo vere receptam. Caius autem recipere noluit, & lapso trimestri, petit mille sibi solui Lugduni certi conditione ex stipulatione: Titius excipit se dudum congrue obtulisse, quod debebat. De oblatione verò, & eius qualitate, & reliqua totius facti prædicti serie constabat. Ideo status causæ iudicialis erat, & totius rei cardo super validitate, & sufficientia dictæ oblationis versabatur, quæ consistebat in duobus. Primum, an fuisset sufficiens in quantitate oblata. Secundum, in qualitate videlicet, ratione loci, & temporis.

16 Circa primum expeditum erat oblationem fuisse sufficientem: quia in mutuo impossibile est contrahi obligationem, vltra quam verè mutuatum sit. l. si tibi decem in principio de pactis. l. rogasti, §. si tibi, si certum petam. l. hactenus, in fine, de constituta pecunia. l. cum vltra. C. de non numerata pecunia. Sed Caius verè non mutuauit mille: quia retinuit. 20. & sic in effectu non mutuauit nisi. 980. non possunt plus in effectu deberi. Nec præsumitur animus donandi, & stipulatio regulatur secundum naturam rei, super qua interponitur. l. si stipulatus, de vsuris. l. si legati, delegat primo, cum alijs, & hoc nisi allegatum fuisset, & constitisset factam stipulationem de pluri propter verum & iustum interesse Caij, & quod tantum eius interfuerat quantum stipulatio excedit, quod est nouum factum non allegatum, nec probatum, & de quo non erat quæstio, sed solum an Titius obtulisset integrum debitum, & quantum vere debebat, in quo constabat, quod sic, & sic quantum ad hoc oblatio erat notoriè sufficiens. Quare nec de hoc fit quæstio in hac lege: imo habetur pro indubitato, & præsupponitur oblationem fuisse sufficientem, quãtum ad summam oblatam, patet in text. ibi. *Cum integram summam ad quam obligatus est obtulerit.* Quæ verba non referuntur ad factum, videlicet ad formulam cautionis, seu stipulationis, quæ erat de mille: sed referuntur ad ius, quod de facto oritur, & de quo iure tantum agebatur, non de summa verè debita, ad quam Titius erat verè obligatus, & cum totam eam summam obtulerit, merito relinquitur primum illud cap. tanquam indubitatum, & transitur ad secundum, formando quæstionem, de qualitate oblationis dumtaxat, videlicet an fuerit sufficiens, vel non in quantum facta est alio tempore, & loco, an integrum debitum, videlicet. 980. posset sua die, & loco conuentis parti, non obstante dicta oblatione, tanquam incongrua ratione loci, & temporis, &

respondet Scebola, quod sic: videlicet debitum peti posse sua die & loco conuentis, non ergo respondet (vt dixi) de quantitate debiti, vel summa petenda, de qua non restabat dubium, sed solum super loco, & die solutionis, super quo solum formatur quæstio in textu. Ratio autem dubirandi erat: 18
Primo, quia oblatio fuerat integra, & sufficiens quantum ad summam debitam, & oblatam. Secundo: quia erat alias (citra locum videlicet, & tempus) debite facta creditori præsenti, & recusanti. Tertio: quia erat facta infra paucos dies à contractu, & sic non videbatur Caius habere probabile interesse ad recusandum. Quibus non obstantibus, respondet, quod iustè recusare potuit ratione loci, & temporis incongrui, quæ fuerunt verisimiliter apposita fauore vtriusque, & dato quòd ab initio fuissent apposita fauore solius debitoris (de quo non constat, nec in dubio præsumi debet) adhuc tempore oblationis poterat interesse creditoris: quia oblatio, & pœnitentia debitoris non erat in continenti, sed post interuallum (licet breue) intra quod potuit creditor misisse ad locum destinatum, vel aliter disposuisse de debito, ibi per se, vel per alios mandatum, vel cessionem iam habentes, eoque proficiscentes recipiendo. Quod si non licuit debitori mutare propositum, nisi saltem oblato interesse, quod non fuit oblatum, merito recte concludit Scebola, quòd 22
non obstante dicta oblatione, potest debitor petere pecuniam mutuatitiam, & debitam die, locoque conuentis, & quod tenetur debitor ibi soluere. Ecce casum liquidum, & genuinum dict. leg. 20
naturæ puritati restitutæ.

Sed forsam obijciet aliquis, quòd nihil hic dicam de vsuris. Respondeo, nec lex de hoc quærit, nec decidit aliquid, sed tantum duo expressim decidit. Primum, tanquam expeditum, & indubitatum, videlicet, quod vsuræ ab initio mutui deductæ, vel prærogatæ ipso iure minuunt sortem, ita quod residuum dumtaxat remanet mutuatum, & debitum, etiam si totius prioris summæ fuerit facta promissio per stipulationem solemnem: quia stipulatio non extendit obligationem mutui, sed tantum corroborat, & nec impedit exceptionem pecuniæ non numeratæ, vel in factum si tota summa in stipulatione comprehensa non sit in effectu numerata, & hoc constet, vt hic constabat, vt est casus in l. cum vltra. C. de non numerata pecunia. Secundum, quod videbatur dubium, & hic expresse ad interrogationem consultoris decidit, est quod capiens mutuum, & promittens soluere certo alio loco, & tempore, non potest postea, licet infra paucos dies mutare propositum in præiudicium creditoris, nec illi inuito soluere in loco contractus, & si ibi obtulerit, potest nihilominus sua die, & loco conuentis conueniri ad solutionem, non obstante priore oblatione, tanquam in congrua ratione loci, & temporis. Hæc duo dumtaxat clare, & distinctè decidit hæc lex in sui principio. Cæterum, an aliquæ vsuræ debeantur de summa effectualiter numerata, nihil hic decidit, quia de hoc non fuit quæsitum, neque aliquid dictum in themate, ideo inquirendum erat de veritate facti, sine eo articulo, deinde recurrendum ad alia iu-

ra

ra per quæ apparet, quod si non fuerit aliud factum, quam quod hic recitatur in themate, nihil debetur vsurarum nomine: quia nihil fuit conuentum, & dato quod fuisset conuentum de certis vsuris non sufficeret, nisi fuisset deductum in solemnem stipulationem, quod non fuit actum. Igitur, & quia sumus in mutuo. l. quantuis. C. de vsur.

23 Quod autem creditor sibi cauere voluit, retinendo partem sortis pro vsuris futuris, vel aliter accipiendo ab initio pro futuris vsuris, nihil egit. Tum, quia prædictæ vsuræ nondum debebantur, tum quia impossibile est incipere aliquas vsuras currere, nisi pro rata sortis vere, & efficaciter datæ debitori, & eius vsibus. Et sic summa recepta, vel deducta ab initio vsurarum nomine, necessario in sortem imputatur, eamque diminuit: quia impossibile est, quod incipiant aliquæ vsuræ currere, nisi pro residuo, & adhuc pro illo residuo non possunt deberi, nisi per expressam stipulationem, & sic in casu dict. l. qui Romæ, in principio, nihil erat nec est dicendum de vsuris. Quod autem dicitur per retentionem vsuras seruari posse, tunc demum verum est, quando solutæ sunt post tempus, quo deberi poterant, & quando saltem nudo pacto debebantur, vt in. l. 1. & l. per retentionem. C. de vsur. alias vel in sortem imputantur, vel repetuntur.

25 Quod si quis obijciat hunc creditorem fore deceptum, & frustratum iusto, & probabili interesse, cuius loco putabat sibi cautum per prærrogationem vsurarum, & tamen nec vsuras, nec interesse habet, sed vtrumque perdit. Respondeo, quod in hac. l. nullum verbum, nulla quæstio, nulla decisio de eo quod interest, nihil etiam per hanc legem præiudicatur, si fuisset de interesse conuentum, vel si debitor fuisset in dolo, sed tunc ad alia iura recurrendum esset.

26 Vnde, si hoc facto debitor non soluat die, & loco conuentis summam effectualiter mutuatam, actio erit arbitraria in id, quod interest creditoris. l. aut si mutua. ff. de eo, quod certo loco, alioquin nullum debetur interesse hoc casu propter interusurium trimensium, etiam si creditor velit probare de interesse: quia non fuit conuentum, nec debitor interim fuit in mora, nec dicta stipulatio facta est de pluri ad compensandum, verum interesse, de quo non fuit actum, nec cogitatum, nec etiam fuit facta ad acquirendam vsuram legitimam, & quantus forte putaret creditor hoc modo vsuram conseruari, licet erraret in iure, hic error sibi non prodest ad lucrum vsuræ conseruandum, vel acquirendum. l. iuris ignorantia de iuris, & facti ignorantia, & impossibile est vsuram habere per prærrogationem, sed necesse est, quod successu temporis serpat pro modo sortis, alias si prærrogetur, necessario cadit in sortem, vel repetitur, nec potest creditor in aliquo releuari, ex eo quod inconsulte sibi cauit errando in iure, quia certaret de lucro, & de acquirendo, dicta. l. iuris ignorantia, sed dicta stipulatio directo facta est ad augendam obligationem principalem sortis mutuatitiæ, quod est impossibile, dicta. leg. si tibi decem, in princip. cum similibus, & sic quod potuit stipulari, scilicet, vsuras legiti-

mas,& earum solutionem expectare tempore suo noluit. Quod autem voluit non potuit,vt in l. multum interest.C. si quis alteri,vel sibi. Si vero cõstaret actum ab vtraque parte, quod illud plus censeretur promissum,vel datũ in compensationem veri, & iusti interesse creditori,tũc seruari posset,dũmodo tanti verisimile interesset,secundum notata infra libro. 3. q. 5. de quo nihil ad thema, & decisionem huius legis, quam habes noue adamussim explicatam.

Initium autem erroris doctorum fuit,quod illa verba l. *Cum integram*
27 *summam in quam stipulatione obligatus est*, retulerunt ad factum, & non ad ius,quod ex facto oritur,& putauerunt ibi rursus recitari factum dumtaxat: non autem poni decisionem iuris clari,& indubitati ex facto præcedenti resultantem citra dubium, & sic putauerunt hanc legem velle, & tollerare,vsuras initio prærogari posse,sine diminutione sortis, etiam in mutuo,quod est absurdissimum,& cuius oppositum hæc lex dicere intendit,& pro certo,& exploratissimo differte præsupponit. Quare non est mirum si aberrãtes à scopo, quo plura scripserũt eo magis intricauerint, & prolixius errauerint,vt è extraviam currentibus accidit,sed nimis resupinus fuit ille error: quia non solum est contra omnem rationem,& reliquas leges,sed etiam contra casum in terminis huius legis,ibi. *detracta*, &c. & sic non solum sensum legis apertum,sed etiam literam ipsam offen- 31
derunt, & sibi ipsi repugnantem fecerunt.

Redeundo ad quæstionem principalem,quæritur,an istud pactũ,quod
28 debitor non possit luere, nec se liberare ab vsuris futuris,nisi post certum tempus nõ solum vitietur, sed etiam vitiet vsuras? Et prima facie de iure videtur,quod non vitiet,sed tantum reijciatur.l. placuit. l. vsuras illicitas de vsuris,& quia non inuenitur de iure pena scripta hoc casu,igitur, vt in l.prænarrationis de præuar. l. at si quis.§. diuus de relig.& sump. funerum,capit.fin.de iure pa. vbi notatur.

Sed certe dict.l placuit,& similes
29 loquuntur in excessu,qui separari potest,& in quo non peccatur nisi in excessu, & sic pena non excedit delictum.l.rescriptum,ff.de ijs, quib. vt indig,sed istud pactum respicit totũ contractum,& totam sortem, & vsuram ita quod peccatur super tota vsura,vnde puto,quod hoc casu etiã in terminis iuris communis, potest bonus iudex præter nullitatem pacti priuare, tam improbum fœneratorem cõmodo totius vsuræ, tum quia super toto deliquit, tum propter perniciem exẽpli,quod etiam extra ordinariam pœnam meretur.

Multo magis hodie huiusmodi pa-
30 ctum (etiam solum, & cessante alio vitio) hos vulgares reditus annuos,de quibus agimus in totum inhicit,iuxta ea.quæ dixi lib.2.quæst. 1. quo te remittõ,vbi alia inuenies,de pactis restringẽtibus libertates luendi, & an, & quando possit in voluntatem creditoris conferri. Et an valeat pactum quod si reditus non redimatur in certo tempore,sit irredimibilis,& perpetuus iusto pretio.

Vera autem litera dict. l. qui Romæ est huiusmodi. *Qui Romæ pecuniam mutuam acceperat soluendam in longinqua prouincia post menses tres, eamque ibi dari stipulanti spopondera*t *post paucos dies Romæ testato creditori dixit paratum se esse Romæ eam numerare, detracta ea summa, quam creditori suo vsurarum nomine dederat.*

Que-

Quæsitum est, cum integram summã, in quam stipulatione obligatus est obtulerit, an eo loco, in quo soluenda promissa est, sor die integra peti possit. Respõdi posse stipulatorem sua die ibi, vbi sol
32 *uendum stipulatus esset petere.* In tex. ibi, *obligatus*, quia non potuit in plus obligari, quam vere & effectualiter numeratum fit. l. si tibi decẽ in principio, de pact. etiam per stipulationẽ l. cum vltra, C. de non numer. pecun. & sic presupponitur oblationẽ hanc esse sufficientem, quoad quantitatẽ oblatam, sed non respectu diei, & loci,
33 vt sequitur in decisione. Conclusio, quæ ex tex. desumitur talis est: *Mutuans non potest aliquid deducere de sorte, vel accipere de vsuris futuris, & vsuræ prærogatæ ipso iure minuunt sortem, & obligationem sortis, etiam in stipulationem deductam eliquunt; ita*
34 *quod sufficit debitori residuum offerre: si tamen conuentum sit de loco, & tempore solutionis non potest alibi offerri inuito creditore, à quo nihilominus loco, & die conuentis conueniri poterit.*

35 Sed quæritur, an valeat pactum, quod debitor reditus non possit pro parte redimere. Pro parte negatiua faciunt extrauagantes de emptione & vend. prima, ibi. *Ipsum annuum cẽsum in totum, vel in parte pro eadẽ summa denariorum, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quandoque vellent redimere.* Et in secunda in versiculo, *hoc adiecto.* Vbi probatur reditus redemptionem posse membratim, & pro parte fieri. Secundo, quia pactũ istud onerosum est debitori, cum ex eo difficilior fiat reditus redemptio: sed debitor reditus (vt sæpe diximus) non debet alio, quàm quatuordecimæ onere prægrauari, ergo istud onus à contractu reiiciendum est. Tertio, quia pactum de non redimẽdo pro parte censetur pars pretij argumento l. fundi partem de contrahend. empt. ergo ex eo pretium minuitur, & sic reditus minoris, quam ad rationem quatuordecimæ constituitur. Quarto, quia obligatio restituendi sortem in casum redemptionis est diuidua, ergo pro parte impleri potest, & sic reditus pro parte extingui, & pactum contrarium, vt oneroso sum reijciendum est: antecedẽs probatur, quia obligatio restituendi sortem in casum redemptionis est obligatio dandi quantitatem. Sed obligatio dandi quantitatem est diuidua natura, & effectu, ita quod præstatio partis liberat à solutione illius. l. 2 §. & harum, de verbor. ibi Bart. & alij l. stipulatus sum, §. qui decem eod. ergo obligatio, qua volens redimere tenetur sortem restituere, diuidua est, & pro parte adimpleri potest, & hanc opinionem tenuerunt Soto de iustitia & iure, libr. 6. quæst. 5. art. fin. Gutier. libr. 2. pract. quæst. 174. Azeued. ad l. 1. titul. 15 lib. 5. Recopil. numero. 5. Felician. de censibus libr. 1. cap. 8. num. 16. & sequen. Nauarr. in repet. cap. 1. 14. quæst. 2. num. 85. versiculo, *La quinta*: vbi dixit hanc pactionem vsuræ suspicione non carere, à quo vltimo dissentiunt Soto Gutierr. & alij supra relati existimantes pactionem ipsam vitiari, & non vitiare contractum. His tamen non obstantibus, contraria sententia, quod pactum de non redimendo pro parte, sed toto pretio persoluto validum, & seruandum sit, videtur iure verior. Primo, quia reditus annuus emptione constitui non potest, nisi integro pretio in pecunia numerata venditori soluto, vt probat tex. dicta extrauagãti prima de emptione, ibi. *Ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solui.* Ergo dissolui nõ potest, nisi pretio, seu forte integrali-

ter restituta ipsi emptori: quia nihil tam naturale est, quam quodque dissolui eo genere, quo colligatum est. Secundo, quia quando res non est integra, contractus non dissolutur nisi actus retrosimilis intercesserit. l. ab emptione. ff. de pact. & ibi DD. Ergo cum integra sors debitori reditus soluta fuerit, non dissolutur, nec extinguitur contractus, nisi ipsa forte integro restituta venditori. Tertio, quia contractus emptionis reditus est indiuiduus, & pro parte dissolui nō potest. l. quod autem Sabinus. §. fin. cum duabus seqq. ff. de in diem addictione, per quæ iura Bar. l. si quis aliam, n. 4. de solutio. singulariter dixit, quod si duo vendiderunt fundum cum pacto, quod emptor teneatur eis vsque ad certum tempus reuendere, altero ex venditoribus retrahente, non tenetur emptor reuendere partem: quia ab initio non emisset, nisi in solidum fuisset habiturus, nec licet vnam partem contractus ratam habere, aliam irritam: sed aut totum agnoscere, aut à toto discedere necesse est. l. tutor. §. curator. ff. de minoribus. l. cum quæritur de administra. tuto. l. nam absurdum, de bonis libertorum. l. Caius. ff. de manumissionibus, cum alijs à Tiraquel. relatis de retractu cōuent. ad fin. num. 4. & 5. ergo debitori reditus non licet contractum pro parte dissoluere, redimendo pro parte. Quarto, quia reditus isti sunt vsurarum succedanei, & valet argumentum à legibus vsurarijs ad reditus annuos, vt dicam infra libr. 3. quæst. 3. sed debitor vsurarius non poterat, oblata parte sortis suo creditori, ab vsuris totius, nec partis oblatæ sortis liberari. l. tutor. §. Iucius de vsur. ea ratione quia particularis solutio multa habet incommoda, ergo similiter non potest debitor reditus, oblata parte sortis, inuito creditore à toto reditu, nec pro parte liberari, nec impedire cursum reditus: posset enim creditor tota pecunia soluta prædium emere, quo alteretur saluo semper prædio, quod non posset, si particulares solutiones cogeretur recipere, & in redemptione reditus debet creditor indemnis seruari. l. debet. ff. de ædilitio edicto, ibi. *Indemnis enim emptor discedere debet*, vt dicam infra lib. 2. quæst. 4. num. 1 5. non autē seruaretur indemnis, si redemptio membratim fieret, cum particularis solutio habeat incommoda. l. planè. ff. familiæ herciscundæ. Quinto, hęc sententia comprobata videtur Motu Proprio Pij. V. super forma creandi census, ibi. *Sed etiam posse pro eodem pretio*. Quamuis enim Sūmus Pontifex hunc contractum, vt odiosum restrinxerit, & debitorum fauore coarctauerit: eius tamē extinctionem non pro parte, sed eodem pretio persoluto, concedit, quod si pro parte redimi posse voluisset, dixisset, argumento. c. ad audientiam de decimis. Vltimo accedat text. l. fistulas §. fundum. ff. de contra. emp. ibi. *Nec si partem soluat ex empto cum venditore aget, quoniam ita contractu es alienum diuidi non potuit*. Ergo non licet debitori pro parte redimere, & hanc opinionem tenuerunt Sarmento, lib. 7. selectarum, cap. 1. num. 28. Franc. Garc. Spino, & Angles relati à Feliciano vbi supra, Ioannes Baptista commentario secundo de vsuris. §. 2 numero. 7 1 Emanuel Rodrig. in explicatione Motus Proprij de censibus in. 6. requisito, dubitatione. 4. Paris. Modernus in Labirintho diuidui, 2. par. num. 2 1 5. & 3. par. num. 2 9 5. Iacobus de Graffijs lib. 2 decisionum cap. 2 1 8. num. 2 4. & in hanc magis videtur inclinare Soto vbi supra. Non obstat extrauagans prima, de emptione: quia ibi facti contingētia narratur,

ratur, non vero dicitur contractum reditus huiusmodi pactione fieri vsurarium. Nec obstat, quod eo pacto grauaretur debitor vltra quatuordecimam: quia non grauatur, dum vult contractum sustinere, & quatuordecimam persoluere: si autem reditum extingui desiderat, totius sortis recepmus executere oportet, quod onerosum sibi videri non debet, cum tamen sortem integram receperit à creditore, & ea sit contractus natura, vt pro parte creditore inuito dissolui non possit. Non obstat quòd eiusmodi pactum sit pars contractus: quia non ideo creditoris meliorem, nec debitoris deteriorem conditionem reddit, quam de iure esset: iure enim contractus (vt statim dicam) indiuiduus est, & pro parte rescindi non potest inuito creditore, nec reditus cessaret, nisi tota sorte restituta, aut obsignata iuxta tex. dict. §. Lucius. l. obsignatione totius. C. de solutio. ergo eo pacto debitor vltra naturam contractus nõ oneratur, nec propterea pretium reditus augeri debet, quidquid voluerint Soto, Gutier. & Felicianus vbi supra. Cum enim pactum hoc tacite insit ex lege, & natura contractus, non debet expressum aliquid operari, quod noceat. l. 3. ff. de leg. 1. l. non recte. C. de fideiuss. vers. nam licet, ibi. *Nihil hæc res mutat conditionem iuris.* Vltimo non obstat, quòd obligatio de dando quantitatem est diuidua: quia hic non sumus in debito quantitatis simpliciter, sed indebito reditus annui, & vsurarum succedanei, in quo debitor non liberatur per solutionem partis: vsuræ enim in contractu fœneratitio, & pensiones in annuo reditu sunt quasi pœna, quæ non exculatur per solutionem partis. l. in executione. §. pro parte de verborum, & quasi debitum sub conditione, ex quodam euentu, quod nõ tollitur, nisi conditione in totũ adimpleta, & euentu sequuto. l. cui fundus, de cond. & demonstra. tradunt Fulgos. & Decius, l. quidam æstimauerunt, num. 6. si cer. pet. sequitur Nauarrus, cap. 1. 14. quæst. 3. nume. 103. vers. ad primum. Similiter debitor reditus censetur debitor totius pensionis sub conditione, si sortem integram non restituerit, & ideo à pensionibus non liberatur, inuito creditore, ante totius sortis restitutionem, cum conditio illa pro parte impleri non possit, dict. l. cui fundus. Sed hęc solutio non valet, duplici ratione: Primo, quia adiectio pœnæ non facit præcedentem obligationem indiuiduam, nec quin possit pro parte solui, & sola conditio respectu commissionis pœnæ indiuidua est, vt docet Bartolus communiter receptus. l. 2. § ex his colum. 1. in fine, & in. l. 4. §. Cato de verbor. Secundo: quia differentia est inter pœnam, quę tota debetur sub conditione, ex cuius euentu committitur semel, & vsuram, quæ proprie non debetur sub cõditione, nec eius euentu semel, sed successiue pro rata temporis, & sortis currit. l. pecuniæ fœnebris in principio. l. debitor vsurarius. l. cum quidam de vsuris. l. si per te. C. eod. quòd si idem esset in vsura, quòd in pœna, sequeretur, quòd parte sortis soluta, nihilominus curreret vsura pro toto, donec tota sors esset soluta, quod nedum absurdum, & iniquum est, sed contra tex. l. si cõstat. l. etiam. C. de compensat. itaque iure ciuili quandocunque, & quouis modo sequuta liberatione partis sortis, ex tunc ipso iure non currunt vsuræ, nisi pro rata residui, vt dicemus in lib. 3. quæst. 5. quamuis aliud sit in pœna, vt explicat Paul. Modernus in Labirintho diuid. 2. par. num. 8. & 9. Igitur ad argumentum vltimum aliter respondeo, quòd reditus redemptio

non

nõ ideo pro parte fieri nequit, quòd obligatio sit indiuidua, sed ne fiat in iuria creditori: *Nec enim aliud sine in iuria stipulatoris constitui potest.* Vt inquit Pomponius. l. stipulationum. 5. §. fin. de verbor. & quamuis obligatio sit diuidua, solutio tamen indiuidua est, potest enim in obligatione diuidua solutio esse indiuidua, siue proprie, vt in dict. §. & harum siue improprie ex pacto tacito, vel expresso, vt dicam infra libr. 2. quæstion. 9. numer. 62. Igitur in nostro casu nõ datur propria, sed impropria, indiuiduitas totius vnius integri contractus resoluendi, quæ non consistit in hoc, quòd contractus reditus non possit rescindi pro parte, prout regulariter potest: sed consistit in hoc, quòd non debet quis adigi ad resoluẽdum pro parte, siue agatur de resoluendo contractu ipso iure, vt in nostro casu, & in casu l. quod si vno. ff. de in diem adiectione, siue per viam actionis. l. si non sortem. §. si centum de condition. indeb. siue per viam distractus l. si quis alicui, de solutio. siue per viam restitutionis. l. tutor. §. curator de minoribus: quia neutrouique, siue actor, siue reus tenentur facere, seu resoluere pro parte, nisi communi consensu, vel in separatis. l. cum eiusdem de ædilitio edicto. l. etiam. §. ex causa, de minoribus, & scribit elegãter Modernus Paris. in dicto Labirintho. 2. p. nu. 209. Stat igitur conclusio, quod reditus pro parte redimi non potest, nisi aliud inter contrahentes conuenerit. Quam conclusionem amplio, vt locum habeat etiam in pluribus debitoris hæredibus: non enim potest vnus eorum pro sua hæreditaria portione reditum, inuito creditore, redimere: quia ex persona hæredum non mutatur qualitas obligationis, dict. l. 2. §. & harum, & in specie ita tenuit Parisiẽs. Modernus in consuetudin. Paris. 1. par. §. 11. numero. 14. Amplio secũdo, & eadem ratione, vt nec ab vno ex pluribus creditoris hæredibus possit, eo inuito, reditus pro parte, seu portione sua redimi. Ex quo etiam infertur, quod si reditum vendidisti duobus adhibitis fideiussoribus, qui vt moris est, ad reditum se principaliter obligarunt, & ipsis promisisti reditum in triennio redimere, aut eos obligatione eximere, iuxta ea quæ dicam libr. 2. quæstio. 134. si decedas quatuor relictis hæredibus, quilibet hæredum tenebitur insolidum reditum redimere, & fideiussores liberare, & quilibet hæredum fideiussorum tenebitur insolidũ: quia quilibet fideiussorum hæres poterit insolidum agere, eo quia creditor nõ tenetur reditum diuidere, nec eius hæredes tenentur redemptionem pati pro parte, vt aduertit Modernus præd. in dict. Labirintho. 2. p. nu. 215. Infertur etiam reditum nõ solum redimi non posse pro parte, si ita cõtrahentes pepigerint, sed etiam quãdo de hoc actum non est in contractu, est enim quamuis improprie (vt prædiximus) redemptio reditus indiuidua, & inter indiuidua numeratur in dicto Labirintho. 3. p. nume. 23. Reliquorum autem solutio diuidua est, sunt enim diuersa debita, & à principali, postquam eorum dies cesserit, separata, ex. l. prædijs. §. his. &c. §. pater. l. quæsitum. §. pen. to. delega. 3. Vnde debitor reditus saltim, si nõ ideo immineat implicatio rationum, potest integram vnius termini pensionem offerre, nec creditor recusare potest, nec causari omnia eiusdem reditus reliqua simul offerenda, quando de reliquis tantum, & non de reditus solutione, seu redemptione agitur, vt per Modernum Parisien. vbi supra. 2. p. num. 48. Potest autem reliquorum solutio ex pacto indiuidua fieri, vt dicã

lib.

lib.2.quæstion.9. numer. 62. Sed dubitari potest, an debitor reditus possit inuito creditore vnius termini pensionem diuidere soluendo partem illius. Mouet quæstionem text. l.placuit. C. de collatio.fundo.patrimon.libro.11.ibi. *Et quantum habuerint pensionis paratum.* glos. pen. l. 2. C. de iure emphyteu. Sed dict. l. placuit procedit in emphyteuta Principis, cui specialiter concessum est pensionem pro parte soluere, alijs verò id non licet, vt per Iaf. l. quidam æstimauerunt, numero.7 si cert. pet. Gome.2. tomo, capit. 3. numer.13. sequitur Caldas Pereira. de nomina.emph.quæst.10. num.33 & eandem sententiam in pensione emphyteutica loquens sequitur Aurelius Corbulus, de causa priuationis ob non solutum canonem, quæstio.7 vbi alios refert. Si vero debitor plurium annorum reliquator vnius anni pensionem soluat, pro priore anno, vel antiquiori pensione censetur soluisse. Imo etiam si vellet pro vltimo anno offerre non teneretur creditor accipere, tum ne conturbet rationes suas, tum ne ex eo præsumatur pro præcedentibus annis, vel terminis, iuxta. l. penultimã de apochis pub.libro decimo. C. & notatur in dicto Labirintho.
40 secunda parte, numero. 44. Quæro vlterius, an valeat pactum vulgare de redimendo reditu in eisdem speciebus monetę, quibus fuit constitutus? Videtur quod non: quia primo necesse est certam quantitatem sortis ad vsum debitoris peruenire, vt in rem eius conuertatur, deinde reditum annuum non excedere quatuordecimam dictæ sortis ad summum, argumento.l.eos. C. de vsuris.

41 Tertiò necesse est debitorem perpetuam, & liberam facultatem habere luendi, seque liberandi eadem quantitate sortis cum reliquis, si quæ debeantur oblata, ex quibus necesse est pecuniam, quæ pro sorte numeratur, deduci hic, & numerari sub ratione simplicis quantitatis, non autem sub ratione certorum corporum, vel specierum monetæ: ergo necessarium videtur debitorem semper liberari posse, eandem quantitatem, sub qualibet approbata moneta restituendo, nec posse astringi ad certas, etiam numeratas dumtaxat species restituendum: quia hoc modo facultas redimendi non est libera, sed coarctata, quod est contra substantiam horum redituum, vt dixi libro secundo, quæstione prima.

42 Confirmo: quia creditor, qui vult huiusmodi concessum reditum exercere, tenetur sortem congruam prærrogare non incerta quædam specie monetæ, sed in qualibet commoda, & approbata, & ea prærrogatio sortis in qualibet congrua, & approbata moneta est de sustantia. Igitur sicut creditores habent facultatem qualibet congrua, & proba moneta sic emendi reditum, ita debitores debent habere liberam facultatem luendi de qualibet congrua, & proba moneta. Creditor verò volens hoc restringere, certare videtur, aut de commodo vltra rationem simplicis quatuordecimæ, aut de arctanda libertate luitionis, quorum vtrumque illicitum est. Vltimo facit, quia si debitor non habet pecuniam, nec emptores bonorum suorum, potest bona dare æstimata creditori reditus in solutum, & sic reditum redimere, iuxta textum

au-

authentica, hoc nisi debitor, C. de solut. idque si plures adsint creditores bonorum, & non adsint emptores æquum existimauit Azeuedus, lege final. titulo. 21. numero. 133. libro quarto Recopilationis; qui in hanc sententiam refert Pizarro apud quem id non inuenio, ergo à fortiori poterit redimere in alijs monetæ speciebus.

43 Quibus non obstantibus, puto dictam clausulam non esse excessiuam, sed validam sub temperamento boni, & æqui: potest enim esse, & sæpe vsu venit, quod creditor non erat fortem numeraturus in pecunia aurea, sed in argentea, vel minuta moneta, debitor autem siue profecturus, siue prædium aultum redempturus, quod non poterat redimi, nisi in aureis numis specialiter, illis indigebat, ideò noluit vendere reditum, nisi haberet sortem in aureis. Ex eisdem autem causis iustè creditoris interesse potest, numos potius aureos retinere, vel recuperare, quàm aliam speciem monetæ, eò quod facilius aureis negotiabitur, vel fundus acquiretur, quã alia specie monetæ. Cum ergo non solum creditorum interfit (alioquin hoc solum non sufficeret) sed etiam debitorum quibus, vt plurimum, præsertim in magnis summis vtilius est, in huiusmodi aureis sortem accipere, quam in alia viliori moneta, iustum est pactum: non solum enim vsus simplicis quantitatis æris alieni necessarius est, sed etiam quandoque vsus certæ speciei monetæ.

45 Et sic dicta clausula non est reprobanda, sed cum æquitatis temperamento accipiẽda, veluti primo, q propter defectum vnius aurei tantum, si debitor suppleat in proba moneta æquiualenti, non debet reprobari oblatio. Idem de tribus, aut quatuor aureis in magnis summis: quia propter tam modicum defectum nõ dicitur probabiliter interesse creditoris, nec de tam leui defectu curandum est. l. quamuis de cond. & demonst. Bal. l. pro hæreditarijs, columna secunda. C. de hæred. act. Anton. Corsetus in tractat. de minimis, idque eò magis quo reditus est grauior & quo diutius perseuerauit, & maximè si creditor nihil de reliquis remittit, sed cum puluisculo certat exigere. Creditor enim qui summum hunc, & lucrosum quatuordecimæ reditum recipit non est audiendus, si nimis onerosus esse pergat, vel nimis acerbus exactor. l. si seruos. C. de pignoratitia. l. si bene. C. de vsuris, quod esset, si propter vnum, vel alterum aureum deficientem, vel paulo leuiorem velet totam oblationem caulari, nec admittere debitorem, qui forte prædia redemptionis causa vendidit, vel eius procuratorem ad supplendum, quod deest in proba moneta, sed vt semper totus reditus currat. Huiusmodi nimis sordidas, & infestas scrupulositates spernere iudices debent, dict. l. si seruos, dict. l. si bene. facit. l. sicut. §. si debitori quibus mod. pignus vel hypoth. solui. Secundo si creditor sortem numerauit in specie rara minusque frequenti, quia facultas redimendi esset nimis angusta, & sic non esset libera, quod est contra substantiam horum redituum. Idem si tempore contractus species numeratæ frequentes erant, sed postea successu temporis raræ: tunc enim sufficiet in alia frequenti specie similis materiæ sortem reddere, quemadmodum si interim reprobatus esset cursus specierum aurearum numeratarum, tunc enim

46

47

48

enim sufficit in alijs tempore redemptionis vsitatis speciebus aureis sortem reddere, vt infra dicam, & hactenus valebit illud pactum, prout etiam ipsa rei æquitas suggerit, quæ in his attendi debet. l. in omnibus,
49 de reg. iur. Tertiò si forsit numerata in multifarijs speciebus, putà in coronatis, argenteis, & alijs minutis monetis, sufficiet enim totam reddere in vna specie, nec admittendum pactum contrarium, tanquam nimis captiosum, & onerosum. Quartò si constet, quod creditoris nullomodo interfit: vt enim
50 ob id alias admittitur solutio in alia proba specie aurea, ita si constet, quòd tunc creditor volebat cum effectu aureos permutare cum minore moneta, nec recuare ob lationem, nisi vt officiat, non erit audiendus, sed si de hoc constet iudicanda erit oblatio valida: quoniam non licet creditori dicto pacto, vel etiam alio iure sibi competenti vti ad officiendum, & non ad seruandum, quod sua interest. l. in fundo. §. constituimus de rei vend. Quod autem dixit Azeuedus vbi supra, posse censuarium petere, quod bona taxentur, ipsis taxatis, & in solutum datis, reditum redimere, iure defendi non potest: quia creditor reditus cogi non potest bona pro sorte in solutum recipere, si quidem debitori vsurarum non licet offerre bona creditori, sed pecuniam numeratam, & offerendo bona non valet oblatio, nec impeditur vsurarum cursus, vt post Roman. & Ias. dixit Menochius de arbitrar. libro secundo, casu. 252. numero quinto, & vide quæ dicam infra libro. 2. quæstio. 9. num. 68. in fin.

51 Circa hæc occurrit dubitatio, si ambigitur de pondere, & probitate monetæ, vt aurifice probanda sit cuius expensis id fieri debeat? Et Bart. quem omnes in hoc sequuntur in. l. Paulus columna. 1. numero 4. respondet communibus impensis per. l. 4. §. 1. finium Regund. & placet, nisi tamen constaret pecuniam esse probam, & creditorem non nisi causa vexationis hoc petere.

52 Sed quandoque reclamant monetales, quasi ad se solos spectet probare, & reprobare, non etiam ad alios, sicut & cudere: atqui duplex est probatio, vel reprobatio, altera iudicialis, & diffinitiua, quæ ad præfectos monetarum spectat: & de iure nostro Regio vide. l. 11. titulo. 22. & l. primâ, titulo. 23. libro quinto Recopilationis: altera extra iudicialis, & probabilis quæ ad quemlibet eius rei peritum spectat, vt ad quoslibet campsores, & numularios est mos antiquus, vt ostendit Aristoteles Rethoric. libro secundo, capit. 37. dicens, *Confert enim iudicem argentario*, vt sicut ille numum adulterinum à probo numo, ita hic iustum, & verum à fucato, & iniusto discernat. Cæterum, si non agitur de simplici probitate vsuali monetæ, sed de conflatura non ad ornamenta, vel vasa per artificem conficienda, sed ad penitissime expurgandam, vel
53 probandam puritatem materiæ, monetales id sibi vendicant, & ab eis fieri solet tamper aquam chrysulcam, quàm per ignem, quibus fit aurum obryzum, & excoctissimum, de quo auro, & quare obryzum dicatur vide Couarruuiam, de collatione numismatum, capit. tertio. §. primo, numero quinto, versiculo hæc quidem vbi numero. 4. agit de probanda qualitate monetæ

de

de quo etiam Decianus in tractat. criminal. libro septimo, capit. 26. numero septimo. Vltimo notabis, quod si agatur de redemptione reditus adeundus erit iudex creditoris: quia cum agitur ad distractum forum rei sequi debemus. l. 2. vbi gloss. & alij. C. vbi & apud quem. Signorolus consilio. 162. & Tiraquel. qui alios refert libro. 1. Retract. §. 8. glossa quinta, numero secundo. Sed quid si creditor pro suis debitis hypothecauit nomen reditus quod fieri potest. l. si conuenerit secunda. ff. de pignoratitia act. l. nomen. C. quæ res pigno. oblig. poss. poterit ne debitor redimere sortem suo creditori restituendo, aut tenebitur creditores, quibus pignoratum est nomen reditus vocare. Respondeo, quod debitor potest libere reditum extinguere, & per consequens eius hypothecam soluendo suo creditori, nec tenetur ad id inquirere hypothecarios nominis creditores, etiam si sciat nominis hypothecam dict. l. nomen. & ibi gloss. fin. sequitur Fanus de pignor. secunda parte, tertio membro, numero. 27. Quod limitandum est, nisi creditores nominis de sua hypotheca debitorem reditus certiorauerint, ne ipsis non monitis redimeret, ostendendo instrumenta hypothecarum, vt per Bart. l. non solum. §. morte, numero. 35. quia tunc non posset soluere creditori suo, dicta. l. nomen. l. tertia. C. de noua. At vero ante hanc creditorum certiorationem liberum esset debitori redimere. Imo etiam creditori liceret eum solicitare (si sibi magis expediat habere numos, quia reditum) ad redimendum, etiam si cum ea voluntate sit creditorum suorum fraus implicita: quia dolus qui habet mixtam vtilitatem non dicitur dolus, sed diligentia, lege qui autem, versiculo sciendum. ff. quæ in fraud. creditor. l. nihil dolo de regulis iuris: & in terminis resoluit Ioannes Garcia de hypotheca post contractum, numero decimotertio, & sequentibus: faciunt quæ notant Cynus, Alueric us, & Salicetus. l. prima. C. si antiquior creditor, vbi habent, quod licet mihi emere pignus pluribus obligatum à primo creditore vendente iure creditoris, quamuis ex hoc cæterorum ius extinguatur, nec dolo facio: quia iure meo vtor: sequitur Gregorius. l. 46. titulo decimotertio, partita quinta, glossa secunda: similiter in hoc casu licet creditori suam pecuniam recipere, & debitorem liberare, quamuis suorum creditorum pignora extingantur.

Ex quæst. sequent.

Faculias quandocunque redimendi, cum necessaria non est ad iustitiam contractus, an præscriptione tollatur, num. 1. & sequen.

Causa possessionis nullo tempore, censetur immutata, nisi iusta causa interuenerit, num 3.

In incorporalibus etiam causa interuenientenon mutatur possessionis causa, nisi sciente, & patiente debitore, num. 4.

Iuri excipiendi nunquam præscribitur, num. 5.

Si

Si creditor solutionem recepit longissimo tempore, tanquam de reditu perpetuo, an facultatis redimendi præscripserunt. numero 6.

Verba enunciativa in solutione apposita, an disponant n. 7.

Erronea recognitio reditus perpetui qui tamen erat redimibilis an præiudicet errore detecto. numero 8.

Recognitio veri status non est. numero 9.

Ius redimendi non coniunctum cum iure excipiendi, sed iniuriæ actoris consistens præscriptione tollitur. n. 10.

Et an sit differentia inter ius redimendi reditum, & redimendi fundum. n. 11.

Et quid si facultas redimendi non fuit adiecta in constitutione reditus, sed ex intervallo vel ex legato an tempore tolli possit, num. 12.

Si debitor cui ius redimendi reditus competebat per errorem ius redimendi coarctat, an condicit possit pactio erronea. numero 13.

Pacto de redimendo cum clausula quandocunque an præscribatur 30. annis ibidem remissive.

Quæstio. XIX.

An redimendi facultas tempore tolli possit, quando ad reditus iustitiam non requiritur.

SOlent pecuniarij reditus constitui aliquando ad rationem trientariæ usuræ, seu ad rationem 4. pro uno vel ad rationem quincuncis usuræ, seu 5. pro uno, ad quorum iustitiam non requiritur, quod sint redimibiles. Si autem ab initio data sit quandocunque redimendi facultas, non incōgrue quæritur an ea tempore expirare possit. Et videtur 30. annis excludi, ex quo non est de natura contractus, & pacto remitti potest, etiam ab initio, ergo & præscriptione, quæ pacto equiparatur. l. alienationis verbum, vbi Dynus, & post alios Alciat. de verb. signifi. Bald. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. Afflict. decis. 13. Neapolit. col. 1. Contrarium tamen dicendum videtur, patet, per singulos casus discurrendo, aut enim præstatio, vel solutio fit in eadem qualitate, videlicet tanquam pro reditu redimibili, & tunc nunquam præscribitur tali facultati, vel actioni, imo magis inqualibet solutione,

1

2

præscriptio interrumpitur per expressam recognitionem l. cum notissimi §. imo. C. de præscriptione. 30. vel 40. ann. & in proposita specie docet Couar. lib. 1. variar. cap. 9. num. 3. vers. 3. eadem sententia comprobatur. Aut vero solutiones simpliciter factæ sunt etiam per 30. vel 40 annos, & vltra, non facta tempore solutionis, nec per alium actum mentionem, aut recognitionem, vel reseruationem, quod ille reditus redimibilis sit: & hic multũ disputari posset, sed decisiue procedendo, dico præscriptum non esse: tum quia indubio cessetur semper eadem originaria qualitas tacite repetita, & subintellecta in simplicibus prætationibus reliquorum, & omnis percepto, & quasi possessio subsequens subintelligitur secundum titulum præcedentem de quo constat, ad quem refertur, & secundum illum determinatur glos. notabilis. l. quædam mulier in fin. de rei vendica. glos. & ibi Bart. in l. 2. C. de acquirenda possess. sequitur Barto. l. cum solus ad fin. de vsucapioni. Alig. cons. 160. viso puncto. Socin. cons. 15. incip. insignis doctor. libro. 4. Tum secundo, quia cõstat, quod ab initio creditor ipse per primas solutiones, & apochas, etiã simpliciter factas non fuit constitutus in quasi possessione, nisi reditus redimibilis, & quasi constitutus esset dumtaxat: ergo in eadem qualitate etiam per tempus immemorabile semper censentur ipse & hæredes eius, vel etiam causam habentes possedisse, quia nullo tempore cessetur causa possessionis semel posita immutata, nisi iusta causa intercesserit & de hoc apparat. l. cum neme. C. de acquirenda possess. facit text. in l. nec fructuarius. C. de vsufruct. vbi nec fructuarius, nec eius hæres rei (cuius vsumfructum habet) proprietatem præscribunt, licet longissimo tempore eam causa possederint, & optime Couar. in regula possessor. 2. par. §. 9. num. 2. maxime, quia hic summus in eo, qui possidet ex titulo, qui transit ad hæredem. Tum tertio, quia in istis incorporalibus non est in potestate solius creditoris, vel aliam seruitutem prætendentis, etiam alia causa extrinsecus superueniente, immutare sibi causam possessionis, vel quasi supra iudicium debitoris, nisi eo sciente, & patiente, per notata in l. 2. C. de seruitu. l. quoties. 2. de seruitu. l. quod si forte. §. 1. si seruitus vendi. & sic oporteret prius constare, quod creditor sciente & patiente debitore, vsus fuisset tanquam reditu non redimibili, prius quam inciperet in quasi possessione huius qualitatis constitui. Tum quarto, quia in huiusmodi redditibus præstandis per manum debitoris ius redimendi magis consistit in iure exceptionis, & facultatis, quam in mero iure actionis, & sic huic iuri excipiendi de non continuando redditum, redemptionem offerendo, nunquam præscribitur, vt diximus in quæstione præcedenti, & tradit Couarruuias libro. 1. variarum capit. 9. numero. 8. versiculo. prima, quia & cum eo tenendum est: tum propter odium huiusmodi reddituum, & onerum, & fauorem redemptionis, & liberationis, & quia de facili res reuertitur ad suum principium. l. si vnus. §. pactus. de pactis capit. 1. de reg. iur. l. nihil tam naturale. ff. eod. Aut vero apparet solutiones, & apochas, vel etiam antapochas esse factas tanquam de reditu perpetuo non redimibili, & tunc videretur factum debitori præiudiciũ, saltem per 30. vel 40 annos solutionibus in qualitate ea continuatis sed adhuc idem puto non esse præscriptum,

criptum,& moueor nedum re iæquitate,ex quo constat de origine,& veritate,sed etiam ciuili ratione: quia constat huiusmodi qualitatem falsam,& erroneam,& sic legitima iuris præsumptione per errorem in certam,& non ex certa sententia,& sic cum non processerit sciente debitore,nec ventum sit ad actum facti, non constituit creditorem in aliqua quasi possessione huius qualitatis,& sic nondum potest dici cepta præscriptio, tantum abest, vt vllo spatio completa censeri possit,nisi aliud interueniat. Præterea illa verba enun-
7 ciatiua in solutione apposita, non sunt apposita propter se, & sic nedum non disponunt, sed nec fidem quidem faciunt,etiam inter easdem personas,si de ipso enuntiato principaliter,& propter se quæri incipiat, vt resoluit Paris. Modernus in suis consuetud.in.§.1.glos.5.numero.30.

8 Sed quid si huiusmodi verba enunciatiua non fuerint incidenter, sed principaliter propter se prolata,& in recognitione,seu processione, seu titulo nouo reditus expressim sub hac qualitate facta? & videretur statim præiudicatum:quia erronea recognitio principaliter, & propter se emanata statim facit plenam fidem, & illi statur donec de contrario probetur, vt scripsit prædictus Modernus d.§.1.glos.6.numer.32. Nec videtur post 30.annos quæri posse de errore, sed omnino condictioni erroneæ recognitionis præscriptum esse, etiam si quis vellet de contrario docere. Quibus non obstantibus,censeo constituto de vera origine,& qualitate reditus redimibilis, & pecunia constituti,& dictam recognitionem,& solutiones subsequutas in qualitate reditus non redimibilis, & pecunia constituti per errorem processisse non esse præscriptum facultati red'

9 mendi. Mouet me dictam recognitionem,& confessionem nihil disponere:quia non est facta animo aliquid de nouo disponendi, vnde recognitiones non esse veros titulos scriptum reliquit prædictus Modernus in dictis consuetud.§.7.numero.22.Valascus de iure emphyteotico,quæstione.8.numero.18.ad fin. sed inducunt probationem recognitiones huiusmodi, cõtra quam contrarium probari poterat, vt docet Menochius,consilio.1.numero.89. & sequent;lib.1. & sic non immutant veram qualitatem reditus. Extempore autem sequenti non fuit immutata in hoc:quia hic agitur nõ de mero iure agendi,sed de iure offerendi,coniuncto exceptioni,& liberationi in futurum,sed iure offerendi coniuncto cum iure exceptionis, quæ semper perpetua est,& cui fauore liberationis nunquam præscribitur per notata supra in quæstione.17.

10 Secus quando ius redimendi non est coniunctum cum iure exceptionis nec cum fauore liberationis, sed in mero iure actionis consistit: quia tunc illi sicut,& actioni competenti ex pacto de vendendo triginta annis præscribi potest. Imo cæteris

11 paribus idem est infundo,quod in redito:quia quandiu non trado, sed retineo fundum, & sic quandiu ius redimendi est coniunctum cum iure excipiendi (quo agentem redimendo quando libuerit & commodum fuerit excludere possum) non incipiet currere præscriptio ad redimendum,quod etiam expresse decidit Signorolus.cons.139.incipit casus à pretio,Decius in cons.164.in fine.idem in.l.petens.C. de pact.n.6. & seqq.Cassa.in cons.11.& in cõsuetud.Burgũdiæ rub.5.§.1.Tiraq. lib.2. retractus.§.1.glo.2 num.29.sequitur Couar.lib.1.variar c.9.nu.8. versic.

12 postremo. Quid autem si in constitutione præfati reditus non fuit pactũ quod quandocunque redimi posset, sed ex post facto ita inter contrahentes conuentum est? Certe quandocũque & quocumque modo facultas redimendi superuenerit, siue pacto, siue legato, quæ supra diximus locum habent, & non præscribitur: quia semper ea facultas iuncta est cum iure excipiendi, & fauore liberationis, & cum fauore recursus rei ad suum originem, & principium: secus si debitor scienter recognosceret reditum sub qualitate non redimibili, vel aliàs, non simplici repudiatione in absentia partis, quæ non valeret, sed pacto tacito, vel expresso illi facultati renuntiaret: quia ex tunc creditori perpetua replicatio acquireretur. Occurrit nũc pulchra quæstio.

13 Soror fratri cesserat ante triginta annos portionem suam hæreditariam pro certo annuo reditu redimibili ad rationem vnius in sexdecim. Tãdem cum ab hærede fratris deberentur vndecim annorum reliqua hæredi sororis, conuenit inter eos, vt infra annum debitor redimeret, & liber esset ab omnibus reliquis, & casu quo infra annum non redemisset, teneretur soluere reliqua reditus à tempore dictæ conuentionis, & deinceps, remissis semper reliquis temporis ante conuentionem præteritis: debitor non redemit infra annum, sed post aliquod tempus offert pretium redẽptionis cum reliquis à tempore dictę cõuentionis. Creditor negat locum esse redemptioni: tum oblapsum triginta annorum, etiam ante dictum pactum: tum quia debitor stipulatus est vt posset redimere infra annum à tempore dicti pacti, & sic tacite confessus est, quod alias non poterat amplius redimere, & iure redimendi post annum renuntiauit, quia permissum ad tempus censetur posteà prohibitum l. si vnus, §. 1. l. epist. §. fi. ff. de pactis. l. statu liberorum. §. fi. elium delegatis. 2. late Tiraquel. lib. 2. retractu. §. 1. glos. 2. numero. 44. Contrarium tamen videlicet ius redimendi sublatum non esse verius est. Non obstat lapsus triginta annorum: quia vt prædiximus, ius istud competit, etiam per modum exceptionis. Nec obstat pactum prædictũ quia licet partes intelligerent, quod non poterat amplius redimi, & quod facultas redimendi ad annũ daretur ex gratia, totum hoc erat per errorem iuris, & nullam inducebat renuntiationem iuris redimendi, quod

5 debitor ignorabat sibi perpetuo cõpetere. l. mater. ff. de inofficioso testamento. quinimo si stante eodem errore dispositum fuisset, & expresse verum post annum redimi posse, vel ei iuri renuntiatum, condici posset renuntiatio, vel pactio erronea. Igitur multo magis excipi. l. cum & solita. C. de conditione indebiti, nisi ex certa scientia ita pactum, & limitatum fuisset illud ius redimendi, vel cum de eo iure dubitaretur, & lis immineret, ita super eũ transactum fuisset, remissis dictis re-

14 liquis contemplatione transactionis, extra materiam reditualem. An pacto de retrouendendo cum clausula quandocunque præscribatur. 30. annis, consule Anto. Gabrielem titulo de præscriptio. conclusione 6. & ab eo relatos, & quæ dixi supra hoc lib. quæst. 17. n. 99. & nu. sequen.

Liber

LIBER SECVNDVS DE ANNVIS ET menstruis reditibus.

Ex quæstione sequenti.

Pacta in reditibus annuis adiecta quædam vitiant contractum, quædam vitiantur, n. 1.

Pacta contra substantiam redditus annui ipsum vitiant. n. 2. & sequent.

Tria substantialia reditus annui ibidem.

Pacta contra substantiale negatiuum de nunquam repetenda sorte vitiant cõtractũ reditus num. 3.

Redimendi facultas collata in voluntatem emptoris vitiat reditum ibidem.

Quod limitatur quando paciscitur quod reditus percepti imputentur in sorte volente emptore ab emptione discedere ibidem.

An valeat pactum, quod si census non soluatur intra biennũ liceat creditori sortem repetere? num 4 & sequent.

Reditus annui tanto maioris æstimationis, quanto magis redimendi libertas restringitur, n. 5.

Casus in quibus debitor reditus compelli potest reditum redimere, num. 6.

Hæres an compellatur rem hypothecatam reditui & legatam liberare a reditus obligatione? ibidem.

Pactum quod si census non soluatur intra biennium, liceat sortem repetere, non vitiat contractum sed vitiatur, numero 7.

Pactum contra iustitiam pretij reditus annui, an, & quando vitiet contractum? num. 8. & num. 10.

Vitium accelerationis temporis quãdo pepigerunt contrahentes de soluenda integra pensione ante lapsum anni, an & quando reddat nullum contractum reditus? n. 9.

Iure Regio Hispanorum an valeat reditus si constituatur minori pretio quam ad rationem quatuordecimæ. n. 10. & 11.

Explicatur l. 6. tit. 15. lib. 5. recop. ibidem.

Si reditus decimæ sortis partem excedat vitiatur contractus num 13.

Pactum de non redimendo redi-

tum intra certum tempus vitiat contractum.n.14.

Pactum, quod non liceat redimere post certum tempus non vitiat, sed vitiatur ibidem.

Pactum, quod creditor tempore redemptionis lucretur fructus integri anni inchoati, vel sequentis anni, vitiat contractum reditus, n.15.

Redimendi facultas tunc coarctari potest cum pretium reditus perpetui a creditore soluitur.n.16.

Emanu. Rod. intellectus ad motu proprium. Pij, V. numero.17.

Opinio fr. D.Soto.n.18.

Feliciani opinio reprobata dum dixit iuste paciscipisse quod sire ditus non redimatur intra aliquod tempus, maneat perpetuo venditus & irredimibilis iusto pretio ibid.

Libertas se liberandi oblata, vel restricta ab initio debitori, facit contractum reditus vsurariam contra Ioan Baptistam Lupi.n.19.

Pactum de redimendo maiori, quam accepto pretio reditum non vitiat.n.20.

Improbatur P Folleri opinio, numero.21.

Pactum contra substantiam actus an vitiet an vero vitietur. mero,22

Reditum quandocunque annullari ex pluribus pactis vitiosis quorum singula non sufficerent & in his iudicis arbitrium deliberari.n.23.

Coniectura quibus moueri potest iudicis arbitrium in iudicando vsurarium contractum ibidem remiss.

Referuntur plures clausula quæ sole de per se vitiant contractum annui reditus.n.24.

Reprehenditur Ioan.Baptista Lupi dum scriptum reliquit nullam pactionem per se solam efficere vsurarium contractum, numero.25.

Referuntur sexdecim clausulæ quæ adiectæ contractui reditus vitiantur & non vitiant. n.26, & seq.

Pactum, quod ex sorte reditus debent prius lui, seu redimi priores hypotheca, an & quatenus valeat, & an suspendat cursum reditus.n.27,

Si debitor rogat creditorem citra pactum arctatiuum, vt sortem reditus retineat soluendum tali aut tali creditori an suspendatur cursus reditus ante veram solutionem.n.28.

Pactum de non petenda reductione reditus fructuarij ad pecuniam non valet, numero.29.

Pactum de reuendendo rem censui supositam potius creditori quam alteri vsurari, ibidem.

Et quid

Et quid si fiat pactum vt liceat creditori rem consui obligatã & venditam retrahere, & de pacto commissorio ibidem.

Referuntur quinque clausulæ ex quibus reditus sit leuior ex parte creditoris. n. 30.

Et an constituto reditu maiori pretioquam ad rationem quatuor decimæ liceat pacisci contra substantialia reditus redimibilis. n. 31.

Si reditus sit leuior ex parte creditoris ex clausulis relatis an liceat vltra quatuordecimam stipulari, aut aliquod onus accidentale in debitorem reijcere? num. 32.

Instrumentum reditus in Regesto non descriptũ an probet, n. 33.

Pactum, quod debitor reditus non possit pro parte redimere, sed tota sorte persoluta an valeat num. 34.

Quæstio. I.

De pactis vitiantibus annui reditus contractum, & debis, quæ vitiantur.

1 AD perfectam annuorum redituũ explicationem inquirẽdum est quæ pactiones contractui reditus adiectæ ipsum vitient, quæ vero vitientur ac reijciantur à contractu? An nullatur quidem, & viatur cõtractus emptionis reditus ob pacta, quæ sunt contra substantiam eiusdẽ, quod tamen indistincte accipiendum non est, (vt statim dicam. Videamus igitur, quæ pacta sint cõtra substantiam huius contractus. Et breuiter dicendum est, tria esse substantialia emptionis & venditionis annui reditus. Primum, quod sors perpetuo ab alienetur, nec vnquam reperi possit, de quo diximus supra, lib. 1. quæstione. 4. Secundum, quod reditus non excedat duodecimam sortis partem annuam, & apud Hispanos quatuordecimam lib. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilationis. Tertium, quod semper libere redimi possit, vt diximus supra lib. 1. quæstione. 6. Pacta contra primum, quod est negatiuum ad nunquam repetendum absolute in totum vitiant contractum, vnde si redimendi facultas in voluntatem ementis reditum conferatur, vitiabitur contractus & vsurarius censendus erit ex extrauag. 1. & 2. de empt. & venditione tenent. Cou. lib. 3. variar. c. 9. num. 4. Soto de iustitia & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 3. conclusion. 1. ideo cauendum est à Medina qui eam pactionem licitam dixit, dum modo iustum pretium seruetur in C. de restitut. c. de censu redimibili

2

3

verſ. quæ de pacto redemptionis, fatetur tamen contractum diſſuadendũ eſſe, quod autem dixi contractus reditus reſolutionem non poſſe pendere a voluntate emptoris, ſane intelligendum eſt, niſi emptor velit pẽſiones in ſortem imputare: nam paciſci licet, vt ſi emptori diſplicuerit intra certum terminum contractus reſcindatur, & fructus percepti in ſortem annumerẽtur. text. d. l. reſita diſtracta ff. de contrahend. empt. §. emptio inſtituta de empti. & vend. & in ſpecie docet Soto vbi ſupra in. d. conclu. 1. in fin. Ex quo infertur ad quæſtionẽ,
4 quam habui in cauſa cuiuſdam reditus venditi ea pactione, quod ſi penſiones per biennium non ſoluerentur poſſet creditor ſortem repetere, dubitatum fuit an pactum eiuſmodi reditum vitiaret. Mouebat quæſtionẽ, quia illa pactio videretur contra primum ſubſtantiale negatiuum de nũquam reperenda ſorte, quam vitiare diximus, ergo ex ea contractus nullus cenſendus erat. In contrarium facit, quia prædicta pactio non minuit pretium reditus, ſed ad firmiorem cautelam & contractus executionem apponitur, quo fundamento Ioan. Martinez de Olano in concordia iuris litera A. num. 112. ſcripſit licuum eſſe pactum illud, quo cenſuarios Nauarræ vti ſolitos aſſerit, miratur ecc. & eo non vtantur noſtrates. Poſſet Olanus ad ſuam opinionem adducere l. municipalem Nauarræ (quam ipſe refert aliud agens d. litera A. num. 96. dicentem, quod ſi in contractu reditus apponatur clauſula commiſſi non valet, ſed loco commiſſi datur executio contractus ad repetendum pretium, ſeu ſortem reditus, ergo paciſci licet, quod ſi reditus non ſoluatur ſtanto tempore poſſit creditor ſortem repetere, nec iſtud pactum vſurarium eſt, aliasa vitiis Catholicis & prouidis dicta lege municipali non admitteretur, quæ res magis facit ceſſare ſuſpicionem. c. niſi eſſent viri prouidi de præbend. Tiraq. loquens in reditibus in lib. 2. retract. ad fin. n. 132. Prædictum pactum licitum eſſe, & ex eo contractũ reditus reſolui, & ſortem à venditore biennio penſiones non ſoluente, repeti poſſe, ſcriptum reliquit Medina in Cod. de reſtitutione. c. de cenſu redimibili. §. ex dictis verſ. quod ſi cenſualiſta, idem Nauarr. quẽ refert & ſequitur Gutierrez de iuramento 1. p. c. 31. num. 11. dicens legem Nauarræ ſic intellectam ſuo iudicio iuſtiſſimam eſſe. Sed quidquid Nauarri
5 obſeruent falſa eſt Olani opinio, nec eius ratio valet: quia plus quam manifeſtum eſt, & ſenſus communis oſtendit, ſtante pactione iſta reditum annuum reſpectu creditoris maioris eſtimandum eſſe, ipſique vtiliorem, & debitori oneroſiorem, & incommodiorem, quam ſi abſque eo pacto fuiſſet conſtitutus, etenim reditus annui tanto maioris æſtimationis ſunt, quanto magis redimendi libertas reſtricta fuerit, quod manifeſtæ rationis eſt, & probatione non indiget ſecundum Couar. lib. 3. variatum. c. 8. num. 7. Nec huiuſmodi reditus venduntur niſi ab obæratis, & egentibus hominibus, & multa poſſunt accidere, quibus debitor impediatur ſoluere biennio, quo caſu iam non manet omnino alienatum pretium, & ſi pactio ſeruanda eſt, licet creditori repetere, & debitor non ſolum non ſublleuatur, nec neceſſitati ſuæ conſulitur, ſed in maiorem redigitur: quia ad pretium, & pẽſiones decurſas per ſoluendas tenetur, & ſic contra primum ſubſtantiale huius contractus, & contra extrauagantes. M. & C. de emptione & venditione, vbi habetur non libere paciſci, vt venditor

coga

patur inuitus vllo casu ad reditum redimendum, vt probatur in.1.extra. de reg.M. ibi, *sed ad hoc huiusmodi census venditores inuiti nequaquam emptores arctari vel adstringi valerent*, docet Soto de iust.& iur.lib.6.q.5.ar tic.3. conclus.1. Probatur præterea
6 ex motu prop. Pij. V. super forma creandi census,ibi. *Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum abinuito,aut ob pœnam,aut ob aliam causam, repeti posse, omnino prohibemus*,) vbi sumus Pontifex vni co tantum casu permittit pretium census ab inuito venditore repeti: videlicet intra annum ab eo tempore numerandum quo venditor emptori denunciauerit se traditione pretij, velle reditum extinguere seu redimere:id tamen ob pœnam non solutæ pensionis,vel ob aliam quamcunque causam omnino prohibet,ita docet Nauar.in cons.8.nu.3. de censib. & super eodem motu prop.glos.13. nimer.95.& nota istum casum quo debitor census compelli potest ad redimendum seu restituendum pretium. Adde alium quãdo venditor dolo versatus res alienas reditui obligauit:tunc enim emptor statim potest aduersus debitorem agere,vt pretium restituat tanquam datum ob causam causa non sequuta per totũ ff.de condit.causa data & C.de condict.ob causam facit.l.seruus quẽ §.si ciens & ibi glos. Bart. & alij de actione empt.melior tex.in.l.63.tit. 5.p.5.ibi, *puede el comprador desbaratar la vendita*, Gomez.1.2.tom.c.2.n. 59.vers.vnum tamen Pari. Mod.in Ludouicin. diui duorum.1.p.nu.28. & in.§.vlt.ie fet ipsit Nauar post commen. de vsur.quæst.27.num.108.& vtinque casum quo venditor reditus cogi potest pretium restituere,notauit Nauar.vbi supra num.122. Adde tertium casum si alicui legetur fundus reditui hypothecatus,& testator sciebat eum obligatum,& nihil dixit de reditu, aut sumus in alijs duobus casibus de quibus in.l.si res obligata de leg.1.tunc enim potest legatarius hæredem cogere, vt redimat reditũ, vel faciat fundum liberari ex.d.l.si res obligata.l.Mæuius.68.§.fundo de leg.1.l.qui post.C.de codicillis.l.prædia.C.de fideicommiss.l.licet de dote præleg.quibus iuribus aperte probatur hæredem teneri luere rem legatam,& hypothecatam quando testator sciebat hypothecam, vel si ignorabat hanc vel aliam rem legaturus erat si scisset obligatam, vel potest aliquid superesse ex soluto ære alieno,& cum hæres ad luendum teneatur, potest legatarius actione ex testamento agere, vt luat, vt inquit Paul.d.l.si res obligata, quamuis contradicat Iaſ.ibi,num.27.dicens non dari legatario actionem contra hæredem,sed ei succurri,vel via exceptionis,vel officio iudicis contra creditorem,vt ce dat actionem contra hæredem, quod videtur contra. d.l.si res obligata ibi, *ab hærede luenda est*, & d.§.fundo,ibi,*& ob reliquas præstationes quæ fundum sequuntur agetur*, d.l.licet ibi, *hæredem qui dare iussus est liberare debere*.l. qui potest, 2. ibi, *ab hærede prædia liberari*.d.l.prædia, ibi,*hæres luere debet*.l.11.tit.9.par.6. ibi,*tenudo es el heredero de la quitar*, & in reditu redimibili super re constituto quam testator legauit, quod hæres teneatur soluere reditum, aut redimere tenuit.Parisiens. Modernus dicens,ita Senatum Parisiensem iudicasse,in consuetud.Parisien.1.p. §.11.num.13.vbi num.15.limitat,si reditus erat limitate constitutus super re legata,ita quod nec testator, nec hæres tenebantur ad reditum, sed sola res legata:tunc enim onus reditus ad legatarium pertineret in

futurum sequitur Aluarado de coniecturis,lib.2,c.2.§.1.num.46.quamuis contrarium voluerit Padilla. d.l. prædicta.num. 11. & sequatur Salazar de vsu & consuetud. c. 11. nu.6. qui nituntur ea ratione,quod census redimibilis est seruitus, id tamen verum non est,vt per Paris Moder. vbi supra , & alibi diximus: si vero reditus super re legata sit perpetuus hæres non tenetur luere, vt per Alberi cum.l.sedmihi.§.hæres.ff.commodati,& Aluarado vbi supra. Adde quartum casum si debitor reditus promisit fideiussori reditum luere intra certum tempus,quia fideiussor alia cessante fraude potest eum eompellere,vt redimat vel faciat fideiussorem liberari de quo vide infra hoc lib.quæst.13.

7 Aduerte tamen , quod quamuis prædictum pactum de restituenda sorte si per biennium pensio soluta non fuerit,sit satis onerosum debitori,& ideo prohibitum, nec in praxi admittendum: adiectum quidem reditui ipsum non vitiat,nec reddit nullum,aut vsurarium quidquid voluerint Gutierr.quæst.175.& quæstione 176.num.3.vers.5.pro hac ad.l.Regias Felician.de cens.lib.1.c.fin.n. 18.nam quamuis pactum, quod venditor teneatur censum redimere intra certum terminum,sit contra substantiam contractus censualis(vt prædiximus)illud pactū,de quo agimus, non cogit præcise debitorem ad redimendum reditum,sed ita demum si nolit duorum annorum reliqua persoluere, nec tunc tam voluntate creditoris quam culpa debitoris redimitur:quemadmodum si emphyteusis ex non solutione canonis per biennium,aut triennium amittitur, id non culpa directi domini,sed emphyteutæ cessantis in solutione prouenit.Cum ergo in nostro casu detur debitori libertas fruendi pretio quantumcunque voluerit , si pensionem soluat,& ea soluta nunquam creditori liceat sortem repetere,non video quid ea pactio contra reditus substantiam cōtineat,neque quomodo vsuram implicet,est enim eo casu vera emptio cum intercueniant pretium & merx,quæ est reditus tali pacto emptus , quisi ante redemptionem pereat emptori periit,& nulla ei relinquitur actio ad pretium, non igitur est mutuum nec per consequens vsura locum habet. Vnde quamuis motu proprio Pij. V. hæc pactio,quia debitori onerosa merito prohibetur, non tamen ex ea contractus nullus, aut fœneratitius iudicatur : nam verba motus prop. ibi, (*contractus que sub alia forma post hac celebrandos fœneratitios iudicammus,*) non euincunt singula pacta ibi prohibita contractum vitiare, sed ipsa vitiari potius, vt cum iuditio aduertit Gutierrez,d. quæst.176.num.5.si vero huiusmodi pactum redderet contractum vsurarium,non posset vlla lege confirmari,aut approbari,quamuis contrariū velit Felician.vbi supra, nume.19.& ita quod prædictum pactum vitietur, & non vitiet contractum iudicauit Regium Gallæcum Prætorium , pro Blasio Fernandez de Neda contra Dominum Christophorum Marinō de Lobera. Pactum contra secundā

8 substantiale reditus,videlicet, quod reditus non excedat duodecimam, aut apud Hispanos quatuordecimā, aut excedit rationem decimæ , aut non:si excedit aperte rationem decimæ in totum viciat contractum , vt diximus sup.lib.1.quæst.7.si vero nō excedit rationem decimæ reducitur admodum mediocrem videlicet ad quindecimam, vt ibi diximus. Ex

9 quo infertur,quod si in contractu reditus annui non sit aliud vitium, quam

quam accelerationis tẽporis(videlicet, quia pepigerunt contrahentes pensionem integram soluendã esse ante anni lapsum,quod est contra secundum substantiale contractus)nõ debet currere reditus, nisi pro rata temporis quatuordecimæ annuæ sortis,si quidem acceleratio est valde modica,putà vnius, vel duorum dierum in fine anni,& non est in cõsideratione.Si vero est octo vel quindecim dierum puta contractus fuit celebratus, & pretium numeratum idibus Ianuari,conuenit tamẽ quod pensio solueretur Calendis Ianuarij proximis,ob illum solum excessum, quia modicus est,non debet contractus annullari,nec incursu suo, & sic inperpetuum moderari: sed excessus corrigi videlicet deducendo de pensione primi anni simul pro rata temporis accelerati , vel sortis tardius solutæ , quam reductionem sufficit semel fieri . Sed quid si acceleratio temporis enormis esset, puta sexmensium:Respondendũ est quod si retenta non sit per emptorẽ pars pretij iusti, & lege taxati , nec aliud adsit vitium,adhuc reditus annullandus non est,sed excessus corrigendus,& moderandus prædmodo quamuis contrarium voluerit Felici. de censib.lib.1.c.fi.n.28.vers.sexta acceleratio.

10 Aduertendum tamen est illud, q̃ nuper diximus, quod si reditus non excedit decimam sortis partem,non vitiatur, sed reducitur ad quindecimam,forte iure nostro Regio nõ procederet stante prædicta l. 6.tit.15.li. 5.recop. vbi habetur nullatenus in Hispaniarum Regnis constitui posse reditum annuum minori pretio,quã ad rationem vnius pro.14.& subdit tex.hæc verba.*Y que las dichas y contractos y censos que en otra manera o menor precio se hizieren, sean en si ningunos, y de ningun valor y effecto.* Ergo expręd.l. Regia census minori pretio quã ad rationem.14. pro vno constitutus,quamuis decimam sortis partem non excedat, non solum nõ reducetur ad quindecimam , sed vitiabitur,& nullius momenti iudicandus erit,& ita videtur eam.l.accepisse Couarr.lib.3.variarum.c.10.nu.3. in fin.

11 Sed tunc obstabunt iura communia in,l.pecuniæ fœnebris. ff. de vsuris.l.cum allegat l.eos.§.fina. C.eodẽ ibi, *nullam de superfluo habeat actionem,* vbi probatur stipulationẽ vsurarum in eo,quod est vltra legitimũ modum non valere,subsistere tamẽ intra legis limites, & in permissa quantitate: ergo in casu de quo agimus non vitiabitur contractus in totum , sed ad quatuordecimam lege Regia taxatã reducetur: valet enim argumentum à legibus vsurarijs ad nostros reditus,vt dixi supra,lib.1.q. 17.obstabit etiam doctrina Bald.in l.certi conditio.§.quoniam, num.3. per tex.ibi.ff.si certum petat. vbi ex eo tex. adnotat vitiari contractum in eo solum in quo excedit sequitur Foller.in practica censuali vers.nihil vltra percipiatur,num.22.Olan.in.d. concordia iuris litera.A. nu.110.Gutierrez,lib.2 practicar. super.ll. Reg. quæst.176.num.3.obstabit deinde,q̃ admonet Couar.lib.3.variar.c.9.n.6 in fin.non statim emptionem horũ reddituum vsurariam iudicandã esse ex eo,quod maiori pretio quã æquũ sit fuerint constituti, licet enim tũc detur inequitas,& iniustitia quoad commutationis æquabilitatem,non tamen vsura dicitur,quod etiam docuit D.à Soto lib.6.de iust.& iur. quæst.5.art.1.ad fin. vers.secunda autem eiusdem authoris.

12 Obstabit tandem. l. ipsa Regia 6.dict.titulo fin.lib.5.Recopilationis ibi

ibi, *y no se pueda por virtud dellos pedir ni cobrar en juyzio ni fuera del mas de a la dicha razon y respecto*, quibus verbis satis inuit.text.nõ esse omnino nullum contractum reditus annui empti paulo minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno, sed reducendum esse ad ta xã.l.Regiæ. & ex eo quatuordecimã sortis numeratæ exigi posse à venditore. Id tamen intelligendum arbi
13 tror, præterquam si excessus sit magnus & reditus decimam sortis partẽ excedat: tunc etenim contractus nullus, & vsurarius præsumendus erit in foro exteriori propter pretij modicitatem cum pacto de retro vendendo, ac maxime ipsius contractus odium, quod tradit Nauar. licet non ita distinguens in reper.c.1.14.quæstione 1.num.84.& diximus sup. lib.
14 1.quæstio.7. Pactum contra tertium substantiale contractus annui reditus, quod semper libere redimi possit, vitiat in totum limitet libertatem redimendi ab initio veluti si dictum sit, q̃ annuus reditus redimi non possit intra certum tempus, vt post Gabrielẽ, & alios dixit Menoc. de præsumpt.lib.3.præsumptio.122. numero.71. Iacobus de Grafijs lib. 2. decisionum.c.118, nu. 23. si vero pactum limitet facultatem redimendi reditum, vel tollat ipsam post certũ tempus, quia dictum sit non licere venditori reditum redimere post decem annos, vel aliud tempus, tunc pactum non vitiat contractum, sed tantum vitiatur dummodo nullum aliud concurrat vitium. Cuius rei ratio est, quia istud tertium substantiale continet duo capita: primum negatiuum, videlicet, quod creditor non sit tempore contractus præcise certus de lucro in futurum: secundum affirmatiuum, videlicet, quod ea re-
15 dimendi facultas perpetua sit. Vnde pactum contra primum caput negatiuum, puta quod non possit redimi nisi post annum, vel aliud tẽpus, vel redemptionis tempore lucretur emptor fructus anni inchoati, vel sequẽtis, ipso iure semper vitiat contractũ, sed non æque pactum contra secundum caput. Differentiæ ratio, quãuis nullam esse dicat Felician. de cens. lib.1.c.7.numer.10. ea videtur posse assignari: tum quia negatiua potẽtius negat, & afficit, quam affirmatiua, vt notatur in.l.hoc genus de cõd.& demostra. Decius in.l.1.colum. 3.C. de pact vbi tetigit additio. Paris. Mod. tum, quia contra primum caput maior præsumptio, & euidentior est auaritia, & iniquitas, quam contra secundum caput. Comprobantur prædicta ex Romanorum Pontificum extrauagantib. de emptio. & vendit. quæ requirunt hanc redimendi facultatẽ statim post venditionem reditus annui, competere venditori, ergo si principio restricta fuerit, contractus erit nullius momenti, si autem post certum tempus restringatur & limitetur, pactio ipsa vitiabitur, & ea conditione sublata, contractus substinebitur, quod vltimum probari potest ex motu prop. Pij. V. super formacreã di census lato, ibi. *Sed etiam posse prædem pretio extingui non obstante etiam longissimi temporis ac immemoriabili imo centum & plurimum annorum præscriptione non obstantibus aliquibus pactis directe talem facultatẽ auferentibus quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint.* Nec prædictis
16 obstant quæ tradunt Conrad. de contractibus. quæst.83. concl.8. Medina de restitut.c. de censu redimibili colum. penult. dum probare conantur posse reditus annuos pecunia constituti cum pacto, quod certo tempore limitet redimendi facultatem, dum modo hæc ipsa limitatio luitionis bo-

ni

nivirí arbitrio iusto pretio compen
setur,quod etiam docuit fr.D.à Soto
de iust.& iure lib.6.quæst.5.artic.3.
colum.3.nam eorum doctrina ad-
mitti posset quando reditus emere-
tur pretio perpetui census, videlicet
ad rationem 20. pro vno:tunc etc-
nim cum liceat perpetuo redimen-
di facultatem tollere, licebit ipsam 18
tempore limitare: at in redimibili
censu nullatenus licebit ex supra di
ctis,& hanc sententiam sequutus est
Couar.lib.2.variar.c.9.num.9.& Rui
sius lib.3,variar.c.8.nu.7.& 8.dicens
secundum eam vidisse pronuntiatũ
in Gennatensi Prætorio Ioann.Bap-
tista Lupus de vsuris cõmentario.2.
§.1.num.42.Matien.l.1.tit.15.glo.1.
num.7.lib.5.recop.sensit Follerius,li
licet satis non explicauerit, in prag.
censuali vers.instrumentum gratiæ,
pro consignato pretio num.9. Vnde
redditur dubia opinio Eman. Rodri-
guez in explicat.motus prop.Pij V. in
6.conditione qui asserit contractum
reditus annui redimibilis vitiari &cẽ
sendum fore vsurarium eo adiecto
pacto, vt liceat redimere intra cer-
tum tempus,non postea, allegat mo
tum prop.in illis verbis,*sed etiam pos
se pro eodem pretio extingui non obstã
tibus aliquibus pactis directe,aut indi-
recte talem facultatem auferentibus
quibuscunque verbis,aut clausulis con
ceptis sint*. Quę verba sortis prædictũ
pactum de non redimendo censu
post certum tempus improbant,
& excludunt ab ipso contractu: non
tamen ex ea pactione contractum
vsurarium, aut inualidum iudican-
dum decernunt.Imo si recte pon de-
rentur verba summi Pontificis po
tius probant contractum non ob-
stante eiusmodi pactione validum
censendum:nam censum pro eo-
dem pretio extingui posse quando-
cunque non obstante prædicta con-
uentione, volunt,quod non dixisset
Pontifex, si adiectione pacti illius
contractus nullus, aut vsurarius re-
deretur,quia quod nullum est extin-
gui non potest.cap.ad dissoluendum
de desponsatione impub. cũ vulga-
rib.& hanc doctrinam fuit etiam se
quutus Felician.de censib.lib.1.cap.
7.numero.5. Caute etiam, legenda
sunt quæ tradit fr.D.à Soto de iusti-
tia & iure,lib.6.quæst.5.articulo.3.in
conclusione.3.vbi habet licitum esse
& ab vsuræ sapore alienum, emere
reditum redimibilem cum pacto li-
mitante redemptionis facultatem,
tam à principio,id est,quod intra cer
tum tempus non liceat venditori
redimere,quam ex post facto,id est,
vt post certum tempus non sit facul-
tas reditum extinguendi: etenim
vtrumque aduersatur, his quæ supra
resoluimus, & extrauagãtibus de em
tione,& venditione,ac Pij.V.propr.
motui,ex quibus pactum priori ca-
su vitiare,secundo vero vitiari dixi-
mus,possent tamen admitti,quæ tra
dit Soto in censu perpetuo empto
ad rationem.20.pro vno, vt supra,
animaduertimus. Nec placet,quod
Felician.scripsit.d.lib.1.de censib.ca
pit.7.numero.5.vers.ipse quidem in
ter vtramque sententiam, quod ad-
iecto pacto restringente facultatem
redimendi post aliquod tempus, si
actum sit, vt maneat census irredi-
mibilis pro iusto pretio respondente
censui perpetuo,pactionem esse iu-
stam,& licitam, ita accipiens quæ
tradiderunt Soto & Medi.supra rela
ti:nam negari non potest, eam pa-
ctionem onus debitoris continere,
cum transacto tempore redemptio-
nem restringente, cogatur census
perpetuum suis prædijs imponere,
quod in contractu isto odioso ad-
mittendum non est. Nec aliquod
onus admittitur prętęr onusquatuor

decimæ

decimæ,& sic non obstat.l.si fund.§. fin. de pignori. in contrarium adu-
cta,nec enim in mutuo paciſci licet vt non ſoluta pecunia ſtatuta die do
mus debitoris ſit in empta iuſto pre 20
tio,vt diximus,hoc lib. quæſtione ſe
quenti.nume.19.ea enim obligatio
vendẽdi iuſto pretio æſtimabilis eſt,
& damnum affert domino rei.l.ſi
æquo delegat.1.

19 Præterea cõmunis eſt DD.reſolu
tio,q; ſola libertas ſe liberandi abla-
ta,vel reſtricta abinitio contractus,
facit contractum in totum vſurariũ,
& illicitum,ita decidit Bald,conſilio
487.apparetquodam inſtrumentum
lib.1.& conſ.114.ſecundum ea lib.3
Imol.conſ.25.Guid.Pap,in tracta.de
contract.illici.nume.26.& in ſingul.
477. incipit licet pactum & deciſ.
Delph.quæ.116.in fin.Bernar. tract.
de contra.& vſur.ſermon.39.artic.2.
c.1.faciunt quæ tradit Henr. Rohic.
in.c.in ciuitate in fin.de vſuris Alex.
conſ.54.lib.6.& licet Cæpol. in tra-
cta.de diſimulat contractus præſum.
10.quem videtur ſequi Tiraq.de re-
tract.conuent. §.1.glo.2. numer.67.
Iaſ.conſ.153.lib.4. ſentiat iſtud ſolũ
pactum per ſe ſine alijs coniecturis,
aut præſumptionib.non ſufficere ad
reddẽdumcontractum,vſurarium,ta
men ipſi non loquuntur in hac ſpe-
cie huius contractus annui reditus,
ſed in venditione fundi ſic intelli-
gendo, quod fundus erat alias iuſto
pretio venditus,vel non minus mo-
dico, ita quod facultas redimendi
nõerat omninodebita,ſed fere gratis
data, ed in caſu noſtro vbi eſt om-
omnino debita ſimplexpactum eam
abinitio etiam modice reſtringens
vitiat totum contractum ipſo iure,
quod bene conſiderauit Foller.in.
d.pract.cenſuali verſ. inſtrumentum
gratiæ pro ſignato pretio nume.9.ad
quam diſtinctionem non aduertit
Ioann.Baptiſta.Lup.de vſur.cõment.
2.§.1.nu.43. qui in aduertenter aſſe
rit pactum prædictum non ſufficere
ad annullandum contractum. Infer
tur ex ſupradictis ſolum illud pactũ,
quod venditori quandocunque li-
ceat redimere,ſed cum redemerit te
neatur aliquod reddere vltra ſortem
receptam,vel maiori pretio cenſum
extinguere,ſufficere ad annullandũ
contractum:eſt enim contra primũ,
& negatiuum caput tertij ſubſtantia
lis:qua creditor tempore contrac-
tus efficitur certus de lucro,licet in
modico; & eſt contra extrauagan.
primam de empt.ibi, *pro eadem ſum-
ma*,quod tenuit Couar.lib.3. variar.
cap.9.num.4.verſ. ſic etiam Felicia
21 d.c.7.numer.14. Vnde cauendum
eſt ab eodem Foll in.d.pract. verſic.
nihil vltra percipiatur,num.15.& n.
22. vbi reſoluit in prædicta ſpecie,
quando adijcitur pactum,quod ven
ditor volens redimere teneatur red
dere aliquid vltra pretium receptũ,
contractum vitiari ſolum in eo,in
quo excedit,quem ſequutus eſt Ola-
nus in concordia iuris in litera.A.nu
mer.111.& idẽ videtur ſenſiſſe Ema
nuel Rodriguez in explicat. motus
prop.in fin.dubitatione tertia,etenim
pactum iſtud viciat contractum cũ
ex eo emptor à principio reddatur
certus de lucro & ſit plane contra
primum, & negatiuum caput tertij
22 ſubſtãtialis,Super illo autem proble
mate,an pactum adiectum contra
ſubſtantiam actus vitiet,an vero tan
tum vitietur Bart.in.l.vbi ita dona-
tur de dona.cauſ.mortis ſe valde cõ
torquet,& Bald.poſt Cynum in.l.ſi
pater familias de adoptio dum ve-
lut reti ventos venantes certis fini-
bus rem hanc in certam) vt pote ex
infinita rerum & cauſarum varieta-
te pendente)includere fruſtra moliũ
tur:quia,vt inquit Scæuola,in. l. de

acceſsio

accessionibus de diuersis, & tempo. præscriptio, *absolute definiri nequit sed ex singulorũ casuum peculiari æquitate æstimandum est.* Hactenus tamẽ definire possumus, aut pactum potest facere dispositionem transire in aliã 23
speciem, aut non: primo casu, id est, quando, & potestas, & intentio agentis, vel agentium concurrunt, & tunc vtrunque, vt valere possit consentiatur: secundo vero casu subdistinguẽdum est, aut actus dependet a voluntate vnius, vel est contractus non respectiuus, aut vero est contractus respectiuus: primo casu, aut pactum venit ad augendum, & non vitiat, sed vitiatur l. cum precario. ff. de precario, cuius rei ratio est: quia nihilominus adest voluntas disponentis in principali actu, quia qui amplius concedere vult, vtique, & quod minus est vult: & sic illud plus additum secundum intentionem disponentis, separabile est, & sin non vitiatur vtile per inutile, sed tantum inutiliter additum vitiatur l. 1. §. sed si mihi de verbor. obligation. aut vero pactum venit ad diminuendum, seu restringendum, & tunc vitiat contractum. 24
l. perfectum in fin. ff. de vsu, & habitatione: ratio illa est propter limitatam voluntatem disponentis, qui quod potuit noluit, & quod voluit, nequiuit adimplere l. multum inter. C. si quis alteri vel sibi. c. cum super abbatia de officio delegat. Hoc tamen intelligendum est, quando in ipsa dispositione pactum adiectũ est, sed ex intervallo detractio partis inseparabilis non censetur in dubio secundum animo totam præcedentem dispositionem reuocandi, vel annullandi, & sic in dubio detractio remanet inutilis, l. sed si defructu de vsu, & habitatio. Secundo casu subdistinctionis quando est contractus respectiuus, vt in casu de quo agimus, nihil absolute responderi potest, sed ex bono, & æquo, vt dixi æstimandum est l. Mæuio §. vxori de annuis legatis, vt de in casu de quo agimus, huiusmodi decisionis nostræ est animus, vel modicus excessus, quod est ipsum dictamen æquitatis. Decisio autem quæstionis principalis procedit in terminis simplicibus, non compositis, videlicet quando non est nisi vnicum dedictis pactis vitiosis, quia si plura simul concurrant, tunc quæ alias non sufficerent singula bene sufficiunt simul ad annullationem contractus, quæ vero coniecturæ vitiosæ, seu præsumptiones requirantur, vel sufficiant ad annullationem contractus non potest absolute definiri: pullunt enim esse duæ, vel etiam vna ita potentes vt sufficiant: totum igitur ex plena & legali fiat cuiusque casus æquitate iudicabitur, multumque desiderabitur iudicis arbitrium, cui omnia ista hæc demandãtur, vt etiam aduertit Ioan. Baptista Lup. in tractatu. de vsur. cõmen. 1. §. 1. num. 33. & nunc. 49. quo loci plures congerit coniecturas quibus is dex. sui animum informabit. Ex prædictis intelliges numquid omnis pactio, vel clausula per quam venditor annui reditus graiatur vltra rationem simplicis duodecimæ, seu apud Hispanos quatuordecimæ, sit nulla ipso iure, sed methodi gratia subijciam catalogum pactionum & clausularum quæ vitiant contractũ, & earum, quæ tantum viciantur, & primo earum quæ solæ per se vitiant: exempli gratia sex se offerunt prima si pactio ar, quod venditor census teneatur aliquando redimere, secunda quod in defectum redemptionis anti chresis, vel alia res debitoris cedat in solutum, quod amplius ex his quæ dicemus sequenti quæst. 3. ex tex. 7 8
lius quatuordecimæ. 4. quæ notatur vẽditor non tenetur redimere quam acceperit

acceperit quinta. Quod nõ possit re dimere,nisi post certum tempus.Sexta,quod creditor debeat habere pen sionem termini cæpti,vel sequentis tempore redemptionis. Harũ singu læ solæ totum contractum ipso iure vitiant,quia sunt directe,& enormi ter contra substantialia contractus, videlicet duæ primæ contra primũ substantiale; tertiũ contra secun dum substantiale 4. 5. & 6. contra tertium substantiale. Vnde cauebis Ioan.Baptista Lup.in.d. comment. 25 2.de vsuris.§. 1.num.49.afferenti nul lam pactionem de per se solam suffi cere ad conuincendum contractũ vsurarium,& illicitum:id etenim in contractu reditus annui,de quo agi mus,non obtinebit:cum ex qualibet prædictarum sex pactionum, nullus & inualidus iudicandus sit. Sunt au 26 tem aliæ clausulæ,quæ non ita repug nant huius contractus annui reditus substantiæ,nec singulæ per se vitiãt, licet vitientur,hæc sunt potissimum sex.Et enim.Prima clausula est illa,qua debitor obligatur ad laudemia, vel gauctas,aut quæcunque similia iura, cuicunque ratione contractus de bita,vel ab eo prætensa,siue ab initio contractus,siue tempore redemptio nis,de quo diximus hoc libro 2.q.4. Secũda clausula est cõstituti bonorũ debitoris,siue in genere,siue in specie de certa re,& consequenter clausula quod possit creditor propria authori tate ingredi, vel se facere inuestiri per dominos directos, vsque ad con currentiam reditus,vel vsque ad ta xationem, vel de certo fundo.Debet enim venditor reditus libere frui,& pecunia accepta,& bonis suis salua hypotheca,& solutione reliquorum, vt solita exigẽdorũ,vt supra tradidi mus lib.1.sto.q.7. Tertia clausula est multo fortius pactum antichresis,etiã simplicis,de quo diximus abũde hoc li.q.11. Quarta clausula est,q nõ liceat venditori reditus vendere, se aliena re bona sua,vel res hypothecatas,etiã cũ onere ipsius reditus sine consensu creditoris.q videtur comprobari ex dispositione motus prop.Pij.V super forma creandi cẽsus lati,ibi. *Quemad modum nec pactum auferens, aut re stringens facultatem alienandi rem cen sui suppositã.* de quo tamẽ videnda sũt ea quæ diximus hoc lib 2.q.9. Quinta clausula est,q de pretio,seu sorte de beant prius lui,seu redimi priores hy pothecæ bonorum debitoris,seu prę diorũ hypothecatorũ,q pactũ vitia ri dixit Felic.lib.1.de cens.c.10.n.28

27 Tamen ad hanc clausulam aduer tendũ est,quod proprie nõ vitiat,nec vitiatur,sed suspẽdit cursum reditus qui nõ incipit currere à die contrac tus,nec à die qua creditor tenetur ad hoc pecuniã in numerato,vel vt con signatã & paratã,& sibi alias sterilẽ quia ex quo non vult confidere debi tori,sed retinet penes se donec sit in rẽ debitoris probe collocata;licet per hoc nõminus debitori,quã sibi cõsu lat: imo etiã si hoc faciat dũtaxat, vt debitori cõsulat;puta reditu alioqui satis sibi tuto:tamẽ ex quo debitor nõ habet liberũ vsum,sed cogitur eo vs que relinquere in manibus creditoris nõ est iustum reditum prius currere, quã pecunia soluta sit in rem debito ris.Imo impossibile est reditũ curre re ante verã,& realẽ solutionem,nisi saltẽ pro rata: potest enim incipere currere pro rata,quãdo nõ fuit actũ q curreret vltra cõcessum,nec est aliud vitiũ,vt supra diximus lib.1.q.7. Sed

28 quid si citra pactũ arctatiuũ debitor creditorẽ rogauerit pecuniã præsen tẽ,& solutioni paratã retinere,vel ser uare talibus,aut talibus dandã,vel in certum vsum mox exponendã;videtur nõ retardari cursum: quia ex tũc debitor videtur accepisse, & depo-

suisse

fuisse. l. pecuniam de solutionibus. l. singularia in fin. ff. certum petatur. Contrarium puto, quod non incipit currere reditus, nisi post pecuniam realiter, & cum effectu expensam fuerit pro rata: quia cum simus inter prohibitos non habetur pactis, nec confessioni recepti, & depositi, ne fraudibus via aperiatur, pro quo faciunt ea, quæ notauimus lib. 3. q. 5. Sexta clausula est. Si debitor corporaliter ad carceres ad continuationem, & solutionem reditus obligetur, de quo diximus hoc lib. 2. q. 10. Septima clausula est accelerationis paucorũ, puta decem, vel quindecim dierum primæ solutionis, vt diximus supra in principio huius quæstionis. Octaua clausula est, quod debitor teneatur redimere in eisdem, & totidẽ speciebus, etiã si sint maioris valoris tempore redẽptionis, vt diximus libr. 1. q. 18. Nona clausula est si detur modicitas pretij, sed citra rationem decimę, tũc enim facienda est reductio ad quatuordecimã, vel quindecimam vt supra diximus. Decima clausula erit si fiat limitatio redimendi censum non ab initio sed post tempus iuxta ea quæ supra resoluimus ista quæst. num. 14. Vndecima clausula erit in reditibus specierũ, si fiat pactum quod debitor teneatur sub æstimatione quanti plurimi à tempore moræ, de qua supra libr. 1. quæstion. 12. Duodecima clausula erit, si esset pactum vel intellectum, quod debitor nequeat se liberare ab illis speciebus offerendo in pecunia ad rationem duodecimæ, seu quatuordecimæ, per ea quæ diximus supra lib. 1. quæstion. 12. ex quo sequitur non valere pactum de non petenda reductione reditus fructuarij ad pecuniam; quod nota contra transactiones quæ passim fiunt ab agricolis de soluendo reditu fructuario contra legem Regni impositum, &

29 de non petenda eius reductione virtute pragmaticæ quam vocant, de la catorzena. Decima tertia clausula est si fiat pactum quod debitor teneatur intercedere, vel impedire ne à propinquis suis possit reditus iure proximitatis retrahi, de quo tactum est supra lib. 1. quæstio. 16. Decima quarta clausula si debitor promittat rem cẽ sui suppositam creditori potius, quã alteri venditurum: vitiatur enim illa pactio secũdum Olanum in Antino. litera A. nume. 107. sequitur Felicia. libr. 1. de censibus, cap. 10. numer. 7. vbi merito à cõtraria opinione Auẽda. discessit. Similiter inutilẽ, & reijciendam cẽseo pactionem illam, vt rem ce nsualem vendiram possit dominus census retrahere pro eodem pretio, idque seclusa Motus Proprij Pij. V. dispositione etenim negari nõ potest pactum huiusmodi onerosum esse venditori, q. grauem iniuriam cõtinere dixit Imperator, l. dudũ. C. de cõtrah. emp. & minuit reivẽdite pretium, vt diximus infra hoc lib. q. 3. at vt sæpe diximus venditor reditus nõ potest grauari onere alio, quam quatuordecimæ. Nec obstat argumentũ q. cõtrariũ resoluentes Felic. supr. n. 8. & Azeb. l. 13. tit. 11. lib. 5. recop. n. 2. & Gutier. lib. 2. pract. q. 167. ex Motu Proprio desumũr, nã ideo ibi pactũ illud admittitur, quia cũ alijs aduersus creditorẽ nouiter cõstitutis, ibidẽ cõpensatur. Vnde cessante Motu Proprio, prout cessat in Hispania supplicatione ad suã sanctitatẽ interposita pactũ hoc, vt debitori onerosum admittẽdũ nõ esset, nec refert q. istud pactum non sit contra substãtia reditus: quia satis est quod grauat venditorem, & rei suæ pretium diminuit, ad hoc vt reijciatur, & vitietur, & quamuis alias valeat pactum de vendendo vni potius quam alteri, id efficit partium consensus qui ta-

men in contractu reditus attẽdi nõ debet, quatenus n. ætas concessas excedit, & vltra quatuordecimam grauat venditorem, iuxta ea quæ dicam lib. 3 quæst. 5. numer. 40. & ita teneo cum Olano, quamuis contrarium indubitanter resoluat hic Gutierr. & alij supra relati. Decima quinta clausula erit communis pactio quæ quandoq; instrumentis censualibus adijcitur, ea enim contractũ non vitiat, maxime stante l. 68. Tau. vitiabitur tamẽ, vt admodum grauis, & onerosa redituũ debitoribus, quia. l. Regia in his reditibus vsu recepta non est, vt plu ribus relatis resoluit Felician. d. cap. 10. num. 11. & sequen. de quo tu vide quæ dicam quæst. seq. ex num. 72.

Decima sexta clausula quæ vitiatur, & non vitiat est illa de qua egimus hac quæst. num. 4. & sequent. Hæc omnia & similia ipso iure nulla sunt, vel moderanda, nisi quatenus cum alia gratia à creditore facta debitori compensantur, sed singula per se nõ vitiant in totum reditum ipsum.

Sũt autem quinque potissimum ex quibus reditus potest leuior fieri ex parte creditoris. Primum diminutio quatuordecimæ, vt si non stipuletur nisi ad rationem quindecimæ, aut vicesimæ. Secundum si paciscãtur contrahentes, quod non incipiat reditus currere, nisi post annũ, vel aliud tempus vt diximus infra hoc libr. quæstion. 14. Tertium si pactum est de redimenda parte reditus solnẽda per debitorem in termino, vel infra triduum vt diximus infra. d. q. 14. Quartum si per plures vices redimi possit. Quintum si minori pretio redimere liceat. Et est notandum,

§ 1 quod prętext. primi horum quinque, non licet directo paciscí contra reliqua duo substantialia, nisi tantum esset pretium, quod posset emi reditus perpetuus, non redimibilis secundũ ea quæ notauimus supra li. 1. q. 6. etiã nuper aduertimus ista quæst. quia tunc nõ expectarent amplius ad materiam vsurariam, vt notauimus sup. libr. 1. quæst. 19. & dicemus infra lib. 3. quæst. 1. Prætextu etiam reliquorũ quatuor non licet vllo modo stipulari vltra rationẽ quatuordecimę, nec directo paciscí contra aliquod ex dictis substantialibus, sed bene licebit onus aliquod accidentale, puta laudimiorum, vel annichresis imponere venditori, dummodo sufficienter cõpensetur per aliam relaxationem à creditore, secundum ea quæ notauimus hoc lib. quæst. 5. & quæst. 12. His adijcę casum, quod instrumentum reditus quandoque vitiatur iure nostro Regio, nec fidem facit, si in libro censuali seu redituum registro, descriptum nõ fuerit intra sex dierum terminum iuxta l. 3. titulo. 15. libro. 5. Recopilation. quam non seruari in pluribus Hispaniarum prouincijs tẽ statur petitio Matritij. 46. anni 1590. nec in Gallæco Senatu vnquã vsu receptã, quãuis non semel aduersus instrumẽta reditus opponi vidimus, de pacto autẽ quod reditus nõ possit pro parte redimi diximus sup. lib. 1. q. 18. n. 35. & seq. nunc ad pacta legis cõmissoriæ transeamus.

Ex quæst. sequent.

AN valeat pactũ quod si debitor reditus cessauerit in eius solutione per aliquot annos, res hypothecata cedat in solutũ reditus creditorum. l. 1. q. 72. & seq.

Septem sunt leges de pacto legis cõmissoriæ, quæ videntur inuicẽ aduersari, num. 2.

Pactum

Pactũ.l.cõmissoriæ inter debitorẽ, & fideiussorẽ eius vel extraneum esse validũ ex communi, num.3.&.6.
Pactum.l.commissoriæ inter debitorem, & creditorẽ, an, & quãdo valeat: num.4.
Reprehenditur communis traditio, & distinctio de valore pacti legis commissoriæ, num.5.
Declaratur tex.in.l.fi.de contrahẽ. emptione, num.6.
Cum dicitur simpliciter quod res sit empta, si in termino nõ sit solutũ, intelligitur pro iusto pretio. num.7.
Fideiussionis officiũ gratuitum esse oportet, num.8.
Si debitor fideiussori promisit rẽ vẽdere iusto pretio casu quo pro eo solueret, potest ante rei æstimationem, & adiudicationẽ moram purgare, num.9.
Fideiussor, verus creditor indemnitatis, num.10.
Reprehenditur Ang.doctrina in.l. 1.C.de pact.pignor.num.11.
An pactio de vendendo iusto pretio sit venditio, & explicatur l.fi.de contrah. empt.num. 12.
Explicatur tex.in.l.si fundus in fin. C.de pign.num.13.
Pactũ vendendi pro debito, ita prohiberi, sicut directũ pactũ. l.cõmissoriæ cõtra Bertrãd.n. 14.
Mutuans paciscí non potest, vt res sit empta, etiã iusto pretio, nu. 15.&.17.
Ius emendi rem iusto pretio est lucrũ cõsiderabile, & rei æstimationem minuit, num.16.
Pactũ quod non soluto mutuo in termino dom^o debitoris sit empta iusto pretio vsurarium esse cõtra Guid.num.18.
Guidonis opinionẽ videri cõprobatã legibus partitarũ, & qualiter exaudiendæ sint, num. 19.
An creditor paciscí possit, quod si pecunia in termino nõ soluatur res sit empta pretio per certos nominatos æstimatores declarando? num.20.
Pactum adiectũ mutuo quod si nõ soluatur in termino, sit talis fundus emptus pro debito non valet num.21.
Pactum legis commissoriæ ex interuallo reprobatur, num.22
Declaratur.l.Titius de pignoratitia num.23.
Cõmissoria.l.vnde dicta, num.24.
Pactũ.l.cõmissoriæ quid sit: num.24
Pactum.l commissoriæ reprobatum iure codicis, num.25.
Ratio quare.l.commissoria prohibetur, num.26.
Non valere pactum.l. cõmissoriæ, etiã cũ debitoris fideiussore. n.27
Pactum vt debito non soluto pignus sit emptum iusto pretio, an valeat: num.28.& num.38.
Pactum de vendendo pro debito, an valeat: ibidem.
Pactum.l.commissoriæ superue obligata generaliter pro debito,

an valeat: numero. 29.
Pactũ, l. cõmissoriæ super re nõ obligata pro debito, an valeat: n. 30
Pactum simile l. commissoriæ prohibitum, num. 31.
Pactio l. cõmissoriæ etiã reprobatur in al o debito citra mutuũ. n 32
Pactum legis commissoriæ, etiã ex interuallo non valet, num. 33.
Pactum legis commissoriæ, etiã de iure ciuili intra metas legalis usuræ reprobatur, num. 33.
Pactum legis commissoriæ nõ confirmari iuramento, num. 34.
Pactum legis cõmissoriæ iuratũ, an faciat videri rem venditam pro iusto pretio? num. 35.
Pactum legis cõmissoriæ de præsenti, non suspensum in futurum, an valeat: num. 36.
L. Titius de pigneratitia, &. l. cũ dominã. C. de pigne. declarãtur, num. 37.
Pactũ quod pignus de præsenti cedat pro debito nõ est pactũ legis commissoriæ, sed datio in solutum contra Ang. n. 38.
Si pactũ legis cõmissoriæ sit damnosum creditori, & lucrosum debitori, an valeat, num. 39.
Et an prædicto casu dicatur propriè pactũ legis commissoriæ? ibid.
Pactũ l. cõmissoriæ quod nõ fit ad redimẽdã dilationẽ, sed est pars legitimæ cõuentionis, vel vẽditionis valet. n. 40. et. 41. et. 42
Licet in mentis voluntate esse non debeat an sit emptũ, bene tamẽ eius electioni cõmitti potest, quæ rẽ ex certis emptã habeat. n. 41
Et quid si ex interuallo vẽditor paciscitur cũ emptore, quod pretio nõ soluto intra terminũ, sit sibi empta domus pro pretio debito (num. 42.
Emptor ab initio, & ex interuallo pacisci potest, quod si res vẽdita nõ tradatur in termino, alia sit sibi empta, num. 41.
Differẽtia inter emptorẽ, & vẽditorem ex interuallo adiicientes pactũ legis cõmissoriæ. n. 43. et. 44
An pactum l. cõmissoriæ in promissione dotis adiectũ valeat: numero. 45. & sequentibus.
Terminus soluẽdæ dotis, etiã si nõ dicatur, currit ex die nuptiarum num. 46.
Pactũ l. cõmissoriæ nõ prohiberi, ni si respectu creditoris, qui pecuniam numerauit indigẽti. n. 47
Et quãdo prohibitio extenai debeat ad debita alias, quam ex mutuo? num. 48.
Bal. Nouel opinio improbata. n. 49.
Multũ interesse an domus sit data in dotẽ redimibilis infra annum, an pecunia promissa cũ pactõ quod si non soluatur eorẽ pore, domus cedat iure cõmissi pro pecunia, num. 50.
Concluditur valere pactum legis cõmissoriæ in promissione dotis, num. 55.
Prædicta conclusio limitatur dupliciter, num. 56.

Ex-

Explicatur tex.in.l.quãuis de solutionib.n.57.& seq.
Reprobatur intellectus Bar.ad d.legem quamuis,num.58.
Oratio Seueri de confirmandis donationibus monte cõiugis, nõ spectat ad promissiones, vel stipulationes, sed ad reales rerum traditarũ donationes,nu.59.
Iure digestorũ vxor sepiẽ testibus adhibitis diuertere poterat.n.60.
Pactũ legis cõmissoriæ in mutuo à principio positũ odiosius est,quã ex post facto,num.61.
Et quid in alijs cõtractibus?nu.62.
Pactũ.l.commissoriæ quãuis ab initio in promissione dotis valet, ex post facto reprobatur cõtra Bald.Nouel.num.63.
Pactũ.l.cõmissoriæ potest valere secundũ naturã hypothecæ.n.65
An pactũ.l.cõmissoriæ casu quo nõ valeat, vitiet cõtractũ.n.66
Et an vitiet contractum annui, reditus?num.67.
Pactum l commissoriæ in annuo reditu duo implicat,num.68.
Contra substantiã reditus redimibilis est debitorem cogi ad redimendum,aut rem aliquam in solutum cedere,num.69.
Secus in annuo reditu empto ad rationem vicesimæ,num.70.
Reprehenditur And.Tiraq. error, num.71.
Et quid si apponatur pactum in annuo reditu,quod si reliqua non soluantur duobus annis, fundus debitoris cedat in solutum pro reliquis?num.72.
Explicatur Motus Propri⁹ Pij.V. super creandis censibus, n.73.
L.68.Tau.rigor ab aula discessit, numero.74.

Quæstio. II.

De pactis legis commissoriæ reditui annuo,& alijs contractibus adiectis.

QVAERO etiam quid si creditor huiusmodi reditus, ne debitor nimiũ cessaret in soluendo pactus est,quod si debitor defecerit in solutione reditus per quinque, vel octo annos continuos res hypothecata puta fundus, vel domus debitoris, similem circiter reditum afferẽs sit ex nunc, prout ex tunc, vendita, & acquisita in solutum, seu permutationem pro iure reditus, & reliquis tunc debitis, an ex hoc solo pacto cessanti omni alio vitio contractus in totum annulletur, etiã quando reditus erat emptus ad rationem quindecimæ? Solutio facilis est, ex prædictis in præcedenti quæstione. Sed quia materia hæc multum est ambigiosa, etiam peritis vt patet ex ijs quæ tradit Tiraq.in tract. retract. cõuen.in fi.q.24.& 25. tãtisper im-

morabor. Cardo ergo dispositionis, & decisionis huius quæstionis, versatur simul circa duo. Primo circa intellectum legis cõmissoriæ pignorum. Secundo circa peculiarẽ naturam horum reddituũ, vt ergo breuius & clarius vtrumque methodice expediamus incipiendum est à vero intellectu legũ. Septem omnino sunt 2 leges in hac materia, quarum tres, scilicet. 1. & 3. C. de pactis pignor. l. quãuis de solutionibus, videntur improbare pacta legis cõmissoriæ. Reliquę vero scilicet. l. Titius de pignor. act. l. cum dominam. C. de pignor. l. fin. in princip. de contrahend. emp. l. si fundus. §. final. de pignor. videntur ea ad 3 mittere. Doctores volentes hæc iura conciliare, distingunt, aut istud pactum fuit inter debitorem & fideiussorem suum, vel extraneum, & indistincte valet, dict. l. fin. de contrahẽd. emptio. & est communis opinio teste Couarruu. libr. 3. variarum, cap. 2. num. 7. Pinel. in rubr. de rescinden. vendition. 2. part. cap. 1. num. 31. Pereyra in repetitione. l. si curatorem habens, verbo, sua facilitate, n. 95. C. de in integr. restitut. & hæc est prima 4 conclusio. Aut vero inter debitorem & creditorem: & tunc subdistingũt: aut fit pactum, quod res erit empta iusto pretio tunc æstimando, & indistincte valet, dict. l. si fundus §. fin. Et hæc secunda conclusio, de qua Afflictus decisione Neapolitan. 368. numero. 1. &. 2. idem si fiat pactum simpliciter quod res erit empta, quia intelligitur iusto prẽtio. Aut vero fit absolute pactum quod res cedet creditori in solutum pro debito nisi solutum sit in termino, & hic rursus subdistingunt, aut non agitur de pignore, nec de re hypothecata pro illo debito, & indistincte valet: quia non est pactum pignoris Bald. cap. 1. col. 1 in fin. de feud. dat. in vim legis commissio, in vsibus feud. vbi etiam loquitur in formali mutuo, & hæc est, 3. cõclusio. Aut vero agitur de ipso pignore, vel re pro illo debito hypothecata, & sic est formale pactum legis commissoriæ pignoris, & adhuc tertio subdistingunt, aut fit ab initio cõtractus & non valet ipso iure, non tamen vitiat, sed vitiatur, l. fin. C. de pactis pignor. l. 41. titulo. 5. l. 12. titul. 13 partita. 5. etiam si accesserit iuramẽtum, cap. significante de pignor. & hæc sit quarta conclusio. Aut vero factum est ex interuallo, & tunc nõ valet ad agendum, dict. l. quamuis, de solutionibus, sed bene, ad excipiẽdum, vel retinẽdum, dict. l. Lucius de pignorat. actione, & hæc est quinta & vltima conclusio. Hanc distinctionem à Petro in dict. l. 1. quẽ ibi sequitur Cynus inchoatam absoluit Bart. in dict. l. quamuis, quem Paul. ibi, & in dict. l. Titius sequitur, & Salicetus. l. 1. C. de pactis pignor. Alexand. consilio. 178. colum. 1. libro. 7. feudistæ, in capi. 1. de feudo dat. inuicem leg. commissor. DD. in dict. cap. significãte Fab. de Mont. sancti Saui. in tractatu emption. & vendition. quæstion. 7. columna. 3. Anton. Negusant. tractat. pignor. partita. 4. in princip. Et 5 omnes fere vbique. Sed hæc distinctio peccat in omnibus mẽbris suis, vno solo, videlicet penultimo, excepto, quod loquitur de formali pacto cõmissoriæ pignoris facto cum creditore in continenti, vsque adeo solili sunt. DD. magis ad literam paucarum legum, vtcunque conciliandam attendere, quam mentem omnium ad vnam ipsam, & legalem æquitatem inueniendam, & aperiẽdã. Dicimus ergo q, prima illa cõclusio quod indistincte valeat pactum legis commissoriæ inter debitorem, & fideiussorẽ, non est vera, quod etiã agnouit Couar. lib. 3. var. c. 2. num. 7.

Pinel.

Pinel.& Pereira supra relati, quos sequitur Felic.de cens.lib.1.c.10.n.14

6 Non obstat d.l.fin.de contrahend. emp.tũ quia iure digestorum pactũ l.commissoriæ in pignoribus reprobatum nõ erat: fuit enim nouerè probatum per Constantinum in l. fi. C. de pactis pignor.vt ex ea.l. probatur & aduertit cum iudicio Pinel.in rub. de rescindend.vend.2.p.c.1.nu.27. vbi nu.31.respondet l.C.in d.l.fin.in princip.de contrahend. emp. magis agere de quæstione voluntatis, quã potestatis, nempe de cognoscendo quid inter contrahentes conuentũ censeatur, non vero an contrahere potuerint, nec potuisset ibi dubitari an pactum.l.commissoriæ valeret 8
quod nondum fuerat reprobatum à
7 iure. Tum etiam quia ibi non dicitur, quod prædia ipsa sint fideiussori empta pro debito, sed simpliciter dicitur, quod sint empta, & sic intelligitur iusto pretio quoties enim simpliciter dicitur quod sit res empta, nisi solutum sit in termino, non intelligitur pro debito, sed pro iusto pretio à iudice, vel bonis viris æstimando, vt rectè tradit Bar.in dict.l.quamuis, & in dict.l.si fundus.§. fina. sequitur Hostiens.Ioann.Andr.Panormit. in dict.cap.significan.column.2. Negusant.tract.pignor.parte.4.numero.6. Bertrand.cons.98. puto column.fin. libr.2. Petrus Surdus decisione.248. numero.8. non autem dixit textus ille quod simpliciter valeat pactum, & nominatim quod dict. l. fin. de contrahend.emption. ita debet intelligi, non quod valeat pactum, vt pignora sint commissa, & acquisita fideiussori pro debito, quod cogitur solsoluere, quia infra terminum non fuerit liberatus à debitore, sed tantummodo, vt valeat pactum quod ea pignora sint eo casu fideiussori empta iusto pretio, tunc æstimando, vel empta simpliciter, quod eodem modo intelligitur, iuxta dict.l.si fundus.§.fin. decidit Imol.in dict. capit. significante, & sequitur Alexand. in dict.consil.178.numero.9.libro.7. licet communiter Doctores aliter sentire videãtur, & inuenio quod idem quod Imol.prius tenuit And.Isern.in dict.cap.1.de feud.dat.inuicem.l. cõmisso, vbi dict.l.fin.intelligit secundum dict.l.si fundus in fin. & idem sentit ibi Aluericus, column.2. limitans dict.l.final. procedere dummodo fideiussor conuenerit de iusto pretio, alias secus, & hoc ibi sequitur Præpositus.ad verb.confirmo: quia fideiussoris officium gratuitum esse debet. l.prima ad fin.ff.mand. & nullum lucrum debet facere de officio fideiussionis, vt dicam infra libro isto quæstione.12. & rupta fides dicitur, si fideiussor emat bona debitoris.l.1.C. de dolo, & idem placuit Couarruu. libro.3.variarum cap.2. numero.8. versiculo. 2. Pereira.l.si curatorem verbo, sua facilitate, numero.95. versiculo, prima. Vnde indemnitatem dumtaxat stipulari potest, & non aliud fideiussor: igitur non potest præcise stipulari certa pignora, vel certum fundum suum esse in præfato casu: quia esset stipulari vltra indemnitatem, nec etiam aliquam de rebus debitoris quam elegerit, quidquid in simili scripserit Bart.in dict.l.si fundus.§.fin. in fin. Plus dico quod licet
9 illud pactum, quod res eo casu sit empta fideiussori iusto pretio, valeat in se, videlicet non tanquam venditio actualis, sed potius tanquam pactum de vendendo: tamen donec res æstimata, & in solutum adiudicata sit, poterit debitor moram purgare, debitũ offerendo cum legalibus sumptibus fideiussoris eum indemnem redẽdo, & sic luere pignus, & impedire venditionem: quia oblato debito, &

demnitate, cessat causa pacti, & venditionis promissæ, & hic fideiussor non est alius, quam verus creditor indemnitatis, & postquam soluit creditor est l. creditorum de verbor. significa. & ideò prohibitio pacti legis cõmissoriæ cum creditore verificatur in fideiussore, siue attendamus tempus postquam fideiussor soluit, siue anterius tempus cum ad illud conferatur tale pactum argumento l. quod
10 sponsæ. C. de dona. ante nup. Igitur dicta oblatio realis ipso iure impedit venditionem, & alienationem, & si non erat realis, tamen seria: quia debitor offerebat se paratum soluere, sed si addictio fuit præcipitata, debet rescindi per iudicem. l. fundus, de rescindend. vend. & notatur in. l. si residuum. C. de distractio pignor. Philip. Corn. consil. 230. libr. 1. & ita sentit Angel. in l. cum dominam in fin. C. de pignorati. quem sequitur Hypolit. Mar. singulari. 468. incipit sciunt, & sequitur Couarru. vbi supr.
11 versicul. 2. infertur. Verum est quod idem Angel. in l. 1. in fine. C. de pactis pignor. limitat, vt procedat iure retentionis, si debitor possideat, secus si creditor, vel is cui iure venditionis cedere debet possideat. Sed hæc limitatio falsa est, & contra tex. in dict. l. si residuum, & in l. si priusquam eodem titulo, & dict. l. fundus, & l. pactum vulgar. C. de pignorati. action. cum similibus. Ratio quia omnia ista pacta sunt accessoria obligationis principalis, & ad eius securitatem: ergo sicut oblatio debiti, vel compensatio impedit, & elidit obligationem principalem, ita impedit, & elidit omnia hæc pacta, & eorum effectum, vt tradit Bald. in dict. l. pactum vulgare, & sentit Antoni. Negusant. tracta. pignor. partit. 4. columna. 2.

12 Non obstat quod secundum hæc, istud pactum non esset proprie venditio conditionalis, cum nõdum sit conuentum de certo pretio, sed pactum de vendendo sub conditione, & quod hoc videtur contra tex. in. dict. l. fin. in fin. princi. de contrahenda emptione, vbi dicitur sub conditione emptionem factam, & contractam obligationem: quia respondeo quod ille tex. non vult aliud dicere, nisi quod valeat pactio, non solum quod eadẽ pignora sint eo casu hypothecata fideiussori, sed etiã quod ei vendantur, & tunc contractam esse obligationem ad vendendum eidẽ sub cõditione, & sic iã videtur cõditionalis venditio, scilicet, futura, non autem quod stante conditione
13 statim sit cõsummata. Et ita debet intelligi, cum vt concordetur cum dict. l. si fundus in fine, tum vt vitetur iniquitas præciæ commissoriæ, quæ habet locum etiam in fideiussore, quiv t indemnis seruandus est, ita pro officio fideiussionis nil exigere debet, vt dixi tum eadẽ & simili phrasi loquendo vtitur tex. in dict. l. si fundus in fine, vbi dicit hoc casu videri conditionalem, etiam venditionem, & tamen liquet, quod proprie, & stricte loquendo non est venditio, etiã conditionalis, cum nondum sit conuentum de certo pretio, vt optime cum communi resolut Pinel. in rub. de rescindend. vend. 2. par. cap. 1. numero. 21. Sed est verum pactum de vendendo, quod non inepte dicitur conditionalis venditio: quia potest sequi, & futura speratur venditio, & an pro obseruantia pacti de vendendo cẽseatur res ipsa hypothecata: vi de Tiraquel. de retract. conuentional. §. 3. gloss. 1. numero. 9. & si promissum sit in alium non alienaturũ, impedietur venditio alteri postea facta iuxta l. creditor. §. fin. de distract. pignor.

Ex

14 Ex his patet male consuluisse Stephanum Bertrand. consil. 134. ponitur in facto, quod cum nobilis in tertio dubio lib. 1. vbi in hac materia facit differentiam inter pactum directum, quod res eo casu maneat empta pro debito, quod est formale pactum legis commissoriæ, & inter pactum quod tantum est facta eodem casu promissio vendendi eodem pretio, vel debito, & dicit istud secundū pactum non esse prohibitum, sed validum, quod est falsum: quia est simile formali pacto legis commissoriæ, & eandem extortionem continet, igitur æque prohibitum. l. 1. de pact. pign. secundum communem intellectum, & quod æque nullum & prohibitum sit sentit Andr. Tiraquel. in tract. retract. conuen. in præfat. num. 10. & in fin. numero. 52, & num. 141 sequitur Couarru. libr. 3. variarum, capit. 2. num. 8. versiculo ex quibus tria deducuntur.

15 Secunda etiam conclusio, quod indistincte valeat pactum, vt res sit empta iusto pretio, non est vera indistincte: quia dico quod non procedit in mutuo: quia mutuans nullum lucrum stipulari potest propter officium mutui, etiam prætextu dilationis, præsertim damnosum debitori: sed ius emendi, vel acquirēdi rem alterius iusto pretio est lucrum, seu commodum considerabile damnū afferens domino, & æstimationem rei suæ diminuens tex. l. si æquo dele ga. 1. & sic est vsura formalis in mutuante infra libro. 3 quæstion. 5. per totam, & turpiter accipitur Felinus cap. debitores in fine de iure iurand.

16

17 Vnde si tempore mutui fiat pactum, quod nisi infra certum tempus sit solutum, talis domus debitoris sit acquisita creditori pro pecunia mutuata, dico quod ipso iure non valet illud pactum tanquam vsurarium, licet vtalere teneat Baldus in ca. 1. col 1. in fi. de feud. dat inuicem legis cōmissoriæ, quem ibi sequitur Aluarot. & pessime. Sed plus teneo quod etiam si

18 esset expressum quod esset vendita iusto demum pretio tunc æstimando, adhuc non valet tanquam vsurarium, licet etiam in mutuo valere teneat Guid. Pap. in tract. de contractibus illicitis colum. 10. numer. 26. vbi etiam iactat se hoc practicasse in suo

19 rustico, & male. Nec est mirandum de Guidone licet alioquin in huiusmodi contractib. valde timidus sit, cum eius opinio hodie comprobetur prædicta. l. 41 titul. 15. & l. 12. titulo. 13. par. 5. & sequatur Afflict. decisio. Neapoli. 368. numero. 2. & dicat cōmunem Couarru. libr. 3. variarum, c. 2. num. 8. versiculo. 2. & Gutierrez de iuramento confirma. 1. parte, cap. 33 num. 3. Pinel. in rubr. de rescinden. vend. 2. par. cap. 1. in fine. & si hanc opinionem cum communi teneas oportet eam accipere, quando capactio, vt res sit empta iusto pretio non soluto debito statuto tempore, sit ad tutiorem cautionem debitæ pecuniæ, veluti iure iustissimæ dationis in solutum, non vero quando actum sit inter contrahentes, vt debitor teneatur vēdere propriam rem, quasi alioquin non esset venditurus: quia isto casu censenda esset pactio vsuraria, vt agnoscit Couarru. lib. 3. variarum, cap. 2. num. 8. versiculo. 2. pactū Caldas Pereyra. l. si curatorem, verbo, sua facilitate, num. 91. versic. secunda cōclusio. C. de in integrum restitutione, Petrus Surdus decisio. 248. num. fin. & ita accipiendas censeo dictas

20 leges partitarum. 41. &. 12. Ex his etiam reprobo consilium illud quod quidam antiqui dabant fœneratoribus, vt facerent fieri instrumentum hoc modo, si pecuniam ad tempus non soluas, sit fundus mihi emptus iu

sto pretio declarando arbitrio talis, & talis, quos ex nunc eligimus arbitratores, & bonos viros, quod laudat, & approbat Bart. in l. 3. C. de pignorat. & sequitur ibi Salicet. & Fabian. de Mont. santi Sauin in tract. de emp. & vend. quæstio. 7. colum. 3. Cæpol. caut. 309. incipit. pactum pignoris, vbi tamen in fin. subdit, quod si constaret fœneratorem prius egisse cum dictis arbitratoribus de æstimando fundo pro debito, licet multum plus valeret, q. tũc nõ tenet pactũ. Sed ego opinor etiam si nõ constet, quin etiam si nec ea fraus facta sit, non valere pactum ipso iure tanquam vsurarium, & pacti, seu cõmodi de emendo extorsiuum, si debitor alias non erat venditurus. Cæterum extra mutuum, vel etiam in mutuo, sed ex interuallo, potest conclusio defendi.

21 Ex ijs etiam liquet tertiam cõclusionẽ falsam esse in mutuo quidquid dixerit Bald. & post eum Aluar. in d. cap. 1. de fœud. dat. in vi. l. commissoriæ: quia in mutuo si non valet pactũ de vendendo iusto, etiam tunc æstimando pretio, si debitor alias non erat venditurus, vt nuper dixi, multo minus valet venditio præcisa pro debito eodem casu, quo non soluatur. Quinta vero cõclusio ℔ quando 22 ex interuallo factum est pactum legis commissoriæ, valet ad excipiendum, falsa est. Probo primo ex dict. l. quamuis de solutio: quæ secundum communem intellectum generaliter, & indistincte decidit non valere pactum, etiam ex interuallo, nec distinguit, siue maritus possideat ea prædia, siue non. Secundo probo, ex l. fin. C. de pact. pigno. quæ non distinguit inter pactionem in continenti, & ex interuallo: ergo non est distinguendum. l. de pretio de publi. in rẽ actione l. 1. §. generaliter deleg. præstand. Tertio probatur ratione: quia non minor, imo maior est ratio subueniendi facilitati debitoris, & obuiandi rapacitati creditoris, etiam si creditor iam possideat hypothecam, sed maius periculum, & maior necessitas explodendi legem commissoriam, quam si debitor semper possideret. Ergo hæc prohibitio non minus habet locum creditore iam possidente, quam non possidente, & contrarium dicere non esset fraudes excludere, sed augere. Nec communis 23 opinio vllo fundamento nititur nisi dict. l. Titius de pignoratitia, cẽsent Doctores ibi esse pactum l. commissoriæ, quod falsum est: non enim ibi magis est pactum. l. commissoriæ, quam in l. eleganter in fin. principij eodem titulo, & in l. si prædium. C. de solu. vbi fundus datur creditori in solutum, & in alijs iuribus similibus, vbi dicitur, quod illa datio in solutũ est legitima fundi venditio, & in authentica hoc si debitor. C. de solutio. vbi etiam debitor meliorem ex suis rebus dat creditori in solutum.

24 Vt igitur totam materiam commissoriæ resoluamus constituo: Primo pactum legis commissoriæ stricte, & propriè sumptæ, esse conuentionem, vt debito statuto tempore non soluto, pignus pro eo obligatum creditori pro ipso debito cedat in solutum. Dicitur commissoria lex ad 25 similitudinem commissorum emphyteuticorum, vel publicanorum. l. 2. C. de iure emphy. l. commissa de publican. Secundo constituo pactũ legis commissoriæ reprobatum, & nullum esse iure Codicis. l. fin. C. de pact. pigno. quæ lex ius nouum induxit, vt patet, ibi. *Placet infirmari eã, & in posterum omnem eius memoriã aboleri.* Et ibi. *Siquis igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quæ cum præteritis presentia quoque repellit, & futura prohibet.* Cui text.

conue-

conuenit l.12 titulo.13.par.5.ex tex. cap.significante de pignorib. ex quo sequitur iure ff.pactum legis commissoriæ reprobatum non fuisse, vt dixi supra numero.6. Fuit autem reprobatum ab Imperatore l.commissorię pactum. Primo propter captionem fragilis debitoris. Secundo propter asperitatem auari creditoris, vt constat ex dict.l.fin.solet enim hypothecari, vel in pignus dari res super valentes debito, nollebantque creditores mutuum dare, vel exactionem debiti differre, nisi sub pacto expresso commissi pignoris, si solutum non esset in termino conuento, cui facile se submittebant debitores: tum quia pecuniam, vel eius vsum redimere nō poterant: tum quia sperarent interim rebus suis consulere: tum etiam quia debitor egestate pressus, & in hac peristasi constitutus, videlicet inter spem rebus suis consulendi adepta pecunia, & metum hāc occasionem amittendi, nec aliam in tempore inueniendi, non est, in plena deliberandi, & electionis arbitrij facultate, & quaslibet leges suscipit, vt per Salice. in.l.si ex cautione. C. de non nume. pecunia.l.41.titulo.5.par.5.l.12.tit. 13.par.5. qua occasione creditores egestate debitorum in suum compendium abutebantur. 26

Prædicta conclusio, quod pactum legis commissoriæ reprobatur iure Codicis & Regio, ampliatur primo, vt locum habeat, etiam si pactum cō missoriæ legis non fiat cum creditore, sed cum debitoris fideiussore, vt dictum est supra numero.5. & sequen. 27

Ampliatur secundo, vt procedat etiam si pactum contineat, quod debito non soluto in termino, res sit empta iusto pretio tunc æstimando, si eam debitor alias non erat venditurus, vt dixi supra numer.15. Ampliatur tertio, vt non solum procedat in pacto commissoriæ directo, sed etiā in pacto de vendendo pro debito, vt contra Bertrand.dixi supra numero 14. Ampliatur quarto, vt prohibitio locum habeat, etiam si res super qua fit pactum, non fit specialiter, sed generaliter tatum hypothecata, vt per Bertrand.consil.97. incipit quamuis lib.1. & cons.178. incipit venditio, libr.3. Ruger. de Mota repetitione. l.traditionibus, num.53. C. de pactis, Couarruuias libr.3. variarum, cap.2. numero.8. vers. ex quibus tria quamuis contrarium voluerint idem Bertrand.consil.254.lib.1. quem sequitur Tiraquel.lib.2.Retract.in fine, numero.139. Amplio quintō, etiam si res nullomodo sit hypotheca, pactū commissoriæ legis super ea factum à creditore non valet. est enim eadem captionis ratio, & illaqueationis debitoris, simulque asperitatis, & auaritiæ creditoris, siue res sit hypothecata siue nō. Secūdo probo, quia promptum esset fraudem facere de re ad rem: quia creditor non curaret sibi de hypotheca super re, quam sibi dimitti vel rapere affectaret, sed super alijs rebus, & sic eadem hic est prohibitionis ratio: pro quo etiam facit q dicam in seq. ampliatione. Sexto amplio, vt locum habeat prohibitio, nedum informali pacto legis commissoriæ, sed etiam in pacto simili, probatur in l.1. C. de pactis pigno. secundum communem intellectum: cum enim pactum sit simile legi commissoriæ, datur eadem prohibitionis ratio, & per consequens æque prohibitum l.non dubium. C. de legibus: quod enim diximus supra nume.14. pactum commissoriæ fieri super pignore, gratia frequentiæ dictum est: quia ante prohibitionem non solebat hoc pactum fieri, nisi in pignoribus. Quod autem frequentiæ causa receptum est non restringit: & quē- 28 29 30 31

admodum

admodum in dict. l. fin. de pact. pign. propter pacti nequitiam, extenditur ad præterita, ita & ad simile pactum super rebus non pignoratis, & ad pactum simile prohibitio extendi debet: quia lex nõ est imponenda verbis. l. fin. C. de vsuris maxime in materia fraudibus obnoxia, & ita tenuerunt Curtius Iunior dict. l. fin. de contrahend. emption. column. 1. Couarruuias lib. 3 variarum, cap. 2. num. 8. in principio, versiculo ego potiorem. Vnde cauendum est à Bart. d. l. quamuis de solutio. num. 2. dicente valere pactum, quod vir fecit vxori dedando in solutum pro dote aliquam rem non hypothecatam, & maioris pretij, & non esse simile cũ pacto legis commissoriæ: quia imo simile omnino est per dict. l. fin. C. de
32 pact. pignor. Amplio septimo, vt locum habeat prohibitio commissoriæ, non solum in mutuo, sed generaliter in omni debito: quia. l. fin. & rubric. C. de pactis pignorum generaliter loquuntur, & indistincte: sic etiã in cap. significante de pignor. & probat dict. l. quamuis de solu. secundũ communem intellectum, & late per Alexand. conf. 178. colum. 1. libro. 7.
33 Amplio octauo in pacto commissoriæ ex interuallo, vt contra communem probauimus supra numero. 22. & sequen. Amplio nono, vt non valeat pactum legis commissoriæ etiã de iure ciuili, etiam intra metam legális vsuræ: quia propter nimiã auaritiam, & improbitatem pacti, nulla fit reductio, etiam si esset factum de aliquo iure redimibili, puta quod in defectum soluendi in termino, certus reditus, vel nomẽ debitori debitum cederet in commissum, sed in totum reprobatur hoc pactum, & omni eius commodo priuatur creditor, d. l. 3. C. de pact. pignor. quod procedit, etiam si res deducta in pactum parum excederet debitum, ita quod dilatione inspecta, illud, quo res superualet, non excederet legitimum modum vsurarum: quia electio certæ rei committendæ potest frequenter, etiam si sit minoris valoris plus grauare debitorem, quam pensatio legitimæ vsuræ, quę in quantitate cõsistit: vnde merito reprobatur tale pactum indistincte, etiam ciuili iure.
34 Amplio decimo, vt pactum istud legis commissoriæ sit adeo reprobum, vt nec iuramento confirmetur: quãuis enim iuramentum huic pacto adiectum seruari debeat, cum possit sine salutis æternæ interitu adimpleri iuxta tex. & nota d. cap. significeante, non tamen pactio confirmatur, & ideo poterit debitor petere, vt liberetur vel absoluatur à iuramento, vel si adimpleuit aduersus creditorem agere condictione sine causa, vt in cap. debitores, & ibi nota. de iure iuran. ita post Innocenc. & Bar. & alios resoluit Couarruuias c. quamuis pactũ. 2. par. §. 3. num. 3. Gregor. Mench. & alij quos refert. & seq. Gutierr. de iuramento confirmat. 1. part. capit. 33. vbi numero. 3. &. 4. post Couar. Exi-
35 stimat iuramentum hoc casu, eum effectum operari, vt res pignorata post redẽptionis tempus, penes creditorem vendita censeatur, nõ pro mutuata pecunia, sed iusto pretio boni viri arbitrio definiendo: quæ opinio mihi suspecta videtur, & neutiquam admittenda iudicando, aut consulendo: tum quia pactum istud, licet non sit formalis vsura: quia non est debitum successiuum pro rata tẽporis, & sortis: est tamen vera pœna in fraudem vsurarum inuenta: tum quia actus nullus ex eo, quia contra legem vel ius publicum, non valet eò modo quo valere potest, vt dixi libro. 2. quæst. 8. nume. 4. tum quia pactum legis cõmissoriæ in mutuo,

vt.

vt iacet, nullo modo valere potest, & si iuramentum facit vt interpretetur, vt res pignorata sit commissa pro iusto pretio taxando; id verum non videtur: quia hoc modo iam erit aliud pactum interpretatum diuersum à contrahentium pactione; iuramentum vero non potest formam pactionis mutare. Denique hæc opinio videtur contra text. dict. cap. significante de pignor. Nec obstat Anton. Rubeis respōsum in consil. 134. quia in casu, quo Rubeus consuluit, nō erat pactum legis commissoriæ proprie, sed pactum quod debito non soluto, res esset empta creditori: quo casu intelligitur iusto pretio moderando, vt cum Bar. adnotaui supra numero 7. quod pactum absque iuramento validum est, si venditor erat alias venditurus, vt supra diximus, nec Rubeus dicit iuramentum operari, vt pactum legis cōmissoriæ trahatur ad venditionem pro iusto pretio: sed quod pactum validatur per iuramentum, in quo loquitur contra tex. dict. c. significante, & communem relatam num. præcedenti.

36 Prædicta conclusio sic ampliata limitatur primo, si pactum nō est de commisso suspenso in futurum, sed pignus de præsenti datur in solutum: tunc enim non est pactum quod res cadat in commissum, sed de præsenti venditur, & commutatur, & sic cessat prohibitio d. l. 3. C. de pact. pign. & habent locum. ll. quæ de pura, & mera datione in solutum, seu deuenditionibus loquuntur. l. si prædium. C. de euictio. l. cum dominam. C. de pigno. cessat enim hoc casu occasio captionis debitoris: quia de præsenti intendit vendere, prout absolute vendit, vel permutat, & sic non est præsumptio, quod hoc faciat vili pretio, nec de re qua carere non possit, vel cum alio damno suo, sed cum iu-

37 sta æqualitate, & de re, quā sibi commutari expedit prout huiusmodi cōtractus inter creditores, & debitores non sunt, nec esse debent prohibiti: alioquin commercia tollerentur, sed quando paciscitur de futuro, & conditionali commisso rei suæ, præsumptio est, quod nec de iusto pretio, nec an tali re carere possit; expendat propter spem fruitionis, & præsentem egestatem iudicium non parum hebetantem, & ita inconsiderāter scripserunt Doctores esse pactū legis commissoriæ in dict. l. cum dominam: multo inconsiderātius scripserunt esse pactum l. commissoriæ, in dict. l. Titius, in qua nihil de pacto legis commissoriæ, nec quod legi commissoriæ congruat, vt diximus, & agnoscit Pinel. in Rubrica de rescindend. vend. 2. par. cap. 1. num. 30. & probatur, quia ibi non est venditio facta de pignore, quamquam in hoc in effectu ad rem non faciat, nec fundus est debitus, nec datus in solutum pro debito: sed est alius, videlicet non hypothecatus fundus venditus certo alio suo, & congruo pretio: nec est venditio facta conditionaliter, casu quo non solueretur ad summi litudinem commissi, sed de præsenti.

38 Ex quibus infertur errasse Ange. l. 1. C. de pactis pignor. existimantem pactum, quod pignus sit de præsenti cessum pro debito, esse pactum legis commissoriæ. Imo nec illi simile est, cum sit pura, & mera datio in solutum de præsenti, vt in dict. l. cum dominam. C. de pignor. dict. l. si prædium. C. de euictio. cum enim debitor de præsenti addicit, præsumitur in dubio consulte facere, nisi constet de fictione, fraude, vel alia extorsione, de quo ad materiam, simulationis, vel fraudis recurrēdum est: & sic hæc nō est propria limitatio. Secundo limito in pacto q; debito non

39 soluto

soluto in termino res sit empta creditori, vel sit empta iusto pretio, quã tamen creditor alias erat vẽditurus: quia valet pactum, vt dixi supra. n. 7. & num. 19. Tertio limito principalem cõclusionem, vt procedat in vero pacto commissi in totum prohibito damnoso debitori, & lucroso creditori: secus si pactum illud non esset ad commodum creditoris, sed debitoris, ita quod magis per illud obligaretur, & astringeretur creditor, quã debitor, vt si domus, vel fundus dandus in solutum minus valet, quam debitum, vel vtilius sit debitori illum dare, quam pecuniam: & tamen ita conuenit, vt interim dilatio soluendi detur debitori, nec sit creditoris, sed debitoris electio, an pecuniam, an vero fundum dare malit. Sed tũc non est pactum legis commissoriæ, de quo loquũtur dict. iura, quod est in solum creditoris fauorem, & electionem, & in damnum, & illaqueationem debitoris, sed est pactum oppositum, vt liceat aliud pro alio creditori inuito soluere. Quarto limito quando apparet pactum non esse factum ad redimendam dilationem soluendi, nec esse extortum à creditore in locũ vsuræ, vel similis quæstus dilatę exactionis, sed esse factum sponte tanquam extremum, siue pars æque principalis legitimæ commutationis, vel concessionis, vt in contractu venditionis, si venditor certam quantitatem iugerum terræ, vel ex certo grandi latifundio vendiderit sub pacto, quod nisi mensurauerit, & tradiderit infra tale tempus, tunc totidem alia iura sic, & sic confinata, siue eiusdem, siue alterius melioris situs, sint vendita, vel certum quoddam prædium (non refert) valet pactum: quia non est nec esse potest quid in fraudem vsuræ, vel dationis accessorium. Sed est æque principale extremum legitimæ commutationis; nec enim secundum prædium minus est venditum, quam primum cuius loco subrogatum est; siue abinitio fiat hoc pactum, siue ex interuallo, vt est casus in l. 2. C. de pactis pignor. Nec est inconueniens quod electio hoc casu sit emptoris, vtrum malit tempore lapso: quia non est contra naturam, & iustitiam contractus, quod emptor siue pure, siue in diem habeat electionem, & liberum arbitrium, non an emptum habeat, sed vt quam rem volet ex certis emptam habeat. l. si in emptione. §. si emptio de contrahend. emptione, & pariter ex parte emptoris, si tempore venditionis conuentum sit, quod nisi pretium infra certum tempus soluerit, certa domus emptoris sit empta venditori pro pretio, vel in solutum pretij, non est pactum legis commissoriæ, sed pactum legitimum, & validum vtpote pars aliqua principalis, & legitimæ commutationis. Vt enim poterat venditor permutare fundum suum cum dicta domo: ita potest stipulari eandem domum, cuius similem forte empturus, vel redempturus erat pretio fundi die suæ soluto, & sic domus non est compensatio interusurij dilatæ solutionis pretij, nec in toto, nec in parte. Sed est extremum æque principale legitimæ commutationis, & sic non magis expectat ad materiam legis commissoriæ, quam quælibet vera promutatio, aut venditio. Est enim in effectu vera permutatio domus cum fundo conuenta in casum quo emptio fundi ex parte emptoris sua die non impletur, vel noua venditio, & emptio domus pro pretio fundi in eandem conditionẽ collata, & conuenta. Secus si vẽditor

ex

ex interuallo acquisita obligatione pretij faceret hoc pactum cum emptore debitore suo, videlicet quod nisi infra tempus soluerit, certa domus eius cederet in solutum: quia tunc esset inspiciendum, an fieret bona fide ad leuamen debitoris, & eius electionem, ita vt eius conditio fieret melior per hoc pactum, vt nuper diximus, & tunc valet: quia non est pactum pœnæ, nec commissi, sed pactū fauorabile debitori, vt aliud pro alio soluere possit, aut vero sit ad cōmodum, & ad electionem creditoris, & videtur pactum extortum ob dilatam solutionem, & exactionem pretij, & incidit in materiam, & sanctionem legis commissoriæ, nec astringit debitorem: quin oblato priori, & principali debito liberetur dict. 43 l. 3. C. de pactis pignor. Non obstat quod emptor non solum ab initio tēpore contractus, sed etiam ex interuallo post acquisitam obligationem fundi, vel euictionis, potest simile pactum facere cum venditore, si fundum intra tale tempus vacuum non tradat, vel si tradetur euincatur, dict. l. 2. quia istud etiā si fiat ex interuallo, non potest cadere in vsuram, nec in eius fraudem, sed est vera satisfactio, vel compensatio ipsius principalis debiti secundum naturam prioris obligationis conuenta. 45

Et sic in hoc est quædam differentia inter emptorem, & venditorem ex interuallo: & ratio differentiæ manifesta est, quia venditor obligatur non solum ad traditionem, sed etiam ad euictionem, vtque habere liceat, & sic non est præter, sed iuxta naturam obligationis, quod paciscatur siue ab initio, siue ex interuallo de alio fundo dādo, si is qui traditus est euincatur, & hoc nihil habet commune cum vsura: emptor autem obligatur ad dandum quantitatem, quæ est obligatio momentanea & in qua potest cadere vsura, ideo ex parte emptoris istud pactum liquidē fiat ab initio bona fide, potest esse extremū legitimæ conuentionis, vt eo casu contractus transeat in aliam legitimam speciem, sed ex interuallo cum non remaneat nisi obligatio ad certam summam pecuniæ, non potest amplius istud pactum esse extremum legitimæ conuentionis præteritæ. Sed compensatio dilationis, & interusurium pretij debiti, quod cadit in vsuram, & legem commissoriam, nisi fieret noua alia principalis, & legitima commutatio de præsenti, vt in l. Titius de pignorat. actione. Ex ijs habes materiā commissoriæ pignorum plane, & noue cum legali æquitate, & in theoria, & in praxi illucidatam. 44

Vt autē huius disceptationis vtilitas sit illustrior, & quam late pateat experiamur, libet quæstionem vnam quotidianam huc incidentem paucis vtrinque disputare, & resolutiue decidere. Vidua mercatrix pro dote filiæ nubentis promittit sex mille dimidium præsente pecunia, reliquum vero post annum numerandum. Quod etiam si non dicatur ex die nupriarum intelligeretur. l. tali de iure dotium Alexand. consil. 145 vbi Paris. Mod. dixit lib. 5. ea tamen cōditione, quod nisi infra annū persolutum sit, domus quam vidua inhabitat, sit pro illis tribus millibus acquisita, seu data in dotem filiæ, & ex tunc eo casu vidua domum conductam habeat pro certa mercede ad modicum tempus. Anno lapso vidua offert residuum dotis, vt de domo disponere valeat, gener seu filia non vult, sed eligit domum, an possit? Videtur quod sic, quia hic est dies, & pœna. Vide non videtur mora purgabilis l. magnam. 46

C. de

C. de contrahend. & committen. stipulatione. Vnum solum obstare potest, si dicitur esse pactum legis commissoriæ, sed respondetur primo, q̃ non inuenitur expressum in iure reprobari pactum legis commissoriæ, nisi respectu creditoris, qui pecuniã numerauit indigenti, à quo hanc legem extorsit, vt in l. fin. in fine. C. de pact. pign. vbi creditores id solum recuperare iuuentur, quod dederunt: & sic præsupponit creditorem pecuniam credidisse, idque indigenti, & sub hoc pacto: quare hoc pactum tam quam ab indigente extortum rescinditur. Sed hic gener nihil numerauit, sed illi numeratum est, & sic non potest congruè adaptari materia, & casus dict. l. fin. Sed materia, & casus dict. l. magnam. Secundo respondetur, quod etiam si prohibitio legis commissoriæ deberet extendi, vt non solum haberet locum in mutuo sed generaliter in omni debito, vt supra ista quæstione debet intelligi dummodo currant eędem rationes prohibitionis, videlicet fragilitas, & captio debitoris, & asperitas creditoris volentis ea fragilitate abuti. Nec aliter credere, aut dilationem dare debitori, qui sic cogitur temere se subijcere huic pacto non expenso valore rei committendæ, nec an eam vendere expediat. Sed omnes eę rationes cessant in præsenti casu, tam respectu creditoris, quam respectu debitoris, quia debitor, videlicet mater non indiget pecunia accipienda à genero, sed debet ei dare. Gener autem non certat de super lucrando prætextu pecuniæ suæ cum nihil det, nec etiam de circunuenienda socru, sed de congrua, & vberiori dote accipienda. Patet quia si dicta domus eo casu extante non cedit lucro ipsius generi sed efficiuntes dotalis tanquam vere in dotem eo casu, l. ita constante de iure dot. l. sed quod inde deleg. 2. & sic non potest conferri vsura dotis, sed vera dos, & in terminis Gallicarum consuetudinum, & legum Hispaniæ de communicandis bonis durante matrimonio quæsitis eadem domus eo casu non efficietur communis inter coniuges, nec iure conquestus censebitur, sed verum, & proprium vxoris patrimonium, & potest illud pactum esse appositum, non quod mater non haberet tantam pecuniam, sed alio certo consilio matris, vt videlicet infra illum annum exploraret mores, & industriam generi, vtque semper liberam opinionem retineret reliquum dotis dandi, vel in pecunia, vel in fundo, prout magis filiæ suæ, vel sibi ipsi expedire videret. Et sic istud pactum non potest esse pactum illud reprobum, & odiosum legis commissoriæ, sed pars contractus dotalis fauorabilis: & cum totus iste contractus dotalis non fiat ex eo quod dotans indigeat pecunia, vel vsu æris alieni, præsertim eius cui dat dotem, sed exabundantia, vel etiam munificentia dotantis, vt de suis facultatibus eroget incongruam, vel etiam vberiorem dotem, satis communis sensus ostendit cessare hic rationes, & odium legis commissoriæ: tum quia actus dotandi non solet fieri in indigentia, nec ex præscripto tanquam certæ quantitatis exactio, sed patrimonio composito, & pro illius modo, & magis vt arbitraria erogatio. l. quæro de iure dotium. l. cum post. §. gener eodem titulo. Nec est actus ex inopinato accidẽs, nec qui differri sine damno non possit, sed à longè præuisus, in quo differre, & cunctari, & varias, & cum variis conditiones tractare, & eligere licet. Vnde nõ solet ex aliqua necessitate,

47 48

tate, aut coarctatione, nec præcipitãter, sed sponte & longa omnium pactionum expensione fieri & sic in the
mate, & pacto de quo agitur cẽsetur 51
mater prudenter, & mature, & ere sua, & filiæ suæ ita pepigisse diligẽter expensis viribus patrimonij, & valore domus, & commodo vel incommodo huiusmodi alienationis, cessat etiam omnis extorsio, & consequenter omnis materia & ratio legis commissoriæ, nec istud pactum appositũ ad redimendam dilationem soluendi modici temporis, sed ad congruẽtius, vel vbertius dotandum, & sic stãdum est pacto, alioquin gener qui alias, cum alijs erat contracturus nec diu differre poterat emptionem domus, vel prædiorum, iuste queri posset se delusum, & damnificatum, & ita tenet Bald. Nouel. tracta. de dote. par. 7. q. 54. vbi subdit se ita consuluisse in pacto ex interuallo apposito: in quo vltimo cum schola communi errat, vt statim dicam. Tertio confirmatur, quia si mater dedisset dictam domum in dotem cum pacto redimendi pro tribus millibus infra annum, non esset dubium quin pactũ valeat, & posset domus incommutabiliter retineri post annum. Sed videtur istud pactum de domo danda in solutum, nisi tercille infra annum soluantur in eundem effectum recidere, & sic si vnũ valet, quod valeat, & alterum, ne lex imponatur verbis. 49 50 Sed istud vltimum non valet, quia hæc duo non verbis, sed re differũt, vt mox dicam. In contrarium, quod pactum non liget, nisi iuxta. l. pactũ vulgare. C. de pignorati. actio. & sic quod vidua quam re integra audienda sit, videtur. Primo per. d. l. quamuis de solutio. vbi prima facie videtur casus in simillimo inferiori, quia ibi pactum fiebat ex interuallo, & tamen dicitur, quod non ligat: igitur multo minus si incontinenti, vt hic quæ est bona consequentia secundum communiter doctores. Secũdo, quia ab initio non est conuentum de domo, sed de certa summa pro cuius securitate domus est hypothecata cum pacto commissi, si solutum non sit in termino, & sic est verum pactum de pignore dando in solutum, quod licet hactenus valeat, vt pignus distrahi possit, tamen non impedit re integra debitum offerri. d. l. pactum vulgare cum alijs supra ista quæstione. Tertio, quia istud pactum est in fauorem solius generi, quia est creditor, & sola mater debitrix obligatur, non autem gener: quia non tenebitur accipere domum insolutum nisi velit, sed habebit electionem, vel exigendi debitum, vel capiendi domum, quod est inæquale. Igitur sufficere videtur, quod habeat debitum incontinenti oblatum, quo si non contenteretur, videtur certare de super lucro, imo de vero lucro commissi reprobato, quo si non licet vti aduersus quemuis extraneum debitorem, multo minus erga socrum, quæ loco matris est, iust. de nup. §. socrum 52 53 Quarto, quia magna captio fieret mulieri, quæ & facile sperabat se persoluturam infra annum, facilis fuit ad temere consentiendum huic pacto, cuius conditionem euenturam non sperabat, & sic adest materia, & ratio. l. commissoriæ, & tanto magis si mulier habebat alias filias iuniores tempore suo elocandas. Totam autem peculij augẽdi industriam exercebat in eadem domo, in qua suam apothecam tenebat qua si breui conductione finita carendum esset, priuaretur potiori vitæ subsidio, & occasione reliquas filias cõgrue nuptum elocandi, & hanc partem quod istud pactum in distincte non valeat siue ex parte mulieris, cui dos venit resti-

tuenda, vt in.d.l.quãuis siue ex parte viri cui dos venit danda, late tenet Anton. Negus. tract. pig. par. 4. nu. 7. per quæ videntur elidi, quæ supra dicta sunt ad excludendum pactum legis commissoriæ. Non obstat vl-
54 timum, quod non possit pecunia offerri post annum, si ab initio domus ipsa esset data in dotem redimibilis infra annum: quia vt hoc est indubitatum, ita nihil habet commune cũ pacto, in quo ab initio de sola pecunia conuenit, & sola pecunia debetur, domus autẽ non debetur nisi sub cõditione accessoriæ, & in pœnã velut iure commissi, si in termino solutum non sit, sic inter hæc duo non
55 est modica verbalis, sed maxima, & realis differentia. Quid dicendum? concludo pro prima parte: quia cum in huiusmodi contractu omnia sint mere spontanea, & perpensa, & ab omnis extorsionis suspitione aliena, cessat odium, & ratio legis commissoriæ, & adest fauor dotis, ad quam
56 augendam tendit illud pactum, & ista erit quinta limitatio regulæ principalis, quam sub limito nisi quatenus probaretur, quod domus multum superualebat dictæ summæ, & quod mulier ignorabat. Item nisi probaretur de aliquo dolo, vel fallacia generi ad circumueniendum socerum, vt eam excluderet domo in qua omnem suam mercaturam exerceret, & vnde sibi, reliquisque filiabus victum, & dotem comparat, & prædicta tanto magis vera sunt, quanto gener, vel filia aliquid dant, vel faciunt, vt si pater filiæ nubenti, quam faciebat renuntiare futuræ successioni suæ opulentæ, promisit decem millia in dotem, quæ nisi soluerentur infra trimestre, dedit, & constituit in dotem quingenta perpetui, non redimibilis reditus super bonis suis. Non est dubium quin pactum valeat quia dictus reditus non solum est vera dos, quasi sua sponte constituta, sed contemplatione renunciationis futuræ successionis, facit Corneus,
57 consilio. 145. libro. 2. Non obstat d.l.quamuis de solutioni. quia respondeo dupliciter. Primo. quod ibi pactum non spernitur ob legem commissoriam, sed quia continet donationem inter virum, & vxorem quia ibi non apparet pactum extortum, nec in fraudem vsurarum, nec ad redimendam dilationem factum, sed apparet, quod fuit sponte ex interuallo pendente dilatione, quæ incerta est, nec in aliquo extenditur, vel differtur, contemplatione pacti, & sic illud pactum est mere gratuitum, & donationem continens inter eas personas prohibitam. Constat enim factum sine alia causa constante matrimonio, ibi, (*vir vxori*) & ibi (*direpro* (id est) *post quam erit deceptum*.

58 Verum est quod Bartol. ibi & alij post eum reprobant hunc intellectum, sed male reprobant, dicit enim Bartol. quod. dict. l. non distinguit, siue morte, siue diuortio dirimatur matrimonium, & tamen, quod indistincte reijcit pactum, & sic non propter donationem prohibitam: quia confirmaretur morte, & sic casus præmorientis viri debuisset excipi, quod non est factum.

Sed Bartol. male, & incautè loquitur, quia orario Seueri de confirmandis morte huiusmodi donationibus, non expectat ad promissiones, vel stipulationes, sed ad reales, & puras donationes traditionibus rerum factas. Secus si vir stipulãti spoponderit, quia morte non confirmatur, licet vir in ea voluntate decesserit, text. in. l. Papinianus de donationibus inter virũ,

& vxor.

& vxor pulchre Paulus consilio, 118 lib. 1. Couar. 3. par. rubricæ de testamen. numero 3. sed in. d. l. quamuis vir nihil tradidit, sed tantum stipulanti vxori spopondit in futurum dare, & vbi de præsenti dedisset, non tradidit, & sic non erat metuendum, nec excipiendum de confirmatione per obitum, & sic stat recte, & tute defensus hic primus intellectus, quod etiam plenior, & verior est.

60 Confirmatur quia considerandum est tempus Digestorum, quo alter coniugum ab altero libere septem testibus adhibitis diuertere poterat. l. nullam, & per totũ. de diuort. & sic poterat vxor per illud pactũ solicitari ad diuortium, vt lucraretur prædia viri, vel illud pactum exigere, nec illico importune diuerteret merito illic reprobatum fuit, etiam citra considerationem legis commissoriæ, quæ eo iure, vt dixi nondum

61 erat prohibita. Et aduerte quia glossatores, & doctores allucinati sunt, putant enim indistincte facilius admitti hoc pactum ex interuallo, quam incontinenti, & quando ex interuallo distinguunt, vt valeat ad excipiendum: etinendo, vt in. d. l. Titius, non autem ad agendum, d. l. quamuis, quod est erroneum, & contra rationem, vt satis supra confutaui, dicendo quod in mutuo istud pactum odiosus est, & minus tollerandum si apponatur ab initio, quam si ex post facto; quia tunc ab initio

62 maior est ratio extorsionis & fragilitatis debitoris. Sed in alijs contractibus, vbi istud pactum non est contra naturam actus, sed est pars, vel extremum legitimæ conuentionis, vt in exemplis nouissimis, contrarium est: quia ab initio apositum valet. Siquidem est pars legitimæ conuentionis, & cessat materia, fraus & odium legis commissoriæ.

Sed ex interuallo post obligationem ad pecuniam pure, & semel acquisitam, non valet regulariter: quia tunc incidit in legem commissoriam. Patet quia non apponitur nisi ad redimendam dilationem, vel nimis strictam, & rigidam exactionem debiti, suspenditur enim in futurum, casu quo non soluatur in termino. Interim autem facile sperant debitores se soluturos, & sic non expendunt valorem rei, nec an distrahere expediat, & spe fallente

63 in magnam captionem incidunt, quam debito oblatore scindi equum est, & hic est etiã proprius casus. d. l. quamuis. Non obstat, quod vbi vir non tenebatur pure, sed in diem, in certum, & quod nulla fuit prorrogatio dilationis, quia satis est, quod secundum iura digestorum vxor poterat libere diuertere, & dotem repetere, & sic vir tenebatur pure quandocunque dotem restituere, si vxor vellet. Quare hoc metu, vt que vxorem retineret, & ne statim cogeretur ea diuertente dotem restituere, impulsus est ad illud pactum, quod consequenter incidit in legem commissoriam, & merito

64 spernendum est, & sic multum errant Bald. Nouel. tract. de dot. par te 6. quæstione. 54. & alij vbique dum putant, hoc pactum factum vxori à marito esse validum ex interuallo: quia contrarium est dicendum, quod ab initio tempore contractus dotalis bona fide factum est validum, siue ex parte dotem promittentis, siue accipientis, quia tunc est factum spontanee & sine extorsione, & est pars legitimæ conuentionis. At ex interuallo post obligationem acquisitam si sit ad dilationem redimendam, vel producendam, non valet tanquam in fraudem vsurarum, & legis commissoriæ.

soriæ. Vnde si post contractum matrimonium gener paciscereturcum socru,quod nisi persoluerit in termino talis domus esset in solutum,spernendum esset pactum, saluo,quod posset valere secundum naturam hypothecæ iuxta l.1. C. de pactis, pignor. &. l. pactum vulgare, C.de pignorat.actione. alium intellectum ad.d.l. quamuis tradit Pinelus in. 2. parte Rubr. de rescindenda venditione.capit.1. numero 28. quem vide, plures alias quæstiones prætereo,ne nimis euager à principali materia nostra, ad quam proprius accedendo.

65

Venio nunc ad principalem quæstionem, & quæro an istud pactum casu quo non valet vitiet actum, seu contractum principalem reditus? Breuiter de iure dicendum quod non, sed dumtaxat vitiatur per textum in.l.fina.in fin.C. de pact.pignor. vbi tantum rem, hoc est ius commissi rei,seu commodum huius pacti creditor amittit. Reliqua autem iura, etiam quo ad vsuras legitimas, & omnia accessoria salua manent per l. eos.C. de vsur.cũ alijs supra libro 1. quæstione 7. in principio. Vnde prima facie videtur, quod in terminis horum reditum annuorum,non vitiaret,sed tãtum vitiaretur vt scribit Felicianus de censibus lib.1.capit.fina. numero 29.in fin. Tamen dicendum omnino, quod si reditus ematur ad rationem quatuordecimæ, vel etiam quindecimæ,pactum in eodem contractu appositum, quod nisi redimatur infra certum tempus, certus fundus debitoris,siue hypothecatus,siue non,cedat in solutum ipso iure vitiat,& annullat totum, contractum. vt si quæ pensiones soluantur debeãt in sortem imputari. Ratio est manifesta, quia istud pactum implicat

66

67

duo. Primum quod non possit perpetuo libere redimi,sed solum vsque ad certum tempus, & istud licet quando solum non vitiet, sed vitiet:quia est contra secundum caput tertij substantialis, vt supra hoc libr. quæstione. 1.tamen iuuctũ cũalijs, etiam quæ per se sola non vitiãt vitiaret. Secundo,quod debitor omnino infra certum tempus teneatur redimere,& sortem vel rem æquiualentem restituere, quod est directe contra primum substantiale negatiuum,quod sors nunquam debet posse repeti, quod vel solum in totum vitiat:quia,vt sæpè dictum est,perpetua abalienatio sortis est de necessitate substantiali horum reddituum prædicto vili pretio constitutorum, & sic posse sortem repetere, vel ad redimendum cogere, aut rem quampiam in solutum cedere, tollit omne fundamentum, & substantiam horum reddituum,etiam si debeat cedere in solutum pretio iusto tunc æstimando:quia sic deberet reddi sors

68

69

Secus si reditus esset emptus ad rationem vicesimæ, vt infra libr.1. quæstione.7.ex quibus patet euidenter & absque dubio nullum esse contractum illum,quem late discutit. Andreas Tiraquel.in tractatu. conuentio.in fin.quæstione.24. de huiusmodi reditu pecunia empto cum facultate redimendi infra duos annos, & cum antichresi,dato videlicet certo fundo creditori possessuro, & percepturo, interim fructus loco reliquorum,& cum pacto, quod nisi debitor redemerit infra illud tempus,cedat ille fundus creditori in solutum,& loquitur Tiraquel. de constituto ad rationem duodecimæ, vt exponit in fin.dict.quæstion. numero. 142.nec clare decidit, sed magis inclinat, subdubie tamen quod totus contractus vitietur, sed

70

minime

minime dubitandum, etiam si esset emptus ad rationem quindecimæ, cum hic tria vitia concurrant. Primum limitatio facultatis ad breuissimum tempus biennij. Secundum pactum anticheseos, vt creditor per manus suas possideat, & fruatur. Tertium, quod debitor teneatur redimere, aut rem plus valentem perdere, quod peius est, & duo alia ex abundanti, videlicet. Quartum, quod ad dictam redemptionem teneatur infra illud breuissimum tempus biennij. Quintum quod anticheresis cedat in solutum, non pro iusto tantum pretio, sed absolute, licet plus valeat, quam sors.

71 Sed idem Tiraquel. in eadem quæstione, numero. 139. tenet indubitanter valere dictum reditum, si sit constitutus ex interuallo: puta quia pecunia primum fuit simpliciter mutuata, postea conuersa est in emptionē reditus cum eisdem pactis, quod pariter est indubitanter falsum: quia quandocumque reditus huiusmodi constituantur, necesse est substantialia sua reseruari, & constitutos limites non egredi. Sed fortius tenuit Tiraquel. non solum enim dicit valere hoc vltimo casu, constitutionem reditus, sed etiam dicit simul cum ea valere omnia alia pacta, nec esse illicita, quod nedum falsum, sed in tollerabile est. Idem Tiraquel. eodem loco, quæstione 25. reliquit cogitandum si sub eisdem pactis ematur reditus ad rationem quindecimæ. Ex quibus facile in- 73
telliges quam fuerit necessaria, laboriosa hæc nostra noua & exactissima disputatio totius huius materiæ, vtque simul Herculeos hoc labores subirem. Quid igitur dicemus in
72 terminis, in quibus excitandæ cogitationis lectorum gratia, formauimus quæstionem nostram principalem in princip. videlicet quando in defectum solutionis reliquorum per quinque, vel octo annos, certus fundus debitoris debet cedere in solutum? Hanc quæstionem tetigit, Olanus in concordia iuris litera. A. numero. 110. & Gutierrez libro. 2. practicarum super. ll. regias, quæstione. 176. numero. 3. Valascus consultatione. 35. Mexia in pragmatica pœnis conclusione. 6. numero. 122. Quo loco tenent pactum istud commissi, nullum censendum fore. Breuiter respondeo, quod hæc sola clausula non vitiat, sed vitiatur. Ratio quia debitor non cogitur directo, & necessario redimere, vel dare in solutum, sed solum sub certis conditionibus, quas de facili euitare potest, ad hoc habet notabile interuallum, puta quinque, vel octo annorum, potest etiam libere perpetuo redimere, & interim bonis suis frui, quia nulla est anthicresis. Datio vero in solutum non apponitur redemptioni, nec fit in defectum redemptionis quocumque tempore, sed solum in defectum solutionis reliquorum multorum continuorum annorum, & adhuc illa datio in solutum restricta est ad rem non maiorem reditum afferentem, merito illa clausula non vitiat, sed vitiatur, secus si alia concurrerent puta acceleratio temporis, & quod non posset redimi, nisi vsque ad certum tempus, aut alia vitia, & ita intelligendum, & limitandum arbitror motum proprium Pij. V. Pontificis maximi in versiculo pacta continentia morosum census debitorem, ibi. (*aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam*

cadere ex toto irrita sunt, & nulla,) vbi videndus est Emanuel Rodriguez qui optime Anglesij resolutionem reprobat. Nec obstat l. 74 68. Taur. quia eius rigor merito ab aula discessit, nec est vsu receptus, vt cum Peretio Valasco Olano, Matienço & alijs tradit Felician. de censibus lib. 1. cap. 10. numer. 11. & cum eiusmodi pactum summi Pontificis motu proprio supra dict. nullum fuerit declaratum legis ciuilis contraria dispositio fersanda non est, cum simus in materia peccati iuxta notata capit. 1. de oper. noui nuntiatione. Nec placet intellectus Ludouici Mexiæ, qui in pragmatica panis conclusione 6. numero 124. intelligit d. l. 68. Tauri in contractu emphyteotico, quem censum improprie appellari censet. Sed nec verba impropriandа sunt, nec si ita intelligas conuenient verba finalia illius. l. ibi: *Pueste que la pena sea grande y mas de la mitad*, nã in contractu emphyteotico non datur pretium, quod pęna commissi possit induplo excedere, prout datur in reditu, ergo text. ille non loquitur de emphyteusi, sed de censu, & annuo reditu, vt agnoscit Ioan. Garcia de expensis, capit. 9, numero. 64, & sequentibus vbi plures refert, qui de illius. l. intellectu disputarunt, sed non est cur nobis negotium faceſſat lex merito a praxi inforensi disceptatione explosa, & motus proprij declaratione reprobata maxime in materia suspecta qualem hanc redituum esse diximus,

Ex quæstio. sequent.

VSura serpit per contractus, numero. 1.

Vsura quandoque adumbratur sub nomine reditus, n. 2.

Vsura palliatur sub venditione rei non fungibilis. n. 3.

Pactum retrouendendi in se licitũ. num. 4.

Etiam si restringatur redimendi facultas, nu. 5.

Vendita re sub redimendi pacto, quomodo sit consideranda lesio? numero. 6. & sequentibus.

Pactum redimendi quantum diminuat de iusta rei venditæ æstimatione? numero. 8. & 24.

Ad perpendẽdam lesionem, an debeat considerari valor rei habita ratione eius, quod pactum de retrouendendo minuit n. 8.

An vilitas pretij, & pactum redimendi sufficiant ad conuincendum contractum simulatũ vel in fraudem vsurarum, n. 9. & seq.

Elicitur Doctorũ mens, & concordantur eorum opiniones numero. 12.

Et quid si nulla egestate præsus vẽditor, sed sponte sic contraxit, num. 13.

In discernendo inter deceptionem vsurariam, & deceptionem re ipsa, inquirendum est, an emptor sciuerit, an ignorauerit rei superualentiam, & pretij modicitatem. n. 14.

Non

Non data in emptore scientia superualentiæ rei, nulla fraus, nec vsura cadit n. 15.

Et qualis emptoris scientia intelligenda sit ibidem.

Si egestate pressus fundum valentem tria millia vendidit mille cum facultate redimendi, & emptor sciuit illam læsionem, contractus in fraudem vsurarum censendus est, numero 16.

Etiam in pœnalibus fieri extensionē interpretatiuam, ne l. sit illusoria. n. 17.

Si contractus sit vsurarius rei vendicatione agit venditor ibidem.

Notatur multiplex excessus emptoris in prædicto contractu, numero 18.

Et quid si prædictus fundus sit emptus plus mille sed minus, quā mille ducentis. n. 19.

Et quid si æstimatur fundus promille ducentis, & sic ad rationem duodecimæ habita ratione ad fructus omnes fundi: numero 20.

Et an tunc emptor possit petere, & reditus duodecimæ soluatur a tempore contractus? numero 24.

Lex 2. C. de rescindenda vend. an procedat tantum in empto re, quibona fide contrahit, non autem in sciente se decipere venditorem. n. 22.

Modicitas pretij, etiam minor dimidia bene consideratur cum alijs coniecturis ad præsumptionem doli, vel vsuræ, numero 23.

Et quid si prædicto casu fundus emeretur pro 1500. an valeret contractus n. 25.

Quid si eodem themate retento emeretur fundus pro. 1600. n. 26

Emptor prædictis casibus non habet electionem. l. 2. C. de rescindenda venditione, numero 27.

Lex 2. C. de rescind. venditio. non habet locum in materia vsurarum, vel fraudi vsuriæ obnoxia. ibidem.

Quid si emptor bona fide, ignorans fundi valorem, emerit pro mille fundum valentem tria millia cum prædicto redemptionis pacto. n. 28. & 30.

Stricti iuris, & æquitatis certamē. num. 29.

Qualis fructuum ratio habenda sit prædicto casu n. 31. & 33.

Et an in dubio emptor fructibus consumptis præsumatur factus locupletior. n. 32.

Quid si bona fide emptor emerit in fra mille, & longe minus dimidia iusti pretij deducto onere redimendi. n. 34.

Et quid si emerit bona fide emptor pro 1200. ita quod non sit læsio nisi re ipsa, minus dimidia cum redimendi pacto, an va

leat contractus? num. 35.

Ad annullandum contractum prædictis casibus non requiri quod emptor sciuerit se lædere venditorem vltra dimidiam. numero. 36.

Recognitio in emphyteusim rei proprie ab egente pro pecunia facta, an & quando censeatur in fraudem vsurarum. n. 37.

Directum dominium vendi posse ibidem.

Quid in prædicto casu iudicauerit Neapolitanus Senatus? n. 38.

Multum interesse, quod quis suam rem valentem 1000, pro numo in emphyteusim concedat cū pacto commissi, vel illam pro trecentis tali conditioni submittat. n. 39.

Quid si quis vendat reditum fructuarium perpetuum cum iure dominij directi minoris, quam ad rationem decimæ, vt in Gallæcia sæpe contigit, an contractus vsurarius censendus sit. nu. 40.

Et quid si princeps egens publico ædicto vendat reditum ad rationem decimæ super fiscali, fundo constitutum, an valeat contractus. n. 41.

Iustum rerum pretium est, quod taxatur a superiore. n. 42.

Nullus debet esse sapientior lege, vel legislatore. n. 43.

Non debet quis decipi authoritate legis. num. 44.

Fide sublata nulla est respublica. num. 45.

Locatio quando censeatur facta in fraudem vsurarum, n. 46. & 48, & 62.

Pactum redimendi cum enorm pretij modicitate, maxime in solito fenerari, reddit contractum nullum. n. 47.

Et quādo venditio, & locatio fiunt diuersis contractibus, an locatio censeatur pars venditionis? n. 50. & 52.

Et quando dicatur actus fieri incontinenti? n. 51.

Contractus eodem tempore celebrati censentur correspectiui. numero. 52.

Multiplicatio instrumentorum non minuit, sed auget præsumptionem fraudis. n. 53.

Et quid si inter venditionem, & locationem, sit interuallū vnius diei, an censeantur contractus respectiui? n. 54.

In materia suspecta sufficit brevitas temporis ad fraudem coniunctionis actuum præsumendam. num. 55.

Et quod censeatur tempus breue. numer. 56.

In materia suspecta interuallum vnius diei non purgat, sed auget præsumptionem fraudis. numer. 57.

Nihil releuat probare vsuras promittentis spontaneam voluntatem. n. 58.

Contra

Contra fraudatorem rei illicitæ dantem operam, singula expendēda. num.59.

De malo verbo, & de malo homine, non nisi malum præsumendū. num.60.

Contractu in fraudem vsurarum celebrato sors amittitur ex iuris rigore, is tamen rigor in vsu non est. num.61.

Vendito fundo, & data dilatione soluendi pretium, si interim venditor locat eundem fundū pro certa pensione sibi soluenda, an sit licitus contractus. n.62.

Si emptor locauit rem emptam venditori pro minori pēsione, quam valeat, an præsumatur contractus vsurarius. n.63.

Si locaui rem meam iusto pretio æstimatam, eo pacto, quod si pereat vel deterioretur, sum pretium cō sequuturus cum aliquo lucro, an sit licitus contractus. n.64.

Coniecturæ quibus vsura præsumitur in contractu locationis. ibid.

Si pro commodata pecunia, vel argento ad apparatum, aliquid exigitur, an sit contractus vsurarius. n.65.

Quæstio. III.

De venditionibus, locationibus & alijs contractibus in fraudem reditus vsurarij.

Fiunt sæpissimè conuentiones, prima fronte licitæ, & iuri cōformes, quas si introspicias, latet anguis in herua, & sub verborum tecto rio vsura palliatur. Serpit enim reditus vsurarius per cōtractus more morbi lalli, & adusti, vt inquit Carrocius de locato in rubrica de vsuris in principio, & in primis sub nomine reditus annui adūbratur vsura si reditus sit emptus tam vili pretio, vt non accēdat ad rationem decimæ, iuxta ea quæ diximus supra, lib. 1. q. 7. & q. 12. Imo sub nomine venditionis fundi, domus, vel alterius rei, quæ non consistat in pondere, numero aut mensura, quandoq; vsura latet. Finge enim fundum ferentem centum reditus annui veniſſe promille sub perpetua & libera redimendi facultate. Si attēdimus verborum corticem non videtur illicitus contractus: quia emptio hic contrahitur, & pactum reuendēdi in se licitum est l. 2. C. de pact. inter empto, late Tiraq lib. 2. retracta. in præfatione. n. 2. & seq. etiam si restricta sit redimendi facultas, vt pluribus comprobat Decianus, cons. 2. lib. 1. n. 130. & seqq. Pro quo facit quia emptor noluit mutuare, nec reditū emere, sed fundū, nisi aliter probetur de simulatione, & cōtractu pignoratitio, quo casu detur læsio recurrendū erit ad l. 2. C. de rescin. vēd. Quam læsionem hic subesse alij dubitant, alij negant, eorum æstimationem ex sua cupiditate metientes, quia nolint sub

incerto emere,& multo minus ſub libera redimendi facultate: vix dimidium iuſti alioqui pretij exiſtimãtva lere rem venditã ſub hoc onere,& ſic nullã,aut ſaltẽ modicã læſionẽ eſſe cenſent in hoc cõtractu. Rurſus ſic argumentãtur, retenta etiã tẽperatiſſima analogia,& æquabili æſtimatione,de qua infra hoc lib. q. 11. q. libera facultas redimendi nõ diminuat de iuſta,& cõmuni æſtimatione totius fundi vltra tertiã partẽ: adhuc hic nõ reperietur deceptio vltra dimidiam, ſed ſolũ& adſumũ in dimidia: quia fũdus iſte ad ſummũ, etiã in locis pace fruentibus, valet 3000. per notata ſupra. 1 li. q. 6.& deductis mille protriẽte ratione liberæ facultatis redimendi retentæ, reſtant duo millia iuſti pretij. Sed venditori dãtur mille,& ſic ad ſummũ nõ lęditur vltra dimidiã iuſti pretij habita ratione pacti de retrouendendo, vt haberi debet extra ditam a Vincen. Carocio in d. rub. de vſuris. q. 11. n. 15. Maſcard. de proba. lib. 1. cõcl. 447. n. 10.& ſeqq. Valaſco conſultat. 70. nu. 11.& 12. ſic videtur in foro exteriori huic vẽditori ſubueniendũ non eſſe, cum liceat contrahentibus, vſque ad dimidia ſe decipere. l. in cauſa. 2. §. idem Pomponius de minor. Item ſi pretiũ & quemadmodum. ff. locati. In contrariũ facit, quia eſſet aperta via ad fraudandum quamuis decimã,& illicitũ fenus exercẽdum: quia nollens contentari reditu quatuor decimæ ſuper fundo, emeret ipſum fundum prædicto vili pretio ſub pacto redimẽdi. Hic incidit obiter excutienda famigerata illa,& cõtrouerſiſſima quæſtio, an hæc duo ſola, ſcilicet vilitas pretij, & pactum redimẽdi ſufficiat ad concludendũ contractum ſimulatum, vel in fraudẽ vſurarũ. Et partẽ affirmatiuã tenent glo. ſi in. cap. cõquæſt. de vſuris Alberic. in l. emptione. C. plus valere, quod agit. Imol. in. c. ad noſtrã. col. 4. de emptio.& vend. Paul. cõſ. 143. viſo proceſſu. n. 2. lib. 2. Fulgoſ. cõ. 143.& plures, quos citat Cepola in tract. de ſimula. cõtract. in. 6. caſu principali, colu. 2.& cõſ. 58. viſis inſtrumẽtis Alex. cõſ. 54. vbi tetigit Moder. Pariſ. lib. 6. Guid. Pap. deciſion. Delphi. 516. Ambroſ. de Vig. in repetit. d. c. ad noſtrã, &c. ſalubriter. n. 3. cũ ſeq. de vſuris Bar. cõ. 51. Stephanus Bertrand. cõſ. 86. ponitur in facto lib. 1. cõſ. 219. cum ſeriberem col. 1.& 2. conſ. 255. pretij vilitas conſ. 287. cum præſupponatur, lib. 2 conſ. 3. ponitur in facto lib. 3. Thomas Ferr. cautela. 17. Matthæus de Afflict. deciſio. Neapoli. 65. Aymon late conſ. 156. num. 4. cum ſeq. & num. 16.& Guillelmi. Caſador. in deciſio Rotæ ſub tit. de vſuris, Pariſ. conſ. 54.& 55. lib. 1. Hieronym. Gabriel, conſ. 74. num. 3. lib. 1 Ioan. Bap. Lupus de vſuris comentario. 2. §. 1. n. 29. vbi plures refert qui hanc ſententiam ſequuti fuerunt, quæ videtur placuiſſe Gregorio in l. 28. tit. 8. p. 5. gloſſ. 3. verſiculo. 3. limita. & in l. 42. tit. 5 p. 5. glof. 1. ad finem Follerio in praxi cenſuali verſ. inſtrument. gratiæ. num. 3. Et hanc opinionem prouauit l. Regia Luſitana lib. 4. tit. 27 §. 1. vt adnotauit Valaſcus conſultat. 70. num. 6.& veriorem,& magis cõmunem dixit Tiberius Decianus, conſ. 2. num. 26. lib. 1.& magis communem,& cõſcientiæ minus periculoſam,& ab ea recedendum nõ eſſe iudicando,& conſulendo ex Michaele de Graſis dixit Maſcard. concluſ. 447. nu. 5. Negatiuam autem, quod illa duo ſola nõ ſufficiant tenent Cyn. Salic. in d. l. ab emptione.& plures quos citat Cæpol. in d. tractatu. de ſimulatione contract. in. 6. caſu principali. colum. 2.& 3. vbi hanc partẽ ſequitur,& requirit ad minus tres præſumptiones. idem ſentit Alexan.

cons.

7

8

consilio. 109 in fin. consilio. 119. numero. 4 libr. 3. consilio. 28. numero. 4. lib. 1 Socin consilio. 248. lib. 2. & plures, quos citat Decius, consilio. 167. numero. 3. vbi hanc partẽ sequitur vtra quos adde Paul. consilio. 74. columna. 3. lib. 2. Corne. consilio. 224. & 241. & 348. columna fin. lib. 1. Iason. consilio. 150. libro. 4. Conrad. in tractatu. de contractibus, quæstione. 84. conclusione. 3. & conclusione. 4 Afflict. decis. Neapol. 40 columna fin. Hieronym. Cagnol in repetitione. l. 2. columna. 3. numero. 19. & numero 50. C. de pactis inter empto. & vendito. idem sentit Nicolaus Boerius decis. Burdeg. 102. vbi male citat Albericum pro hac parte, & magis communem testatur Tiraquel. lib. 2. retract. in præfatione, numero. 5. Corrasius, lib. 3. Miscelan. capit. 9. Osascus Otauia. decisione Pedemontan. 42. columna fin. Decianus consilio. 2. numero. 176. cum sequent. lib. 1. sequitur Menochius lib. 2. de arbitr. casu. 217. & cum hac opinione transit Felicianus, libro. 1 de censibus c. 6. numero. 13. & Valascus consultatione. 70. numero. 3. Vincencius Carrocius in tractatu de locato in rubr. de vsuris quæstione. 11. vbi multiplicer limitat. Tertia fuit opinio existimantium iudicis arbitrio rem hanc delegandam fore, quod probauit Corneus consilio. 4. lib. 1 Alexand. consilio. 119. in fin. lib. 4. Neuizanus consilio. 88. numero. 4. Couatruuias, libro. 3. variarum capit. 8. numero. 4. versiculo cæterum ad sedandam, quos sequitur Ioannis Baptist. Lupus de vsuris commentario secundo. §. 1. numero. 29. & sequen. & sequitur diligentissimus Menoch. qui plene & erudite agit de re ista libro. 3. præsumptionum præsumptione. 122. numero. 40. vbi refert, quasdam præsumptiones, quibus animus fœneratoris inferri, seu moueri potest, alias etiam præsumptiones ex quibus pactione retinendi augeri, vel minui possit suspitio vsuræ tradit Tiraquel. lib. 2. retract. in præfatione, & lib. 1. in præfatione, numero. 37. & quod pactum retinendi non adiectum instrumento venditionis præsumptionibus, & coniecturis probari possit, docet Paul. consilio. 143. in 2. parte, Priores duæ factiones tot habent sequaces, vt vtraque crebrioris sententiæ calculum sibi vendicet, ita vt vix discerni possit si doctores inumeres (tanta est eorum hac in re varietas) quæ sit receptior opinio. Sed si sententias ponderes facile inuenies, quod prioris opinionis asertores, vt plurimum loquuntur in magna, & enormi pretij modicitate, secundæ vero, & negatiuæ opinionis sequaces, vt plurimũ in mediocri, seu non tam magna pretij vilitate, & sic resultat communem sententiam, & mentem doct. recte intellectam esse, quod illa duo sufficiant, si est magna disproportio, & modicitas pretij. alioqui sola non sufficiant, ita sentiunt Corne. Cagnol. & alij quos refert, & sequitur Mascard. de probation. volumine. 1. conclusione 447. numero. 9. Aymon consilio. 156 numero. 12. vbi exemplificat in venditione rei valentis. 500. pro ducentis sequitur Vincencius Corracius d. tractatu. de locato in rubr. de vsuris quæstione. 11. numero. 14. Octauianus decisione. 42. numero. 9. & loquuntur Doctores in eo, qui necessitate rei familiaris, vel aliqua egestate pressus sic vendidit. Secus si nulla egestate impellente, sed sponte, & sponte quisibet sic contraheret, vel donaret, quod licet Doctores non exprimant, tamen ita intelligũt

& ad

& ad id quod frequentius accidit se referunt, l. nam ad ea de legib. & hæc communis sententia videtur æquissima, & sic infertur contractum de quo agitur nullum, & vsurarium. Verum adhuc subsisto:
14 quia nondum adest plena, & legalis æquitas, doctores enim omittunt vnum, quod est inter præcipua in hac materia, in qua de discernendo inter deceptionem vsurariam, & deceptionem re ipsa, & inter contractum in fraudem vsurarum, vel simpliciter excessiuum agitur, videlicet an emptor sciuerit notabilem illam superualentiam rei, & modicitatem pretij, an vero ignorauerit, & fuerit in bona fide, putans iusto pretio emere, quo vltimo casu nulla fraus, nulla vsura cadere potest. Et aduerte, quod hic scientiam refero, ad notitiam ve
15 ritatis facti ex quo resultat disproportio illa, & nimia inæqualitas secundum rectam rationem, & sensum communem fraudis, & prauæ cupiditatis expertem, vt nuper dixi. Non autem refero ad priuatas opiniones, & singulares quorundam affectus, quorum iudicium noxius auaritiæ habitus ita peruertit, vt æstiment rem tantum, & non plus valere, quantum vendi, vel emi potest quomodolibet etiam cum notabili supergressione proximi. Huiusmodi enim opinio non est scientia, sed error affectatus malitia inuolutus, nec distat a simplici fraude, & dolo, nisi quod non est simplex fraus, & dolus, sed dolus inueteratus, & qui iam in habitum transit & obcaluit, eoque magis obnoxius est & inficit.

16 Nunc ergo singulos casus obiter distinguendo dicimus primo in adæquato casu quæstionis nostræ, quando venditor aliqua egestate præsus fundum centum annua communiter ferentem, & valentem tria millia, vel circa vendidit mille sublibera facultate redimendi, quod si emptor sciuit magnam illam læsionem, seu valorem fundi, contractum nullum esse, tanquam vsurarium, siue in fraudem quatuordecimæ, seu duodecimæ, imo etiam in fraudem decimæ. Hanc conclusionem non solum ratio manifesta probat, & æquitas elicit, sed etiam necessitas virandarum fraudum extundit. Huc enim concurrunt extrema, & subiectum, & materia, & effectus, improbi fœnoris, videlicet alter indigens vsu æris alieni, alter indigentia aliena abuti volens in suum compendium, & excessiuum lucrum, nihil autem hic est, quod fœnus, & vsuram adumbret, nisi solus titulus emptionis, & venditionis fundi, sed hic titulus nullo modo prodesse potest huic emptori: quia non bona fide sed mala negotiatur: scienter enim supergreditur, & enormiter lædit indigentem, & in angustia constitutum, quem potius liberali mutuo sublenare debet, aut saltim iusto pretio partem fundi, vel aliam rem emere. Cum igitur mala fide, & inique extorqueat titulum emptionis tam iniquæ, non debet ei titulus iste prodesse, l. 1. l. nec ex dolo, de dolo malo, aut enim emptio est simulata, & res est expedita, aut non est simulata, & saltem hoc casu est iniqua, & mala fide extorta, & sic in effectu respectu tam enormiter scienter decipientis, idem esse debet, ac si esset simulata, vel non interuenisset: quia non debet tam enormiter, & scienter decipienti decepti o sua in aliquo prodesse, & sic eiusdo titulo vel tectorio emptionis non remanet aliud, quam mutuum vsurarium, siue datio pecuniæ pro lucro excessiuo, donec pecunia redatur, & ita necesse est dicere, alioquin

omne

omnes leges vsurariæ, & cohibitiones horum reddituum, essent illusoria, solaque verborũ formula, eodem effectu semper manente, passim fraudari possent.

17 Quod tam absurdum est, vt etiam in pœnalibus fiat interpretatio extensiua, ne lex sit inutilis, & delusoria. l. fina. de calum. l. sed Iulianus. §. mutui dationem ad Macedoni. tradit Paris. Moder. in consuetudin. Paris. §. 13. gl. 3. nu. 9. & sic hoc casu titulo emptionis expuncto tanquam simulato, aut saltim tanquam fraudulento, & sic fraudatori inutili. Concludo contractum nullum velut improbum fœnus, vt potè rationem quatuordecimæ excedentem, omnesque fructus, etiam percipiendos in sortem imputandos, fundumque residuo si quod sortis superfit oblato, vindicari posse (hoc enim remedium competit quando contractus fuit vsurarius, vt tradit Valascus consultatione. 70. numero. 8.) de quo vide quæ diximus libro. 1. quæstione. 18. numero. 97. nec non superfluos fructus condici posse censeo.

18 Multipliciter enim & scienter excessit emptor rationem decimæ. Primo, quia non contentatur reditum ad rationem decimæ emere sui per fundo, sed etiam vult habere possessionem fundi per manus suas, vult perpetuam antichresim: imo etiam vult perpetuum vsumfructum, donec sors redatur. Secundo quia nec ijs contentus vult eodem vti pretio ipsius fundi plenam proprietatem emere, idque scienter. Tertio, quia consequenter vult habere augmentum, vt non solum de fructibus, & vsufructu, sed etiam de toto fundo, possit tanquam dominus disponere, quem etiam per se, vel hæredem longissimo tempore, vel per alium longo tempore facultati redimendi præscribere, & sic multipliciter superexceditur ratio decimæ, & ita hoc casu contractum vsurarium censendum esse non obscure sensit Couarruuias. d. libro. 3. variarum. capit. 8. numero. 4. versiculo cæterum ad finem, faciunt quæ tradit Graueta, consilio 156. numer. 8. Osalcus decisione. 42. columna fina. Menoch. d. præsumpt. 122. num. 40.

19 Sed quid si emptor emerit fundum plus mille, sed minus, quam mille ducentis, puta si emerit vndecies centenis, & sic interdecimam, & duodecimam habita ratione ad reditum fundi, eodem in cæteris retento themate? & videtur adhuc idem, quod in casu præcedenti: quia in effectu adhuc ratio decimæ excedi videtur, per nuper dicta, tamen verius, & equius puto non concurrente alio vitio, non esse hoc casu summo illo iure totius contractus cassationis vtendum, atento, quod prouentus annuus per se communiter consideratus non excedit rationem decimæ, licet excedat rationem duodecimæ, quæ proportio in istis potissimum attendi debet, vnde videtur dicendum, quod contractus debet reduci ad reditũ nõduo decimæ: quia nimis ea scienter emptor excessit, sed quindecimæ iuxta notata supra, libro. 1. quæstione. 7. & quæstione. 10. & sic contractus vitiatur quantum ad tria. Primo quantum ad venditionem ipsius fundi, seu dominij, & possessionis fundi. Secundo quantum ad tantum cõmodũ annuum, quia fit reductio ad quindecimam, etiam à tempore contractus secundum notata supra dict. quæstione 7 lib. 1. Tertio quantum ad ius fruendi, & percipiendi perma-

nus

nus suas: quia venditori idonee cauẽ
ti, videlicet per idoneam hypothecã
de soluendo & continuando reditu
quindecimæ redimibili, tenebitur
fũdũ restituere, & sic hoc secũdo casu
emptor, qui non tantum excessit, est
melioris conditionis, quam priore
casu in duobus vel tribus. Primo, quia
reseruatur ei commodum ad ratio-
nem quindecimæ. Secundo, quod fru
ctus percepti de fundo non imputan
tur ei in sortem, sed in reliqua, quod
includitur in primo. Tertio quia circa
illos fructus non tenetur, nisi de dolo
lata, & leui, non autem de leuissima
culpa, vt priore casu dici potest per
notata infra ista quæstione.

20 Sed quid si emerit pro 1200, eo-
dem in alijs themate retento, & sic
ad rationem duodecimæ habito res-
pectu ad fructus communes fundi?
Brouiter videtur hoc casu idem dicẽ
dum, quod in immediate præceden
ti, ialuo, quod non debet fieri reduc
tio ad rationem quindecimæ, sed
ad reditum duodecimæ per notata
supra lib. 1. quæstione. 13. & libro. 2.
quæstione. 11. idem si emerit pro
mille trecentis, vel. 1400. vel circa
infra 1500. quia si vt dicit debitor recu
perare fundum ante redemptio-
nem, prout potest, tenebitur offerre
& saltem per idoneam hypothecam
cauere de soluendo, & continuan-
do reditu ad rationem duodecimæ
totius pretij, licet fructus fundi ven-
diti minoris sint: quia iuste causari
potest emptor se pluris emisse, & mi
nore prouentu contemplatione pos
sessionis fundi, & fruitionis per ma-
nus suas, ideo si velit venditor fun-
dum repetere, tenetur integrum duo
decimæ reditum pẽdere sub idonea
hypotheca.

21 Sed an hoc casu possit emptor pe
tere, vt reditus duodecimæ soluatur
à tempore contractus, videlicet ex
tunc suplendo, quod interim de fru-
ctibus defuit ad complendam duo-
decimam? Brouiter dico, quod non,
sed solum pro tempore futuro post
reuocationem fundi præstanda est
duodecima, argum. l. eum quidem in
principio de vsuris, & quæ dixi supra
lib. 1. quæstio. 7. nec obstat si dicatur
quod hoc casu pura si emit talem
fundum pro 1500. omnino standum
sit contractui, & nullo modo possit
rescindi, nec moderari: quia non est
lesio vltra dimidiam iusti pretij, nec
in dimidia, sed multum intra dimi-
diam: patet, quia iusto toto pretio si
ne vlla facultate redimendi 1500.
excedunt, vel faciunt ad minimum
dimidiam iusti pretij fundi valentis
centum annua, per notata supra lib.
1 quæstione. 6. Igitur imposito rei em
tæ onere perpetuæ, & liberæ faculta
tis redimendi, illa 1500. multum &
notabiliter excedunt dimidiam iu-
sti pretij. Respondeo primo, quod l.
22 2. C. de rescindenda venditione, lo-
quitur in eo qui bona fide contrahit,
nec scit se notabiliter supergredi, &
& decipere proximum, non autem
loquitur, & procedit in eo qui scit se
notabiliter supergredi, & decipere,
vt in casu nostro, quo loquimur in
emptore sciente, ideo cessat materia
& dispositio d. l. 2. vt dixi supra lib. 1.
quæstione. 11. sed hoc falsum visum
est Pinelo. d. l. 2. 1. parte. cap. 1. num.
24. C. de rescindend. ex tex. l. in cau-
sæ. §. idem Pomponius de mino. l.
item si pretio. §. fin. ff locati, quæ iura
nunquam procederent si limitatio
23 hæc ad. d. l. 2. vera foret. Quare res-
pondeo secundo vt Cepola in tra-
cta. de simul contract. in. 6. casu prin
cipali. col. penul. verum esse, quod
propter solam minorationem pretij
non potest rescindi cõtractus ex. d. l.
2. nisi sit minor dimidia, sed quando
eũ modicitate pretij alia concurrunt

vt

vt hic,tunc m'o dicitas pretij, & si nõ sit minor dimidia bene consideratur cum alijs ad præsumptionem doli,
24 vel vsuræ.Item libera facultas redimendi,non debet rationabiliter diminuere vltra tertiam partem totius iusti pretij ad summum,vt supra lib. 1.quæst.6.num.21.& sic cum hoc casu,etiam considerata facultate redimendi, remaneat notabilis læsio pauperis,& indigentis venditoris, ni mium vero lucrum emptoris cũ eius scientia tempore contractus, & sic ex parte emptoris insit quædam extorsio,vel supergressio notabilis scienter facta tempore contractus,quæ recedit in fraudem antichreseos, & quadantenus in fraudem quatuordecimæ, & simul cum non liceat solo contractus nomine mutato, vel sola contractus formula variata,exigere vsuram, & leges canonicæ,& diuinæ alias passim fraudarentur, sequitur idem iudicandum esse, quod de contractu antichreseos, vt infra, 12 quæst.11.

25 Si autem emptor taliter emerit pro 1500.tantum dicendum puto per easdem rationes non debere contractum valere in vim præcisæ venditionis ipsius fundi,sed bene in vim præcisæ antichresis,vt non possit venditor inuitum emptorem cogere ad restitutionem fundi cauendo de reditu duodecimæ, dum tamen emptor paratus sit fundum retinere,non iure dominij,sed iure perpetuæ antichresis,donec redimatur, & ad hoc recognoscendum potest emptor cogi,nisi malit fundo redito sibi cauere de reditu quatuordecimæ. Nec obstat,quod non emit infra dimidium iusti pretij,etiam circumscripto pacto redimendi, quod notabiliter diminuit illud pretium.l.2. C. de rescind. vend.non habet locum hoc casu in quo constat de tribus simul concurrentibus.Primo de scientia emptoris. Secundo, de indigentia venditoris qui præ egestate,& sic non voluntarie vendidit, nec animum donandi habuit. Tertio,quod hic subest materia fraudis saltem respectu antichresis:quoniam non potest minori pretio fieri pactu præcisæ antichreseos in constitutione reditus,vt infra lib. 2.quæstione.11,quod æquabilissimũ temperamentum sola verborum formula non est fraudandum. Sin autem
26 taliter emerit paulo maiore pretio puta 1600.eodem in cæteris themate retento puto omnino standum contractui licet scienter paulo minus iusto pretio emerit: quia non est inæqualitas adeo notabilis,& sic tollerari debet ne stabilitas, & latitudo contractuum nimium restringantur.

27 Et aduertendum,quod in prædictis siue de nullitate,siue de reductione contractus agatur,vt supra nõ potest emptor inuito venditore offerre supplere iustum pretium,nec petere quod venditor deceptus capiat supplementum pretij,vel receptum pretium reddat fundo recepto fructibus interim amissis:quia.d.l.2 C. de rescind.vend.non habet locum in materia vsuraria,vel vsurariæ fraudi obnoxia,& suspecta,vt dixi supra lib.1. quæstione.11,predicta procedunt in emptore sciente.

28 Modo necesse est explicare quid dicendum,si forte emptor bona fide valorem fundi ignorans emerit pro mille eodem in reliquis themate retento. Hic multa hinc inde torqueri possunt, sed quia breuitati studemus,disputatione omissa primum dicimus bono viro conuenire, quam primum rescierit, tam iniquam pauperis venditoris sortem ad bonum, & æquum perse reducere.nec legis positiue oc-

casione

casione ad tam iniquum compendium vti l. fi. C. de vsucap. pro empt. quod si velit summo iure vti, videtur prima facie nullo modo subueniendum venditori maiori. 25. annis: pro quo facit, primo, quia non potest probari eum esse læsum vltra dimidiam iusti pretij: quia fundus cum tali onere non potest probari, valere ad summum vltra. 2000. sed venditor recepit mille. Secundo, quia potest postridie, aut in fine anni, aut quandocumque libuerit eode pretio redimere, & sic nullos fructus perdet, nisi sua negligentia: vnde non videtur hoc damnum sentire l. quod quis de regu. iur. sed ad istud secundum, respondetur potest, quod nos loquimur in venditore necessario indigente vsu æris alieni, & sic non potest statim reddere, & interim damnificatur dupliciter. Primo in carentia possessionis, & æconomia exercitationis fundi sui. Secundo in quantitate magni emolumenti fructuum. Ad primum vero dici potest, quod hic duo cõcurrunt, imo tria, quæ subtrahunt contractum a materia. d. l. 2. C. de rescind. vend. & rediguntad materiam fraudis vsurariæ, videlicet primum modicitas pretij. Secundu enormis modicitas, quæ vix dimidia iusti pretij. Tertiu, pactu redimendi, ita q. communis gl. & doctorũ sententia stat a decepto venditore, tamẽ ex quo nõ accedit aliud vitiu præter prædicta, & cõstat, quod emptor tempore contractus erat in bona fide ignorans tam magnum valorem fundi, seu veritatem facti (alias parũ moraret opinionem a corruptis moribus & affectibus, & non a recta ratione ortam, vt in principio licet postea emptor recognita velit summo iure vti, mihi certe videtur in hac specie, quam proxime ad æquilibriũ strictum ius & æquitas seu naturalis iustitia pugnare. 29

Quod si vnquam maxime æquitatem desiderij naturaliter ratio, aut dubitatio iuris moratur, scilicet d. positiuæ. l. 2. quæ multum dura est, in quantum æquitatem, & deceptionẽ admittit dupli ad simplum, videlicet vsque ad dimidiam, vt supra lib. 1. quæst. 11. ideo iustis decretis rem temperando ex doctrina Iuris Consul. in l. in ambiguis in fin. de reg. iur. vt nec prorsus omne subsidium læso hoc casu denegetur: nec omnino frenalaxentur communi illi sententiæ, secundum quam contractus in totũ deberet annullari, & fructus in sortẽ computari. Posset contractus reduci ad reditum quatuordecimæ, nec video, quod melius, aut iustius dici possit, nec æquabilius temperamentum dari quia hoc modo emptor propter suam ignorantiam multum satisque lucratur præ illo qui fuisset sciens simulque pauperis & decepti venditoris indemnitati consulitur, in eo etiam. 30

Quod hoc casu non debet hæc reductio fieri à tempore contractus nisi habita ratione ad fructus interim perceptos per emptorem, & in rem suam cõuersos: quia propter bonam fidem non debet haberi ratio fructuum, vltra quam sit inde locupletior, argumento l. indebiti & quæ notantur in l. si me, & Titium si certum petatur. 31

Plus dico, quod in dubio non presumitur inde factus locupletior: quia potuit tanquam re sua largius, vel splendidius vti, argumento l. sed & si lege. §. si quis re sua de petitio. hæred. itatis dixit Paris. Mod. in consuetud. Paris. §. 22. q. 10. n. 52. 32

Et sic petens rationem haberi superflui fructuum preteritorum, debet probare, etiam illud superfluum in rem emptoris versum. Secus esset in eo, qui tam enormi vilitate sciens 33

emisset

emisset à vendente ob egestatem: quia tanquam interpretatiue fœnerator improbus, tenetur fructus, etiam percipiendos, & de culpa leuissima, in sortem imputare.

34 Si vero ignorans siue bonæ fidei emptor emerit infra mille, & longe minus dimidia iusti pretij deducto onere redimendi, tunc putò locum fore dictæ communi sententiæ, saluo quod de fructibus consumptis non tenebitur emptor, nisi quatenus probabuntur in rem eius versi propter bonam fidem, vt dixi in quo tamen sufficit probatio per verisimilitudinem propinquam aliũde non elisam.

35 Sin autem idem bonæ fidei emerit pro. 1200. vel. 1100. ita quod nulla sit læsio, nisi re ipsa, & notabiliter minus dimidia attento d. onere redimendi, tunc puto non esse in iudicio locum dictæ communi sententiæ, quæ etiam propriè non loquitur hoc casu, vbi modicitas pretij non est excellenter enormis, sed notabiliter citra dimidiam, vt supra ista quæstione, & sic non poterit venditor maior annis sibi prouidere, nisi redimendo actione ex contractu, & magna est differentia inter scienter, vel ignoranter parum vel multum decipientem, nec mirum sicut inter dolum vel quasi, & bonã fidem.

36 Postremo aduertè circa priores quatuor principales casus de scienti, quod non exigo probari quod emptor sciuerit se circumuenire venditorem formaliter, & præcisè vltra dimidiam iusti pretij, sed satis est probari quod sciuerit se multum, & notabiliter lædere & supergredi in hoc negotio fratrem suum contra legis diuinæ præceptũ, primo ad Thessalon. 4. vbi Beatus Paul. breuem, & absolutam horum regulam tradit vt notat Paris. Modern. in consuetudin. Paris. §. primo, glos. fina, numero vigesimo primo. Nec etiam exigo proloquia mutui, vel reditus præcisè, nec quod emptor in specie cogitauerit de contractu vsurario, vel de formula duodecimæ, aut decimæ fraudanda vel excedenda (quanquam hæc multum adminiculari possint) sed satis est quod sciuerit se notabiliter iniquo pretio emere, & venditorem fraudare, & sic sciuit se dare operam rei illicitæ: vnde qualiscunque excessus, etiam opinione sua maior illi merito imputatur, præsertim ad finem hunc ciuilem contractum iniquum annullandi. Vnde non exigitur tam exacta doli, vel scientiæ probatio sicut si de pœna criminali ageretur, sed velut in ciuilibus.

37 Venio ad contractum emphyteusis quando censeatur in fraudem reditus vsurarij, & nemo dubitat quin dominus fundi allodialis possit illũ facere emphyteuticum recipiendo pecuniã pro directo domino, quod in alium transfert, vt per Afflictum decisione. 80. Alexand. de Neuo cõsilio. 95. numero. 17. & numero. 20. vbi dicit Italiæ consuetudine receptum, vt ematur directum dominium fundi cum appositione nouæ pensionis, & esse licitum de iure: quia directum dominium est vendibile, idem Velasc. de iure emphyteo. quæstione. 32. numero octauo. Quid ergo si dominus, & possessor fundi allodialis valentis mille ducatos iusto toto pretio, in egestate cõstitutus submisit fundum in emphyteusim Caio sub pensione annua ducatorum. 15. naturæ emphyteuticæ, & recognouit ab eodem retinere in emphyteusim sub periculo commissi, si per triennium deficeret in solutione pẽsionis, & hoc mediantibus trecentis

ducatis: quæ recepit à Caio, postea cessatum fuit in solutione per triennium, Caius petit totum fundum iure commissi, dominus fundi contendit fundum emphyteuticum non esse, nec locum commisso, qui diuris? Videretur prædictam recognitionē valere, cum sit facta tanquam de re sua videlicet recognoscentis, & ex certa scientia, & sic rem factam emphyteuticam, per ea quæ tradunt Bar. & alij in l. si aliquam rem, ff. de acquirenda possessione, & late scripsit Paris. Modern. in consuetudin. Paris. §. 1. glos. 5. numero. 21. cum seq uent. & consequenter petitionem actoris adiudicandam. Breuiter in 38
contrarium est veritas, quia quæ docent Bart. & alij in dict. l. si aliquam rem, & scripsit Parisiensis Modernus in d. §. 1. procedunt in recognitione facta sponte & iusta causa, & bona fide, cuius oppositum est in proposito: quia primum non fuit facta sponte, sed quia recognoscens indigebat mutuo, & temporario vsu eris alieni, nec aliter habere poterat: fuit etiam illicite per vsurariam prauitatem extorta per Caium, qui pro pecunia indigenti, egestate pauperis abutens, voluit quæstum illicitum facere multipliciter. Primo reditum acquirendo emphyteuticum, qui plus duplo valet quam simplex reditus. Secūdo, huic reditui emphyteutico subijci voluit fundū supervalentem forti fere in quadruplo; & sic præter id quod pro modico facit se dominū directum, & emphyteuticū, adduxit debitorem in eam captionem, vt perpetuo perpenderet in periculo perdendi totum fundū pro minimo pretiolo, per quæ concludo contractū 39
vsurarium, in fraudem vetiti fœnoris, & l. commissoriæ machinatum, alioquin si hæc forma contractus admittatur, irritatoriæ erunt omnes prohibitiones improbi fœnoris, & l. cōmissoriæ: quia fœnerator nollēs contentari quæstu cōcesso duodecimæ, seu nostræ quatuordecimæ, nō stipularetur excessiuū reditū, nec aliud manifestè reprobum fœnus, nec pactū. l. commissorię, sed æquè faciliter induceret debitorem in laqueos huius recognitionis, & submissionis, quæ æquipollet improbo fœnori, & legi cōmissoriæ: imo grauior, & damnabilior est, propter duo. Primum propter maius damnum, & periculum debitoris. Secundo propter magis exquisitā, & artificiosiorem fraudē, & sic meretur contractus in totum annullari omnibus in sortem imputatis. Modo aduerte quod hic casus de facto olim accidit in Consilio Neapolitano vt per Matth. Afflict. decis. Neapolitana. 80. vbi mirum videtur non esse motam aliam quæstionem an tota res deberet adiudicari in commissum, an vero pro rata pecuniæ tantum: vnde cōcijcio, quod ibi reus offerebat rē cōmitti, seu vēdi pro rata pecuniæ, vt liberaret, cū forte nō haberet pecuniā paratā ad redimēdū: actor autē petebat totius cōmissū: & sic prefati iudices recte iudicauerūt pro reo: alioquin satis clarū erat cōtractū illū esse factū in fraudē vsurarū, & legis cōmissoriæ; & licet isthic forsā nō esset in vsu redit' annui, ne dū esset adeo detecta ratio vsurarū: tñ semper erat alicuius qua earū persecutio, & execratio, & huic propemodū accedit Matth. in d. decis. dicēs magnā esse differētiā inter illū, qui cōcedit rē suā magni valoris pro cēsu vni denarij sub lege cōmissi, & illū qui tali cōditioni submittit rē suā liberā valentē mille pro tre cētis ducatis. Nā inquit primo casu soluit cēsus in recognitionē directi dominij, sed in secūdo casu in veritate pēsio soluitur ad rationē quinque pro cētenario, & sic in cōpensationē

pecuniæ

pecunię receptę,& nõ cõcessionis rei nec dominij directi. Vnde quia non est inspiciẽdũ nomẽ cõtractus,sed potius effectus,& rerũ substãtia.l.insulã ff.de præscriptis verb.rectè sentit illũ cõtractũ cõtinere iniustitiã,nec tñ aliud decidit. Vnde etiã nullus,& vsurarius est cõtractus, quo debitor pro 20.ducatis vẽdidit modiũ annuũ vini boni puri,& vẽdibilis in singulis vindemijs capiẽdi super certa vinea sua cũ pacto q; ille reditus deberetur iure cẽsus perpetui, cũ iure dominij directi,& laudemiorũ,& iuribus dominicalibus:quia attẽto q; crebriori æstimatione modus eius regionis,& loci cõtract' valebat duos ducatos,& paulo plus erat reditus emptus paulo infra rationẽ decimę,quã agrauabat dictũ pactũ licet esset nullũ,etiã si reditus fuisset aliàs iusto pretio cõstitutus etiã si dicta vinea fuisset allodialis:qa nõ est expresse facta censualis ex iusta causa,sed tantũ fuit cautũ, q; reditus per se,esset censualis,q; fieri non potest,nisi prius fundus vere cẽsualis sit,vt scripsit prędictus Parisiẽ. Mod. in cons. Paris. tit. 2. in rub. q; notandũ est maxime in Gallęciæ Regno vbi passim reperiũtur huiusmodi contractus celebrati in fraudẽ legis Regiæ de reditu fructuario de qua diximus sup.lib.1.q.12. Infertur ex prędictis ad aliã quæstionẽ cũ Rex Frãciæ decreuisset partem domanij sui vẽdere sub facultate redimendi vsq; ad certã summã,qua prõpte indigebat, vt facilius, & otius emptores inuenirent promulgauit edictũ, quo statuit domanium vendi sub dicto pacto vsque ad dictã summã puta centũ mille librarũ,id q; ad rationẽ decẽ pto vno, (hoc est)vt prædiũ mille reditus annui ferens veneat pro decẽ millibus, & in specie de fundis domanij sitis in tali loco iussit vẽdi vsq; ad decẽ millia reditus annui ad dictã summã cẽtum milliũ conficiendã,& illud edictũ publicatũ,& homologatũ iã fuisse audio in supremo Parisiensi Senatu procuratore generali Regis hoc requirente: quæritur an emptores nulli sint,& valeãt contractus? Videtur q; non per nuper dicta super hac. q; in princ. cũ emptores ab initio cõuicti sint de scientia valoris fundi, & indigentia vẽdentis non paciente morã, q; si illicitum est à priuato præsertim in angustia constituto, tã vili pretio scienter emere,multo magis a Rege seu Rep. tum si in fundis priuatorum censetur hoc casu pignoratio, & nõ vera,& valida venditio,multo magis in fisco,& rebus domanij,quæ nõ possunt vẽdi,sed bene dari in pignus ad tempus,ita q; venditio talium rerum sub pacto redimendi,magis tenet in vim pignoris,& antichresis,quam in vim veræ vẽditionis, per ea quæ scripsit Paris. Mod. in cons. Paris. §.1. gl.5 n.54 gl.4.n.16.cum seq. Breuiter dicendum standũ esse edicto Senatus Consulto,& contractui. Primo ,quia illud est iustũ pretiũ rerum, q; taxatũ est à superiore.l.1.§.cura canis vbi Bart.& omnes de officio præfecti vrbis Alber.1.p.statut.q.69. Ange. Aretin.§.pen.instit.ð publi.iudi.sed Rex ipse,& Senatus.l.generali statuerunt illud esse iustũ pretiũ pro illo tẽpore, Igitur emptores iusto pretio emerũt, nec debẽt esse sapientiores lege, vel legislatore,vt pulchre ait Ariil. Roth.lib.1.c.37,in fi.& est tx.in authẽti ca de iudicibus,§.oportet,col.6. Gerson tract.de cõtracti.in.5.quæst.conclus.9. Secundo, quia considerandũ est repus bellicæ calamitatis,quo prędia sub tali perpetua, & libera facultate vendita,parũ valẽt,præsertim in limitrophis:nam enim sperãt emptores se fruituros tẽpore pacis,& vbertatis,sed solũ quãdiu tempus erit turbulentũ,serenitate vero redita mox

redimendi prædia, & sic inspecto tempore contractus, & periculo emptorum, qui non sunt certi, de fundo cõmodo suo, sed solum prout commodum erit, & libitum venditori, pretium non fuit iniustum, præsertim in fisco vendente, a quo nulla vnquã speratur gratia, nec quod facultas redimendi remittit, aut vsucapi possit, & maxime pretio lege generali, Senatus etiam authoritate taxato. Tertio, quia hæc taxatio, non fuit facta ad petitionem emptorum, sed proprio Motu Regis, & ex certa scientia vna cum pragmatica sanctione, iuxta l. final. C. de diuer. reseriptis, & sic quando aliquid defuisset iusto pretio constat quod princeps vna cum cõsilio, & Senatu scienter illud, & sponte remittere voluit. Quarto, nec pretium quidem proprie remittit, sicut nec absolute fundum alienat: quia quanto minoris vendit, tanto minoris quando libitum redimet, & sic in effectu fructus dumtaxat, & quando volet alienat. Quinto, quia emptores non cupiebant illa prædia emere, nec alias erant empturi, sed aliter forsam negotiaturi; vnde sequitur, quod prouocati tali pretio oblato potuerunt iuste emere: sed etiam dato quod fuisset minus pretium, quod non ea per prædicta, ita volunt Theologi Scholastici, vt Ioannes Nider. tractatu de contract. & Conrad. eodem tractatu, quæstion. 23. versiculo, ad primum, & quæstion. 58. conclusione. 1. Sexto, quia non debent authoritate Regis, & legis, & pragmaticæ, & Senatus decipi l. 1. C. de his, qui veniam ætatis impetr. & hoc cederet non solum ad ignominiam, sed etiam in detrimentum Regis, & fisci, l. ratas. C. de rescindend. venditione. & stabilitatis contractuum fiorum, & sanctionum. Postremo etiam sacrilegij instar esset de eorum firmitate dubitare, quanto magis cõuellere l. 2. C. de crimine sacrilegij, & fide sublata nulla est Respublica. amitto illa vulgaria, quod pro tam solemniter gestis a principe semper præsumitur, & quod nisi subditi vigore edicti, & Senatus Consulti tuerentur, semper a nouis officialibus fisci subinde inquietari, & vel ad literam redimendam cogi possent, vel cum magno sæpe damno vulgatum illud experiri, quod potentioribus pares esse non possumus. l. quia etiam in principio de alienatione iudicij mutandi causa facta, & sic responsum est ad omnia obiecta excepto vltimo, cui satisfacit iussus principis, & authoritas Senatus, quo iuuente, sunt in commercio. tex. l. apud Iulian. in fine de legatis primo. l. fin. vt in possess. lega. saltem sub eo pacto liberæ redemptionis.

Subsequenter infertur ad quæstionem, quæ ex facto accidit. Publicanus conduxit a Rege quoddã portorium ad onus illi constituendi pontem sublitium, deinde conuenit cum fabris ad centum aureos, cum autem non posset prompte soluere, vendidit pontem, seu commoditatem illius Titio centum aureis soluendis dictis fabris, & eodem contractu conduxit eundem pontem a Titio singulis aureis, in singulas hebdomadas sub pacto redimendi infra quatuor menses, paulo post Titius petit mercedem locationis. Publicanus agebat ad declarandum contractum vsurarium, quid iuris? Pro Titio facit quod vere non emit ius pontis, seu portorium perpetuum, sed solum commoditatem pontis, qui temporarius est, non perpetuus, & adhuc continue perire potest, & frequenti reparatione indiget: quare magis vicem habet rei mobilis, & periculo obnoxiæ. Tum autem hæc im-

lentius in naui tractoria funibus alligata ad traijciendum flumen loco pontis, & sic merx non intelligitur dari propter solum interusurium pecuniæ, sed simul propter periculum expectans ad emptorem. Quibus non obstantibus respondeo contractum vsurarium patere: quia Titius in effectu pro vsu pecuniæ stipulatus est vltra quadruplicem centesimam: esset enim recepturus sortem ante biennium, videlicet singulis annis quinquaginta duos aureos in centum, sunt enim in anno duæ, & quinquaginta hebdomadæ cum vno die, vel cum duobus diebus quarta quoque intercalari anno.

47 Quod autem sit stipulatus pro vsu pecuniæ, & in fraudem mutui, & vsuræ, satis conuincitur ex illis duobus, videlicet pacto redimendi, & enormi modicitate pretij propter nimium excessum fructuum conuentorum, certorum, liquidorum.

Non obstat, quod dictum est de periculo, & impensa: quia verisimile non est futurum infra paucos annos, & omnino publicanus redempturus est antequam vlli periculo, vel impensæ locus verisimiliter esse possit, & sic inanis est hoc casu insimulatio periculi, vel impensæ, & satis est, quod apparet emptorem voluisse certum esse de tanto super lucro, videlicet vltra quadruplicem centesimam, cum etiam intraiectitijs, vbi longe maius, quam hic, periculum versatur, non liceat de iure ciuili egredi vnam centesimam, quin sit improbum fœnus.

Quod si cum his accedat, Titium esse solitum improbe fœnerari, vel alia noxia circunstantia, ex qua satis appareat de dolo, vel malitia Titij, non esset dubium contractum in totum annullandum, videlicet mercedibus in sortem imputandis.

48 Infertur tandem ad quæstionem quæ ex facto fuit ventilata, quidam egens pecunia, cernulam suam, quæ colono pro quinquaginta annuis ad modicum tempus secundum communem æstimationem locari poterat, vendidit pro sex centis cum facultate redimendi vsque ad sex annos, postridie venditionis conduxit ab emptore pro septuaginta annuatim vsque ad eosdem sex annos primo, & secundo anno soluit, in tertio detrectat, & agit ad declarandum vtrumque contractum vsurarium, & pensiones solutas imputandum in sortem. Pro reo facit primo, aut enim agitur de primo contractu, & iustus est, & firmus secundum iura: quia si qua sit læsio (attento reuendendi pacto) est multum infra dimidiam iusti pretij, & sic rescindi non debet, sed reus absolui: aut vero agitur de secundo contractu, & idem imo multo magis: quia non continet læsionem vltra dimidiam iustæ, communisque mercedis.

Præterea adducitur locationem esse factam ad commodum venditoris ad magnas eius preces, alioquin emptor potuisset iure suo vtendo alij locare, aut per manus suas frui, vel aliter disponere non habita ratione maioris incommodi venditoris, cui gratiam hanc fecit eidem locando, & licet merx sit paulo carior communi æstimatione locationum, tamen præter id, quod non excedit dimidiam conductor multum superlucratur, & longe melius ipsi consulitur, quam si emptor aliter illud disposuisset, prout iure facere poterat, & facturus erat, nisi precibus venditoris deuictus, & sic locasset eius gratia

rus erat, nisi precibus venditoris deuictus, & sic locasset eius gratia
50 istud de iure suo remittendo, quod aliter libere disponere poterat magno venditoris incommodo. Negatur etiam locationem esse partem venditionis, sed duo separati contractus, & nihil commune habent, quod probatur: quia venditio est pura, & simplex absque onere, & conditione, nisi dictæ redemptionis, & sic ex tunc emptori licuit libere per se frui, aut aliter disponere consequenter locatio postera die secuta, non fuit facta ex priori contractu, vel alia quacunque necessitate, sed ex mera voluntate locantis, & ad preces conductoris, eiusque
51 gratia, vt etiam ex forma, & narratis contractuum apparebat. Tum quia actus non dicitur factus incontinenti, sed ex interuallo, etiam si fiat eadem die, ex quo semel partes ad extraneos actus diuerterunt, textus in l. continuus in principio, de verborum obligationib. & omnino quando est factus alio die, etiam immediate sequenti tex. in. l. si ex duobus de duobus reis, & quæ notat Cor
52 neus consilio fin. libro primo. Quibus non obstantibus dicendum videtur vtrumque contractum censeri vnum, & vsurarium, & in totum annullandum: & primo si constaret tempore venditionis actum de dicta locatione, non esset dubium per ea, quæ statim dicam. Idem si vterque contractus esset factus eodem die per ea, quæ tradit Bald. l. penultim. §. mulier soluto matrimonio. Vbi dicit quod tunc censentur correspectiui, idem Bald. Salicetus, Decius l. petens. C. de pactis, Socinus consilio. 273. columna. 3. libro secundo. Curtius Senior, consilio. 54. Decius consilio. 245. numero quinto, & fere in terminis Geminia-
53 nus consilio. 16. late, & remissiue Andr. Tiraquel. in tractatu de retract. prox. §. primo. glossa. 7. numero. 76. & in repert. l. si vnquam, verbo donatione largitus, numero. 101. C. de reuocandis donationibus. Adde etiã si in diuersis instrumentis: quia multiplicatio instrumentorum non minuit, sed auget præsumptionem fraudis, vel simulationis vt pulchre
54 Corneus, consilio. 23. ad fin. libro tertio. Sed hoc casu tametsi non probetur aliter præmeditata locatio, & sit interuallum vnius diei adhuc idem puto, & moueor: quia primus contractus, etiam si aliud se quutum non fuisset, non est integer, sed suspectus propter magnam pretij modicitatem & pactum redimendi, imo etiam propter scientiam emptoris conuincitur per se fa
55 ctus in fraudem antichreseos per notata infra libro isto, quæstione. 11. & libro. 1. quæstione. 18. Et sic cum iam simus in materia suspecta, sufficit breuitas temporis ad fraudem coniunctionis actum præsumendam. l. si ventri. §. in bonis de priui. credit. in l. prima. §. quæ onoranda versiculo sed si post interuallum, quarum rerum actio non datur. l. dubium, ibi. *Breui tempore*. C. de repudijs, notant Doctores in l. post contractum de donatio. in dict. l. siquis
56 post hac. C. de bon. pro script.

Ex quibus iuribus apparet hanc præsumptionem non restringi ad vnum, duos, aut tres, sed ad paucos dies iudicis arbitrio, vt recte tradit Angel. in dicto. §. in bona fi
57 dei, Capola tractatu de simulatione contract. in secundo casu principali, versiculo quando. Imo in materia suspecta interuallum vnius diei non purgat, sed auget presumptionem fraudis, vt pulchre tradit Alexand. consilio. 51. columna pri-

ma

ma, consilio. 119. ad finem, & consilio sequenti libro 4. Aymon. consil. 56. ad finem. Et fenerator nihil aliud excogitant nisi cautelas ad vitandas vsuræ præsumptiones, & ideo quandoque curant conditionis, & pacta ex intervallo apponi, vt per Tiraq. de retract. lib. 1. in præfatione n. 6. & sequen. Cravetam consil. 156. num. 18. Menoch. de arbitra. lib. 2. casum. 18. Mascard. de probatio. conclus. 447. n. 31. Satis ergo in præsenti apparet, vnum contractum alterius esse, & sic totum hunc contractum factum, non solum in fraudem antichresis ex formula dictæ constitutionis, sed etiam in fraudem quatuor decimæ, imo etiam in fraudem decimæ, quia pensio, de qua sibi cauere voluit emptor, excedit notabiliter, & augmentum decimam sortis partem, & sic in totum debet annullari, per notata sup. libr. 1. quæstione 7. & libro 1. quæstione 18. Nec vilum habet pondus, quod in instrumento locationis narratur, eam esse factam ad preces venditoris, nec enim minus, imo magis ob id censetur conductio extorta, patet: quia auarus, & accerbus emptor passus est se rogari, & obsecrari, vt modicum gratiæ faceret, cum longe maiorem gratiam facere teneretur, & sic dicæ preces in eum retorquentur: cum enim iniquissime egisset cum properante venditore sustinuit se ab eo obnixe rogari, non de gratia, (cum pe qui longe magis relaxare tenebatur) sed de iniuria, imo ne grauiorem inferret iniuriam. Quare cum ex spontanea venditoris voluntate probare vellet, non esset admittendus, cum non releuaret, sicut non relevat probare, quod vsura sponte promissa sit ob indigentiam: egestas enim voluntarium excludit per notata supra li-

58

bro secundo, quæstione secunda, & libro primo, quæstione octaua in principio, & sic non prodest spontaneam voluntatem causari, vbi de metu illato constat, capit. super hoc de renunciat. cap. 2. de his, quæ vi, metusve causa fiunt. Patet igitur, quod emptor non fuit contentus emere ad rationem decimæ, sed voluit habere commodum vltra rationem decimæ fenore improbo, imo plus quam improbo propter possessionem, & proprietatem fundi interceptam, & sic non est dubitandum de nullitate contractus, cui multiplex inest extorsio: prima quia fenerator excessit quatuor decimam: secunda, quod etiam decimam notabiliter excessit: tertia, quod nec ijs contentus, etiam dominium, & possessionem fundi intercipere voluit, & has reales noxias non purgat, sed aggrauat excogitatum verborum, & diuersorum instrumentorum machinamentum. Et ita contra fraudatorem rei illicitæ dantem operam singula expendenda sunt, facit quod ann. Iostlensis in summa de Iudæis, §. quibus quod de malo verbo, & de malo homine non debet præsumi, nisi malum. Felinus capit. auditis, columna. 191. de præscript. lat. l. 1. §. si vir vxori de acquirend. possessione. Plus iuris rigore dici possit, quod etiam vsura non fuisset, nisi primus contractus, adhuc deberet in totum annullari, etiam sine restitutione sortis, quia venditor erat agricola, per text. in Nouel. constitut. 3. libro 1. capitulo, cuius non meminit doctissimus Naua qui in consilio materiali de vsuris pro Federico nuper scripsit nullo iure cauere, quo fortasse mitteretur propter contractum vsurarium nam diuersi iure eo casu amitteba tur, & hodie id generaliter statuitur

59

60

in pœnam vſurarij.l.4.tit.6.li.8.recopil.& cum ſit factum non ſolum in fraudem communis antichreſeos,de qua ſup.lib.2.q.11.& lib.1.q.18 ſed etiã in fraudẽ dictæ conſtit. nouellarũ:ex quo enim conſtat factũ in fraudẽ antichreſeos,& cũ agricola ſit locus dictæ conſtit.non ſolũ æquipollẽter per.l.nõ dubiũ.C.de legibus, ſed etiam à fortiori quanto grauius,& deterius eſt vili pretio fundum ipſum emere,quam eodem pretio in antichreſim accipere:ſed quia tantus rigor præſertim amiſſionis ſortis non eſt in vſu,niſi in manifeſta vſura ſufficit contractũ annullari forte tantũ ſeruata.

62 Sed quæro ſi vẽdo fundũ pro certo conuẽto pretio infra tot annos ſoluendo,& interim loco eundẽ fundũ emptori pro certa penſione, an ſit licitus cõtractus:hanc quæſtionẽ mouit Cæpola,cautela.125. dicens cautelã eſſe ab aliquibus excogitatã, vt vẽditor poſſit fructus rei vẽditæ percipere durãte termino dato emptori ad ſoluendum pretium, & quod licet ſuſtineri poſſit de iure ciuili per.l. ſicut emptio.§.1.cum.l.ſeq.ff. locati: tamen de iure canonico, quo reprobantur vſuræ,ſeruanda non erit, mo 63
uetur:quia cum venditor habuerit fidem de pretio,& dominium rei venditæ in emptorem tranſtulerit, non poteſt ab emptore penſionem ſtipulari: quia emptor de re ſua penſionẽ ſoluturus non eſt:ſed hæc ratio nihil valet:quia quãuis venditor rei, tranſferat dominium,non vult fructus tẽpore dilationis perceptos transferre, niſi pro penſione,quam iuſto ſtipulatur,cum fructus non teneatur concedere venditori,niſi pretio perſoluto, vt dicemus infra,lib.3.q.7.Et quemadmodum dominus commutabilis, vel ratione alicuius iuris deficientis poteſt rem ſuam emere. l. exiſtimo de contra.emp.ita dominus rem ſuã poteſt conducere,vel ratione nudæ poſſeſſionis.l.ſi aliquam rem de acquir.poſſ.Igitur multo magis propter vſum, vel commoditatẽ fructuum. Ideo contrariam ſententiam q̃ contractus iſte ſit licitus,& abſque vſuræ labe tenuit Paul.ſicut.§.fi. ff. locati, quam opinionem communem dixit Ioſeph Ludoui.cor.cl.5.6.plures in eã dem ſententiã referẽ diligenter Carrocius de locato.in tub.de vſuris.q.1. num.3.& ſequen. quam ego limito, niſi penſio,quam venditor ſtipulatur excedat rei venditæ fructuum quantitatem:in exceſſu enim non debebitur prout dicam in.d.q.7.cuius exceſſus probatio incumbet emptori: quia in dubio præſumitur pro taxa, nec interim retardabitur executio inſtrumenti guarentigij per exceptionem quod taxa ſit exceſſiua, niſi probetur in termino decem dierum iuxta.l.reg.ex notatis per Ioſeph. & Carrocium vbi ſupra,num.6. Secundo limito,niſi venditor carius vendidit ob pretij dilationem: quia tunc ea pendente,non poſſet fructus, nec partem retinere,vt dicam.d.q.7.que remitto.

Præſumitur autem reditus vſurarius quando bona vendita fuerunt poſtea locata ab emptore ipſi venditori pro minori penſione, quam valeant:finge fundum ferentem triginta menſuras frumenti ſingulis annis ex iuſta locatione,væniſſe.30. ducatis,& poſtea emptorem illũ locaſſe venditori pro.14.menſuris certe cõtractus ſimulatus cenſendus eſt:quia ſi eſſet vera locatio,& fundus locatus vere fuiſſet ipſius emptoris, nõ eſt veriſimile q̃ locaſſet tã tenui pẽſione.l. cũ de indebito.§.fin. vero de proba. l.ſi vero non remanerãdi.§.ſi adoleſcens.ff.mandati. Ideo ex locatione arguitur emptoris animus q̃ tãtũ cu-

rauit

rauit de quæstu pecuniæ, vel de redi tu fructuario imponendo super alie no fundo, iuxta doctrinam Bald. cōs. 311.col.2.lib.5.Crauetam, & Cæpo lam, quos refert, & sequitur Mascat. de probat.libr.1.concl.442. Pinel.& alijs, quos refert & sequitur Carro cius vbi sup.q.3.n.1.&.2.quod cōfert ad ea, quæ dixi sup.lib.1.q.12.nu. 35.

64 Similiter latet vsurarius reditus si locaui rem meam, quā æstimo iusto pretio cum pacto q̄ qualitercunque perçat, vel deterioretur sum pretium consequuturus cum aliquo lucro ex doctrina Bart.l.sicut certo.§.nunc vi dendū el.1.ff.cōmodati Ang.in sum. vers.vsura.n.73. Quod notandū est pro rusticis, qui sæpius illaqueantur à ciuibus huiusmodi cōtractibus præ sertim in boum locationibus, de qui bus videndus est Vincen.Carroc.vbi sup.q.7.qui in.q.3.cōgerit quatuor de cim præsumptiones, quibus locatio nis contractus præsumitur vsurarius.

65 Serpit etiam vsurarius reditus in commodato: si enim tuam pecuniā auream vel argenteam numularijs, aut bancherijs commodes, non vt expendant, sed ad apparatum, & vt ditiores appareant, iuxta.l.3.§.fi.cum l.sequent. ff.commodati.vel ei, qui vxorem ducturus, vult vxoris cōsanguineos numorum ostentatione mouere, & in suum desiderium tra here, iuxta glos.& Bald.l.si præses.C. de donatio. si pro huiusmodi com modata pecunia mercedem, & reco gnitionem exigis, reditus erit vsura rius si credimus Archidiacono in.c. si fœneraueris.14.q.3.quē videntur se quuti Alex.cons.80.n.8.lib.3.Vincē. Carroci.d.tract.de locato in rubr. de vsuris.q.4. mouentur quia commoda tum debet esse gratuitum l.1.§.com modati.l.si rem tibi.§.si cū vnum de præscriptis verbis, ergo nō potest ali quid exigi ab eo, cui pecunia ad apparatum cōmodatur. Secundo, quia pecunia infructuosa est, & sterilis ex Aristotel.lib.1.politi.c.7. ergo nō po test, nec debet lucrum parere. Contrariam sententiā tenuerunt gl.c. cō quæstus in fi.devsur. Abb.in rub.eod. titu.n.3.& plures alij, quos refert Car ro.vbi sup.n.5. ea potissimū ratione: quia commodans pecuniā ad appa ratum, & ob id mercedem exigens, recipit de re propria, ex quo commo datorum numorum non est transla tum dominium incommodatarij: vsura autem nō datur nisi in mutuo, & cum pecuniæ mutuatæ dominiū transfertur in mutuatarium, vt sæpe diximus. Ego libenter assentio huic posteriori sententiæ, quam commu nem dixerunt Roman.cons.500. nu mero.4.& Decius.l.1.in pr̄inc.in.2. lo ctura si cert.pet. sentioque contra ctum alia cessante fraude ab vsura alienum esse: quia hic non datur mu tuum cum non transeat in accipien tem numorum dominium, nec est commodatum quod gratuitum esse oportet, vt probant iura supra relata &.l.1.tit.2.p.5. nec est locatio cum sterilis, & infructuosa sit res locata. Igitur dicendum est, quod cum con uenerit, vt pro commodata pecunia detur aliquid, desinit illa esse cōmo data, & transit in cōtractum innomi natum commodo, vt des, vt est text. in dict.l.si rem tibi.§. si cum vnum. ff.de præscrip.verb. vbi cum vnum haberem bouem, vicinus alterum conuenit inter nos, vt per denos dies ego ei, & ille mihi bouem com modaremus, si apud alterum dos pe rijt inquit tex. commodati non com petit actio: quia non fuit gratuitum commodatum; verum præscriptis verbis agendum est, idem probat tx. §.1. institut. de locatione. Idem si tacite agatur vt pro commodata re aliquod emolumentum eius domi-

nus consequatur. l. si tibi polienda in fine. ff. de præscript. verb. tradunt Roman. consilio. 520. numero. 3. & Ripa. l. 2. in principio, numero. 17. si cert. petat. Mandosius in additione ad Roman. super litera D. ea tamen conuentio, qua pro commodata pecunia ad pompam aliquid exigitur illicita est censenda, vt inquit Roman. dicto numero tertio contra glossi. dict. capite. conquestus quam male sequuntur relati à Carrocio supra de quo vide quæ dicam infra libro tertio, quæstione. 11. numero. 95. & qualiter probetur contractus vsurarius cõsule Mascardum de probationibus, conclusione. 440.

Ex quæst. sequent.

AN valeat pactum quod venditor reditus teneatur ad laudemiorum & gabellarum solutionem, nu. 2. & seq.

Solutio laudemiorum & gabellarũ de iure communi expectat ad emptorem, ibidem.

Pactum de soluendis laudemijs, aut gabellis, an vitiet reditum an vitietur. n. 3. & n. 43.

Ex venditione reditus non deberi laudemia, nec alia iura dominis directis hypothecarum, numero. 4.

Pactum laudemiorum supernacuũ esse, & posse quandoque nocere creditori reddituali, numero. 5.

Si debitor reditus in initio contractus ex pacto soluat aliquid pro emptore, nõ curret reditus, nisi pro residuo pretij realiter ad venditorem perueniat. numer. 6.

In Hispania ex venditione reditus deberi gabellam, num. 7.

Gabellæ onus in Hispania ad venditorem reditus pertinere. numero. 8.

Gabellam non deberi ex redemptione reditus, num. 9.

Venditor reditus non subit onus vltra quatuordecimam, num. 10.

Pactum quod ad venditorem reditus spectet gabellæ solutio non vitiatur in Hispania, numero. 11.

Si venditur reditus super fundo emphyteutico constitutus, an debetur laudemium fundi domino directo num. 13.

Si debitor reditus vendat hypothecas reditus, an laudemium domino reditus debeatur? nu. 14.

Laudemium, an soluat venditor, an emptor num. 14.

Si fundo reditus hypothecatus sit feudalis, an ex eius venditione laudemium debeatur. numero 15.

Si venditur fundus reditualis de licentia domini directi, an debeatur laudemium. numero 16.

Pactum quod venditor in casu redemptionis reditus teneatur ad legales sumptus, an valeat, numero. 17.

Et quos sumptus cõprehendat præ-

dictum

dictum pactum num. 18.
Et an comprehendat laudemia, & alia quæuis onera, num. 19.
Redimens reditum tenetur emptorem ab omni onere indemnem seruare, num. 20.
Redimens reditum ad dicta onera, an teneatur. num. 21.
Debitor vsurarius iure ciuili solutione sortis cum vsuris debitis liberabatur, nec vllomodo plus grauari poterat. nu. 22.
Redimens reditum, an teneatur soluere impensas instrumenti reditualis. num. 23.
Et ad quem spectent impensæ instrumenti originalis, seu protocolli? num. 24.
Ignatij Lara, ars et opinio improbatur, num. 25.
Pactum reijciens in venditorem reditus impesam indictionis, decimationis, seu tributi imponendi, an valeat, num. 26.
Et quid si creditor voluntarie, & vltro laudemia, aut aliqua iura soluerit, an debeat indemnis seruari a redimente. num. 27.
Gabella ex venditione reditus debita an soluenda sit in loco contractus, an illic vbi sunt bona hypothecata. num. 28.

Quæstio. IIII.

An liceat paciſci, vt ad venditorem reditus laudemiorum, & gabellarum, & ſimilia onera pertineant.

SOlent contrahentes in conſtitutione reditũ ita paciſci, quod debitor creditorem teneatur exonerare ab omnibus laudemijs, & alijs ſimilibus iuribus, vel angarijs, & gabellis, & pro eo ſi opus ſit, ſoluere. Vnde inquirendum eſt, an licita ſit huiuſmodi pactio? & breuiter reſpondendum videtur, hanc pactionem in ſe vſurariam, & illicitam eſſe: quia iſtud eſt proprium onus emptoris, vt notat Aluericus in l. & ideo numero. 3. ff. de conditione furtiua, Bald. in rubr. C. de rebus creditis Alexand. in conſilio. 51. libro. 3. tradit late Modern. Pariſ. in conſuetudinib. Pariſ. 1. parte §. 27. numero. 7. & 2. parte. §. 55. gloſ. 2. Vnde inique & ſine cauſa reijcitur in venditorem, præſertim quando emptor emit vili pretio, vt in caſu, quo emit ad rationem vnius pro quatuordecim, in quo non poteſt eſſe minus, vel vilius pretium, etiam nullo alio onere ſupra reditum adiecto venditori, vt probat. l. 6. tit. 15. libr. 5. recop. fateor tñ quod tũc poteſt eſſe iuſtũ iſtud pactũ, quãdo emptor contemplatione oneris ſuſcepti per venditorem, det ei maius pretium, vel minorem capiat reditum, vel

quid

quid aliud æquipollens facit; alias non. Vnde potest esse iustum, & tollerabile pactum, si ematur reditus ad rationem vnius pro sexdecim, vel supra. Sed si ematur ad rationem quatuordecimæ, omnino iniustum in se est: non tamen vitiat contractum, sed vitiatur cum sit separabile iuxta tex. in l. pecuniæ. ff. de vsuris. l. eos ad finem. C. eodem. Verum tamen est, quod istud pactum in se mero iure superuacuum est, quantum ad laudemia: quia de venditione, & constitutione horum reditum, etiam specialiter super certis fundis censualibus nulla laudemia dominis directis fundi supposita debentur, vt optime probat Modern. Paris. in consuetudini. Parisiē. 2. parte. §. 58. quod etiam tradit Domin. à Soto de iust. & iure libro. 6. quæstion. 5. articul. 2. colum. 3. versic. circa secundum argumentum, sequitur Gutier. de iurament. confirmat. 1. parte, cap. 3. numero penultimo. Quamuis contrarium in reditibus fundalibus loquens voluerit Tiraq. lib. 1. retract. §. 6. glos. 1. numero. 5. Dum Pitauiensem consuetudinem interpretatur: hoc etiam esset iniustum cum hoc casu dominus directus ex hac simplici hypotheca nullum omnino præiudicium patiatur, vt probat Modernus Paris. supra.

Ex his sequitur istud pactum non solum esse nullum, sed etiam superuacuum, nec posse creditori prodesse, sed bene quandoque obesse cum alijs pactis, & siniſtris coniecturis per ea que diximus hoc lib. 2. quæst. 1. pulchrè autem procederet quæstio si contractus fieret in locis in quibus de facto vigeret statutum, quod de omni contractu deberet solui gabella: quia nihilominus teneretur iste emptor reditum de suo soluere non obstante pacto. Imo si debitor, siue venditor initio de facto soluere, vel alias facto suo exoneraret creditorem, non curreret reditus, nisi pro residuo pretij remanentis libere, & efficaciter debitori, & istud quandocunque opponi posset per textū, l. eos, versiculo nam si quid. C. de vsuris. Vnde fatui sunt creditores, qui dictum pactum apponunt: quia si superuacuum est (vt vere est) sumptum superfluum faciunt, si vero de facto faciant debitorem aliquid ab initio ea ratione soluere, debebit illud deduci de sorte, nec curret reditus nisi de residuo. Cum autem in Hispania ex omni contractu venditionis regulariter debeatur gabella eiusque onus incumbat venditori, iuxta text. in l. 1. titulo. 17. libr. 9. Recopilat. & in constitutione huiusmodi annui reditus vera emptio, & venditio contrahatur, vt post Couarru. Gregor. Lupum, & alios aduertimus supra lib. 1. quæstion. 4. consequitur ex venditione annui reditus deberi gabellam iuxta pretium, & sortem datam, vt probat Dicacus Perez libro 8. ordinat. in rubr. titulo. 2. pagina. 33. versiculo sed quæro an debeatur gabella. Parlador. rerum quotidian. cap. 3. §. 4. numero. 38. & §. 8. numero. 49. Petrus Surdus decisione. 204. tradit diligenter Lasarte in tractatu de decima venditionis, cap. 10 vbi agit, an debeatur ex reditu annuo ad vitam constituto, & an ex censu prædiali, seu reseruatiuo. Nec existimes, vt aliqui putant, gabellam deberi, quia reditus computatur inter immobilia, aut quia hypothecæ reditus censeantur venditæ, vt censuerunt alij quorum sententiam improbaui sup. li. 1. q. 3. Sed quia ex illa vēditione iuris exigēdi reditū singulis annis pro cuius securitate hypothecātur bona, gabella debeatur, ex reg. l. 1. tit. 17. lib. 9. quę ex vēditione sim-

simpliciter gabellam deberi dicit.

8 Eam tamen gabellam non soluet emptor qui suam pecuniam in cen sum dat, prout de iure communi docebãt Doctores per tx.in l. debet. ff. de ædilitio edict.sed soluet venditor in censum pecuniam recipiens,cum ex prædict.l.Regia istud onus sit venditoris,quod vltra prædictos resoluit Menchia.de controuers.vsu frequen.

9 cap.11,num.16. Illud quoque adnotans ex redemptione census, & reditus huiusmodi non deberi aliam gabellam dicens ita sæpius in Senatu Regio vidisse iudicatum; idem tenuit Emanuel Rodriguez in explicatione Motus Proprij Pij.V.super forma creandi census in.3.cond.indub.

10 5.Nec obstat quod in contractu annui reditus redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno constituti,vẽditor non debet amplius grauari, quam onere quatuordecimæ, argument.tex.in.l.eos.C. de vsuris versi. fiquis autem,& vers.interdicta licencia creditoribus,&l.6.tit.13.lib.5.recopil.ibi. *No se puedan en estos nuestros Reynos vender,imponer, ni constituyr juros ni censos algunos de al quitar, à menor precio de a razon de a catorze mil marauedis cada millar.* Quia verũ est,quod facto emptoris vẽditor vllo modo grauari non potest vltra quã sit onus istud, vnus pro quatuordecim:at onere gabellæ,non facto emptoris,sed extrinsecus præter formã contractus, & sine culpa emptoris prægrauatur:puta alia.l. regia qua gabellæ onus generaliter omnibus venditoribus impositũ est, nec istud debet esse in consideratione quantũ attinet ad iustitiam cõtractus iuxta ea quæ aduertimus infra eod.lib.q.7.vii de & motu proprio Pij.V. Pontificis maximi de forma creandi census in vers.*Sicuti etiam annullamus*,nõ reprobantur,nec annullantur pacta ea quæ onera expectantia de iure,& natura cõtractus adventitorẽ,continet.

11 Igitur,cũ onus istud gabellæ siue Regio ad venditorem pertineat, & illã ex natura cõtractus debitor soluere debeat,non vitra bitui annui reditus constitutio:imo nec pactum vitia bitur,etiam si in cõtractu expresse cautum fuerit,debitorem,seu venditorẽ annui reditus teneri huiusmodi onus subire,& gabellam soluere: cũ enim pactũ istud tacite insit ex natura, & l.contractus,nõ debet expressum aliquid operari,q; noceat, iuxta regulã tx.in.l.3.ff.de leg.1.l.non recte.C. de fide iusiorib.in vers.nam licet ibi. *Nihil hæc res mutat coditionem iuris.*

13 Vlterius quæro, quid si venditor cẽsus super fundo emphyteutico cõstitutus,an domino directo fundi debeatur laudemium? & videtur ex ea venditione reditus iam constituti non deberi laudemium:quia res ipsa censualis non venditur,& subiectum laudemiorum est vera venditio ipsius rei censuariæ,vt per Modern. Parisiens.in consuetud. Paris.a. part.§. 35. glos.1.in princip.§.58.in prin.& per totũ,vbi n.16. & sequẽt. agit de ea quæstione,an si emphyteuta, qui super re emphyteutica reditũ imposuit,postea vendit rem hypothecam tam reditui pro certo pretio cum onere reditus antea impositi, debeatur laudemium illius tantum pretij ab emphyteuta recepti? an etiam debeatur laudemium pretij reditus imposit? & qualiter directo domino consuletur?

14 Sed quæritur, quid si debitor reditus vendat hypotheras eiusdem reditus,prout licet vendere cum suo onere, non obstante pacto de non alienando in instrumento reditus adiecto (vt dicemus infra hoc libro,quæst.nona) an creditor reditu- possit exigere laudemia? breuiter

dicer

dicendum est laudemia non deberi: quia creditor reditus non est dominus directus hypothecarum, vt diximus supra libro primo, quæstione tertia. Et cum debitor sit ipsarũ dominus potest eas alienare: quia in re propria quilibet est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mãdat. & laudemia non debentur, nisi dominis directis, pro eo quod nouos emphyteutas ad possessionẽ admittunt, & approbant ex eoque dicitur laudemium: nam laudare in iure significat nominatim approbare, vt inquit Alciat. lib. 1. Parergon. c. 45. inde laudemium dicitur quinquagesima aut vigesima pars, quæ domino directo conceditur, vt nouum emphyteutam, vel emphyteusis emptorem laudet, id est approbet, vt inquit Berucius in Lexicon iuris, verbo laudare. Et ita noui emphyteutæ laudemia soluunt. l. fin. & ibi glos. C. de iure emphyt. vbi Iasso, num. 41. l. fin. titul. 8. part. 5. vbi Gregor. glos. penult. quod intelligo, nisi in concessione emphyteusis hoc onus primo emphyteutæ alienanti iniunctum sit, vt frequenter fieri solet: quia tunc pactum seruabitur. l. 1. C. de iure emphyt. & dominus directus non à nouo emphyteuta, sed à primo alienante exiget laudemium. At vero cum creditor reditus non sit directus dominus hypothecarum, nec earum emptor teneatur ab eo inuestituram nouam accipere, non est cur illi debeantur laudemia: & hanc opinionem probat Motus Proprius Pij. V. super forma creandi census, ibi. *Quia volumus rem ipsam semper liberè & sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter vivos, quam in vltima voluntate alienari.*

15 Quod si fundus hypothecatus reditui feudalis, aut emphyteuticarius sit, ex fundi venditione debetur laudemium domino directo, ex dict. l. final. C. de iure emphyteutico.

16 Sed quid si vendatur fundus reditualis de licentia domini directi, an ipsi debeatur laudemium? Videtur, quod dominus directus, qui alienationi consensum præstitit amisserit laudemium: quia laudemium debetur propter nouam inuestituram, & admissionem noui emphyteutæ dict. l. fin. C. de iure emphyt. Sed quando dominus directus consensit alienationi, non requiritur alia inuestitura, vt per Anan. consilio. 90. Ancharran. consil. 63. Iasso dict. l. fin. numero. 40. Afflict. in §. præterea si quis, colum. 1. versicul. & eadem ratione de prohibita feud. alienatio. per Federic. Bald. l. dotalem, versicul. quod si dominus. ff. soluto matrimonio, vbi dicit quod si dominus permittat vassallo vendere rem feudalem, videtur remittere omne ius suum. Afflict. decisio. 112. in fine. In contrarium facit: quia dominus consentiens alienationi simpliciter, censetur consentire reseruato iure sibi debito respectu directi dominij, vt per Paris. de Puteo, de feudi redintegratione, capit. 268. & in capitul. 62. Aluarot. post Ilerniam in cap. Imperialem, numero. 15. de prohibita feud. alienatio. per Federic. quæstion. 16. Paul. Castrens. dict. l. dotalem in fine, vbi mitatur de dicto Bald. In hac quæstione distinguendum est, aut dominus consensit alienationi fundi tanquam liberi, & tunc videtur omne ius suum, & etiam laudemium remittere, & ita procedent pro prima parte adducta: aut consensit simpliciter & non videtur remittere, imo potest petere ius laudemij, vt per Modern. Paris. in consuetudine Parisiensi

1.p.§.23.glos.1.num.8.& seq. vbi distinguit inter consensum permissiuum,& consensum dispositiuum. Iulius Clarus.§.emphyteusis,quæst.23. vers.sed quid si.Socin.Iun consil.70 numero.11.& post numerū.27.libr. 3. qui dicit communem, sequitur alios referens Redoan.de reb.eccles. non alienand.Rubric, de laudemijs num.16. Amædeus à Ponte in quæstionibus laudemialibus.

Nec obstat, quod non requiritur inuestitura, quando Dominus consensit alienationi: quia contrarium probatur in dict.l.final. de iure emphyteut. vt aduertit Parisiens. Modern.dict.numero.8. quia licet dominus consenserit alienationi, non potest nouus emphyteuta ingredi possessionem, nisi de consensu, & manu domini, ex dict.l. final. pro quo vltimo consensu soluitur laudemium. Vnde si post perfectum contractum, & alienationem dominus directus approbasset, & recepisset nouum emphyteutam, nihil protestando de laudemio, tunc censeretur laudemium remissum, & hoc casu exaudiendi sunt, qui contrariam opinionem tenuerunt, quod senserunt Anania, & videtur fuisse de mente Iasso. supra numero. 52. & Bald. in capitul. primo.§. præterea quibus modis feud. amitta. vbi dicit inspiciendum esse ad quem effectum dominus consenserit, sequitur Afflictus ibi secundo notabil. Amædeus à Ponte supra dicta quæstione. 15. in fine, vbi quæstione. 16. agit an dominus directus recipiendo pensionem à nouo emphyteuta scienter videatur laudemium remittere, quemadmodum videtur remittere commissum alienationis, & commissum non petitæ inuestituræ, nam vt inquit Albertus Brunus, consilio. 38. numero sep

17 timo, & Ponte vbi supra, quando recognoscitur dominus in seruitijs, non est quod imputetur caducitas ob non petitam inuestituram, quod notandum est pro ea conditione in emphyteosi frequenter adiecta, quod noua vox, seu persona noui emphyteutæ teneatur intra certum terminum à morte emphyteutæ coram domino comparere sub commissi pœna: si enim nouus emphyteuta post terminum constitutum pensionem soluat domino, & is scienter recipiat, non potest postea commissum imputare.

Solet præterea in instrumento constitutionis reditus annui adijci clausula, qua venditor seu debitor in casum redemptionis census teneatur omnes legales sumptus refundere: vnde de eius iustitia quærendum est. Videtur enim iniusta in hoc summo reditu ad rationem quatuor decim pro vno, in quo libera facultas redimendi est de necessitate iustitiæ, & æqualitatis contractus, cū autem celebretur gratia vtriusque sequitur quod non debent omnes sumptus reijci in alteram partem, præsertim miserabiliorem: sed saltem debent esse communes æqualiter, nec concessio facultatis redimendi videtur iusta causa se se exonerandi ab ijs sumptibus: quia hæc facultas non datur de gratia, sed necessitate, sine qua contractus esset ex parte creditoris nimis excessiuus, & iniustus. Dicendum tamen est clausulam hanc non continere iniustitiam, ex quo facultas hæc non datur post certum tempus, sed libere, & ab initio, vt possit debitor si velit, post triduum redimere: quo casu æquum est creditorem, qui nihil lucri fecit, nec facere potuit indemnem reddi à debitore, qui licet non fuerit for-

fortè vsus pecuniæ: tamen habuit facultatem, & ius perpetuo, vel quandiu velet vtendi: quod ius nō habuit creditor in reditu. Si autem iustū est eum reddi indemnem ab initio, igitur ex interuallo: quia si tempore medio recepit reditum legitimum, caruit etiam pecunia, cuius interusurium dicti reditus æquamentum est.

18 Videamus nūc de effectu huius clausulæ: & planè ea extenditur ad moderata salaria tabellionum, & impēsas instrumentorum inde cōfectorum: sed an etiam extendatur ad exonerandum creditorem ab omnibus laudemijs, & alijs quibuscunque oneribus, de quo vltimo solet fieri instru-

19 mentum separatim? Videtur, quod non per ea, quæ nuper diximus, sed certe illa procedunt, quando debitor istis oneraretur ab initio stante contractu: quia quandiu durat reditus, debet debitor frui integra sorte, nec potest in aliquo onerari vltra quatuordecimam annuam partem sortis, qua fruitur: vnde non debet interim sors onerari, nec diminui, nec debitor cogi ad quodcūque aliud soluendum supra sortem, alioquin deinceps nō curreret reditus pro residuo sortis, iuxta tex. in d. l. eos ad fi. C. de vsuris, sed quando resoluitur, & finitur contractus per redemptionem cessant illæ rationes, & sic non videtur iniustum, quod hoc casu teneatur debitor, qui vult redemptione vti, seruare creditorem indemnem a laudemijs, vel gabellis, si quę debeā tur, vel de facto exigi soleant, etiam ab initio contractus, quemadmodū in venditione fundi, etiam minus iusto pretio, sed cum facultate redimēdi quæ propterea nō datur de gratia, (quo casu esset supra omne dubium) sed de iustitia, & æqualitate contractus: tamen licet ab initio hæc onera expectent ad emptorem stante con-

20 tractu, vt per Paris. Modern. in cōsuetud. Par. tit. 1. §. 23. num. 7. & sup. notauimus, dum resoluitur per redemptionem, tenetur redimens siue ab initio, siue ex interuallo redimat, indemnem ab eis reddere emptorem l. debet. ff. de ædilitio edi. ibi. *Iudemnis enim emptor discedere debet.* Tiraq. de retract. conuen. §. 6. gloss. 2. nume. 16. Aduerte tamen hanc incidentem quæstionem superuacuam videri nam vt diximus in huiusmodi cōstitutione reditus, hæc iura non habent locum, quidquid alij voluerint, sed quia alicubi contingere potest exigi, ad pleniorem huius materiæ lucem, non est superuacua quæstio.

21 Prædictis non obstantibus, quantumcunque prima facie vrgere videantur, dicendum est, hunc debitorem redimentem adhæc non teneri, nec ad ea præfatam clausulam extendi posse in hoc reditu quatuordecimæ, ea potissimum ratione, quia reditus is succedaneus est antiquatum vsurarum. Imo illis grauior, vnde omnem interpretationem fieri oportet ne qua debitor amplius adhuc supergrauetur, quam à iure cōstitutum, & permissum sit, ne videlicet supra onus quatuordecimæ quod est, supremum grauamen iuxta l. Regiam. Vnde in residuo non minus fauendum est debitori, quam olim iure communi quando non tollerabantur, nisi minores vsuræ, & tamen licitum erat semper debitori se liberare sortem cum vsuris debitis offerendo, nec vlterius vllo casu grauari poterat. Igitur hodie saltim hoc relinquendum est, vt debitor sortem cum reliquis debitis offerēdo, liberari possit, nec teneatur ad aliud cuiuscūque indictionis nomine, non obstante quocūque pacto, tanquam iniusto, & de iure reprobato salua impensa literarum cōtractus, quæ tollerabilis est, quia modica, &

22

ca,& vsu recepta nõ simpliciter, nec absolute. Sed ideo quia literæ, quę
23 sunt dominio creditoris,restituũtur, & transferũtur in debitorem,qua ratione iustum est eum dictarum literarum, quas recepit sumptum restituere per ea quæ tradunt Bald.& Salice.in.l.fin.C.de conditione ex. l. & alij,quos refert, & sequitur Tiraquel. lib.2.retract.§.6.glos.2.nume. 24.dicens debitorem teneri in casu redẽptionis,refundere creditori huiusmodi impensas instrumenti: ipse autem creditor tenebitur soluto prętio instrumentum obligationis reddere,ex l.dissolutæ.C.de condit. ex l.Capell.Tolosan.decis.47. vbi vidẽ da est additio,atque Azeued.ad.l.15 titulo.25.libr.4.Recopilat. in num.
24 3. Prædicta procedunt plane in expensis trassumpti, quod creditor habuit à notario, penes quem exemplar seu protocollum remansit: sed quis soluet expensas ipsius protocolli, seu originalis instrumenti. Vide Montaltum libr.1.fori, titulo.8.l.1. verbo, reciba el escriuano, vbi habet hoc expensarum onus ad eum pertinere quem instrumentum principaliter tangit, & ad vtrumque si vtrumque tangat:pro quo expendo tex.l.30.titulo.6.libro.3.Recopilation. ibi: *Pertenecientes al Consejo de la parte del dicho Concejo*, quem ita accipiendum arbitror. Facit doctrina glos.in.l. si irruptione in glos. fin.ff.finium regund.cum multisque tradit Menoch.libr.2.de arbitrar.ca-
25 su.228. At expensas instrumenti annui reditus pertinere ad eum qui pecuniam in censum recipit, post Licentiatum Piçarro tradit Lasarte in tractatu de decima venditionis.c.10 num.7. eo fundamento quia de iure talis impensa propria illius est,qui se obligat p quo adducit tradita per Tiraq.vbi sup.sed Tiraq. & ab eo relati de huiusmodi expẽsis nõ agũt,sed de expensis trassumpti,quod creditor à Tabellione habuit ad debiti exactionem debitorque pecunia soluta, ipsum à creditore exigit. Refert deinde Lasarte pro sua opinione Montaluum vbi sup.qui illam nullatenus probat, nec ego veram censeo.Nam expensarum onus quod ex crediti instrumento prouenit,ad creditorẽ pertinet,vt probat text.iuncta gl. verbo, vel sportularum in.l.eos,vers. interdicta.C.de vsur.vbi adnotat Aluericus num.3.idem Alueric. in.l.dissolutæ, n.3.C.de cõditione ex. l. vbi asserit vidisse itacõmuniter obseruari,sequitur Cæpol.in tract. de simulatione contractus præsump.6.numero.41. & Menoch.de præsump.libr.3.præsump.122.num.57.& seq.Auend.de exequendis mandat.2.parte, cap.19 num.2.vbi expensas instrumenti vẽditionis ad emptorem pertinere dixit eum ad ipsius iuris probationem fiant,non ergo licebit emptori census pacto, seu conuẽtione onus istud
26 in venditorem reijcere. Similiter si pactus fuerit debitorem teneri exonerare creditorem ab omni indictione,decimatione,vel tributo à Tyranno, iure,vel iniuria imponendo ratione reditus per eum acquisiti, vel
27 possessi,non valebit pactum. Et hæc multo fortius procedũt si qua laudemia,vel jura soluat creditor nulla necessitate coactus,sed voluntarie,vt si pro huiusmodi reditu fundũ specialiter hypotecatũ sit,quare vt tutior esset hypotheca fecerit se patrono infeudari ꝺ hoc reditu,& ei quid soluerit ꝓ inuestitura,q facere nõ tenebat ꝓ ea quę scribit Paris Mod.ad cõsuetud.Paris.§.18.nu.10, tũc indubitatũ est nõ posse hæc debitori quadocũq; redimenti in dictos legales sumptus imputari. Et multo minus releuia per creditorẽ interim resoluta, etiã

si hoc nominatim cautũ esset incõsti tutione reditus, non tamẽ vitiaret cõ tractum hæc clausula, sed in hoc tan quam excessiua vitiaretur per ea quę resoluimus hoc lib. 2. quæst. 1. præter quam si reditus maiori pretio emere tur, puta ad rationem decem, & sex pro vno, vel alia conditione, quæ
28 onus compensaret. Dubitari etiam potest quo loco soluenda sit gabella ex reditus venditione debita, an in loco contractus, an vbi sita sunt bo na reditui hypothecata. Hoc vltimũ existimarunt Perez in proœmio tit. 2 lib. 8. ord. Parlado rerum quotid. lib. 1. c. 3. §. 8. Lasarte de gabell. c. 10. Mõ terros. in pract. tracta. 7. fol. 153. primum tamen magis probat Felician. lib. 2. de censi. c. fin. num. 12. qui late satisfacit fundamentis in contrariũ adductis.

Ex quæst. sequent.

AN plures vẽditores reditus annui possint obligari insolidũ ad reditũ soluendũ. n. 1. & seq.

Obligatio reditus non potest in plus contrahi, quam prorata sortis, quã quis vere recepit. n. 2.

Pluribus insolidum obligatis vna est obligatio, licet super pluribus subiectis num. 3.

Si plura prædia supponãtur reditui, cui vnum prædiũ sufficiebat, non vitiatur cõtractus, ibid.

Reditus non vitiatur, quamuis debitor obligetur sub guarẽtigia, ibidem.

Declaratur l. si non singuli. C. si certum petatur, num. 4.

Quando plures à principio insolidũ se obligant, & creditor eorũ si mulsidẽ sequitur, omnes respectu creditoris dicũtur principales, licet pecunia ad vnũ solum peruenerit, num. 5. & 8.

Et an eo casu habeant diuisionis beneficium, num. 6.

Explicatur l. 1. tit. 16. lib. 5. recopil. ibidem.

Quando à principio cõtrahitur cum vno in totũ, deinde accedit alius, qui se vt principalẽ obligat, an censeatur fideiussor, an principalis? num. 7. & 10.

Pluribus insolidũ obligatis, si pecunia ad vnũ tantũ peruenit, respectu ipsorũ, ille solus est principalis, alij fideiussores, nu. 8.

L. 3. tit. 18. lib. 3. fori an vsu sit recepta? num. 9

Si pater & extraneus filiæ dotẽ inofficiosam promisserũt, an teneatur extraneus ad excessũ, ibidem.

An per clausulã insolidũ, & sine diuisione cẽseatur renũtiatũ diuisionis beneficium? num. 11.

Explicatur Pictauorum consuetudo, num. 12.

Pluribus insolidũ obligatis principaliter, vel accessorie, an competat diuisionis beneficiũ iure Regio Hispanorum? num. 13.

Explicatur l. 1. titul. 16. lib. 5. Recopilat. num. 14.

An qui cũ alio se principaliter obligauit, ad eũ tñ pecunia non peruenit,

nit, habeat beneficium ordinis, de quo in l. quæritur. ff. commodati num. 15.

Si vir, & vxor simul obligentur in solidum, an teneat obligatio quoad vxorem num. 16.

Totam pecuniam a viro, & vxore acceptam præsumi ad maritū peruenisse. n. 17.

Et quid si mulier iuraverit, an adhuc præsumatur ad virum peruenisse, num. 18.

Si coniuges rem dotalem alienauerint soluto matrimonio, vxor non obstante iuramento recuperat pretium ab hæredibus mariti, num. 19.

Et si nec hæredis, nec mariti bona superstint, an possit vxor rē dotalem cum iuramento alienatā vendicare, ibidem.

Et an sit standum vxoris confessioni, quod in eius vtilitatem versum sit, ibidem.

Si mulier acceptat bona constante matrimonio quæsita, an præsumatur ad eā peruenisse pecunia, quā cū marito receperat, num. 20.

Plures rei debendi, an videātur inuicem fideiubere num. 21.

Et quid in correis ex causa lucrativa num. 22.

Quid si mulier cū extraneo eiusdē reditus, aut mutui correi debēdi fiant, an ipsa obligetur num. 23,

Explicatur text. in l. vir vxori. §. mulier. ff. ad Velleia. n. 24. & 28

Quoties mulier fideiubēdo nō fit pauperior, cessat Velleianum, numero 25.

Et quid si mulier & extraneus se obligantes sint socij omniū bonorum, vel negotiationis, an cesset Velleianū, num. 26.

Quid si mulier se sociam, vel sua in totum interesse creditori affirmet, num. 27.

Quādo mulier alij, etiā extraneo promittit indemnitatem, nō dicitur intercedere, num. 29

Quando mulier promittit creditori pro suo fideiussore, nō est locus Velleian. num. 30.

Si vir, & vxor pro extraneo, qui pecuniam accepit obligentur insolidum, an teneat vxoris obligatio? num. 31, & seq.

Quando videatur color quæsitus ne sit locus Velleiano. n. 32. & 35

Explicatur tx. l. Seia. §. fūdū ad Velleian. n. 34 & seq.

Mulier non prohibetur donare, nec pro alio soluere. num. 35.

Traditer ratio prohibitionis Vell. ibid.

Quid si creditor viro, vxori, & extraneo simul, singulis æqualiter pecuniam numerauit sciens totum negotium ad extraneum expectare? num. 36.

Quid si creditor bona fide sic contraxit, ignorans solius extranei negotium geri, num. 37.

Et quid si creditor eadē ignorantia soli extraneo pecuniam nnmerauit num. 38.

Et quid si mulier renuntiet Velleiano, aut legi Taurinæ, & aut iuret contractum? num. 39.

Si vnus ex pluribus insolidum obligatis ad reditum admittitur ad solend m pro parte an diuidatur reditus obligatio? numer. 40.

Quæstio. V.

De clausula quilibet insolidum, venditioni reditus adiecta, & pluribus correis ad reditum obligatis.

1 NOnnumquam in annui reditus constitutione, quando plures accipiũt eandem sortem pro qua eundem reditum vendunt, insolidũ obligantur. Hoc prima facie videtur iniustum, & pro non adiecto in censu redimibili ad rationem quatuordecim pro vno, in quo non licet quouis modo metas concessas excedere. Nam clarum est, quod omnes non possunt naturaliter, & effectualiter habere solidam sortem, quando debitores non sunt alias socij, nec contrahunt ratione communis alicuius vtilitatis, sed singulorum, & per consequens singuli non possunt ad solidum rectum obligari, sed solum pro virili sua, seu pro rata sortis
2 ad singulos peruenientes. Quia huiusmodi obligatio vsurarum succedanea non potest in plus contrahi, nec currere, quam pro rata sortis, quam quis vere recepit, vt probatur in l. eos C. de vsuris ad finem, & facit l. 6. titulo. 15. libro. 5. Recopilation. ibi. *No se puedan vender, ni constituyr juros, ni censos al quitar a menos precio, de a razon de à catorze mil maravedis cada millar.* Contrarium tamen dicendum videtur in proposita specie: quia argumentum prædictum procederet si singuli obligarentur ad nouum, vel alium reditum: ita quod reditus multiplicaretur: quia tunc oporteret multiplicari sortem, vel ad quantitatem sortis à singulis receptæ reditum restringi. Sed hic quotcunque sint debitores non obligantur, nisi ad vnum, & eundem reditum, & in veritate, & in effectu non est, nisi vna, & eadem obligatio, quemad modum non est, nisi vnus reditus constitutus, vel debitus. l. in duobus: §. final. ff. de duobus reis, ibi. *Vtique enim cum vna sit obligatio.* Licet ea obligatio super pluribus personis, vel subiectis insolidum resideat, veluti si magister pluribus auditoribus in Schola perlegens loquatur, non est nisi vna, & eadem vox, licet apud plures insolidum, & æque principaliter resonet, vt per Parisiens. Modernum in tractatu de diuiduo super. l. 4. ff. de verborũ obligatio. & in cõsuetudin. Paris. §. 2. glos. 4. quæstio. 6 Vnde Ex quogrammen non augetur, nec multiplicatur, non est inconueniens si

plures

plures simul insolidũ obligentur, quẽ admodum non est inconueniẽs creditorem vnum, vel plures cum reo accipere fideiussores, etiam si æque principaliter se obligẽt renũciando exceptioni diuisionis, & discussionis, seu ordinis, & similiter non est inconueniens, plura prædia specialiter, & nominatim hypothecari, licet vnũ ex illis abunde sufficeret, hæc enim non expectant ad augendam obligationem, sed solum ad eam assecurandam: quare nõ vitiant contractũ: quemadmodum illum non vitiabit, si debitor sub instrumento guarentigio (quod executionem parat habet, iuxta l. 2. titul. 21. lib. 4. recopil.) obligetur, q; etiam stante motu proprio Pij. V. de forma creandi census procederet in Hispania propter. d.d. Regiæ dispositionẽ ex Nauar. in Cõm. de vsuris, c. 1. 14. q. 3. n. 138. vers. decimũ sextũ. Sic de iure. l. si nõ singuli. C. si certũ pet. habet locũ non solũ in simplici mutuo, sed etiã in vsurario. Aduerte igitur, q; aut plures ab initio æque principaliter contrahũt, & se obligãt insolidũ, & simul, & creditor eorũ fidẽ insolidũ sequitur, & tũc respectu creditoris, nullomodo sunt fideiussores, sed oẽs principales, etiã si cõstet q; ad vnũ tantũ pecunia pervenit, vt pulchre tradit Paul. Cast. in l. sed Iulian. n. 3. ff. ad Maced. Rom. in cõs. 114. habẽt tñ ex noua constit. Beneficiũ diuisionis, si omnes, vel plures sint præsentes, & soluẽdo, iuxta text. in auth. hoc ita. C. de duob. reis, hoc de iure cõmuni: at iure Regio cũ in solidũ sint obligati non habẽt istud diuisionis beneficiũ. l. 1. tit. 16. lib. 5. Recopilat. qui text. non solũ procedit in fideiussoribus, vt voluerũt Gregor. l. 8. titulo. 12. partita. 5. glos. verbo, cada vno, & Matien. in d.l. 1. glos. 3. & 5. Olanus litera. F. n. 37. sed etiã in pluribus reis debẽdi, vt satis ẽxverbis illius cõpr. chẽditur, & sentit Duenas, reg. 355. limit. 19. Gutierr. de iuramento. 1. p. c. 23. num. 10. Azeued. in d.l. 1. n. 4. Gutier. iterum lib. 3. practicarũ, q. 95. Aut vero primo contrahitur cum vno in totũ, deinde in alio contractu accedit alius, qui se etiam obligat, & hic est verus fideiussor, ex quo non intercessit animo nouandi, & habet beneficium ordinis authentica præsente. C. de fideiussorib. etiã si se principalem debitorem constituerit, vt tenuit glos. verbo fideiussorem in authẽtico de fideiuss. in princip. in vers. siquis igitur collatione. 2. Bald. in cons. 198. Curt. Senior, consilio. 6. Abb. in cap peruenit, nume. 6. de fide iussor. Alex. in cons. 126. in fi. lib. 6. & cons. 29. nu. 36. lib. 7. vbi dicit non reperiri contradictorem, & cons. 32. num. 11. lib. 4. Isi. consil. 58. vers. non obstat. libr. 3. plures refert Tiraquel. libr. 1. retract. §. 11. gl. 1. numer. 8. idem Gregor. in l. 9. titulo. 12. part. 5. in glos. verbo, primetramente, ad finẽ. Tiberius Decianus, cons. 73. num. 6. lib. 2. & Gutier. de iuramento confir. 1. p. c. 23. n. 8. & num. 11. Quæ omnia vera videntur licet Guillelm. de Cug. in d. l. sed Iul. voluerit q; eo ipso, q; probatur pecunia ad vnũ tantũ peruenisse, exteri gaudẽt beneficio fideiussorũ, quẽ sequutus est Paul. cons. 331. lib. 1. col. 1. Hypolit. in tit. de fideiussoribus. q. 58. num. 170. sed eorũ opinio falsa videtur, & contra text. in l. 1. C. si cert. pet. vbi non attenditur quota pars hæreditatis ad hæredes debitoris peruenerit, sed pro quota parte ipse heres se creditori obligauerit, quẽ tx. dicit expressiũ contra Guillel. Rom. d. cõs. 114. & ita post ipsum præclaros ab opinione Guillel. dicessit Paris. Mod. in additio. ad. Alex. cõs. 29. li. 7. litera. M. atacq; quando plures æque principaliter contrahxerunt cũ creditore, respectu ipsius creditoris

censebuntur principales, & sine excussione conuenientur. At inter se ille erit principalis, quem negotium tangit, alij fideiussores censebuntur, & à principali exigent quod soluerint argumento text. in l. vir vxori. §. fin. ad Vellean. & Bart. l. reos num. 3 de duobus reis. Corneus consil. 124. vet. culo, tamē his non obstantibus lib. 1. Palac. Rub. in rubric. de donationibus inter virum. §. 49. numero. tertio, plures refert Tiraquel. de Retract. §. 31. glos. 1. numero. 91. & cessione habita actionibus cessis qui soluit à quolibet tertio hypothecarum possessore, totum quod soluit exiget, vt dicit iudicatum Franc. Milanens. de cis. 1. num. 54. lib. 2. in decis. Siciliæ, Quando vero accesserit obligationi principalis iam contractæ, & etiā fidecaut sic, vt principales obligare, fideiussores iudicandi sunt, & habebunt ordinis beneficium, etiam si se principaliter constituant soluturos, glos. supra dict. verbo fideiussor. authentico de fideiussorib. in princip. Anton. Gabr. tit. de fideiussorib. col. 1. nu. 27. &. 35. Guido Papa singul. 504. & secundum prædicta intelliges quod tradit Bald. l. 1. C. de conuen. fiscl. debito. Gratus, cons. 86. lib. 1. prout intelligit Alex. cons. 51. lib. 3 & eum sequutus Anton. Gabr. vbi supra, nume. 29. distinguens an quis in eodem contractu cum principali simul, an in diuerso cōtractu se vt principalem obligauerit. Ex quo infertur 10
ad l. 1 tit. 2. li. 5. recop. vbi prohibetur pater filiæ vltra legitimā rationē, dotis promittere. contigit q extraneus, vt reus principalis, & pater filiæ excessiuā dotē promisserūt, quærebatur an extraneus teneretur ad excessum soluendū, ex facto interrogatus respō 11
di distinguendū esse, aut pater, & extraneus simul in eode instrumēto immodicā dotē cōstituerūt, obligādo se vt principales debitores, & tūc extraneus in totū tenetur, ex his quæ scripsit Baeça de nō melioran. his ratione dotis filiabus. c. 35. n. 12. & seq. Et eō firmatur ex notatis infra illa. q. n. 21. & seq. aut pater primo dotē inofficiosam promisit, & postea extraneus ex intercallo in alio instrumēto eandē dotē à patre promissam, vt principalis se soluturū obligauit, *Tunc dicendo de duabus agens suis propria*, & nō tenetur in excessu, cū fideiussor cēsetur ex prædictis. fideiussor autē non potest in plus obligari quā principalis. l. græce. §. illud de fideiusso. & post Menes. Baeça vbi sup. n. 2. Azeued. d. l. 1. n. 30. Hæc vtilia in practica, & addenda sunt ad ea quæ tradit Baeça, 9
vbi supra. ¶ Aduerte tamen, quod vbi l. 3 tit. 18. lib. 3 fori vsu recepta esset liceret creditori indistincte agere contra fideiussorem omisso principali debitore absque vlla excussione de cuius legis vsu testatur Monter. in pract. in parte. 7. sub titulo de la mancommunidad. Ego vero nunquam vidi, nec adiudictam. l. fori vsu practico admissam fuisse, & in Senatu Granatensi. l. illam in vsu non esse asserit Baeça in tractat. de inop. debitore, c. 5. n. 31. Gut. etiā in tract. de iuramē. 1. p. c. 23. n. 7. dixit nūquā vidisse practicā illius legis, cuius allegatio nō audietur, nō probato ipsius vsu, ex Roder. Suarez in proœmio. li. fori Baeça vbi sup. n. 32. & Duenas reg. 355. lim. 18. Constat igitur per prædicta, quid dicē dū sit cū principali obligationi alius accedit, aut si accedūt plures, an sint, cēsendi fideiussores, & habeāt diuisionis beneficiū ex epistola Diui Adriani, nisi his beneficijs renūciauerint. Sed quæritur quid si duo principaliter cōstituant sub hac vulgari clausula copulatiua. *Y. edan uno dellos in solidum, y poder cada vno dellos*. Hoc est vtrique eorum, & absque

diui-

diuisione) an intelligatur renuntiatum beneficio diuisionis, etiam si in toto instrumento non sit aliqua clausula renunciationis: & videtur renunciatum tum quia alioquin hec verba nihil operarentur contra regulam text. in l. si quando, ff. de legat. primo tum potissime, quia mens contrahentium verisimiliter non fuit apponere hanc clausulam ad designãdam 14
formam obligationis, satis expressam in clausula immediate præcedenti, sed ad designandum effectũ, & executionem obligationis. Deinde nouum istud priuilegium diuisionis nõ fuit concessum hoc casu qualificato, sed in obligatione simplici, in qua solum conuentum est verumque teneri insolidum, vt patet per text. in authentico de duobus reis, ergo non debet extendi ad hunc casum, vbi plus conuentum fuit, videlicet quod tenerentur insolidum, & absque diuisione, tunc de facili fit recursus ad ius commune, & priorem statum l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Et ita videtur intelligenda communis 12
obseruantia Pictauorũ cuius meminit Tiraquel. libr. 1. retractus §. 31 numero. 10. dicens apud Pictauos obseruari, vbi obligati insolidũ absque alia renuntiatione possint insolidum exigi, quod hinc dimanasse puto: quia apud eos soleat adiici prædicta clausula absque diuisione quæ hoc importat absque alia renuntiationis formula, alioquin simplex communis 15
obseruantia non ita deberet accipi, nec potens esset, vt ius corrigeret, vt dixit Paris. Modern. in proemio cõsuetudinum Paris. in glos. 1. §. 1. n. 21.

13 Notandum tamen est iure nostro Regio non videri necessariam renũtiationem diuisionis, quãdo plures fideiussores, vel etiam principales expresse obligantur insolidum; quia quilibet tenebitur, & insolidum cõuenietur, primum probat text. in l. 8. tit. 12. p. 5. vbi Gregorio Lop. verbo toda la deuda, habet fideiussoribus expresse insolidum obligatis non competere diuisionis beneficium, idem Olanus in Antinomia iuris post Villalobos ibidem in litera F. num. 32. Matienco ad l. 1. titulo. 16. libro. 5. Recopil. quamnis contrarium voluerit Anto. Gomez. 2. tom. cap. 13. nu. 15. Secundum probat text. in l. 1. titu. 16. lib. 5. recop. qui text. plane loquitur in pluribus principaliter obligatis, non in fideiussoribus quamuis in his etiam, eius dispositio locum habeat, vt prædiximus. Nec obstat quod cum prædicta l. Regia recopil. deroget legibus iuris communis contrarium disponẽtibus, nõ potest intelligi de pluribus reis principaliter obligatis: quia in his de iure communi non erat cõtrarium dispositum, sed idem iuxta l. 2. l. reos §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, non ergo oportuit ipsis derogare. Nam verum est iure antiquo digestorum, reos plures insolidum obligatos insolidum teneri at iure nouo ti authenticorum, aliud erat dispositum, & competebat eo casu diuisionis beneficium per text. in authentico de duobus reis, & in authentica hoc ita. C. eodem, quibus iuribus voluit derogare prædicta l. Regia, vt aduertit Gutierrez de iuramen. confirmator. 1. p. c. 23. n. 10. & sequitur Felicianus, lib. 3. de censib. c. 2. numer. 3.

Illud etiam dubitationem habet, an is qui ab initio secum altero principaliter obligauit, excluſus sit a quodam beneficio ordinis de quo in l. vnde quæritur. ff. commodati, videlicet, si doceat omnem pecuniam ad alterũ peruenisse, & petat eum præsentem prius conueniri, & excuti suo periculo, de quo vide Bar. l. 3. §. 1. de duobus reis Paulum. l. si pro parte §. fin. de in rem verso, & in l. sed Iulian. §. fin. ad

Macedon. Anton. Gomez. 2. tom. ca. 12. num 2. & 3. l. 61. Taur. numer. 3. vers. ex qua lege Anton. Gabri. lib. 3. communium opini. tit. de fideiussoribus, concl. 2. n. 3.

16 Videamus nunc quid iuris si vir, & vxor simul vendunt, & constituit reditum cū prædicta clausula simul, & insolidum, & absque diuisione, & non videtur dubitandum quin teneat obligatio insolidum respectu viri, sed quæritur an idem sit respectu vxoris. Hæc quæstio generalis est, siue simul acceperint simplex mutuum, siue rem simul emerint, & insolidum promiserint sortem, vel pretium reddere, & ad multa alia. Et primo videtur, quod mulier teneatur pro dimidia, & non vltra ipso iure, quia præsumitur pecuniam ad vtrūque æqualiter peruenisse, & sic mulier teneri debet pro dimidia l. reos, §. cum in tabulis de duobus reis: pro reliqua autem dimidia videtur fide iussisse pro viro, & sic ipso iure non teneri iuxta tex. in authentica si qua mulier. C. ad Vell. & ita sensit Bart. cons. 124. & videtur cum sequutus Bald. l. mater, numer. 11. C. de reiuen dic. Paulus dict. §. cum in tabulis, & cons. 286. column. 2. & cons. 360. libro. 1. Boerius decis. 23. quem sequitur Azeuedo in l. 9. tit. 3. libro. 5. Recopil. num. 37. & in l. 8. titu. 9. libr. 5. Recopila. num. 14. Sed quod totum præsumatur peruenisse ad virum, & quod mulier non teneatur in aliquo nisi in quantum probabitur ad eam peruenisse, tenet Speculator. titul. de obligatio. §. ante omnia, vers. sed porro, & ibi Ioan. Andre. in additionib. Alueric. Bald. Paul. in dict. authent. si qua mulier Bald. Paul. & Salicet. in authen. hoc amplius. C. de fideicommiss. & Bald. in cap. constitutus ad finem de procuratoribus. Imol. in cap. cum contingat, nume. 24. de iur. iur. Alex. in additionib. ad Barto. in l. 1. C. de duobus reis Fabian. in tractatu de emptione & venditione, quæstio. 38. 3. parte principali Afflictus decis. Neapolitan. 209. plures refert Taur. quel. lib. 1. retract. §. 31. numero. 4. & seq. & illud est verius in terminis iuris communis, & est communis opinio, à qua recedere esset temerarium secundum Aymonem cons. 91. numero. 11. quam sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumption. 22. vbi respondet fundamentis contrariæ opinionis, & iure nostro Regio probatur expresse in l. 61. Tauri, & in l. 9. tit. 3. lib. 5. Recop. ibi: *Salvo si se provare*: quod ad eo verum est, vt procedat etiam si vxor simul cum marito contrahens iurauerit: quia ad solum maritum præsumetur peruenisse, docet Bald. dict. authen. si qua mulier, num. 1. vers. pone ergo, Imol. & alij quos refert Gom. l. 51. Tauri. numer. 57. Gutier. de iurament. confirma. 1 part. cap. 1. num. 14. Menoch. de præsumpt. præsump. 22. nume. 8. Vnde si vxor rem dotalem simul cum marito alienans iurauit, vel ex contractu iurato aliquid soluerit, soluto matrimonio aget ad pretium rei dotalis, vel illud, quod soluit recuperandum ab hæredibus mariti, vt per Gomez, vbi supra quod si mariti bona, nec hæredes supersunt, aut soluendo non sint rem dotalem vendicabit à possessore, resoluit Parii cons. 75. libr. 3. quem sequitur Burgos de Paz, quæst. 7. num. 58. vbi refert Castellum in l. 66. Taur. additio. ad Gom. l. 61. Tauri, & post Practicam Ferrar. & alios Cæsar Vrsillus ad Afflict. decis. 311 dicens sic fuisse iudicatum, quamuis contrarium videatur consuluisse Valle. consilio, 70. lib. 2. nec valet vxoris confessio in eodem instrumento dicentis pecuniam in sui vtilitatem conuersam, vt post Bald. aduertit Paul.

dict.

dict. authen. si qua mulier, num. 3. & sic quamuis contrarium scripserit Azeuedo vbi supra. Secus si ex post facto vxor coram iudice confessa est, pecuniam, quam in instrumento dixerat recepisse, connexam esse in eius vtilitatem, quia tunc standum esset eius confessioni, vt ex Bal. dixit Menoch. supra nu. 9. Posset tamen prior opinio sustineri quando vxor accepisset bona constante matrimonio quæsita: nam tunc præsumeretur pecunia ad vtrumque coniugem peruenisse, & vtrique pro dimidio teneretur, vt tradit Ronchegallus in l. eandem in principium, 62. ff. de duobus reis, sequitur Menochi. dict. lib. 3. de præsump. præsumptione 22. numer. 8.

20

21 Excutiendum præterea est, quid iuris si mulier cum extraneo obligetur pariter, & simul agemus, de intellectu l. vt vxori §. mulier, ff. ad Velleian. & an duo correi debendi videantur inuicem fideiuuere, in quo vltimo gloss. & DD. an dict. §. mulier, & in l. reos. ff. de duobus reis, & in l. 2. C. eodem, multa miscentur. Breuiter veritas est quod inter non prohibitos, & respectu creditoris, nunquam sunt fideiussores, sed æque principales debitores, sed inter se dicantur inuicem fideiuuere quatenus pecunia ad eũ non peruenit, vel quatenus negotiũ ad eum non expectat. Patet quod si duo tanquam correi accipiant idem mutuum, vel vendant eundem rem, creditor vtriusq; fidem, & æque principaliter sequitur, & sic non obligantur ei in aliquo tanquam fideiussores, sed solum tanquam principales, siue creditor sciat ad alterum eam rem pecuniam peruenire, siue non. Ex quo ab initio noluit creditor, nisi cum vtroque principaliter contrahere, vt supra diximus; & notat Paris. Modern. ad Alex. conf. 29. nume. 36. libro 7. sed cum pecunia non possit æqualiter ad vtrumque peruenire, sed totum pro parte puta pro dimidia, fuerit dicendum est necessario, quod inter ipsos correos is, ad quem non expectat negotium in totum, sed solum pro parte in quantum se obligat, & si de sua esse iubet, non pro parte sua tantum, sed etiam pro parte peruentura ad alterum, & sic quatenus is ad alterum pertinet, vere pro illo fideiubet, seu fidem suam interponit eò ipso, quod promittit solidum. Quod si tota pecunia totumque negotium expectat ad alterum, respectu illius in totum fideiubet. DD. autem in præfatis locis, & passim illud limitant in duobus correis ex causa lucrativa: ita quod si vnus soluit non potest ab alio quidquam repetere, quod est erroneum commentum, vt asserit Paris. Modernus explic. ad l. in. l. falcid. hoc obseruandum. ff. ad l. falcid. in nouis intellectibus, sequitur Felicia. de cessib. lib. 3. cap. 2. num. 11. Nunc ad rem si mulier, & Titius eiusdem correi debendi fiant, videtur in totũ cessare Velleianum, quod non habet locum inter mulierem, & creditorẽ cuius respectu mulier non fideiubet, quia supponitur colorem nõ habuisse quæsitum à creditore, qui ab initio voluit æque principaliter cum muliere contrahere, & sic etiam si sciuerit, quod mulier commodo alieno in toto vel in parte inseruiebat, non tamen continuo locus est Velleiano, l. si tenebris pecunia. C. ad Velleian. ibi. *Licet creditor causam contractus non ignorauerit.* Tum si cum sola muliere toto contrahi potest, iuxta dict. l. si tenebris, igitur & quouis alio correo simpliciter dicto, quia propter adiectum mulier non fit deterioris conditionis. In contrarium videtur locus esse Velleiano pro parte. 1. expectante ad Titium: quia mulier ea tenus

22

23

respectu Titij pro eo se obligauit, & vere fideiussit, quin etiam creditor ex ipsa forma contractus scinit, aut scire debuit eam pro parte Titij respectu illius intercedere: igitur locus est Velleiano. l. iuncta ff. ad Vellei. Hæc sunt hinc inde verae rationes dubitandi dicti §. mulier vbi Affricanus rem alioquin anceps, & lubricam pulcherrimo temperamento secat, & conciliat dicens quod si mulier in eidem maius damnum vitat, quam sit hoc, quod solidum cum alio promittit, tunc licet dimidia tantum ad eam perueniat, cessat Velleian. cui ea ratione cessante locus erit pro ea parte, vt si mutuum captū sit ad emptionem certæ rei æquipollentis tantum, & sic ad mulierem, nec respectu pecuniæ, nec respectu commodi aliquid peruenit, nisi pro sua parte dumtaxat. Et pro genuino intellectu dict. §. restituendo aduerte quod Bart. & omnes intelligunt bene fieri differentiam, an mutuum accipiat in causam necessariam, an vero in causam voluntariam: quę non est vera interpretatio, & obtenebrat veram mentem, & sententiam pulcherrimæ decisionis illius text. vera autem mens, & sententia illius text. est, quod si mulier nullum ferat commodum, nisi limitatim ad partem, quæ ad eā peruenit, locus sit Velleiano pro reliqua parte, quæ nullam affert vtilitatem mulieri: si vero mulieris interfuit etiam reliquam partem creditori solui, tunc cessat Velleia. Ratio decidendi clara est, & æquissima: quia quādo mulieris non interest, nisi partem sibi contingentem solui, tunc militat ratio fideiussionis, siue fidei pro alieno negotio interpositæ pro parte alium tantum contingente, quando vero mulieris interfuit totum solui cessat ratio fideiussionis: quia non videtur in aliquo pro alio, sed in totum pro commodo suo obligari: & dari quod videretur, quod dammodo partim pro alio obligari, tamen id pro alio ipsam obligari sua interest hoc casu, itaque quod fideiubet, in rē suam fideiubet, & sic cessat Velleia. aliquando l. si mulieris soluere. l. bona fide ff. ad Velleian. l. 2. C. eod. & generaliter quoties mulier fideiubendo, vel quouis modo intercedendo, non fit pauperior, cessat Velleian. text. in l. si pro aliquo. l. si mulieri dederim ff. ad Velle. Igitur multo magis quando sic contrahendo fecit melioris conditionem suam, quam si nō contraheret: tunc enim negotium suum agit, vt inquit text. in dict. l. bona fide in fine: & sic infero quod nō solum quando contrahitur mutuum in causam necessariam ad maius cōmune damnum vitandum, sed etiā si in causam voluntariam, sed longe maiorem, quam sit mutuum, vtilitatem afferentem: puta ad emendum rem maioris pretij, vel commoditatis quam sit mutuum: tunc enim vere interest mulieris nō solum suam, sed socij partem solui, alioquin priuaretur occasione irrecuperabili rem tam vtilem, & per commodam acquirendi, & sic hoc casu etiam ratius summæ respectu, in rem suam obligatur, & negotium suum agit, & sic cessat Velleian. male igitur intellexit Accurs. ibi in verbo accepta, vers. siculo, item quid hoc plus valet. Illi cet omnes DD. sequantur, sed perpetam non intelligentes mentem, nec sententiam, veramque decidendi rationem d. §. Plus etiam infero quod si ibi Titius, & mulier fuissent socij omnium bonorum, vel certæ negotiationis, in quam contraxissent illud mutuum, tunc omnino cessasset Velleian. quia interfuisset mulieris etiam partem Titium contingentē solui, quo communis societas, aut commo-

commodum augeretur, non solum de portione contingente mulierem sed etiam de portione contingente Titium, & sic se obligasset ad commodum suum in totum, siue non magis pro sua quam pro Titij parte loquitur enim dict.§.quando Titius, & mulier non erant Socij, licet in certa rem communem, vel communiter mutuarentur quod si fuissent socij, & in causam societatis se obligassent, prodest cessaret Velleian. & hæc est vera & germana sententia dict.§.ex qua liquet vera quæstionis decisio, in vtroque membro, siue mulier simul mutuum capiat, vel obligetur cum extraneo.

Non obstat quod cum ea sola contrahi potest: quia tunc totum negotium ad eam expectat, & non sequitur idem esse quado simul cum alio obligatur, quo casu ex forma contractus negotium non expectat ad eã in totum, sed solum in parte consequenter obligando se in totum, dicitur fideiubere propartе correi, idque etiam respectu creditoris, cum mulier sit prohibita, & alioquin aperta esset via fraudandi Velleian. videlicet faciendo mulierem simul æque principaliter obligari, & sic saltim pro dimidia iuuatur Velleian. nisi totum contractum tenere sua interfuerit, quo casu non iuuatur, vt dixi. Idem si dolose affirmauerit creditori ignoranti totum ad se pertinere, vel se foeiam esse, vel sua in totum interesse, argumento l.2. in fin. princip. ff. ad Velleian, vel nisi probetur creditorem scisse quod ad mulierem nihil expectabat, sed totum ad coretum: quia tunc satis constat colorem quæsitum in formula obligationis insolidum, & locus erit in totum Velleian.

28 Nec obstat si quis dicat in dict. §. mulier agi de vna summa soluenda in futuro, in quo maior facilitas: Nos autem agimus de vno perpetuo iure reditus vendendo, & sic arim, vel tessione transferendo, in quo est maior difficultas, & cunctatio, & sic non ita videtur mulier labi per imbecillitatem, sed quod idem debeat iudicari, siue de fundi venditione, vel nominis reditus antiqui per alium mulieri debiti: quia imo multum refert inter venditionem reditus antiqui, & de nouo constituendi, vt diximus lib.1. quæstion.5 quia hæc posterior magis participat de mutuo, & fenore, & in ea maius est periculum, quam in vna summa: ergo magis subueniendum, & etiam si non esset tantus metus imbecillitatis: & adhuc non est verum non subesse tantam facilitatem, vt enim blanditijs, & pollicitationibus imbecillitatis iactari potest, & allici mulier ad fideiubendu pro vna summa simul soluenda, ita & pro reditu constituendo, vel ad simul cum alio fundum vendendo: si autem mulier simul cum marito obligatur, idem obseruandum est interminis iuris cõmunis, non tamen oportebit eam iuuare Velleia, quia ipso iure tuta erit, quando cum viro se obligauit, vt supra resoluimus ex dict. authentica si qua mulier, & legibus Regis supra relatis. Deinde in dubio in totum tuta erit vxor: quia vir penes quem administratio est, præsumitur totum recepisse, & de toto dispoluisse, vt antea diximus quemadmodum in parte penes quem administratio, quando pater, & filius familias simul mutuantur, tenent Dinus, Imol. Alexã. & alij in l. si cum dotem. §. transigebamur ff. soluto matrimonio. Curcius Senior. cons. 54. Sed quid si vir & vxor simul cum Titio, quilibet in solidum vendiderunt huiusmodi reditum: tamen Titius pro viro, & vxore fideiubebat, qui (vt moris est) in

29

alio

alio instrumento se se obligauerunt quilibet insolidum ad exonerandũ, & indemnem reddendum Titium, qui postea mortuo viro agit contra mulierem insolidum ad indemnitatem: quæritur an recte agat nulla data Velleiani renuntiatione? Et verius videtur duplici ratione non fuisse necessariam dictam Velleiani renũciationem. Prima, quia quando mulier alij, etiam extraneo promittit indemnitatem, non dicitur intercedere, & cessat Velleian. l. quamuis in §. 1. l. tutor in principio ff. ad Velleian. 30 Secunda, quia id multo minus quando promittit suo fideiussori: quia eriã pro eo promittere posset creditori. l. sed si cum. l. aliquando in fin. principij ad Velleian. l. de die §. 1. qui satisda cog. Sed quid e conuerso si in veritate vir, & vxor fideiubebat pro Titio, qui pecuniam accepit? Prima facie videtur mulierem efficaciter, & insolidum teneri secundum formam contractus, ex quo creditor cum ea æque principaliter contraxit: quia tunc mulier tenetur etiam si alij donare, vel commodare volebat, non solum si hæc creditor ignorabat. l. si mulier tanquam ad Velleian. 32 Sed etiam si sciebat l. si fenebris. C. eode, nisi fuerit color quæritus, qui non videtur quæritus eo ipso quod creditor sciuit, sed tunc demum quando creditor illi tertio, puta Titio mutuatus erat: tamen eo quod eius facultates suspectas haberet, maluit mulieri, vel viro & vxori solis pecuniam dare ab eis dandam Titio, vel eos omnes eiusdem pecuniæ Titio datæ correos accipere, vt declarat pulcher rx. l. quidam voluit ad Velleian. & DD. in locis supra relatis, alioquin sola scientia creditoris cum muliere principaliter contrahentis, non sufficit, nisi quando mulier principaliter mutuatur, vel se obligat ad præcedentẽ aliquam intercessionem, in qua beneficium Velleiani habet, dissoluendam: quia tunc sufficit scientia creditoris secundum Paul. l. Seia. §. fundũ in fin. ad Velleian. vbi est casus specialis secundum eum quando sit in consequentiam prioris alterius dedimissionis facit l. quamuis. C. eodem. 33 Sed certe vt illud obiter aduertam Paulus multum falli videtur, quia in dict. § fundum Scæbola (vt eius erat mos quoties factum non plene narrabat) non respondet decisiue, sed præsuppositiue, & conditionaliter, videlicet si intercessio erat, & si creditor sciuit, & fuit particeps fraudis de persona viri ad personam mulieris, vt in l. quidam voluit eodem titulo alioquin si mulier, etiam sciente creditore mutuari potest, vt tertio eriã (quod maius est) vt viro donet dict. l. si fenebris, absurdum est quod non possit a scienti mutuari, vt soluat, vel donet ei pro quo prius fideiussit. Prædictis igitur non obstantibus, verum est in hac incidenti quæstione mulierem non teneri in aliquo ope exceptionis Velleian. ea ratione: quia nihil fortis fuit numeratum mulieri, nec in rem eius versum, & sic impossibile est quod obligetur ad reditum, etiam in parte multo minus insolidum.

Non obstat dict. l. si fenebris: quia multum differt a casu de quo agimus. Primo, quia ibi tota pecunia fuit numerata mulieri, & in eius dominio, & dispositione posita, & relicta per creditorem, merito efficaciter obligatur creditori, quia nullomodo intercessit, sed principaliter mutuum contrahit, & recipit. Quod autem mente gerat postea alteri dare, hoc nihil ad rem: quia mulier dare non prohibetur, nec pro alio soluere. l. sed si ego in fin. ad Velleian. l. quamuis. C. eodem. Facilius enim

propter

propter imbecillitatem temere se obligat mulier pro alio, quam alij te mere donet.d.l.sed si ego ad si Ideo prudenter Senatus consultum factũ est ad subueniendum mulieribus, tunc demum dum pro alijs verbaliter se obligant, vel suadant pignori: quia adhoc faciendum temere, nec cauendum in futurum propensiores sunt, & illectabiles: non autem dum realiter pecuniam vel rem suam de facto donant, vel soluunt pro alijs: quia non solent hoc ita temere facere, præsens damnum, quam futurum facilius præuidere, & præcauere possunt; & sic ipsamet ratio Senatus Cõsulti militat in casu nostro: quia mulier nihil dat de suo, nihil etiam recipit, sed solum verbaliter se obligat in rem alienam. Secundo, quia in d.l. si fenebris creditor principaliter cõtrahit cum sola muliere, & sic licet sciat quid mulier inde postea facturа sit, tamen ex dolo non concluditur color quæsitus, nisi probetur de tractatu habito à creditore cum eo cui mulier datura est, vt mulier pro securitate creditoris interponeretur: quo tractatu habito satis probatum est colorem quęsitum dict.l.quidam voluit: quo cessante, vel nõ probata non arguitur ille color ex sola scientia creditoris, qui totam pecuniam soli mulieri numerat, & ponit, & relinquit, vt in eius dominio, & libera disponendi facultate. Vnde cum principaliter cum ea sola sine alio suspecto tractatu coptraxerit, & sic in casum licitum, non tenetur esse solicitus, quid illa postea agat siue de toto, siue de parte. l. vir vxori in principio, & ibi Paul. ad Velleian. sed hic creditor ab initio non cum sola muliere, sed cum tribus contraxit, quæ forma in contractũ deducta nõ est minus, sed plusquam simplex tractatus, quia ex forma contractus certum est, quod tota pecunia non perueniet ad mulierem insolidum, & tamen facit eam obligari insolidum, & sic iam non sumus in casu dict. l. si fenebris, sed in casu d.§. mulier in d. l. vir vxori, inter quos casus esse latissimam differentiam apparet: quia in dict.l.si fenebris, tota pecunia soli mulieri datur, & in eius solius potestate insolidum relicta est: vnde ipsa sola, & insolidum obligatur, non speciali aliqua conuentione, nec adiecta clausula insolidum, sed naturaliter vi ipsa ex natura, & potestate simplicis, & nudi actus gesti, sed in dict. §. si mulier, pecunia non numeratur soli mulieri, sed duobus, nec relinquitur insolidum in potestate mulieris, sed solum pro parte eam contingente. Vnde ex vi ipsa, & natura actus gesti, alio non addito, mulier nõ obligatur insolidum, sed solum proportione, aut virili sua. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis: quod autem obligatur insolidum, id non est ex vi simplicis contractus, & numerationis, sed ex supradicta, & aduenticia clausula, vt singuli teneantur insolidum, quæ clausula necessario de se implicat quãdam fideiussionem inter prohibitos, inter quos non statur verborum formæ, vt diximus in libr. 3. quæstion. 5. & lib. 2. q. 7. Quia creditor eoipso scit mulierem respectu correi intercedere quatenus pecunia peruentura est, & negotium expectat ad correum. Ideo hoc casu fit temperatissima, & æquissima illa distinctio de qua supra ista quæst. nu. 24. Cum igitur in casu proposito nullomodo esset è re mulieris pecuniã in toto, vel in parte peruenire ad Titium extraneum, & tamen tota ad eum peruenerit, prout totum negotium ad eum expectabat, eique gerebatur. Sequitur quod mulier nõ obligatur efficaciter in aliquo, sed in totum

tum habet beneficium Velleian. & tanto fortius cum ex hypothesi creditor nihil numerauit mulieri, nec eius viro, sed totum soluerit Titio: & sic non solum sciebat mulierem in totum intercedere: quia sciebat totum negotium geri Titio, sed etiã soli Titio totam pecuniam numera
36 uit,& illi soli impleuit. Sed quid eodem themate nouissimo retento si creditor tribus illis simul,vel singulis æqualiter pecuniam numerauit: Respondeo idem ex quo creditor sciebat totum negotium ad Titium expectare,& totam pecuniam ad eum statim peruenturam: hic enim non est sola scientia, sed etiam in contractu,& numeratione accedit is cuius solius negotium geritur, & cum eo negotium gerit creditor insolidum, quod sufficit, vt appareat colorem quæsitum. Probatur in dict.§ mulier vbi hoc casu in correis debendi dicitur locum esse Velleiano quatenus negotium ad mulierem non expectat,& eius nõ interest. Sed hic nullo modo ad eã expectat,nec eius interest in aliquo,& creditor hoc scit. Igit illa in totũ iuuatur Vell.quare idẽ puto etiã si eodẽ themate retẽto, creditor soli viro,& vxori,vel etiã soli vxori pecuniã numeraret, ẽa ex quo nõ numerat pro ea, nec vt libere de ea disponat, nec igitur vt sit penes eã solũ in totum,vel in partẽ libera dispositio sortis,apparet semper in totum eam intercedere,& creditorem hoc scire. Vnde quod soli mulieri numerat tanquam per canalem fluxuram pecuniam ad Titium,hoc magis fraudem,& colorem exquisitum arguit,
37 tantum abest vt purget. Sed quid si creditor bona fide sic cõtraxit ignorans solius Titij negotium geri? Respondeo secluſa dicta scientia,& omni tractatu, & fraude creditoris contractus iudicandus est ex sui forma secundum quam apparet,& præsumitur negotium expectare ad singulos tres viriliter.ideos.§. cum in tabulis. ff. de duobus reis: aduentitia enim clausula de obligatione singulorum insolidum ad solam creditoris securitatem pertinet. Ideo siue creditor tribus illis pecuniam numerauit,siue singulis tertiam partem numerauit, non refert,scit enim semper creditor ex eadem cõtractus forma mulierem fideiubere respectu Titij pro parte eum cõtingente,videlicet pro tertia. Vnde pro tertia parte tuebitur exceptione Velleian. pro parte vero contingente mulierem ipsa pro se obligatur,& pro parte viri non obligatur,iuxta authenticam si qua mulier.C.ad Velleian. nisi in locis, in quibus vxores cum viris habent communionem bonorum, vt apud Gallos, & Hispanos quando vult partẽ ac questus, & vbicumque ex pacto, vel consuetudine bona sint communia: quia tunc mulier tanquam in rem suam,vel si ex re sua obligaretur etiam pro parte virum contingente, & idem si creditor soluerit viro bessem tam pro parte viri,quam mulieris:quia præsumeretur quod vir illam impenderit in communem societatem,& sic mulier pro besse, seu pro duobus partibus efficaciter obligaretur. Si vero non esset communio inter eos,tunc pro parte viri, vt prædixi,mulier ipso iure non teneretur ex dict.authentica,l. 61. Tauri pro parte vero Titij ope exceptionis,pro parte vero sua,quæ probaretur ad eã peruenisse,efficaciter teneretur, nisi constaret quod tunc vir habebat omnem administrationem, & sic etiam partem vxoris acceperat, vt nuper in simili dictum est,& remissiue tradit Tiraquel.lib. 1.retractus.§.31.numer.6.adhuc non tenebitur mulier in aliquo, nisi quatenus in rem eius

versum

versum vele re sua vtiliter impen-
38 sum probabitur. Si vero creditor nõ
tribus simul, nec singulis suam partẽ,
sed soli Titio totum numerauit, tunc
puto etiam si non constet eum sciuis
se solius Titij negotium geri, q; mu-
lier non tenetur in aliquo, sed in totũ
tuta est Velleiano, nisi quatenus cre-
ditor probet versum in rem mulie- 39
ris, vel societatis, quæ est inter eam,
& virum: quod probatur si ostendi-
tur quod Titius cum effectu, sine frau
de partem sortis dedit viro: quia idẽ
est ac si viro, & vxori dedisset stante
prædicta consuetudine, argumento,
dict.l.fin.C.ad Macedo. nisi constа-
ret quod tunc vir erat profusurus. Et
moueor: quia hoc casu creditor nihil
impleuit mulieri, vnde non potest
actionem contra eam habere, nisi
prius illi impletam probet, & ex for
ma contractus iuncta forma execu-
tionis satis est præsumptionis ad co-
lorem quæsitum probandum. Idem
etiam si in contractu esset dictum,
quod creditor soli Titio, etiam tan-
quam cæterorum procuratori possit
totum soluere, quod & fecit: hoc
enim, nisi alia iustiore præsumptio-
ne ellidatur, sufficere puto ad colorẽ
præsumẽdum, vt locus sit Velleiano.
Probato tamen quod in veritate to-
tum negotium expectabat ad Ti-
tium, licet directo non probetur ali-
ter scientia, & tractatus creditoris, quæ
in istis de facili probari non possunt,
satis est quod ex quo creditor totum
numerat soli Titio, debet esse curio-
sus, vt Titius gerat æque negotium
mulieris, quam scit, vel scire debet
Velleiano in totum iuuãdam, si nul
la vtilitas negotij ad eam expectat,
& satis ostendit se putare nihil ad mu
lierem expectare, ex quo nihil ei, ne-
que eius viro soluit. Et hoc nisi Ti-
tius esset socius bonorum viri, & mu
lieris, vel negotiorum gestor eorum:
ex quibus apparet quid dicendum si
agebatur quod dimidia sortis expe-
ctaret ad virum, & vxorem, dimidia
vero ad Titiũ, vt sæpe fit, tunc enim
mulier tenetur efficaciter ad dimi-
diam stante prædicta consuetudine
pro dimidia vero Titij iuuatur Vel-
leiano viro semper insolidum ma-
nente obligato cum effectu. Præ-
dicta intellige, nisi mulier reditum
vendens simul cum extraneo, & in-
solidum se obligans renuntiet Velle
ian. vel iuret contractum: tunc enim
efficaciter obligabitur. l.3.titul.12.p.
5. Bar. & Paul. num.2. authentica, si
qua mulier. C.ad Velleian. Gutierr.
de iuramento.1.par.cap.1.num.19.
quod si cum marito simul, & insoli-
dum vendat reditum, non obligabi-
tur nisi iuxta dict.l.61. Taur. cui legi
non poterit renuntiare, nisi cum iura
mento, ex Gregor.d.l.3.glos.6. Aze-
uedo.d.l.9, titulo.3.libro.5. Recopil.
nume.9. Monterroso in practica tra
ctatu.7. in declaratione Velleian. ad
fin. Sed quid si plures insolidum sint
reditus debitores, & ex his vnus ad
soluẽdum pro sua parte sit admissus,
an ex eo diuisa censeatur principa-
lis obligatio? distinguendum censeo
aut creditor ab vno debitore recepit
pensiones pro rata, aut ratam sortis
principalis. Primo casu non diuidi
tur principalis obligatio, quia ex vsu
rarum receptione non fit sortis diui-
sio, ne ex accessorio præiudiciũ prin-
cipali fiat. l.tale pactum. §. post diui-
sionem de pact. Similiter nec pen-
sionum pro futuris annis fiet diuisio,
nisi receptio pensionis pro parte to-
ties reiterata sit, vt præscriptio locũ
habeat. l.qui semisses. ff.de vsuris. Al-
ciatus in.l.si creditores, nume.15. C.
de pact. Imo nec quoad pensiones
illius anni quo creditor partẽ ab vno
ex debitoribus simpliciter recepit,
fit diuisio: nam ex simplici solutione

non

non videtur facta diuisio, vt cum cõmuni resoluit Alcia. vbi sup. numer. 7. Secus si debitor dixerit se soluere pensionem pro portione sua, aut pro rata, aut virili: quia tunc censebitur facta diuisio quoad pensiones illius anni, quod verum est, nisi aliis coniecturis diuisionis præsumptio excluderetur, puta si debitor amplius vel minus sua portione soluit, vel creditor saluo solidi iure eam pensionis partem se recipere protestatus fuerit, vt cum communi notat Alciat. dict. l. si creditores, nu. 10. & optime Gomez Arias in l. 58. Tauri, num. 11. qui plures refert. Secundo casu quando creditor recepit ab vno ex debitoribus partem sortis. Alciatus vbi supra, numero 19. existimauit principalem obligationem quoad hypothecas soluentis diuisam esse: ego vero in receptione partis ipsius sortis similiter distinguendum censeo prout distinxi in receptione pẽsionis. Si ergo debitor creditori partem sortis simpliciter restituat non liberabit se, nec suas hypothecas à pensionibus reliquæ sortis, nisi dixerit se soluere, vel redimere pro parte sua, aut pro rata, & virili sua: tunc enim diuisio præsumetur, præterquam si creditor in cõtrarium protestetur, vel illa præsumptio alijs excludatur, ad quæ non aduertit Alciat. quamuis in terminis quæstionẽ mouit de diuisione obligationis reditus quoad sortem & pẽsiones.

Ex quæstione sequenti.

AN valeat pactum quo debitor promittit reditum soluere in domicilio creditoris? numer. 1. & sequen.

An & quando debitor teneatur pro solutione adire domum creditoris? num. 2.

Et quid si debitum non consistat in pecunia, sed in fructibus? numero 3.

Quod domicilium attendi debeat, an quod erat tempore contractus, an quod tempore solutionis sortitur creditor? numero 4.

Quid si debitor, & creditor tempore contractus sint diuersi fori? n. 5. & sequenti.

Onus quod venit extrinsecus à contractu reditus, & naturæ rei, non debet imputari creditori, num. 7.

Declaratur Motus Prop. Pij. V. super forma creandi census, n. 8. & 9.

An valeat pactum quod si reditus statuta die non soluatur, mittatur nuncius expensis debitoris certo salario? nume. 9. & 10.

Creditorem posse iuste petere damna, quæ passus sit propter non solutam pẽsionem tempore, & loco conuento. n. 10.

Quæst.

Quæst. VI.

An valeat pactum quod debitor teneatur soluere reditum in domicilio creditoris.



Sed quid si pactum sit in annui reditus constitutione, quod debitor teneatur huiusmodi reditū soluere in domo creditoris? Respondeo cum Scæuola in l. Męuia. § penultim. ff. de annuis legatis, non posse absolutè respondere cum multa oriri possint, quæ pro bono sint æstimanda: ideoque huiusmodi varietas viri boni arbitrio diri menda est. Retenta autem, quam nō semel tradidimus, doctrina quod debitor vltra solutionem vnius pro quatuordecim, facto, vel cōmodo creditoris grauari non potest, facile vir bonus, & prudēs iudicabit quid in subiecta quaque hypothesi dicendū sit, omnibus circumstantijs expensis, totoque perspecto negotio, vt per Triphonū in l. bona fides depositi. Clarum est autem de iure in debitis, quæ non habēt an rexam recognitionē dominij, vel exhibitionem reuerentiæ, qualia sunt emphyteusis, census dominicales, & feuda sed concernūt morum commodū pecuniariū, vt in ijs reditibus, q. etiā si sit certa dies expressa solutioni nō tenet debitor pro solutione adire domū creditoris, nisi cū sunt eiusdē fori, & tunc sine alio sūptu, & labore deferri potest, vt pecuniaria ioqui non tenetur creditor mittere ad domū debitoris, vt tenet Guillel. Alner. Bar. Bald. Paul. & omnes in l. ite illa de cōstituta pecunia Bald. in l. fi. C. de cōditionib. inser. Ioā. Imol. in l. cū filius familias. § fin. reprobata opinione Ang. ibi de verborū oblig. Brunorus à Sole q. 5. n. 30. igitur in q. nostra si sint eiusdē fori clausula illa quod teneatur debitor reditum afferre, & soluere in domicilio creditoris, non est ponderanda, nec facit reditum excessiuum: quia alioquin tacite inerat, & hoc dummodo reditus consistat in pecunia, secus in fructibus, siue liquidis, siue aridis: quia in ijs deferendis ex natura rei requiritur sumptus, & labor, neque inest quod debitor debeat deferre ad creditorem, etiam eiusdem fori, sed oppositum, videlicet quod creditor debeat accedere, vel mittere, vt à debitore capiat, & tollat sumptu suo, & periculo, vt est text. in l. 1. §. licet autem de periculo, & commodo rei venditæ, & docet Paul. in dict. l. item illa in fine principij, & sic in istis clarum est quod etiam si partes sint, & maneant eiusdem fori dict. clausula super addit onus notabile debitori. Vnde si alias per se reditus sit ad rationem vnius pro quatuordecim, debet minui, vel aliquid addi fori proportionaliter ad æstimationem oneris adiecti: alioquin reditus erit excessiuus, & moderādus. Et debet in ijs attendi domicilium, vel locus destinatus tempore contractus: quia non debet debitor esse in potestate creditoris mutare domicilium in præiudicium debitoris, & è contrario, vt per Ioann. Imol. dict. l. cum filius familias. § 1. de verborum obligationibus. Si vero tempore contractus

1

2

3

4

sint diuersi fori, tunc licet reditus cõ
fistat in pecunia, adhuc videtur quod
clausula ponderanda sit, & faciat
dictum reditum excessiuum, & mo
derandum, patet: tum quia de iure
hoc onus tacite non inest, sed oppo
situm: tum quia si magna est distan
tia locorum, negari non potest quin
debitor magno labore, & sumptu,
& periculo afficiatur in deferendo
præter magnitudinem quantitatis,
quæ per se est in summo gradu, vide
licet ad rationem vnius pro quatuor
decim. Et quoties debitor tenetur
portare ad domum creditoris, intelli
gitur proprio sumptu, & periculo, &
6 non creditoris, vt notat Bald. in l. fi
nal. C. de conditionibus insertis. Sed
non est præcipitanda sententia: quia
cum creditor possit emere ab ijs, qui
sunt eiusdem fori, si forensem præ
ferat, iuste stipulari potest indem
nem se seruari per ea quæ notauimus
libr. 3. quæst. 5. quod dum taxat fecit
opponendo hanc clausulam, nec in
hoc durius imo benignius facit, quã
si à foreſe fideiussores donec eque
principaliter obligatos in eadem ci
uitate, & foro exigeret prout cautio
res, & amariores prædibus, & prædijs
in eadem ciuitate sibi caueri volunt,
priusquam, vel teruntius extũdatur.
7 Cæterum quod forensis debitor, fi
deiussores huiusmodi redimendo,
vel singulis annis pecuniam suo sum
ptu ad loca remota deferendo, vltra
rationem vnius pro quatuor decim
grauatur, hoc & venit extrinsecus à
contractu, & creditore, & naturam rei
propter conditionem debitoris, vel
casum in eius personam cadentem,
qui de se non debet imputari credito
ri, nec ei nocere dicit. Litĕ illa in prin
cipio ff. de constitu. pecunia. l. si vno
§. item cum quidem vbi per glos. &
Doctores ff. locati, & hoc secundũ
8 ius actionis considerandum. Verum

quælibet calamitas debitoris potest
esse materia charitatis, & misericor
diæ exercendæ, secundum ea quæ di
ximus lib. 3. quæst. 4. Nec obstat Mot.
Proprius Pij. V. ibi. *Annullamus pa
cta continentia solutiones onerum ad
eum expectare, ad quem de iure, & na
tura contractus non expectarent.* Ille
enim text. procedit respectu onerũ,
quæ contractui sunt annexa citra de
bitoris culpam, & negligentiam, vt
esset Gabellæ onus si de iure ad em
ptorem expectaret: quia non valeret
pactum, quod huiusmodi onus ad vẽ
ditorem pertineret: verum sumptus,
de quibus agimus, qui ex debitoris
non soluentis culpa, & mora proue
niunt, non sunt onera contractus na
tura prouenientia, atque ita merito
ex pacto in debitorem reijci possunt.
Neque etiam obstant verba eiusdẽ
Motus Proprij, ibi. *Pacta continentia
morosum cẽsus debitorem teneri ad in
teresse lucri cessantis.* Etenim pactũ
de quo agimus, nõ continet lucri ces
santis interesse, de quo in annuo redi
tu paciſci non licet, sed agitur de dã
no emergẽti, quod ex eo emergit, q
debitor in domicilio creditoris redi
tũ nõ solucrit, nec par est ratio dãni
emergẽtis, & lucri cessantis, vt madit
9 Naua. in rep. c. 1. n. 14. q. 3. n. 44. Rursus
nõ obstat d. pontificia cõstitutio, ibi.
*Seu ad certas expensas, seu certa sala
ria, aut ad salaria, seu expẽsas medio
iuramento creditoris liquidanda.* Nam
ex eo non prohibetur creditor exi
gere salaria, & expensas exactionis,
sed tantum expensas determinan
das, seu liquidandas eiusdem iura
mento. Et ita in propriis terminis re
soluit Emanuel Rodriguez in expli
catione præd. Motus Prop. ad fin. in
dub. 7. quæ notanda sunt ad vulga
rem clausulã in huiusmodi cõtractu
adijci cõsuetam, quod si pecunia statu
to tempore soluta non fuerit, mit

tatur

tatur nuncius debitoris expensis ad exigendum, de qua diximus li. 3. q. 5. post principiū, & iuxta prædicta accipienda sunt, quę scripsit Gutier. in canonicis quæstionibus. q. 39. n. 44. de pacto cōtineti expēsas, seu salaria liquidāda creditoris iuramēto, de quę etiā videdus Nauar. in explic. Motus Prop. Pij. V. quā dixit post comentariū de vsuris, gl. 9. n. 93. Vbi habet etiā ſtāte motu proprio iuste posse creditorē petere a morosō debitore eius, dāna, quæ passus sit propter morā nō soluendi pēsiones, mittendo nuncios, faciendo impēsas in exactione, idq; citra conuentionē diuina, & humana. l. qua præcipimur soluere proximis debita iusta, & dāna eis iniuste illata, aut quorum causa fuimus. & quanuis idem Nauar. vbi supra nu. fin. versicul. 15. dixerit conuentionem, qua venditor reditus promittit se soluturum quolibet die dimidium ducati procuratori, seu nuncio emptoris ad recipiendum censum post terminū missō, esse contra motum proprium: fatetur tamen eam pactionem cessante Motu Proprio, iure non reprobari, modo illud, quod nuncio soluēdum erit, nō sit nimium notabiliter, intellige modo non excedat debitū, & competens salarium quia tunc nō excedit quatuordecima iuxta prædicta, sed emptor indemnis seruatur ab eiusmodi impensis, quas in vendi torem iuste reiecisse diximus.

Ex quæst. sequent.

Clausula qua venditor reditus promittit hypothecas bonorum fore idoneas, quid operetur num. 1.

Substantiale reditus est sortem perpetuo alienari, ita quod repeti nunquam possit, num. 2.

Periculum hypothecarum, & facultatum debitoris reditus ad emptorem pertinere, numero 3.

Declaratur. l. incendium. C. si certum pet. num. 4.

Et an extinctis hypothecis maneat reditus obligatio, ibidem, & num. 13.

Si venditor re litis ementitus sit docens se esse soluendo ad quid teneatur creditori, num. 5.

Venditor nominis sciens actionem in alienem esse, an teneatur? numero 6.

Qui res alienas, vel prioribus hypothecis exaustas obligat, qualiter teneatur, num. 7.

Reditu semel bona fide constituto, liberatus est debitor à noua constitutione, etiam ob causas futuras, num. 8.

Et an valeat pactum in contrariū? num. 9.

Si debitor limitatim cōstituit reditū super certo fundo, multū operatur clausula, qua promittit hypothecā fore idoneam, num. 10

Quid si singularis successor fundi hypothecati pro reditu promittat hypothecā fore idoneam. n. 11.

Et quid si nouus, & singularis successor fundū hypothecatū desinat possidere? num. 12.

An possit reditus annuus constitui super omnibus bonis præsentib⁹

& futuris, numero. 13.

Et an oporteat bona certus limitib⁹ designari, & eorum fructus æqui valere reditui annuo? ibidem.

Clausula super omnibus, & singulis bonis, an operetur vim specialis hypothecæ? num. 14.

Cõstitutum ratione loci, & quoad incertum non valet, num. 15.

Clausulam cõstituti in reditibus ineptam esse, ibidem.

An valeat pactu quod creditor nõ soluto reditu possit apprehẽdere possessionem bonorum debitoris num. 16.

Et quid si debitor eo casu constituat se certum fundum nomine creditoris possidere? num. 17.

Tertium fundi pro reditu hypothecati possessorem nõ posse via executiua cõuenire, etiã ſtãte clausula de ingrediẽdo possessionẽ propria authoritate cõtra Felicianum, num. 18.

Debitor reditus an liberetur cedendo hypothecas creditori? nu. 19

Quæstio. VIII.

De pacto quo venditor reditus promittit hypothecas fore idoneas in futurũ.

1 QVANDOQVE etiam in huiusmodi reditus venditione illa adijcitur clausula quod debitor promittit hypothecas in futurum fore idoneas, & certe si reditus nõ est limitatim constitutus ad certa prædia, sed simpliciter sup omnibus bonis, & quibusdã specialiter hypothecatis, tũc clausula hæc nihil addit, nihil operatur in ipso principali debitore: nec enim somniandum quod debitor obligetur ad omnes casus futuros bonorum, & facultatum suarum: quasi teneatur, & cogi possit sortem reddere peremptis quocũque casu bonis, & hypothecis; nisi alias hypothecas, vel fideiussores subroget quoniã debitor adhoc obligari non potest in hoc reditu duplici ratione. Primo, quia de substantia

2 essentiali huius reditus est, quod sors omnino, & perpetuo alienetur, vt nec directe, nec per indirectum repeti possit à creditore, vt diximus supra libro primo, quæstione quarta, & latius dictum est, quæstione prima, hoc libro. Secundo, quia de natura

3 emptionis, & venditionis est, vt perfecta venditione periculum sit emptoris. l. necessario de periculo, & commodo rei venditæ, igitur semel empto, & constituto huiusmodi reditu, necesse est periculum hypothecarum, & facultatum debitoris esse ipsius creditoris hactenus, vt hoc prętextu non possit creditor compellere debitorem ad restitutionem sortis, vel nouam assignationem, quasi nouam constitutionem reditus.

4 Non obstat. l. incendium. C. de rebus creditis: quia procedit quatenus

quatenus debitor iste est obligatus, & obligari potest, videlicet ad solutionem, & continuationem reliquorum in quantitate, & in genere remota limitatione certi fundi: non autem allegari potest, d. l. incendium, quatenus debitor nõ est obligatus, nec obligari potest, videlicet ad restitutionẽ sortis, vel ad nouam constitutionem vel assignationem reditus: manebit itaq; extincta hypothecæ personalis obligatio debitoris ad soluẽdum reditum in vulgari forma constitutum obligatione personali, & reali, vt fieri solet: quod probat tx. l. creditor qui non idoneum. ff. si cert. petat. l. aduersus. C. de actio. & obligat. Ioan. Garc. de expens. c. 4. num. 43. vbi hoc limitat, nisi reditus sit limitate cõstitutus super fundo prout constitui voluit Pius. V. suo Motu Proprio de forma creandi censum, tunc enim peremptio fundo, periret reditus, vt ipse Pius quoque voluit. Secus tamen est si reditus super obligatione personali, & hypotheca constituitur. Idem dicimus, in legato annuæ quantitatis quia si relinquitur super certa re illa peremptа extinguitur legatum. l. liberto. §. 1. de an. lega. l. maritum. §. 1 ad leg. falcid. l. legatum. §. vini. de annuis leg. Imo simplex debitum quantitatis respectu certæ rei non debetur peremptа re, siue ex promissione siue ex legato debeatur. Paul. l. in ratione in princip. ad leg. falcid. & in l. quidam. §. si tibi deleg. 1. de quibus vide Lofred. cons. 2. Peregr. de fideicõmiss. art. 4. n. 57. & quod iure cõmuni reditus manet peremptis hypothecis, tenuit quoq; Petrus Surdus de alimentis, tit. 7. q. 33. nu. 15. Felician. de cẽsibus. lib. 1. c. 8. n. 19. Marien. l. 1. gl. 1. n. 5. tit. 15. lib. 5. recop. & infra repetã. n. 13. Beneverũ est q. si initio debitor ementitus fuerit se tũc esse soluẽdo, & creditorem deceperit, tenetur

6

tãquam dolosus venditor in id quod interest. l. si de dote in fi. ff. de iure dotium. Et quemadmodũ venditor nominis, vel hæreditatis tenetur si ceſſionẽ, vel hæreditatem nudam nẽ tanquã bonam, & locupletem vendiderit, vel affirmauerit, & emptore decoceperit. l. hoc autẽ. nisi de hæreditate, vel actione vendita, tenetur eriã pignoratitia, vel crimine stellionatus si res alienas vel prioribꝰ hypothecis exhaustas hypothecauerit. l. cũ debitore de pignoratitia actione, & secundũ notata. C. de crimine stellionatus per totum ad quæ omnia tenetur ex natura actus sine ista vulgari clausula, non tamen tenebitur debitor, qui rem alienam reditui suppoſuit, ipsa cuicta, sortẽ rodimus restituere: adhoc enim creditori præcisse agere nõ licet, eriã omnibus hypothecis extinctis, vt probat extrauagãs. 1. & 2. de emptio. & vend. sed ager creditor aduersus debitorẽ, vt idoneas hypothecas censui subijciat argumento. tx. l. si hæres generaliter delegauit, ibi. *Vt alii homini præstet*, & l. qui autẽ. §. 1. de cõstit. pecun. ibi. *Vel in id q. interest. Vel vt alia persona nõ minus idonea fidẽ iubenti præstet.* tradit Petrus Vellug. in Specul. princip. rub. 41. §. leges Reg. nu. 11. quãuis cõtrarium seruauerit Sarmie. li. 7. Selectarũ. c. nu. 30. vers. quinta cõclu. At reditu semel bona fide vẽdito, & assignato, liberatus est debitor ab ipsa cõstitutione. & assignation. velut quasi traditione redit', nec tenetur ad nouã cõstitutionẽ vel assignationẽ ob causas futuras quarũ periculũ expectat ad emptorẽ d. l. necessario. Nec valeret pactũ cõtrariũ in hac materia suspecta, & vsuræ obnoxia, q. probat Motus Prop. Pij. V. supra forma creãdi census vers. *conuentiones*: alioquin, p. eadẽ sorte teneretur debitor, aut hæres eius pluries cõstituere, & assignare reditũ q. est absur-

7

8

9

dum,& iniquum,nec diceretur vera emptio reditus,cum non seruaretur natura emptionis, sed magis verget cõtractus in locationẽ pecuniæ, seu veră,& effectualẽ vsurã,omni vetere vsura grauiorẽ. Secus si debitor cõstitueret reditũ nõ generaliter, & absolute sed limitatim ad fructus reditus,&possessionẽ certi fũdi,de quo agit Paris.Mod.in cõsuet.Paris.1.p.§. 11.n.15.quia tũc dicta vulgaris clausula adiecta multũ operatur:nam illa omissa debitor non teneretur in aliquo per ẽptofundo suppositio,vel quatenus sterilis,aut inutilis efficeretur, sed adiecta ista clausula operatur, vt debitor,& hæredes sui in subsidium, hoc est perẽpto,vel minus sufficiẽte d.fundo,teneãtur nõ ad sortis restitutionẽ,vel ad nouãre ditus assignationẽ,sed ad simplicẽ solutionẽ, & cõtinuationẽ reliquorũ& si reditus cõstitutus fuit sup re,quę nõ possit illũ cõportare,cõstituẽs debet reditũ supplere super alia re.l.Lucius.ff. de alimentis,& cibaria lege Faber.l. siquis argẽtũ in prin.C. de dona. Guid.Pap.q.8. & Cassa.quẽ refert & sequit Redoã. de reb.eccl.nõ alien.Rub.de cõstit. census,n.41.Multũ autẽ d.clausula operatur in tertio singulari successore certi fundi singulariter hũpothecati,qui recognitionẽ(quã titulũ nouũ vocãt) faceret secũdũ ea, quę tradit Prædict.Moder.vbi sup.§.17. dũmodo ex certa sciẽtia animo augẽdæ obligationis huius tertij possessoris adderet & hoc cõstaret,alias pręsumitur per torẽ apposita: quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rẽ legatã. ff. de adimẽdis legatis:talis enim recognoscẽs nõ præsumitur voluisse aliud facere,quã id,ad q, tenetur de cõsuetudine,& ex natura pristinę obligationis.Puro autẽ certã sciẽtiã probatam,si in eodẽ instrumẽto narretur, vel aliũde probetur,q, iste recognoscens emerat hũc fundũ ad onus huius reditus,& exonerãdi,seu indẽnes seruandi vẽditorẽ,& suos.Nõ tñ hæc clausula induceret nouationẽ,nec q, teneatur hic tertius soluere; sed donec possidere sed q, teneatur præstare hypothecam idoneã,& sufficiẽtẽ, & sic in subsidium de suo tenebitur.

Sed quæritur an possit annuus reditus constitui super omnibus bonis præsentibus,& futuris? Et certe tenenda est dispositio Proprij Motus Pij.V.super forma creandi cẽsus,nullomodo annuus reditus constitui potest,nisi super re immobili, vel pro immobili habita de sua natura fructifera, & quæ nominatim, certis finibus designata sit,& ita non valeret contractus si reditus super incertis bonis constitueretur, vel super vna re immobili, & super omnibus alijs bonis non designatis, ex Fran. Viuio decis.349. Naua.c.1.14.q.3.n.129.& seq.n.86. præterea si fructus bonorũ præsentiũ,sup quibꝰ reditus annuus cõstituitur,nõ æquiualeãt annuo reditui,nullus videtur cõtractus ex Motus Proprij dispositione, oportetque presentia illa bona certis limitibus designari,vt aduertit Emanuel Rodrig. in explicatione eiusdem Motus Proprij in.2.conditione,dub. 2. quod si vẽditor hoc casu dixerit rẽ super qua reditum cõstituit fructiferam, & idoneam esse prædicto modo,cum non sit,tenebitur ad interesse, vt probatur in.l.12.&.63.tit.5.p.5.& ibi Greg. At secluso Motus Prop. dispositione, idẽ cũ cõmuni resoluit Ioã.Bap.Lupt. de vsur.cõm.2.§.2.n.63. Cassin cõs.63.ad primũ dub. Castr. de annonis in prin.n.26.Brunorus à Sole q.4.per totã,q, videtur probari extrauag.1.de 2.de emptione,& venditio.ibi. *Super bonis suis dominij,oppidis, & terris,&c.* Sed verius est,quod iura illa hanc sententiam non probant,non enim

enim dicunt reditum imponi non posse super generali hypotheca bonorum, nec etiam dicunt, quod destructis, & peremptis hypothecis, super quibus fuit reditus constitutus, creditor non possit agere contra venditorem ad solutionem pensionis, vt male colligit Ioan. Bap. Lup. vbi sup. sed quod etiam peremptis hypothecis, non licet creditori pretium reditus repetere, nec debitorem ad redimendum cogere. Si autem reditus super obligatione personali tantum constitui potest, vt ex doctissimorum opinione alibi diximus, etiam extinctis hypothecis manebit super persona debitoris, & creditor agere aduersus eum ad solutionem pensionis, quod probatur dictis extrauagant. & adhoc eas allegauerunt Felicianus in tractatu de censibus, cap. 4. num. 13. libro 1. versicul. sed ego qui alia via, & Couarruu. relatus à Matien. l. 1. titulo 15. glos. 1. numer. 5. libr. 5. Recopila. Quod vix colliges ex extrauag. nisi sumas argumentum ex eo quod dicit extrauag. prima extinctis hypothecis non posse venditorem cogi ad redimendum reditum: ergo reditus manet peremptis hypothecis probatur tamen dict. l. creditor qui non idoneum, & ex dicta l. aduersus, & ibi Bar. & Bal. Itaq. cessante Motu Prop. supra dicto verius videtur reditum super incertis bonis, seu super generali bonorum hypotheca constitui posse: quod tenuerunt Medina, Conrad. Soto, & Couarruu. relati à Ioanne Bap. vbi supra, & Matien. d. glos. 1. & post Lauren. de Rodulph. hanc sententiam tenuit Redoanus, de rebus eccles. non alienand. Rubr. de constitutione census, n. 43. Thesaurus decis. 154. numer. 5. Franchis decis. 154. num. 4. Andreas Gail. libr. 2. obseruation. obseruatione 7. num. 13. vbi generali passim consuetudine hanc opinionem receptam dicit Franc. Milanens. decis. 1. Siciliæ, numero 91. 2. par. Et ita fuit iudicatum in Senatu Gallæco contra fideiussores Marchionis de Cerraluo, & eandem opinionem tenuerũt alij quos refert & sequitur Tiber. Decian. consilio 2. num. 72. lib. 1. Vnde non potest obligatio personalis reditus peremptis hypothecis, nec red detur inutilis, si res hypothecata non reddat fructus sufficientes ad reditus solutionem, quod praxis obtinet, teste Matien. vbi supra, numero quinto in fin.

14 An autem prædicta clausula de qua agimus hac quæstione iunctis verbis, *super omnibus, & singulis bonis*, operetur vim specialis hypothecæ? quia nimis excedit materiam huius tractatus, vide l. si creditor, §. fin. ff. de distractione pig. Bar. & relatos à Gome. l. 40. Taur. num. 19. versicul. superiorem Xuarez in l. postremo iudicatum ad l. regiam limitatione 1. numero 11. optime & late Francis. Milanens. decis. 1. num. 55. & seq. in 2. par. decis. Siciliæ vbi dicit quod si reditus imponitur super omnibus bonis, bona sunt generaliter hypothecata. Si autem imponitur super omnibus, & singulis bonis stabilibus dicuntur specialiter hypothecata, vide eum. Plures alias pactiones super tractuas nunc omito, vt illam, qua debitor se deuestit ab omnibus suis, & inuestit creditorem vsque ad concurrentiam reditus, & adhoc latorẽ instrumenti procuratorem constituit: quia nec tale constitutum ratione loci, & quotæ incertum valet, vt resoluit Anton. Gomez. in l. 45. Taurinumero 96. & sequent. & clausulã constituti in contractu reditus metro ineptam dixit Nauarr. dict. cap. 1. 24. quæstion. 3. num. 137. quia venditor reditus non vendit res ipsi redi-

rui supposita, nec minus eas possidet quam antea, vt alibi diximus.

16 Sed an hæc clausula operetur, quòd creditor propria authoritate possit apprehendere possessionem bonorum debitoris? Videtur quod sic per ea, quæ tradit Bar. in l. prædia. ff. de adquirenda possessione. Iaf. cons. 145. colum. 3. libro 2. falsum si clausula est de certo speciali fundo, & sic nulla fuit ei à possessionis ingressu. Communiter dicendum est, quia dicta clausula hoc casu est nulla duplici ratione. Prima propter iuris incertitudinem. Secunda propter naturam, & limitationem quatuordecimæ, quam exigere non licet, nec est pactum maioris commodi creditoris, nec est pactum maioris grauaminis debitoris. Vnde

17 etiam si debitor constituerit se possidere certum fundum dominatu nomine creditoris pro securitate, vel perceptione reditus, non valeret, sed nullum esset hoc constitutum, ratione quatuordecimæ excedés: quia huiusmodi reditus cum hoc pacto plus valet, quam simplex reditus, & debitor magis grauaretur, & sic pretium non esset sufficiens, nisi diminueretur reditus, vt infra dicendum est lib. 2. q. 11.

18 Ex quibus suspecta mihi videtur doctrina Feliciani, lib. 1. de censibus, c. 10. nu. 3. versiculo, quo circa vbi habet instrumentum censuale posse aduersus tertium possessorem executioni mandari, si in eo fuerit adiecta clausula de ingrediendo possessionem relicensui suppositæ authoritate propria: quia cum dicta clausula nulla sit prædictis rationibus, non potest huiusmodi effectum operari: non enim impedimentum præstat, quod de iure non sortitur effectum. Facunt quæ diximus supra hoc libro, quæst. 1. num. 26. & quod dict. clausula qua venditor censum facit copiam empto-

ri eius capiendi authoritate propria, reficensuariam obsessionem pensionis, fit iniqua. Et animaduerti contra. Nauarr. c. 23. n. 14. quæst. 3. numero 138. igitur non potest operari quem effectum, quem putat Felicianus. An autem debitor reditus cedendo fundum reditui hypothecatum creditori liberetur, vide infra hoc lib. q. 9. num. 68.

Ex quæst. sequent.

S. I. sit nullus contractus reditus annui an subsistant bona rem hypothecæ. numero. 1. & sequent.

Actus an operetur vltra agentis intentionem. nulla. 2. & nullum. 3.

Contractu existenti nullo hypotheca & alia accessoria prorsus carruunt, num. 3.

Actus nullus, quia contra. l. reditus publicum, non valere modo quo valere potest, num. 4.

Explicatur text. l. si absentis. C. si certe pet. num. 5.

Si reditus venit moderandus, seu reducendus an sustineat bonorum hypothecæ. num. 6.

Si reditus fructuarius reducitur ad pecuniam, ex. l. Titia dispositione sustinentur bonorum hypothecæ, & fideiussorum obligationes, num. 7.

Et quid si improbus fœnerator velit purgare vitium, & constituatur reditus ad quindecimam. 8. 9. 10.

tionem, an teneant hypothecæ: num 8.

Si contractus sit nullus, & usurarius, an teneat hypotheca bonorum: num 9.

Et quid si quis alterius, & ignorantis nomine sic nulliter fraudulenter contrahat, an pro sortis restitutione teneat hypotheca? num 10.

Quæstio. VIII.

An teneat bonorum hypotheca pro sortis restitutione in venditione reditus nulla?

1 QVM annui reditus constitutio nulla fuit, quia forte decimam excedit, dubitari poterit, an bona debitoris maneant hypothecata pro restitutione sortis? contractus actus fuerit sub generali, vel etiam speciali hypotheca? Et prima facie videbatur hypotheca subsistere: quia iure communi, contractus quantumuis usurarius valet vsque admodum coercitum, per ea quæ diximus supra lib. 1. quæst. 7. & si quando non valet promissio usurarum, remanet obligatio sortis cum hypothecis: pariter hic, si sors cum contractus sit nullus, id verum erit quantum ad obligationem reditus huc usuræ: tamen licet remanet obligatio ad sortem, videtur ea tenus remanere hypotheca, quatenus remanet, & subsistit obligatio. Deinde si non valet, quod ago vt ago, valeat vt valere potest. l. si tan angusti. de seruitut. l. via in principio, de seruit. rustic. Saltem quando non est defectus formæ, sed materiæ, vt hic potius esse videtur. l. si vnus. l. acceptilatio de pactis, præsertim in habentibus symbolum, vt in casu de quo agimus; quia hi reditus sunt veterum

2 Non obstat si dicatur, quod actus nō operatur vltra intentionem agentium. l. non omnis. ff. si cert. petat. id etenim verum est vltra intentionem primitiuam, non secundariam, quod tradit Bald. in. l. si absentis, secunda oppositione. C. si cert. petat. Alciatus & alij in dict. l. non omnis. Lancellotus Gallatula in. l. 1. §. siquis ita, et l. 7. de verborum oblig. Sed hic secundaria videtur intentio, vt si contractus non valeat, omnino reddatur pecunia saltem tanquam mutuum. Ideirea non est inconueniens subsistere hypothecam pro parte, siue rei hypothecatæ, siue eius pro quo hypothecatur, puta si hypothecans fundi non erat dominus, nisi pro parte, vel si erat dominus in totum? resolutum est dominium partis ex causa, veluti fiore, vt in. l. lege vectigali. ff. de pignoribus. l. fi. C. communia de legat. vel si procurator hypothecauit pro maiori summa, quam mandatum est fuit. Quibus obstantibus dico nullam ex eo contractu subsistere hypothecam: quia cum principalis actus sit ipso iure nullus, pariter omnia ac-

cessoria, vt hypotheca. l. cum principalis de reg iur. Præsertim cum sit
4 nullus in pœnam ob peccatum cõtra legem, & ius publicum, quo casu cessat regula, quod valeat vt valere poterat, quod tradit Bald. in l. quæcunque, colum. 1. C. de bonisque liberis Ias. in l. 1. §. si quis ita, num. 23. de verborum obligation. Et sic non obstãt
5 contraria, & in specie non obstat vltimum de intentione secundaria: quia intelligendũ est de intentione concernente implementum, & executionem obligationis expresse, & principaliter contractæ, vt in dict. l. si absentis vbi expresse, & principaliter obligatio fœneratitia contracta est ad sortem cum vsuris nomine absentis. Vnde licet mutuans primario, & directo adquirere intenderet absenti, & pariter intenderet debitor abienti obligari: tamen secunda actio actum videtur, vt si ablens ratũ habere nollit, remaneat nomen ipsi mutuanti, & stipulanti nomine suo, licet fecerit eum actũ nomine alieno: & ex hac secundaria intentione substinetur principalis cõtractus in se, & consequenter hypothecæ, fideiussores, & omnia accessoria: secus de intentione secundaria, per quam nõ substinetur actus, qui remanet nullus, & sine effectu, vt in hoc casu: quia tunc non remanent hypothecæ, nec fideiussores ad illa accessoria. Non obstat vltimũ: quia procederet quando ab initio valuit, & subsistit aliqua hypotheca: sed hic ab initio non valuit. Quæ notanda sunt: quia magni effectus, & ad multa proderunt.
6 Prædicta intelligenda sunt quando reditus est nullus: secus si reditus nõ sit nullus, sed moderandus, & reducẽdus, iuxta leges Regias: quia tunc remanent hypothecæ, & fideiussores
7 sub eadem moderatione. Quod etiã maxime notandum est ad legem .4. & ad legẽ septimam tit. 15. lib. 5. compil. quibus fructuarius confessus sub hypotheca constitutus moderãdus, & reducendus est, vt non soluatur in fructibus, sed in pecunia ad rationẽ quatuordecimæ: fiet etenim saluis hypothecis, & fideiussorum obligationibus pro solutione reditus ita re
8 ducti, & moderati. Item si fœnerator improbus purgare vitium vellit, & petere, vt debitor cõdẽnetur ad reddendum sortem tanquam merum mutuum, vel ad reditum quindecimæ pro futuro dumtaxat tempore constituendum, secundum ea quæ nouo & æquali temperamento diximus supra libro. 2. quæst. 9. petere poterit, vt de hoc caueat debitor sub hypotheca bonorum suorum, quæ erit ex nunc dum cõstituitur, nec trahetur retro ad tempus contractus: quia non est antiqua, sed noua hypo
9 theca. Sed quid si contractus est nullus, & vsurarius, ex eo quod siue directo, siue per indirectum, vt supra hoc lib. quæst. 2. pactum erat, non vt debitor post tempus ratum redimere posset, sed vt post tempus cogi posset redimere, vel sortem, aut quid maius reddere, vel amittere? Et videretur remanere hypotheca pro restitutione sortis, saltem quando apparet de restitutione clare, & formaliter conuentum: quia ita est de iure, per ea quæ diximus supra libr. 1. quæstio 7. in principio. Sed hoc non obstante dicendum nullam subsistere hypothecam: quia licet iure ciuili Romano talis contractus non sit indistincte nullus, nisi in excessu, præterquã eo casu de quo diximus libr. 3. quæst. 4. tamen iure Canonico, & Regio in totum vetitus, & illicitus, & nullus habetur, & sic nulla etiam conuenta
10 hypotheca oritur. l. non dubium. C. de legibus. Quod est verum respectu eius, qui sic illicitè contraxit, vel

con-

contrahi mandauit: secus si tutor, procurator, vel gestor de pecunia domini co tamen fraudis insonte, contraxit: quia tunc licet contractus nullitati subiaceat, vt supra diximus, lib. 1. quæst. 9. tamen in quantum supereſt obligatio, videlicet ad sortem, vel ad congruam satisfactionem, secundum ea quæ notauimus supra dict. q. 9. supererit etiam hypotheca ex quo non tutori, nec gestori, qui solus deliquit acquiritur, sed domino insonti.

Ex quæst. sequenti.

Fideiussor primi reditus, qui illum redemit, & cessionem habuit à creditore an præferatur eidē creditori respectu secundi posterioris reditus, numero 1. & sequent.

Creditorem cedentem ius suum non videri cessisse contra se, numero 2.

Fideiussor indemnitatis vel habens beneficium excussionis cui cessum est à creditore prioris reditus, an præferatur eidem respectu secundi reditus, nu. 4.

Fideiussor reditus, qui redemit absque cessione ex capite suo, non præfertur posteriori debito, nisi pro sorte, & reliquis præteritis, num. 5.

Cessio est vera venditio, & etiam contra cedentem effectum habet, ibidem.

Et quid si debitor reditus cum fideiussore colludat, vt debitoris ipsius pecunia reditum redimat, & cessionem accipiat ad illudendum posteriorem creditorem, num. 6.

Apud Gallos tertij possessores prædiorum reditui hypothecatorum specialiter, possunt personaliter, & insolidum conueniri ad solutionem reditus, num. 7. Et an locum habeat in hypotheca generali, numero 26. & 29.

Explicatur l. fin. C. de duobus reis num. 8.

Soluenti pro alio cedendæ sunt actiones efficaces, num. 9.

Paciens præscribere cēsetur alienare, vel remittere, num. 10.

Creditorem non teneri cedere actiones efficaces, nisi quales habet, num. 11. & num. 23. & numero 24.

Creditorem non teneri ad denuntiationem vnius ex pluribus insolidum obligatis, conuenire aliū, qui cæpit labi facultatibus, numer. 12.

Exceptionem cedendarum fundari ex æquitate, nu. 13. quod declaratur, num. 46.

Declaratur text. l. stichum, aut Pamphylu. § si creditor de solutionibus, n. 14. & n. 34.

Non imputatur creditori, qui non egit contra vnum ex reis vergentem ad inopiam, quia de alio correo idoneo confidit, numero 15.

Si

Si ex pluribus correis pro reditu obligatis vnus in solidum conueniatur, an reliqui, qui contra creditorem præscripserunt, ab illo vocari possint venire ad eius defensionem num. 16. & nu. 20. & 21.

An correus qui in solidum conuentus reditum soluit, possit ex suo capite agere de euictione cõtra coheredes post completum ab eis præscriptionem contra creditores. num. 17. 18. & 19.

Actio euictionis quando locum habeat. d. num. 19.

Explicatur text. lademque & generaliter. ff. mandat. numero. 22.

Exceptionem cedendarum opponi posse in executione sententiæ, num. 23.

Si pendenti iudicio inter creditorem reditus, & tertium fundi hypothecati possessorem completa sit præscriptio principalis debitoris, an prosit tertio possessori, num. 24.

Principali obligatione per præscriptionem sublata manere, & subsistere hypothecam, numero. 25.

Exceptionem peremptoriam realem eo acquisitam statim extendi ad omnes accessorie obligatos, num. 27.

Hypothecaria quando subsistat vsque 40. annos. num. 28.

Creditor an possit reditũ exigere à nebus generaliter obligatis prius discussis specialibus hypothecis, num. 29.

Si creditor reditualis, qui emit, vel acquisiuit vnum ex fundis reditui obligatis, agat contra alterius fundi tertium possessore volentem cogere creditorem ad contributionem, vel cessionem actionum, quid iuris. numer. 30. & sequen.

Creditor reditus an teneatur cedere tertio fundi hypothecati possessori contra se, n. 32. & nu. 33. & num. 38.

Et an fideiussori reditus teneatur creditor cedere contra se, ibid. num. 32.

Tertius fundi possessor exceptionem cedendarum habet contra creditorem, quando illa suo auctori competebat, n. 35.

Creditor reditus qui prius emit hypothecatũ sibi fundum, non tenetur cedere, aut contribuere alterius hypothecati fundi tertio possessori, secus si tertius prius emerit, quam creditor, nume. 36.

Ampliatur etiam si creditor mediate, veluti iure retractus, vel ex cessione pretio comparauerit, num 37.

Ampliatur secundo, etiam si creditor fundum à se emptum mox alienauerit, & non possideat quando agit cõtra alterius fundi possessorem, num. 38.

Amplia-

Ampliatur tertio, etiam si creditor non emerit, sed liberaliter vnam ex hypothecis remiserit, num. 39.

Ampliatur quarto, etiam si fundus emptus à creditore generaliter tantum esset hypothecatus reditui, num. 40. quod intellige, vt infra, num. 45.

Si creditor passus sit præscribi ab aliquibus possessoribus fundorum hypothecatorum reditui non imputatur ipsi, num. 41.

Si creditor vnũ ex obligatis fundis reditui acquisiuit in solutum partis debiti sui, vel alterius prioris debiti hypothecarij, non tenetur ad cessionem, nec contributionem pro rata aliis possessoribus hypothecarum, numero 42.

Et quid si creditor reditus iure pignoris vnam ex rebus hypothecatis distraxit, an teneatur ad cõtributionẽ, vel cessionẽ, cum postea agit contra aliarum rerum possessores: num. 43.

Et quid si bona pro reditu obligata specialiter pro decursis pensionibus creditori addicãtur, an possit postea decursas pẽsiones exigere ab alijs bonis generaliter obligatis? ibidem.

In addictione hypothecarum creditori facta pro pensionibus reditus nullus excessus tolleratur.

Si tertius possessor fundi hypothecati illũ acquisiuit cũ onere luẽdi, seu reditũ soluendi, nõ habet beneficium cedendarum, nu. 44.

Salicetus defenditur à reprehẽsione Antonij Fani, num. 45.

Creditor reditus qui pignora ex posteriori debito tenet, nõ cogitur cedere, vel tradere ea pignora fideiussori sibi soluẽti, nisi post excussum principalem, ibidẽ.

Si creditor prioris reditus super domo cõstituti, cõsensit posterioris reditus hypothecæ, an ex eo suã hypothecam videatur remisisse? num. 47. & 48.

Reprobatur Bart. distinctio inter masculum, & fœminã quoad remissionem pignoris, ibidem.

Creditor consentiens posteriori hypothecæ fit posterior omnibus hypothecã habentibus tempore consensus, num. 49

Id tamen limitatur, num. 50.

Hypothecaria an detur aduersus tertium fundi pro reditu obligati possessorem absque excussione principalis debitoris? num. 51. & sequen.

Pensiones decursæ tempore prædecessorum an exigi possint à possessore hypothecarum: ibidem.

An possit agi personali pro reditu aduersus debitorem omissis hypothecarum possessoribus, ibidem.

Hypothecaria in causa dotis, vel fisci, an agi possit sine excussione principalis contra tertium possessorem, num. 52.

Reditus

Reditus a principio an constitui possit sine obligatione personali, ibidem.

Instrumentum reditus non mandari executioni contra tertium hypothecarum possessorem, numer. 13.

Quod limitatur nisi tertius possessor fecerit instrumentum recognitionis, ibidem.

Et quid si in instrumento reditus sit pactum de non alienandis hypothecis? num. 54. & 58.

Et quid si hypothecæ alienentur in clericum? ibidem. Et quis sit citandus cum fit executio intra à tertio possessa: ibidem.

Pactum de non alienandis hypothecis reditus an valeat stante motu proprio Pij V. numero 55. & sequen.

Tertius hypothecati fundi possessorem compelli posse ad reditus recognitionem, num. 56.

Recognitio reditus à tertio facta quid operetur? & an fieri debeat subguarentigia? ibidem.

Pactum de ingrediendo possessionem reihypothecatæ pro reditu, an faciat executioni locum cõtra tertium? numero 57. & sequenti.

Pactum de non alienando quomodo concipiendum, vt executio contra tertium possessorem hypothecæ locum habeat? num. 59.

Et an requiratur cum eo pacto specialis hypotheca? an sufficiat generalis? ibidem.

Plures tertij hypothecarum possessores an in solidum an pro rata reditus conuenire debeant? numero 60.

Pactum quod si prædia reditui obligata in plures hæredes, aut tertios possessores perueniant, in solidum teneantur, an valeat? numero 61.

Si plures sint hæredes debitoris reditus, quilibet cõuenitur hypothecaria in solidum, ibidem.

De eum qui. § Ite & Titium de verborum, explicatur, num. 62.

Pactum quod reditus pẽsiones à quolibet hærede debitoris exigi possint in solidum, an valeat, ibidem.

Creditor reditus conueniens vnum ex hæredibus, aut possessoribus hypothecarum in solidum, tenetur ei cedere actiones aduersus alios, ibidem.

Cessionarius qui soluit reditum non agit nisi deducta rata eũ, vel bona ab eo possessa contingente, ibidem.

Creditor reditus an possit conuenire tertium hypothecæ generalis possessorem absque excussione specialis reditus hypothecæ, ibidem.

Tertius fundi hypothecati possessor quanto tẽpore præscribat liberationem reditus, num. 63.

Et quando incipiat currere ea præscriptio: num. 64.

Et quid si debitor reditus semper solvit pensiones, an tertius hypothecæ possessor præscribat? numero 65.

Prædia super quibus reditus cõstituitur, sunt pro reditu hypothecata, ibidem.

Fundus pro anniuersario obligatus, an possit alienari cum suo onere, ibidem.

Vidua an agat aduersus debitorem reditus empti a marito, absque cessione heredum mariti? numero 66. & sequent.

Creditor an cogi possit accipere hypothecas in solutum reditus? n. 68. Et quid si bona distrahantur in concursu creditorum, ibidem.

Iuri exequendi instrumentum reditus quanto tempore præscribatur num. 69.

Et quando interrumpatur præscriptio iuris exequendi num. 70

Hypothecaria agens contra tertium debet probare hypothecam fuisse in bonis debitoris reditus tempore contractus, numero 71.

Et an sufficiat præsumptiua probatio ex possessione? numero 72.

Hypothecæ reditus si euincantur, an possit creditor sortem exigere? num. 73.

Hypothecarei prohibitæ alienari, an teneat in vita hypothecantis num. 74.

Hypothecis specialibus peremptis, an reditus extinguatur num. 75.

Quæstio. IX.

De hypothecis annuorum reddituũ, & exceptione cedendarum actionum.

CIRCA hypothecas annuorum reddituum, & exceptionem cedendarũ, occurrit pulchra quæstio. creditor emit. 100. redit. ad rationem quatuordecimæ, fideiussore accepto principaliter obligato, vt sup. li. 1. q. 6. & infra q. 13. post tres, vel quatuor annos, creditor ab eodem principali debitore similem reditũ emit, sine fideiussore, vel alio fideiussore accepto, & semper sub hypotheca generali, & speciali, vt assolet postea fideiussor primi reditus vides, debitore ad inopiam redigi, vel fallidiens fubin de cõpelli redimit reditũ, & accipit cessionẽ actionum. modo creditor vult distrahere domũ debitoris pro reditu, & reliquis, an dictus fideiussor interdicere possit, & preferri pro prio re reditu, & reliquis? Dubium facit q. nõ potest hoc facere, nisi iure cessio, & acquisito a creditore qui nõ videtur cessisse cõtra sc. li peculii, §. sicut de peculio lega. Socin. consilio. 206. lib. 2. Contrarium dicendum est duplici

duplici ratione. Prima, quia ſupponitur, quód fideiuſſor ab initio primi contractus, vt aſſolet, & dixi infra ſi. 2. q. 13. habet hypothecata omnia bona debitoris ad exonerationẽ, & indẽnitatem, & ſic ex capite ſuo præfertur creditori reſpectu ſecũdi poſterioris reditus, & omnibus alijs creditoribus, & hypothecis poſtea creatis, pro quibus tamẽ fideiuſſor iſte nõ interceſſit: alioquin nõ prodeſſet ei prioꝛẽ eſſe in hypotheca, & cautione indẽnitatis prioris fideiuſſionis, vel in quacũq; priori hypotheca: quia poſtea fideiubẽdo, ſe, & omnia iura ſua, & ſic etiam illa cautionẽ, & hypothecam ſuam priorẽ ſubiecit hypothecæ noui creditoris. Et hoc niſi eſſet fideiuſſor indemnitatis, vel niſi in quãtum haberet beneficiũ diſcuſionis: quia reſpectu fideiuſſoris indemnitatis (cuius obligatio ſua conditionalis eſt) ſi alias prius erat hypothecarius creditor, eiuſdem debitoris, & nouus creditor fuerit negligens diſcutere debitorem, qui tẽpore fideiuſſionis erat ſoluendo, dictus fideiuſſor excludet creditorem erga quem ſic fideiuſit: idque perpetuo ſi appareat poſt negligentiam creditoris debitorem factũ non ſoluẽdo: alioquin tãtiſper excludet donec appareat à debitore ſeruari non poſſe. Reſpectu vero habentis ſimplex beneficium diſcuſionis, ſi ob antiquius ſuum debitum nõ habebat, niſi generalem hypothecam, nihil eſt contra eum erga quem poſtea fideiuſit. Sed ſi habebat quaſdam ſpeciales hypothecas, poteſt eas ſeruare contra dictum creditorem quatenus reliqua bona debitoris in eodem municipio ſufficiunt ad debitum, pro quo fideiuſſit. Et hoc quia in effectu non eſt debitor, nec iura ſua hypothecaũt quatenus principalis habet alia bona, in quibus facile diſcuti poteſt, facit. l. 2. C. de pignor.

4

5 Redeundo ad quæſtionis ſolutionẽ illud remediũ quod fideiuſſor habet ex capite ſuo contra poſterius debitum, pro quo non fideiuſſit, non concernit niſi ſortem, & reliqua, quæ tẽpore redemptionis creditoꝛum ſoluit duntaxat, videlicet indẽnitatis æſtimationem eique competit, etiã ſtante priori reditu, quem ſi vellet ſibi curare, & præſertim, etiam pro reliquis, neceſſe haberet dimittere, & ceſſionẽ accipere, & à tẽpore redemptionis, & ceſſionis deinceps ſibi current effectu, vt infra iſto lib. quæſt. 17. etiã contra cedentem: quia ceſſio habet eundem effectum, ac ſi creditor nomen ceſſum cuiuis vendidiſſet. Imo eſt vera venditio. l. mandari. C. de fideiuſſor. l. fideiuſſoribus. ff. eod. l. cum poſſeſſor de cenſibus, & plene dixi dict. quæſt. 17. & ſic hæc quæſtio eſt indubitata, nec eam expreſſe tetigiſſem, niſi quod quotidiana, iuxta. l. legaui in principio de liberatione legata. & inſuper vt pleraſque alias quotidianas ſummatim adderem. Primo igitur conſidero quod hic poteſt fieri magna fraus, quid enim ſi fideiuſſor cum debitore colludens, de illius pecunia redimit, & nomen ſuũ illi acommodat: vel ſi debitor nõ habet fideiuſſorem, vel alium, qui poſſit exigere ceſſionem, nonne poteſt vel vnum ceſpitem terræ vendere, ſine õnere reditus, & mox acommodato nomine emptoris reditum redimere, & ceſſionem exigere pernotata infra hoc libro ſecundo, quæſtione decimaſexta, & ſic eodem iure ceſſo, nomine alieno elidere omnes poſteriores hypothecas & contractus creditorum? Reſpondeo hæ fraudes ſimiles ſunt illis, quæ fiunt in fraudem futurorum, vel præſentium creditorum hypothecariorum, vt quando debitor pridie obligationis vendit bona, vel

6

7

donat.

donat in fraudem, vel quando post obligationem fingit non esse sua, vel occultat, quam primum de fraude claruerit euanescent. Non solum enim dicta cessio tanquam indebita condici poterit, sed etiam contra cedentem penitus inutilis erit, sicuti si ipsimet debitori esset facta vt infra hoc lib. d. q. 16. vel aliter nomen cessum reciderit in bona debitoris, & sic posterioribus hypotecis creditoris teneretur. Sed si de fraude non constet (quæ etiã indubio nõ præsumitur) nõ debent legtima remedia, & ordinaria iuris dispositio impediri, & ad ea quæ dicam infra. quæst. 12. de fideiussore exemptionem redimente facit pulcher text. l. si stipulatus esses. §. 11 de fideiuss. qui etiam limitandus est per notata. d. quæst. 12. in casum iusti periculi. Secundo his accedit
7 alia quotidiana, & necessaria quæstio: debitor domum huic reditui specialiter hypothecatam vendidit bonę fidei emptori sine onere, eo quod forte sperabat mox de pretio redimere, quod non fecit creditor non inquietauit emptorem, siue quod ignoraret, siue quod diligenter soluerit reditus emptor post. 6. annos decessit relictis. 4 hæredibus tunc spergiscitur creditor, & vrget detentorem domus, qui visa authoritate reditus titulum quem vocant nouum vt supra lib. 2. quæs. 7. subit pro parte hæreditaria, quia cohæredes habebat, & sic creditor quieuit alijs. 4. annis: quia recognoscens interim soluebat reliqua, & supponitur consuetudo, vt generalis est in Regno Franciæ qua possessores prædiorum specialiter ad reditus hypothecatorum possunt personaliter ad solutionem singuli insolidum compelli pro tempore quo possident, etiã si minimã partem possideãt, sicuti de iure possunt conueniri hypothecaria ex his quæ dixi infra hoc lib. 2. quæst. 16. At post dictos quatuor annos, diuisione forte domus interim facta, prædictos hæredes creditor ad recognitionem vel titulum nouum vrget eos, qui nõ dum recognouerunt qui præscriptionem longi temporis tam suo quam defuncti capite prætendunt, is autem qui recognouerat dum vrgetur insolidum ad solutionem petit actiones sibi cedi contra hæredes
8 alias soluere recusat quid iuris? Hæc quæstio duplex est. 1. an illi præscripserint. 2. an isti competat exceptio cedendarum, quantum ad primum de præscriptione dubium facit l. fin. C. de duobus reis quasi recipiat interpretationem passiuam a præfata cõsuetudine, per quam dicti. 4. hæredes ipso iure per eandem consuetudinẽ pro parte hæreditaria a puncto mortis possessoris domus sunt in hoc correi debendi, sunt enim singuli insolidum æqualiter ad eundem reditum ex eodem fonte, & causa obligati, & sic videntur verificari vera ratio, & dispositio. d. l. fi. vt vnius recognitio, vel interruptio omnibus noceat. Breuiter in contrarium est veritas ex regula communi de interruptione ciuili, vel recognitione, quæ ad alium non extenditur. l. 1. C. de præscriptione longi temporis. Non obstat. d. l. fi. quia loquitur in veris correis ex vno, & eodem contractu, ideo procederet inter plures æque principaliter insolidum obligatos, & venditores eiusdem reditus, vt supra lib. 2. q. 5. Sed non in terminis huius quæstionis, quia plures insolidum obligati aliter quam ex vno contractu simul ad hoc facto puta ex natura rei indiuiduæ vel ratione possessionis vt hic ex dispositione consuetudinis, non sunt veri correi, vt tradit Paris. Mod. in tracta. diuidui & indiuidui, vtque ipse ait obligatio istorum possessorũ

prout est exorbitans datiua est a consuetudine,& non natiua,& magis est realis,quam personalis,prout desinente possessione rei deinceps desinũt singuli, etiam possessores non tenentur,nisi ratione possessionis,& detentionis suæ propriæ:nõ autem ex vna communi possessione,vel detentione,nec refert siue pro diuiso,siue pro indiuiso possideant, et sic cessant,& termini,& ratio,& dispositio.d.l.fin. Sed adhuc tentari posse thæredesnõ præscripsisse in hoc casu cum creditor semper reditum exegerit a debitore,& a coh:rede istorum recognitionem recusantium,vnde obstare videntur ea quæ dicam infra hac.q. nu.65.& seq.vbi vide. An aut vnus hæredum prędictorum absens à prouintia nihilominus longi temporis præscriptionem impleuerit propter situm rei reditui obligatę in municipio creditoris sitæ? videtur, quod sic, quia iura annuæ pensionis ibi cẽsentur esse,vbi sunt bona obligata.Clemen.exiui.§.cumque annui reditus de verbor.signifi.l. qui actionem de reg.iur l.fi.C.vbi in rem actio.Tiraq. de retractu.lib.1 §.1.glos. 6.& de primogen.q.49.& lib. 1.retra.§ fin.glo. 3.num.14.& §.32.num. 83. Simancas de catholicis institu.tit.9.n.130.

9 Quantum ad primam quæstionem de cessione videtur creditor repellẽdus pro partibus illorum trium, qui præscripserunt: soluenti enim pro alio,vel soluenti solidum, debent actiones cedi.l.cum is de fideiusso.l. Modestinus de solu. etiam a fisco.l. cum possessor in princ.de censibus: alioquin repellitur creditor.l. stichum,aut Pamphilum. §. si creditor de solutionidem induobus reis.l.cum apparebit.ff.locati.l.si diuisa.C. eod. Franc.Milanens. in decisionibus Siciliæ decis.1.num.32.p.Cum enim præscriptio sit pœna negligentiæ, palam est culpa,& negligentia creditoris, penes quem erant actiones, eas intercidisse,& sic illi imputari debet non autem reo conuento, qui bonã fidem agnouit nec fuit in aliqua mora.vel culpa.Igitur si vltra ratam portionis suę etiam pro portionibus aliorum insolidum exigatur, cedendæ sunt ei actiones efficaces.Confirmatur primo,quia.d.regula procedit de iure, etiam inter plures ex proprio contractu de iure communi obligatos.d.l.cum possessor.Igitur multo fortius in eo . qui contra ius commune vigore consuetudinis exorbitantis in solidum pro detentione porciunculæ,etiam personaliter exigitur. Confirmatur secundo, quia patiens præscribere,alienare,vel remittere censetur.l.alienationis de verb. sign.sed non est dubium imputari remittenti, igitur & patienti præscribere.& ita punctualiter tenet Alueri.l.iubemus colu.2.C.ad Velleianũ vbi. d. §. creditor in. d. l.stichum exemplificat in eo,qui finit præscribi. Quibus non obstantibus dicendũ creditorem hoc casu non teneri cedere actiones , nisi quatenus habet, Et moueor primo , quia non inuenitur iure expressum creditorem teneri cedere actiones cum hoc onere, vt sint contra alios efficaces,sed simpliciter,idest quales sunt, dummodo eas nõ remisserit facto suo,aut amisserit.Secũdo quia iure cauetur,quod pluribus in solidum obligatis,non tenetur creditor ad denuntiationem vnius conuenire alium , qui incipit facultatibus labi , prius quam in totum decoxerit,sed non obstante illa denuntiatione,poterit libere contra denuntiantem iura sua exequi.text.l. si fideiussor creditori de fideiusso. qui loquitur etiam in fideiussore,qui accessorie,& mere pro alio tenetur,inquo eratmaior ratio subue

mendi

mendi cum alieno morbo labora ret, & sic ostenditur multo fortius idē esse in ijs qui æque principaliter pro se tenentur, & sic multo fortius in quæst. præsenti, vbi etiam nulla fuit denuntiatio facta creditori, qui
13 tanto minus in culpa dici potest, quam in d. l. si fideiussor creditori vbi fuerat denunciatus. Tertio, quia illud ius & exceptio cedendarum, non fundatur, nec debetur stricto iure, sed ex æquitate, & specialiter ex illa æquitate, vt id saltem is, qui petit cessionem consequatur, quod sine dispendio cedentis futurum est, vt inquit text. l. in creditore in fin. de cui ction. Igitur si hoc futurum esset cum damno, & dispendio creditoris, vt hic non procedit exceptio, sed
14 sufficit cedere quales sunt. Non obstat d. §. si creditor, & quod præscriptio est pœna negligentiæ, tum primo quia creditor non fuit negligens, nisi contra præscribentes, & sic sufficit quod sentiat pœnam amissæ actionis contra eos, quæ pœna non debet extendi ad alios, nec extra metas negligentiæ l. rescriptum de his, quibus vt indignis. Secundo & fortius respō deo, quod in hac materia, negligentia alterum ex correis conueniendi, non est considerabilis quominus efficaciter alter conueniri possit, etiam si ab eo nominatus creditor monitus, & denuntiatus fuerit, text. d. l. si fideiussor creditori. Igitur multo minus si creditor, nec nominatus nec denuntiatus fuerit, & sic clare 16
probatur, quod huiusmodi negligentia, qua pendente alij facultatibus labuntur, vel etiam præscribunt, nō est vitium, nec culpa sufficiens, vt actio sit minus efficax contra alium, nec de ea culpa, vel vitio potest in-
15 telligi d. §. si creditor. d. l. si fideiussum. Cōfirmo ex reg. generali, qua nemo inuitus cogitur agere. vt C. vt nemo in uitus, & sic creditor habens vnum reum idoneum confidens de eo, nō dicitur eius respectu in culpa, si non curet contra alios agere, sed potius a iure commendatur, quod noluit tam litigiosus esse, sed a pluralitate litium abstinere. l. item si res ad fin. de aliena. iud. mut. causa facta facit text. l. prætor. §. in eum de bon. auto. iud. possid. vbi non imputatur creditori cur in possessionem non venerit, curve de possessione discesserit. Non obstat d. opinio Alberi. d. l. nubemus, quia falsa est per prædicta, & infra ista quæstione, vers. venio ergo ad decisionem. Confirmo, secundo, quia ipsemet petens cessionē fuit in culpa, & negligentia ab initio, quo insolidum appellatus fuit, & compulsus ad solidam recognitionē ex tunc enim poterat familiæ herciscundæ, vel communi dividundo ex capite suo, sine vlla cessione cōpellere coheredes, & idem in compossessoribus ad contributionem actionum, & ab eisdem ex capite creditoris exigere, & sic multiplici via sibi consulere, & præd. iam iam imminenti periculo obuiare, quod cū non fecerit negligentiæ suæ imputare debet, non autem creditori, qui sciebat ius suum semper durare contra illum, quem insolidum habens obligatum, non tenebatur contra alios agere, nisi vt plures pluriumque portiones in obligatione conseruaret.

Sed hic oriuntur duæ quæstiunculæ necessario prius explicandæ, quam ad alias transeamus. Prima an reliqui coheredes vocati ab eo, qui recognouit, possint venire ad eius defensionem, & ex persona sua, vel principalis reus ex speciali eorū mandato, nunc obijcere exceptionē præscriptionis pro partibus eorum, & sic impedire quominus creditor reū

exigat vltra portionem eius hæreditariam, & sic quartam tantum partẽ reditus consequatur. Secunda an saltem reus principalis, qui cogitur totũ soluere, & continuare super parte sua, possit ex capite suo agere de cuiũ actione cõtra cohæredes pro partibus eorum post tempus completæ ab eis contra creditorem præscriptionis, si diuisio interim, vel prius facta sit, vel iudicio familiæ herciscundæ, vel cõmuni diuidundo sibi pro partibus eorum, consulere saltem pro reliquis futuri temporis post actionem a se cõtra eos intentatam. Hæc secunda prius expedienda est: & omissa disputatione, breuiter dico quod, aut hic recognouit post completam ab alijs præscriptionem, & nullũ contra eos habet recursum indistincte, siue res erat adhuc communis, vel indiuisa, nec ex capite suo, nec iure cessso, vt dictũ est, idẽ si postquã alij quæcũque legitima exceptione iam tuti erant, aut vero tempore recognitionis nõdum erat ab alijs completa præscriptio, nec eis quæsita exceptio. Et tunc sub distinguendum, aut res erat indiuisa, aut iam diuisa. Primo casu res est clara, quod habet contra cõsortes ex capite suo actionẽ familiæ herciscundæ, vel cõmuni diuidundo, potest etiam habere iura a cessa a creditore, & quæ erunt efficacia antequã illi perfecerint præscriptionem contra creditorẽ cedentem, sed non postquã ad iura cessa, sed semper pendente cõtra unione renentur familiæ herciscundæ, vel cõmuni diuidũdo. Non obstat, quod sicut præscripserũt contra creditorẽ, ita & contra cõsortem: quia imo non potuerunt incipere præscribere contra consortẽ quandiu res mansit cõmunis post diuisionem vero sine eo onere subsequutã potuerunt inchoare præscriptionem contra consortẽ, sed inca opus est 30 annis à tẽpore diuisionis patet, quia ex quo pro cõmuni debito, vel negotio conpulsus est ad recognitionẽ, orta fuit, vel extensa cõmuni diuidũdo actio ad hunc articulum, vt communiter feratur hoc onus præsertim diuisionis tempore: quia non debet esse inæqualis, nec poterit culpa imputari ei qui ante vllã præscriptionem cõpletam recognouit etiam alijs, qui rũc iure impedire requirentibus re quisitis quia fecit, quod facere debuit, etiã ad q singuli, si interpellati fuissent, tenebantur. Quod si etiam post præscriptionem ab alijs postea contra creditorem completam hoc in diuisione omissum sit per errorem iuris, vel facti, tunc ex tẽpore diuisionis acquisita est condictio indebiti, vel sine causa, quæ æque 30. annis durat, nisi per sententiã, in qua hoc disputatum, & cognitum fuit & aqua non appellauit, exclusus sit. l. cum putarem familiæ hercis. Secundo casu quando post diuisionẽ iste recognouit nondũ ab alijs cõpleta præscriptione videtur prima facie aliud, quã in præcedenti cõclusione, videlicet quod post completam ab alijs præscriptionem, nullum amplius regressum habeat, contra eos, nec ex capite suo, nec ex capite creditoris cedẽtis ratio, quia diuisio iam facit diuersas res, & diuersos fundos censeri, & haberi tanquã extraneos, & sic sicut singuli aliorum præscribunt contra creditorẽ, ita videtur simul, & semel præscribere contra hunc recognoscentẽ, qui est eis æque extraneus, vt creditor, cumque tẽpore actæ recognitionis, nulla esset communio inter eos, sequitur, quod nullum debeatur negotiũ gestum, nec quasi gestũ præsumatur inter socios in cõclusione præcedenti. In contrarium videtur, quia dũ tẽpore recognitionis posset contra eos efficaciter agere ad contributionem ergo

*7 *8 1 9

ergo ea ei actio acquisita,non est sublata, sed hæc ratio nõ concludit & omnis fere materia præscriptionis hypothecariæ longi tẽporis euaquaretur.Breuiter idem hic esse dico,q̃ in præcedenti conclusione,nisiquod statim a recognitione,vel euictione non suspenditur,vt ibi durante communione,sed statim currere incipit contra recognoscentem longissimi tẽporis præscriptio. Et ratio est,quia diuidẽdo ex tũc obligati sunt inuicẽ de euictione, siue expresse,siue ex tacito in existenti negotio.l.si cum vẽditor in fin.de euictio.l.si familiæ.C. familiæ herciscũdæ.l. si fratres. C.cõmuni diuidũdo, cuius obligationis conditio purificatur,& extat tẽpore dictæ recognitionis,& ex tunc nata vera obligatio, & actio euictionis, perpetuo durat,siue hi,qui de euictione tenentur perficiant postea præscriptionẽ cõtra creditorẽ, siue non. Verũ est tamen, q̃ ex quo iste alijs non vocatis passus est sibi euinci,nõ habet expeditã actionẽ de euictione,hoc est,exequutoriam eo ipso, q̃ recognouit,vel redemit, vel per sententiam cõdẽnatus,& euictus est,sed tenebitur probare fuisse debitum, & euictionẽ iure factã.vt per Fulgos.in l.exẽpto.§.emptorẽ de actio. empti. Paris.Moder.in consuetudine Paris. §.44.n.25.in adnota. ad Alex.cons. 63.lib.6.Gome.3.tom.c.2. n.39. col. 6.vers.item etiã adde,ad quod soleo allegare.l.si vendideris l.non tamen de euictione.Si tamen alij portiones suas alijs sine onere alienauerint nõ est dubiũ,quin singulares bonæ fidei 21
successores longo tẽpore præscribãt aduersus hypothecariã dictæ euictionis:secus si præfati consortes ante diuisionẽ,partes suas indiuisas in alios transferant:quia quandiu cõmunio durat,& iure cõmunionis possidetur 22
impedit mutuã præscriptionem, vt dixi,& notatur in.§. quædã,instit. de actio. Venio ergo ad decisionẽ prioris quæstiunculæ sup.ista.q.propositę quando alij iam præscripserant contra creditorem,vnus autem,qui non dum præscripsit dum vrgetur insolidum ad recognitionem, vel etiã ex interuallo post recognitionem saltẽ ad impediendas,vel resarciẽdas pro parte futuri temporis,solutiones, vocat consortes, qui præscripserunt, an possit defendi ab eis intercedentibus proportionibus suis,pro quibus contra creditorem præscripserunt, vt iste pro parte sua tãtum deinceps soluat:videtur,q̃ sic per.l.idemque.§. generaliter manda.saltẽ distinguendum an aliorum interfit,eo q̃ iste cõtra eos pro rata habiturus esset regressum,vt tunc intercedere possit,anvero eorum non interfit,nec iste habiturus sit contra eos regressum,& tũc intercedere nequeant.Ita enimpost Dyn.l.Marcellus de fideiusso.distinguit ibi Bart.& in.l.Stichum.§.quod vulgo in fi.de solutio.Bald.l.quoties, & ibi Alex.in aditio. C. de precib. impe.offe.Alex.l.quia tale in fine soluto matri l.cũfilius.§.1.dever.oblig. & apud Bart.d.§.generaliter,& in,l. procurator ad exhibendum.§. si procurator rem ratam hab.Angel.Aret. in rub.de exceptio.col.7.& de replicatio.in fi.inst.Lancelo.Galiaul.l.2. §.si tamen de verb.oblig.& secundũ hoc dicendum esset, quod hoc casu intercedere possent,& repellere creditorem pro partibus suis in casibus, in quibus diximus eos iudicio familiæ herciscundæ,vel communi diuidundo,vel euictionis teneri.Sed hoc non obstante dicendum est indistincte eos nõ posse intercedere,nec impedire,quim creditor in solidum,& efficaciter actionibus suis vtatur contra istum qui non præscripsit. Nõ obstat.d.§.generaliter quia non est ad

propositũ huius quæstionis: loquitur enim in mero fideiussore, qui non tenetur nisi ob debitum alterius habẽtis personalem exceptionem contra creditorem, non autem loquimur in eo, qui ratione possessionis propriæ tenetur nomine proprio insolidum, & sic non est fideiussor, sed principalis respectu creditoris; & etiam respectu eorum, qui præscripserunt, nullo modo est fideiussor, & consequẽter exceptio etiam realis illis acquisita non extenditur ad istum, & sic indistinctè potest à creditore insolidum exigi, siue habiturus sit regressum cõtra alios qui præscripserunt, siue non ex ijs infinitæ aliquæ quæstiones deciduntur facile.

23 Vnde tertio his accedit quæstio, cum creditor haberet reditum super tribus prædijs à diuersis possessis constitutum, & contra vnum ex ijs hypothecaria, & personali more Gallico egisset, & obtinuisset per sententiã, & tandem per Arestum: reus autem in executione soluere offeret, cessis actionibus efficacibus, non alias, cũ interim reliqui possessores non appellati præscripsissent, actor vero rẽ iudicatam simpliciter vrgebat, & ad summum se non teneri cedere nisi quales haberet: respondeo rem quidem iudicatam non impedire exceptionem cedendarum. l. si fideiussores in fin. de fideiusso. Bald. cons. incip. Dominus Lanphrancus, quod est cons. 389. lib. 1. in antiquis, & cõs. 189. lib. 3. in nouiter impressis, vbi pulchre ait quod beneficium cedendarum est potius quodam onus annexum petitori, cui solui debet, quam priuilegium conuenti, sed non teneri cedere nisi quales habet, etiam ob præscriptionem inutiles. Nec obstat quod reus non potuit hic interim, sicut poterat in ea sub præcedẽti hãc cessionem petere, nisi cedendo liti, quam cum esset tertius bonæ fidei emptor, non tenebatur temere relinquere indiscusam. l. illud de petitione, hæred. præsertim si actor initio, non docebat de titulo authentico, sed testibus, vel alijs prolixis probationibus nitebatur: quia saltem poterat reus citare reliquos possessores, vt liti adessent, & iudicata pro rata facerẽt, quod si non fecerit sibi imputet idẽ si facere non potuit, eo quod forte ignorabat eos tenere, & hoc nisi creditor fuisset in dolo, vel culpa, non exhibendo interim authoritatem hypothecæ, cuni posset, & peteretur, vel non declarando tenorem prætensæ hypothecæ, cæteraue bona hypothecata, & personas obligatas cũ posset, & peteretur: tunc enim tenetur ad damna, & interesse, inquibus veniet æstimatio deteriorationis, vel per emptionis actionis cedẽdarum, alioquin licet creditor petitus, teneatur soluendi cedere, vel nõ soluenti edere, vel declarare, tamen non tenetur de periculo cedendarum, nec ante cessionem, nec postea, alias periculosius, minusque tutum esset plures obligatos, vel plures hypothecas habere, quam vnam si oporteret creditorẽ assidue super singulis suis sumptibus vigilare, vel teneri de periculo præscriptionum, & reliquas omnes cautiones, vel pignora diminui ob vnius præscriptionem, quod est absurdum, quia debet vtilius, & tutius esse, plures cautiones, vel hypothecas habere, quam pauciores? Circa hæc & quarto recordor alterius pulchræ quæstionis, quæ ex facto venti- 24 tilata est. Quidam ante sexaginta annos vendidit Titio huiusmodi reditum sub generali hypotheca bonorum & tunc habebat duos fundos, deinde sine onere reditus alienauit alterum fundum, qui ob debita singularis successoris subhastatur, Titius

25 se

se opposuit pro suo reditu, & reliquis, & authoritatem exhibuit, & putans ius suum satis per hoc conseruatum iri, non est prosequutus principalem, nec eius hæredes, quos vltra 40. annos non interpellauit, & tandem post longas protellationes annis. 20. iam elapsis proceditur ad iudicium discussionis, & ordinis hypothecarum, Titius vult poni in ordine ad finem restitutionis reliquorum, & continuationis reditus dominus huius fundi, vel eius hæres, quem proprietarium vocant, similiter & alij creditores eius impediunt offerentes fundum declarari hypothecatum dumtaxat à die contractus ad finem solutionis discussione prius facta super principali debitore, & cessis actionibus validis videbatur Titius tarde veniisse: quia licet aduersarij non intelligerent, aut ludificarentur, iam non sumus hic in terminis discussionis, nec cedendarum, neutrique exceptioni locus est, sed per emptionis huius accessoriæ hypothecæ principali sublata, quod non erit inutile paucis excutere. Videretur enim obstare. Primo quod oppositio iudicialis ante viginti annos facta, & persequuta proculdubio impediuit præscriptionem erga reum, & istum fundum. Nec obstat, quod principalis obligatio sublata est, vel elisa præscriptione, quia hic non agitur nisi de hypothecaria, quæ subsistit, & efficax est, etiam principali obligatione. 30. annorum præscriptione sublata l. 2. C. de luitione pignoris. text. l. cum notissimi in principio. C. de præscription. 30. vel. 40. anno. docet Bartol. l. fideiuss. 16 25 ergo obligari de fideiusso. Negusantius de pigno. 6. par. membro. 2. n. 5. & sic nec discussionec cessio actionum requiritur. Secundo, quia reus videtur in culpa, qui per. 30. annos potuit authorem laudare, vel de discussione, aut cessione actionum excipere, quod non fecit: igitur ei imputandum, vt supra hic quæstio. versiculo non obstat. 4. §. numero. 14. 28 Tertio, quia adicta prædia sita erant, vbi vigebat consuetudo, per quam domini, & possessores prædiorum vectigalium tenentur personaliter soluere insolidum reliqua, & continuare reditus, quam consuetudinem intelligunt aliqui etiam de prædijs generaliter tantum hypothecatis, & videtur reum etiam personaliter ex capite suo teneri, & idem vt in præcedenti quæstione. 27 Quibus non obstantibus persistendum est in d. sententia: quia exceptio realis & peremptoria reo principali acquisita statim extenditur ad omnes accessorie obligatos siue fideiussores, siue mandatores, vel etiam ad tertios possessores. l. exceptiones de exceptio litam mandatori l. penultima. C. de non numerata pecunia, sed quamquam pendente lite superuenerit reo principali exceptio præscriptionis, igitur etiam reo conuento competit, præsertim cum non fuerit in mora, nec in mala fide, aut culpa, quia nunquam controuertit declarationem hypothecæ, nec tenebatur autorem laudare, cum satis exceptione discussionis, tutus esset, quæ etiam semper durat cum non fuerit contestatu in principali, & sic hæc quæstio multum differt a præcedentibus, in quibus reus conuentus, non accessorie respectu creditoris, sed principaliter personaliter insolidum, & sine alia discussione tenebatur, ideo exceptio odiosa sine facto creditoris vni superueniens, non extenditur ibi ad alium. Non obstat primum: tum quia, quod dicit de iure subsistere hypothecam iam vsque ad. 40. annum

exactum, & post personalem 30. annis sublatam, non est verum, nisi contra ipsum personaliter obligatum, & eius hæredem d.l. communissimi: tum quia ex hypothesi 40. annis tutus erat reus principalis a personali, & hypothecaria. Ad secundum dico non quadrare contra eũ, qui mero iure tenetur, & quando solũ agitur de redditis actionibus, at hic mero iure nõ teneturreus, vt post principali liberato. Præterea etiã si de sola cessione actionũ ageretur non teneretur creditor, nisi quales habet, vt supra ista quæstione. Ad 29 tertium respondetur opinionem, dictorum quorundam veterum pragmaticorum falsam esse, veritas est, quod prædicta consuetudo intelligitur in hoc de prædijs specialiter, & nominatim hypothecatis, vel oneratis vectigali: bene verum est, quod 33 de iure potest creditor reditus si velit incipere insolidum à rebus generaliter tantum obligatis & conuenire earum possessores debitores reditus, vel eius hæredes omissis hypothecis specialibus l. creditoris arbitrio. ff. de distractione pignor. nec obstat. l. 2. C. de pigne. quia procedit respectiue inter primum & posteriorem creditorem, vt per glos. & Doctores ibi, & in specie tradit Paris. Mode. in consuetud. Patis. titulo 1. §. 11. numero 13.

30 Quinto his accedit necessaria quæstio. Creditor reditum his emit, vel aliter acquisiuit à debitore, vel vno ex eius hæredibus vnum ex fundis specialiter suo reditui hypothecatis, postea agit contra tertium possessorem alterius fundi pariter hypothecati, qui vult cogere creditorem ad contributionem, & cessionem, actionum contra se ipsum: quæritur 31 quid iuris? Et primo non videtur teneri cedere contra se, nec contribuere: quia tertius ille possessor non contraxit contemplatione rerum simul tempore contractus, ex quo conueniatur, hypothecatarum. Igitur ei non competit hoc beneficium cedendarum, vt per Cyn. Alberic. Bartol. Salicet. in Liubemus. C. ad Velleianum. Bartol. l. si stipulatus. §. 1. de fideiusso. Socin. consilio. 209. & consilio. 32 206. lib. 2. Et per hanc rationem tenent omnes communiter, quod tertio possessori, non tenetur creditor cedere contra se, etiam reincendo ob debitum postea contractum, vel si reliquas hypothecas facto suo liberauerit, licet aliud sit in fideiussore. l. 2. C. de fideiusso. & ita late tenet Anton. Negusan. tracta. de pigno. parte. 5. membro. 3. numero. 29. vbi dicit id non esse speciale in dote, quod dicitur in, d. l. iubemus, idem voluit Franc. Milanensis decisione. 33 1. numero 8. 2. parte decisione. Siciliæ, sed certe vt compendiose expediam hæc communis sententia, non est simpliciter vera, & licet ea ratio ostendat minorem esse causam dandi hoc beneficium, minusque deberi tertio huic possessori, quam vel exõ fideiussoribꝰ simultanee obligato, non tamen concludit prorsus denegari, & veritas est etiam tertio possessori iure deberi. d. mulier qui potio. in pigno. hab. l. cum possessor de censi. igitur facto creditoris auferri non posse. Segundo arguitur, quia communis sententia est, quod non tenetur actor cedere, nisi quales habet, nisi vitio suo, hoc est, fraude fecerit, quominus effeacciter cedere posit: ita communiter intelligunt. dict. §. si creditor in. l. Stichum de solutio. vbi late Albericus 34 qui ita in proprijs terminis tenet, sed certe non est æquum, nec iure consentaneum. dict. §. si creditor, ad consilium fraudis restringi.

Tertio

35 Tertio fortius arguitur, quia supponitur, quod reus habebat cautam non a fideiussore, quo casu non esset dubium, quin posset vti beneficio authoris sui, quem in hoc laudare posset, sed hic habet cautam ab ipso solo principaliter obligato, cui non potuisset hoc beneficium, sed bene aliis contra eum competere, igitur non competit successori suo, sed potius pariter contra eum, qui plus iuris habere non possit per iura vulgata, si cessi remisset a correo, vel fideiussore vendori, quam rationem huius scripturam adhuc tenigit licet forsitan, & efficatior videatur. Quarto, quia videretur impedire dominium creditorum, cum debitoribus hypothecariis damnosus esset multas, quam pauca habere hypothecas: quia creditor nullam rem posset acquirere a debitore, quin sibi praeiudicium faceret erga omnes, qui iam ab eodem acquisissent, si contra eos agere vellet, quod videtur absurdum, vt supra ista quæstione.

Soluendo breuiter distinguendum est, aut reus, seu tertius iste possessor emit post actorem vel ante primo casu dicendum indistincte, quod non potest petere cessionem super fundo prius quæsito actori, vel eius facto hypotheca exempto, quia tempore acquisitionis facere per rem, nulla competebant actiones super eo fundo, nec erant aliquæ cessibiles, & sic eo respectu nullum ius cedendarum acquisitum, aut radicatum fuit reo. Secundo casu quando reus prior acquisuit, deinde actor, & tenetur actor contra hanc re, siue ab agendo desistere pro rata fundi, quem postea emit, & ad hoc debent prædia æstimari, quod in idem recidit cum cessione actionum, id que duplici ratione, prima, quia hoc ius fuit acquisitum reo ab instanti suæ acquisitionis, cum tunc vtique fundus eidem hypothecæ pariter subesset, & sic acquirens vnum hoc reditu sub hac modificatione oneratum, vestarim istud onus, etiam ignorans subijt, ita statim ius cedendarum super altero fundo acquisiuit, quod non potuit postea facto creditoris auferri per iura vulgaria. Secunda, quia non debet creditor acquirés a debitore suo esse melioris conditionis eo, quia creditor, quam si quivis extraneus emisset, contra quem omnino cedendæ essent actiones. Igitur & creditor contra se ipsum pro rata acquisitionis cedere debet, vel sibi compensare, & alioquin sequeretur, quod facto suo ex post facto, posset deteriorem facere conditionem possessorum & omnium sibi obligatorum morbo alieno laborantium, imo quod in eorum necem posset cum principali debitore colludere, manentque recedere cessionem actionum contra principalem, quod esset iniquissimum. tertio quia supponitur (vt a solet) reo ex instrumento emptionis habere omnia quæ tunc erant venditoris sui hypothecata pro acquisitione sua, & consequenter fundum postea emptum per actorem, & sic ipsemet actor teneretur reo de euictione iuris petiti ratione fundi ad eam euictionem hypothecati. Igitur repellendus est saltem pro rata eiusdem fundi ex vulgati. I. vindicantem de euition. Sed certè hæc ratio nũc non concludit: quia licet teneatur actor hypothecarie de euictione ipsi reo, non tamen tenetur pure, nec vi ipsa pront teneretur reus ad reditum petitum

rum ex sola possessione sine excussione, sed quo ad euictionem prius discutiendus est venditor, & sic interim liberas ædes habet actor, & libere pu-
tris suis actionibus experitur, prout dominus libere vendicare po- 37
test fundum suum à possessore, licet possideat prædia ad euictionem reo hypothecata, dum modo personaliter ad eam non teneatur, sed sufficiunt, & concludunt duæ priores rationes, & ea fuit distinctio, & sententia Ioann. Fabri, in l. iubemus. C. ad Vellcian. quæ etiam in casu d. l. procedit, vt etiam in terminis distinguit, & decidit Speculator de renuntia. & conclusione numero. 22. versiculo, sed pone emi. Et idem sentit 38
Bald. in d. l. iubemus in fin. Aretinus lex duobus, la grande, columna penultima de duobus reis Vincentius de Franchis decisione. 427. numero. 3. & bene per prædicta quicquid Cyn. Iacob. de Aretin. Alberic. & omnes Doctores ibi, & vbique dixerint, tam legendo, quam consulendo, vt Roman. consilio. 472. Iatus Anton. Negusan. tract. a. de pignorib. part. 5. membro. 3. numero. 31. vbi simpliciter tenent, quod non teneatur tertio possessori cedere iura, nisi qualia sint, etiam facto creditoris post ius tertio possessori quæsitum remissa, & male. Non obstant tria allegata in contrarium, quia duobus primis eodem contextu responsum est. Ad tertium autem dico, quod 39
sicut si principalis debitor reliquerit quatuor hæredes, & vnus insolidum exigatur, debent ei cedi iura contra hæredes pro partibus eorum, vt supra ista quæstione ita si habeat singulares successores, qui 40
exigantur, eis cedenda sunt iura, nisi quatenus hoc iuere teneretur: quia emissent ad hoc onetis, & sic datis eisdem terminis idem iuris est in successoribus. Ad quartum dico quod creditor non impeditur contrahere, prout alius potest, sed solum, prout quiuis alius non potest, & sic nulla fit ei iniuria, sed æquale commercium relinquitur. 41
Conclusionem sic formatam amplio primo, etiam si creditor non immediate, sed mediate quocumque modo, puta ex retractu proximitatis cum fundum quocunque pretio, etiam excessiuo compara-
uerit, quamquam hypotheca dum res sua fit extinguatur, tamen quia facto suo id fit, non debet alijs esse captiosum, & omnino non debet esse melioris conditionis, quam si tertius emisset, vel quam si fuisset autor suus. Amplio secundo, etiam si creditor mox alienauerit & in alium transtulerit: quod enim nõ potest cedere actiones suas contra dominum & possessorem facto suo accidit, & sic reputare debet eisdem rationibus per præced. Amplio tertio etiam si creditor, nihil attigerit, sed liberaliter, vel aliter remiserit vnam ex hypothecis, vel vnum ex obligatis liberauerit in præiudicium eorum, siue obligatorum, siue possessorum, quibus ius cedendarum competebat eadem enim est ratio per d. §. si creditor in. l. Stichum de solutio. qui non debet restringi ad vltrum fraudis per prædicta, vt etiam sentit Decius, consilio. 104. licet alijs commentitijs, & a remotis alcitis rationibus vtatur. Amplio quarto, non solum si fundus emptus a creditore specialiter hypothecatus erat dicto reditui, sed etiam, si generaliter tantum, vt dicam in quarta fallentia.

Primo fallit si creditor passus sit præscribi: hoc enim nõ imputatur per notata sup. ista. q. ni nisi hoc q. principali debitore tempore liberato, libe-

rantur

rãtur etiam omnes, qui accessorie tenentur, vt supr. notauimus ista. q. Fal
42 lit secundo si acquisiuit in solutum partis debiti sui, vel etiam alterius prioris sui debiti hypothecarij: quia tunc priore quidem casu tanto debitum diminutum est, vt cæteri tanto liberati, & eorum tanto melior conditio facta, & sic non opus est cessione actionum pro rata, cum iam pro rata sublatę sint. Ad hoc pulchre Paulus cons. 316. incipit certum est, n. 3. lib. 1. Secundo vero casu non censetur idem creditor huius reditus cui
43 cisse, sed alius antiquior creditor ex priore hypotheca, & sic non censetur factum creditoris huius reditus, sed alieni: potest enim creditor personas diuersorum ex diuersis iuribus sustinere. Consequenter si creditor iure pignoris vnam ex rebus hypothecatis distraxit, vel subhastari fecerit, non procedit conclusio, nec ei imputatur, quasi facto suo resilla hypothecã exuerit, & desierint in hac re cedi posse actiones: aut enim de pretio satisfactũ fuit huic creditori, & sublata, vel diminuta est obligatio aut vero exhaustum fuit per aliũ priorem creditorem, & non censetur sublata hypotheca facto huius, sed alterius creditoris, quæ notanda sunt: quia vidi iudices in his pernitiose errantes.

Ex quo infertur ad quæstionem si creditor reditus pro reliquis præteri
44 tis executione im petat, & bona censui obligata ipsis sint per executorẽ addicta, an pro decursis postea pẽsionibus possit creditor executionẽ intendere in alijs hypothecis generalibus, de qua vide Boerium decis. 399. Parlador. lib. 2. rerũ quotid. cap. finali, 5. p. §. 16. n. 23. quorum opinio dubia mihi videtur, dũ existimãt addictis creditori eo modo bonis censui specialiter suppositis, extingui reditum, nec recte arguit Boerius de emphyteusi ad reditũ quia reuersa emphyteusi ad dominum, cessat obligatio soluẽdæ pensionis: at addictis hypothecis redditus, non redditur fors creditori, &, sic non cessat obligatio soluendæ pensionis, nec ad hoc pertinet mot. prop. Pij. V. decisio: quia ibi: peremptis, & extinctis bonis absque culpa debitoris, casu videlicet fortuito, extinguitur reditus: at in nostro casu bona specialiter hypothecata non perierunt, sed culpa debitoris, ex eorum fructibus non soluentis pensiones, vt debuit addicta sunt creditori & secluſa motus proprij dispositione peremptis specialibus hypothecis, non perire reditũ diximus, hoc lib. q. 7. Vnde Boerius. d. decisio 309. in fin. dicit fuisse decisũ reditũ non extingui adictis hypothecis creditori propensionibus decursis, quod mihi limitandum videtur, & ita procedit opinio Boerij & Parladorij quã do hypothecæ creditori addictę æquualent forti & decursis pensionibus, tunc enim reditus extingueretur & nõ posset creditor in futurum ad pẽsiones postea decursas agere: quia in addictione hypothecarũ pro decursis pensionibus faciẽda creditori, nullus excessus tolleratur, nec tuto admittitur, vt cum Nauarro & Gutierrez aduertit Felic. de censibus lib. 1. c. fin. num. 20. Fallit tertio si reus ac-
45 quisiuit ad hoc onus, nõ simplicis hypothecæ, videlicet expresse quod res erat hypothecata, sed ad onus hypothecam luendi, seu reditũ soluendi: quia tunc est loco principalis debitoris, & sic frustra cederetur ei cum teneatur satisfacere, & de euictione. Fallit quarto in terminis dictæ quartæ ampliationis, vt clare procedat, si principalis debitor non sit soluendo, & hoc notum sit, vt non sit opus discutere: quia tũc saltim pro rata cõtribuere

tribuere debet creditor, secus si debitor sit soluẽdo, vel dubium sit: quia tunc non tenetur creditor statim cõtribuere, nec pure cedere cõtra se super fundo suo, sed bene tenetur cedere conditionaliter, seu potius verbaliter cauere de contribuendo, vel diminuendo pro rata, quatenus discusso debitore restabit, & hoc est quod vult dicere Sali. in l. 2. col. 2. C. de fideiuss. q, licet teneatur creditor fideiussori soluẽti cedere iura, ob quę soluit, etiam contra se, vel contra pignora, que tenet, nõ tamen tenetur eadẽ pignora, quæ etiã ex alio posteriore 47
debito tenet, pro quo soluẽs nõ fideiussit, ei tradere, & benedicit: quia nõ tenetur se priuare beneficio discussionis, sibi tanquã cuilibet tertio iuribus cessis cõuento cõpetenti (vt dixi) ad q, non aduertens Ant. Negus. de pigno. p. 5. mẽbro. 3. n. 34. male, & incaute reprehendit Sali. vt etiã tetigit Paris. Mod. in adnota. ad Decium cons. 104. n. 6. Cæterũ nec refert, an creditor adhuc eũ fundũ possideat, an vero liberũ alij sine onere vendiderit, prout potuit, quia vt non debet esse melioris, ita nec deterioris conditionis, quã tertius emptor, cõtra quẽ cederet iura, qui tamen non posset molestari, nisi principali discusso, cui moratoriæ exceptioni vt non est locus secundũ cõsuetudines prædictas in tertio possessore fundi specialiter hypothecati ad reditum, ita non erit locus in creditore ipso si talẽ fundum semel acquisierit, vel hypotheca exemerit: quia tenebitur statim contribuere, seu diminuere de reditu respectu alterius possessoris, qui prius a debitore acquisiuerat saluo cõmuni re- 48
46 cursu cõtra principalẽ debitorẽ. Nõ obstat, q, beneficiũ cedendarum nõ est introductũ, nisi ex æquitate. vt id saltẽ reus cõsequatur, q, sine dispendio creditoris futurũ erit. l. in credito re de euictio. quia non censetur creditor sentire hoc incõmodũ, quod ex pacto suo prouenit acquirendo rem specialiter hypothecatã forte ab eo, qui post reum emerat a debitore, & sic non debet esse melioris conditionis imo hoc non tã cõpetit beneficiũ cedendarum, quã contributionis seu cõmunicationis oneris ob cõcursum obligationis, seu rerũ æque principaliter obligatarum, quod autẽ facto creditoris semel res altera desijt esse hypothecata, eidem imputandũ est, etiamsi possidere desierit, vt dixi.

Sexto his accedit alia necessaria 47
quæstio, quid si nõ agitur de pluribus rebus, vel de pluribus debitoribus, sed de eodẽ fundo, & debitore: pluribus autem successiue creditoribus: puta debitor constituit primo. 50. aureos huiusmodi reditus super domo sua, secundo vero. & tertio similem reditum super eadem domo, sed tertius creditor noluit numerare pecuniã, nisi primus consentiret specialihypothecædictæ domus, quod simpliciter fecit. Hic oriuntur duæ quæstiones. Prima an ex hoc primus amisserit hypothecã domus, secunda si nõ amisserit, an erit secũdus, an vero vltimus in hypotheca. Quantum ad primũ videtur in dubio totum remisisse per l. Paulus quibus modis pignus vel hypothec. soluit. vbi tenet Bart. glo. & Bart. in l. creditori in fin. qui potior in pigno. hab. Ioan. Andre. in addit. Speculator. in rub. de actionibus & obligatio. Alberi. l. iubemus. nu. 1. C. ad Velleian. Paulus. l. vir vxori. §. 1. ff. eod. Breuiter veritas est indubio non esse remissum pignus, sed 48
tantum ius, hoc est prælationem pignoris respectu actus, in quo consensit dumtaxat. tx. l. creditor. 2. §. fin. qui potior. in pignore habeãtur, secundũ quem. d. l. Paulus debet intelligi, quod etiam sensus communis & naturalis

turalis ratio dictat, vt decidit Salicet. in l. 3. vbi etiam glosa ita firmat. C. de remissi. pigno. & ita tenendum licet Anto. Negus. in tracta. pigno. p. 6. membro. 3. sequatur ineptam dist. Bart. inter masculū & fœminam. Quā tum ad secundum recte decidit Salicet. d. l. 3. quod ille consentiens erit in hypotheca postremus omnibus, qui hypothecam habebant tempore consensus, & illi cui consentit, & probat tex. d. l. Paulus. Quod limito nisi ille consentiens deceptus fuerit ab illo vltimo creditore affirmante non esse aliam hypothecam inter mediam: quia tunc non proderit cō sensus replicatione doli.

40

Sed cum hypothecaria agi possit aduersus tertium possessorem prædij hypothecati, qui nec contraxit, nec debitori rediit, hæres extitit pro præteritis pensionibus quæ tempore prę decessorum decursæ sunt, quamuis ipse habeat recursum, si soluat ad præcessores, vel hæredes eorum l. idem Iulianus. § hæres de leg. 1. vbi glos. & alij dicit communem Valas cus de iure emphy. q. 17. num. 17 & sequitur Molina de primog. lib. 1. c. 27 num. 8. Petrus Surd. cons. 162. nu. 11. lib. 2. vbi cum Hostien. id intelligit, etiam si ad ecclesiam prouenerint hypothecæ. Quæritur an liceat agere aduersus tertium hypothecarum possessorem sine principalis, aut eius hæredum excussione: & partem affirmatiuam tenuit Couar. lib. 3. variar. c. 7. n. 6. dicens posse reditus creditorem agere aduersus venditorem actione personali, quamuis hypothecas reditus non possideat, aut si maluerit aduersus tertium fundi hypothecati possessorem absque excussione aliqua actione hypothecaria idē Gutierrez in pract. quæstio. lib. 2. q. 167 num. 4. eandem opinionem sequitur Valascus de iure emphy. q. 52

§ 1

n. 14. dissentit tamen ab eo, quod diximus posse creditorem reditus omisso tertio fundi hypothecati speciali ter possessore agere personali actione aduersus venditorem reditus, aut eius hæredes; quem in hoc merito reprehendit Gutier. vbi supra q. 177 num. 4. Hypothecariam autem absque excussione in hoc casu admittit Valascus, non ex eo, quod hypothecæ hoc casu iure aliarum hypothecarum censenda non sint, sed quia reditus annuus super prædio constitutus non tam hypothecam inducit, quā ius quodam, & onus reale prædio inhærens, quod transit in quemcumq; possessorem, & sequitur ipsum fundum, prout onus tributi rem tributariam quocumque ierit. l. 2. & fin. C. sine censu, vel reliq. l. cum possessor. § fin. de censibus Greg. l. 14. tit. 13. p. 5. glo. primera mente, vers. sexto limita. & ita prædia ipsa debere, & conueniri dicuntur. l. imperatores. ff. de publicanis, & notata in Labeuncho indiuiduorum. 3. p. n. 563. idem ante Valascum dixerat Couar. d. n. 6. vers. hæc vero hypotheca in fine illius versiculi. Eandem sententiam tenuit Redoanus de rebus ecclesiæ nō alienand. rub. 16. nume. 66. Gamma decisione Lusitana. 145. Azeu. ad l. 1. titul. 5. lib. 5. recop. dicentes sæpius vidisse iudicatum quod pro reditu agi possit hypothecaria sine præuia excussione, idē tenuit Petr. Surd. decis. 32 n. 5. & cōs. 162. nu. 10. lib. 2. Verum Ioan. Garsia de expens. c. 4. n. 44. eo dē taxat casu admittit tertiū fundi censuarij possessorē pro reditu annuo cōuenti posse absque excussione, quā do cēsus fuit limitatim super fundo, tā tū sine personali obligatione constitutus, q. præterit Valas. vbi sup. qui casus in dubius esset, & raro cueniet nisi in reditu limitatim legato super fundo, aut donato, quia nunquam creditores

52

ditores sola reali obligatione satis sibi cautum putant, imo videtur & a principio non potest reditus constitui per venditionem super hypothecis absque personali obligatione quia pignus, & hypotheca a principio sine obligatione personali non subsistunt, l. is qui ff. de pignor. l. contrahitur ibi, (*propter aliquam obligationem*) & ibi notat Bartol. l. si legati eod. tit. Hugo Donelli de pignor. c. 2. vers. illud etiam, Fanus de pignoribus. 3. p. membro. 1. nu. 9. Salazar de vsu & consuetudine. c. 11. num. 36. idem Felicianus de censibus libr. 3. c. 4. num. 3. vbi subijcit quoque similiter in causa dotis mulier agit hypothecaria aduersus tertium possessorem, sine excussione principalis: tamen contrarium cum communi resoluit Couarruuias lib. 3. variarum cap. 18. nu. 3. vers. 8. & Fanus de pignor. 8. par. membro. 1. num. 27. Greg. l. 14. tit. 13. p. 5. glos. 7. Surdus consil. 4. num. 3. & eo iure vtimur. Quod autem Felician. scribit pro fisci debito agi hypothecaria contra tertium hypothecæ possessorem, sine excussione intelligendum est, quando fiscus agit pro tributo, & contra subditum tributarij possessorem, vt supra dixi, at vero si pro alio fisci debito agatur excussio præmittenda est iuxta. text. in. l. Moschis de iure fisci, vbi fiscus hypothecaria non agit aduersus tertium possessorem, sine principalis excussione. Nam quo ad excussionem nulla est differentia inter fiscum, & priuatum, vt probat. d. l. Moschis. l. 1. C. de decurionibus lib. 10. l. Libertus. §. 1. ad municipalē, quæ male citantur a Baldo nouello & Feliciano pro contraria sententia, & melius in hanc adducūtur a Iasone in. §. item si quis num. 67 post principium illius numeri de actio. inst. Itaque quando reditus cōstituitur super obligatione personali, & hypothecis, censet Garcia non posse sine excussione principalis tertium hypothecæ possessorem conueniri, ex reg. authen. hoc si debitor C. de pig. Sed. tex. iste non cogit me a communi discedere, quia procedit quando id quod petitur non debetur ex re possessa per tertium nec ipsa per ipsa re, licet ad securitatem debitores sit hypothecata, & nec excussio requiritur, at vero reditus vulgari forma cōstitutus nō solū debetur a persona debitoris, sed etiā debetur ex re & super re ipsa per tertiū possessū. & hæc casu discussio necessaria nō est, sicut ea dem ratione non requiritur in tributis. l. cum possessor. §. fin. de censibus, & ita in specie explicat singulariter Aymon Crauetta, cons. 217. nu. 4. & 5. nec in reditu limitacim constituto super fundo donatione, vel legato, potest enim sine personali obligatione constitui, vt post Molinæ notat Couar. lib. 3. var. cap. 7. nu. 5. versiculo quarto. Quæ prædiximus intelligenda sunt cum creditor agit hypothecaria, & via ordinaria aduersus tertium hypothecas reditus possidentem: nam via executiua nequit agere contra tertium possessorem, nisi tertius fecerit instrumentum recognitionis in forma publica: quia ius exequendi personale est, & personam obligatam in instrumento eiusque hæredes non egreditur, vnde creditor reditus non obtinebit in via executiua contra tertium, vt ex Baldo Anend. & aliis scribit Gutierr. repet. l. nemo potest. num. 55. deleg. 1. & dicam infra. num. 61. Quod si venditor reditus promisserit se non alienaturum bona hypothecata, tunc nulla excussione præuia contractus mandabitur executioni in ipsis hypothecis etiā si deuenerint ad tertium possessorem ex notatis a Roder. Suarez in l. post

post rem iudicatam post. 8. ampliationem ad l. Regiã, & in specie notat Couarr. vbi supra vers. hinc etiam in fine, sequitur Gutierrez. d. l. nemo poterit num. 38. Salazar de vsu & consuetud. cap. 11. num. 63. vers. nec impediet. Verum stante motu proprio Pij. V. de forma creandi census, istud vix obtineret, cum ibi cautum sit pa
55 ctum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui supposi tam non valere, quod aduertit Doctor Paz in practi. 1. to. 4. p. c. 1. n. 49 obtineret tamẽ in censu seu reditu perpetuo non redimibili de quo Proprius Motus non loquitur, imo & in censu redimibili, etiam stante motu proprio dictum pactum de non alienando admittendum censet Emanuel Rodriguez in explicatione ipsius proprij motus in. 5. dubio ea ratione: quia pactum hoc solum respicit creditoris securitatem non tamen auget reditum. Dinde quia Pontifex solum intendit vendi torem reditus posse libere rem censui obligatam alienare: libere inquã, id est sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ: non tamen videtur eius fuisse mẽtis, vt per prædictum pactum creditor sibi non consuleret ad hoc vt instrumentum reditus cõtra tertium rei hypothecatæ possessorem posit mandari executioni, quod debitori non est censendum oneriosum, cum res ipsa alienata cum onere reditus, sit omnino transitura, & tertius possessor posit compelli, ad recognitionem faciendam subguarentigia creditori pro soluendo reditu, vt supra diximus. Et quotidie cõpelli tertios possesso
56 res ad huiusmodi recognitionem dixit Guido Pap. quæst. 42, Azened. ad l. 1. tit. 15. lib. 5. recopilationis. num. 8 Redoanus de rebus ecclesiæ non alien. Rubr. de constitutio. census, num. 67. Couar. lib. 3. var. c. 7. num. 6. & antea Paris. Moder. in consuetudinib. Paris. 1. par. §. 11. numer. 19. vbi habet eam recognitionem duo tantum operari. Primum confessionem & probationem reditus in præiudicium recognoscentis secundũ vim guarentigiam: non tamen plus obligatur fundi possessor ex recognitione in substantia obligationis, quam prius erat obligatus, itaque si desinat possidere amplius non tenebitur ad reditus solutionem. Addetur tio quod reditus recognitio probat creditorem esse dominum reditus super fundo constituti etiam cõtra tertium habentem causam ab eo qui recognouit, vt est singularis decisio Guidonis Pap. 272. Bened. c. Raihuncius ver. & vxorem nomine adela. num. 446 quæ mihi vera videntur quicquid dixerit Salazar de vsu & consuetud. c. 11. numer 63. vbi voluit tertium hunc possessorem cogẽdum non esse ita recognoscere, vt via executiua teneatur, pro cuius opinione faciunt notata per Suarez. l. post rem iudicatam in declaratione l. Regni. q. 9. vbi scripsit debitorem ad instantiam creditoris cogendum non esse vt faciat debiti instrumentum; quod paratam executionem haberet, sed nec ea opinio contradictore caret, vt ex Anto. Massa, & Bened. de Barzis, dixit Feliciã. de cens. lib. 3. c. fi. num fi. accedens fere tertiæ priori, quam antea in terminis probauerat Mod. Paris. in consuetudin. Paris. 2. p. §. 53. num. 22. dicens debitorem sub guarentigia recognoscentem, & fidem seruantem, non grauari, & ita praxi receptum esse. DD. autem qui in contrarium adducuntur. loquuntur in diuerso casu, vt explicat Modernus ibi & in eandem sententiam fuit Gutier. lib. 3. practic. q. 94. num. 5. quem vide.

Pactum

57 Pactum itaque (vt reuertamur) de non alienandis prædijs reditui obligatis non vitiari, & proficuum esse ad viam executiuam aduersus tertium possessorem, tenuerunt relati supra & iustiam pactionem censuerunt Medina, Soto, Mercado, Palacios, & alij quos retulit Felician. lib. 1. dicens. c. 10. nume. 1. qui tamen ab hac opinione discedit in num. 2. arbitratus pactum huiusmodi in contractu reditus nullum esse, iniustum, & illicitum: quia continet maximu grauamen in damnum, & præiudicium debitoris. Vnde censet eam clausulam non præstare effectum executiuum contra tertium, & tutius esse, vt in instrumento censuali loco illius clausulæ adijciatur pactum de ingrediendo possessionem rei censui suppositæ propria authoritate creditoris, vi cuius dabitur executio contra tertium, ex Maranta, & alijs à se relatis.

58 Sed pace tanti viri dixerim, nec pactum de ingrediendo possessionē adiectum instrumēto reditus aduersus tertium faciet executioni locum, nec pactum de non alienando iniustum, aut inutile iudicandum erit. Primum probatur ex his, quæ scripsimus supra hoc lib. q. 7. num. 16. vbi pactum de ingrediendo onerosum debitori, & a contractu reditus relegandum diximus, & quamuis onerosum non esset, nec reijciendum, tamen non faceret locum executioni contra tertium pro decursis pensionibus, sed quod tertius sine principalis excussione conueniri posset a creditore, tanquam sua possessione bonorum priuato, pro restituenda possessione conditione. l. fi. C. de acquiren. possessione. l. 13. tit. 30. p. 3. non autem hypothecaria, vt ex Bald. Alexand. & alijs aduertit Fanus. de pigno. 8. p. membro. 1. nume. 17. Verius tamē est dictā clausulā contractui reditus adiectam nullam translationem possessionis bonorum operari vt per Paris. Moder. in consuetudini. Paris. 1. p. §. 18. nu. 15. Secundum ex eo patet: quia pactum de non alienando nullum onus, aut grauamen infert debitori reditus, cum non tendat ad causandam caducitatem, aut commissum, vel aliam quamuis rerū iacturam, si debitor alienet, sed solū ad faciliorem reditus exactionem aduersus tertium, si in eum deuenerint hypothecæ, in quem citra pactum de non alienando obligatio soluendi, & recognoscendi reditum erat transitura cum hypothecatis prædijs: finge enim reditum constitutum super fundo sine pacto non alienandi, alienatur fundus in tertium possessorem, non ne nouus huic possessor cogendus est recognoscere reditum, etiam subguarentigia, vt nuper diximus? ergo quod grauamen debitoris est in pacto de non alienandis hypothecis, si pactum istud nullum alium effectum habet, nisi quod facit locum executioni contra tertium, qui sine pacto illo, si fundum possideat, cogitur recognoscere instrumento publico, vt contra eum sit executioni locus: vnde si debitor reditum vendiderit cum clausula solita, de non alienandis hypothecis in ipsis alienatis instrumentum reditus mandabitur executioni, & ita quotidie obseruat Senatus Regius, quam opinionem sequutus est sibi contrarius Felicianus eod. libr. 3. capit. 4. numero. 6. & Leo in sua centuria cons. 59. dicens passim ita iudicari in Hispalensi Senatu. Quod amplia etiam si hypothecæ contra pactum alienatæ peruenerint ad clericum: adhuc enim iudex laicus illis mandabit executioni instrumētum census: tum quia nulla est alienatio

contra

contra pactum: tum quia non clericus, sed prædium hypothecatum cē sui conuenitur, l. imperatores. ff. de publican. l. viros. C. de pala. sacra. largi. & ita tenens post Gulielmum Bald. & alios dicit communem Aufrerius de potesta, secula. super eccle sia person. reg. 2. num. 27. Rentigius, & Foller. quos refert & sequitur Olanus, litera. C. nu. 31. in antinom. iur. Greg. l. 51. tit. 6. p. 1. gl. 4. & Valasc̃us de iure emphyt. quæ. 17. numero. 7. Sed quamuis prædicti. DD. hanc teneant opinionem mihi semper periculosa visa est. Nec iubatur Guliel mi, & Bald. opinione hi enim loquuntur præsuppositā altera opinione apud Gallos recepta, quod clerici in realibus actionibus possunt coram sæculari iudice conueniri, de qua per Aufrerium vbi supra, num. 5. & cum actio hypothecaria sit realis. l. pignoris. C. de pigno. censent clericum hypothecaria coram sæculari conueniendum esse. Sed ea opinio falsa est, & eam Romanæ Curiæ stylus nunquam admisit, nec in Hispania ex audita est. Nec etiā in specie posita admittendam puto, & ita pluries iudicauit Senatus Pincianus & ego obtinui in quadam Metinensi causa reditus executiua aduersus clericum hypothecarum possessorem quæ fuit ad ecclesiasticum iudicem remissa, ex eo, quia licet hoc casu alienatio contra pactum sit nulla, tamen illa transit in clericum hypothecatarum rerum possessio. ex tx. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir. possessio. cum traditis a Gome. l. 45. Taur. num. 33. & seqq. qua possessione clericus per sæcularem iudicem spoliari non potest, & ita ecclesiasticus iudex adeundus erit: nam sæcularis iudex non potest citare clericum ad hypothecarū executionem, & venditionē qui hoc casu citandus erit ex his quæ notat Parlad. rerum quotid. lib. 2. c. fin. 4. p. §. 5. num. 19. agitur enim de ipsius præiudicio, qua ratione tutius erit citare etiam debitorem & hypothecarum dominum quidquid dixerit Parlad. supra: quia Alex. ab eo relatus loquitur quando agitur de recuperanda possessione non de distrahenda re pro debiti solutione, vt in nostro casu. Vt autem non alienandi pactū pariat executionem contra tertium ita concipiendum est vt debitor promittat se bona reditui obligata non alienaturum quandiu reditus redemptus, & reliqua soluta non fuerint iuxta l. si creditor. §. si de distractione pignorum. l. fi. tit. 5. p. 5. ibi, *que la non pudiesse vender, ni dar, ni enagenar, en ninguna guisa fasta que la non quiesse quita*, secus erit si debitor promisserit (vt ab aliquibus imperitis tabellionibus scribi consueuit) se non alienaturum hypothecata bona in potentiorem, aut non alienaturum, sine reditus obligatione, quod tacite in est, & nihil operatur, cum alienationem prorsus non impediat.

Sed an pactum de non alienādo cum hypotheca generali omnium bonorum faciat locum executioni contra tertium illorum possessorem, dubitat Rod. Suarez. d. l. post rem iudicatam limitatione. 1. nume. 11. & quod sufficiat generalis hypotheca cum dicto pacto de non alienando post Alex. & alios secure tenet Gregor. l. 19. tit. 8. p. 5. glo. verb. dos casos ad fin. dicens non posse assignari congruam differentiæ rationem inter generalem, & specialem hypothecam, sequitur Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. fi. 4. p. §. 5. nu. 17. vbi refert Emanuelem Suarez dicentem magis communem. Contrarium imo, quod pactū de non alinando, nō impediat alienationē, & per cōsequens non operetur executiuum effectum

contra tertium possessorem cum generali hypotheca, sed cum speciali tantum voluit Gom.l. 40. Tauri. nu. 19, dixit cõmunem & ab ea recedendum non esse iudicando, & consulẽdo Ias.cons.211.lib.2. n.1. vers. item ista Chassaneus in consuetud. Burgũ. rub.11.decens.§.3.glo.3. magis communem testatur. Loazes.l.filius familias.§.diui.n.441. sequitur Couar.lib. 2.var.c,15.n.13. Vincen.de Franch. decis.355.n.4. Anton. Gabriel inter communes sub tit.de pigno.conclu. 1.plures refert Tiraq. de retract.lib. 2.§.3.n.8. Leo.d.cons.59.nume.2. & pro hac opinione potest ponderari text.l.si creditor.§.fi.ibi, *hypothecam vendere vel pignus*.ff.de distractione pignor. sed responderi potest, quod tex.non dicit hypothecam, vel pignus ibi fuisse speciale, & potuit fieri pactum de non alienanda re aliqua de comprehensis sub generali bonorum hypotheca. Facit etiam procõmuni sententia, quod multa operatur specialis hypotheca, quæ non cõueniunt hypothecæ generali.l.ab eo C.de seruo.pignori dato manumiss.l. 2.C.de pigno.auth.de non alienan. §.si autem creditor collat.2. & hanc opinionem sequitur dicens veriorẽ & magis receptam Pereg.de fideicõmiss.art.51.nume.77. Anton. Negus. de pigno.primo mẽbro.2.p.princip. num,5. quare dicendum est generalem hypothecam cum pacto de non alienando non impedire dominij translationem. idque ampliabis etiã si adijciatur clausula irritans dicendo, quod si aliter fiat alienatio sit nulla, vt per Vincen.de Franch.d.decis.
60 355. quem vide. Illud etiam prætermittendum non est: quod ex Guidone, Chassaneo, & alijs dixit Couarr. lib.3.var.c.7.num.7. & sequitur Rodoanus de rebus ecclesiæ non alienãdi.rubr.16.de constitutione census n.69. constituto reditu super tribus fundis, si hi adtres singulares successores deuenerint, quemlibet possessorem, pro æqua, & iusta parte reditus cogendum soluere, & recognitionẽ facere, non tamen insolidum conueniri iuxta tex.cap. constitutus de religiosis domibus ibi, *iuxta ratam, quæ contingit ecclesiam prædictam*, fatetur tamen Couar. contrariam opinionem, quod quilibet possessor possit insolidum conueniri, vsu practico receptam esse, quia in d.c. cõstitutus materia subiecta ex mente contrahentium, aliud postulauit, quod ibi sentit glo.ver. iuxta ratam, quæ ratio adduxit Valascum in hãc posteriorẽ sententiam, is enim in tractatu de iure emphyteotico scriptum habet in q.32.n.15. in annuo reditu eam videri mentem contrahentium dum plura prædia censui submittunt, vt melius prospiciatur emptori, quod non fieret si oporteret à cuiusuis prædij possessore pro rata tantum exigere, eandem sententiam probauit D. Perez ad tit.2.lib.8.ordin. vers. quæro etiam, pag.34. Afflictus decis. Neap. 153. Leo in sua responsorum centuria.c.17. dicens ita in Hispalensi prætorio iudicatũ Azeue. ad.l.1. tit.15. lib.5.recop n.15. vbi alios refert. Parladorus lib.2.rerum quotid, c.fi.4.p. §.1,n.20. Nauar. in comment. de vsuris.q.16.n.114. Negusan.de pigno 8. p.membro.1.n.50. sequitur Petr. Surdus decis.32.n.6 Cum ergo in cõtractibus mens contrahentium attendenda sit, iuxta.l.fin.C.quæ res pign. obligari poss & ea quæ notat Tiraq.d. si vnquã vers. libertis.n.47. C.de reuocan.dona.nõ erit inutile incõstitutione census adijcere, & in pactum deducere, quod prædijs hypothecarũ alienatis in plures successores singulares, liceat creditori quodlibet prædium pro omnibus debitis, & debendis
61

bendis pensionibus conuenire: ex eo nam que contrahentium mens quæ inspeciẽda est, magis innotescet. At si prædia implures debitoris hæredes peruenerint, absque dubio poterit creditor agere hypothecaria contra vnum alijs cohæredibus non excussis, nam licet personali omnes teneãtur proportione hæreditaria l. cum a matre. C. de rei vend. hypothecaria tamen, quilibet tenetur in solidum reditum soluere, aut res hypothecatas, quas possidet restituere, vtrumq; probant l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus, vnde citra pactum suprædictum, & absque excussione instrumenti reditus mandabitur executioni, quoad hypothecariã, si ea actum sit, in quolibet prædio hypothecato, & ab vno ex hæredibus possesso. glos. l. & ibi Bart. l. mulier qui potior. in pignore hab. sequitur Suarez. l. post rem iudicatam limit. 1. n. 14. dicens sepius obtinuisse in practica. Negusan. de pigno. 8. p. membro. 1. n. 16. vers. 2. fallit, quod est maxime notandum: quia sępissime creditoris interest non experiri aduersus omnes debitoris hæredes, cum alij non sint soluendo, alij absint, alij alterius fori existant, nec facile possint conueniri. Idque ampliabis, vt locum habeat, etiam in generali bonorum hypotheca, ex Parisiensi Moder. in Labyrintho indiuidui. 2. p. n. 89. vbi. n. seq. limitat in tacita hypotheca legali, de qua in l. 1. in fi. C. communia deleg. quia illa tacita hypotheca pro dispositionibus vltimæ voluntatis iure codicis introducta, limitata est ad portiones hereditarias, & ad limites personalis obligationis, & ideo vnus hæredum non tenebitur soluere relictum in testamento pro portionibus aliorum, etiã si agatur hypothecaria ex illa tacita hypotheca, vt probat dicta l. 1. in fin. Secundo limita. si creditor redituspetat executionẽ fieri contra tertiũ possessorẽ pro decursis pensionibus: tũc enim hypothecaria non agitur, sed personalis actio in iudiciũ deducitur, cũ petitur executio, vt docuit Suarez l. post rem iudicatam ad. l. Regiam. q. 5. n. 11. Gutier. l. nemo potest. n. 32 deleg. 1. Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. fi. 4. p. §. 1. n. 17. & sic contra tertiũ via executiua non agitur, imo etiã si creditor velit hypothecariam intendere executiue aduersus tertium fundi pro reditu hypothecati possessorem, non erit locus executioni si nõ ad sit pactum de non alienando: nam licet hypothecaria contra nominatum in instrumento reditus, vel hæredẽ eius sit executiua: tamen contra tertium singularem possessorẽ est ordinaria & non potest executiue, sed ordinarie in iudiciũ deduci, vt est Bald. doctrina. l. 1. n. 6. C. communia delega. quam sequuntur Benedict. de Barzis in tract. guarentigiarum. 1. p. q. 9. col. 4. in prin. vers. aliquãdo vero occurrit Corneus. l. 1. C. si aduersus rem iud. ad fi. vers. si vero vnũ sit capitulũ qui loquitur in expressa hypotheca Decius. c. super eo. n. 5. vbi Paris. Moder. in addict. de offi. deleg. Suar. vbi sup. limit. 1. n. 2. & 4. optime Gutier. d. l. nemo potest. n. 35. dele. 1. vnde cauẽdum est a Parlad. lib. 2. rerũ quotid. c. fi. §. 1. 4. p. n. 18. & §. 5. n. 5. vbi asserit pro reditu, seu censu, aut canone emphyteutico aduersus rei cẽsui obligatæ, vel emphyteuticæ tertium possessorem executioni locum fore. Cuius opinio nõ probatur iuribus aut DD. ab eo relatis, sed eam tenuit Abiles. c. 10. prætorum glos. ver. execution. n. 56. vers. fallit etiam, quãuis cũ pro contraria sentẽtia male citauerit Gutier. vbi supra, posset fortasis eorum opinio defendi in tributo Principis, in pensione annua super aliquo fundo pro alimentis imposita, vel pro

anniuersarijs defunctorũ, pro decimis aut obligationibus pro quibus etiam personalis actio datur contra tertiũ possessorem ex sententia Guidonis Pap. q. 376. quod tradit Carrocius tracta. de locato. ad l. siquis domum §. 1 ff. locati q. 4. n. 6. & 7. & confirmatur, quia quando actio personalis est restricta & cõtracta ratione rei tunc sequitur possessorem, Decianus cõs. 31. lib. 1. n. 165. & seq. & sic limitari potest l. fi. §. fi de contra. emp. Sed hæc Deciani traditio vera non est, nam obligatio personalis etiam cõtracta habito respectu ad rem non transit in singularem successorem l. quædã §. nihil interest ff. de edendo vbi notat Ias. n. 6. vers. quarto pondera & ibi Menoch. in additione Tiraquel. lib. 1. retract. §. 8. glo. 5. nu. 7. Surdus qui corrupte refert. Tiraq. in tracta. de alimentis tit. 8 q. 51. n. 2. imo Guidonis sententia qua putat obligationẽ personalem pro Principis tributo, prodecimis, alimentis, & anniuersarijs transire in successorem singularem, eumque personaliter conueniri posse vera nõ est, nec probatur iuribus ab eo relatis, vt optime aduertit Surdus ubi sup. q. 52. n. 1. & seqq. vbi habet tertium possessorem non posse personaliter conueniri prædictis casibus nisi fecerit recognitionis instrumentũ ad quod faciendum cogi poterit, vt sup. diximus in tertio fundi vendituali, vel censuarij possessore, idem probat Surdus cons. 162. n. 33. lib. 2. Res autem emphyteutica non est pro canone obligata vt videtur præsupponere Parlad. nisi id actum sit in cõtractu, vt post Bart. & alios resoluit Neguſantius de pigno. 4. memb. 2. p. nu. 127. Corbulus de causa priua. ob canonẽ nõ solutã. q. 6. n. 7. Nec obstat. l. cõmissa. de publica. quia nec loquitur de via executiua, nec de pensione sed de re fisco excõmisso quæsita per

62

secutione aduersus tertium: nec regulariter verũ est, quod Parlad. d. n. 9. dixit alienationem rei emphyteuticæ nullam esse ipso iure, quia si nulla esset non caderet in cõmissũ cũ dispositio l. fi. C. de iure emphy. locum habeat in alienatione valida nõ in alienatione nulla, ex qua non inducitur cõmissi pœna ex reg. l. 4. §. condẽnatũ de re iud. Ias. d. l. fi. n. 139. Tira. q. lib. 1. retracto §. 1. glo. 2. nu. 6. Redoano. & alijs quos refert, & sequitur Aurelius Corbulus de iure emphit. de causa priuatio ob alienationem limit. 2.

Quod autẽ diximus non fuisse vtile pactum in contractu reditus, q. liceat creditori peruẽtis hypothecis in plures successores, quemlibet insolidum pro omni pensione cõuenire, difficultatem habet ex textu in lege eum qui. §. te, & Titium de verborũ obligationib⁹ ibi, *& quãuis conuenisse videatur ne ab alio hærede: quam a Titio peteretur, tamen inutile pactum conuentum cohæredibus eius erit*, sed tx. ille locũ habet in obligatione personali, qua hæres non potest cõueniri, nisi pro hæreditaria portione, quia vis defunctus aliud dixerit, & permisserit in cõtractu: secus est in hypothecaria, & reali obligatione, vt per Suarez in l. post rem iudicatã limit. 1. ad l. Regiam. n. 14. & expresse ita intelligens. d. tex. §. te & Titius Didacus Perez ad titulũ. 2. lib. 8. ord. pag. 34. vers. si. quæro etiam, & satis constat ex mẽte eorum, quos supra retuli. Aduerto tamen, quod tx. ille non probat, quod Perez ex eo deduxit, nõ valere pactũ, quod debitoris hæredes possint in solidum conueniri ad debiti solutionẽ: nam. l. C. ibi nõ agit de modo sed de substantia obligationis, cuius respectu non possunt contrahẽtes facere, quin actus eorũ subsit legis dispositioni arg. l. nemo potest de leg. 1. cũ autẽ ex legis dispositione obliga-

tio

rio indiuiduis diuidatur inter hæredes proportionibus hæreditarijs ex tacitulũ. C. de hæreditarijs actio. l. cum a matre. C. de rei vend. non potest debitor facere, quod eius obligatio inter ipsius hæredes, non diuidatur: quia vnus plurium hæredum, nõ potest esse hæres insolidũ, sed solum pro parte, nec pro alijs partibus repræsentat defunctũ, sed censetur extraneus. d.l. cũ à matre. l. prætoriæ, § in certam de prætorijs stipula. & hoc sibi vult tex. d. §. te & Titium. Potest tamen debitor cũ creditore pacisci, q̃ nõ possit debitũ à debitore, nec eius hæredibus solui pro parte, & quod solutio sit indiuidua in personis hæredum, ita q̃ quilibet debitoris hæres conueniri, & exigi possit insolidum: quia istud nõ cõcernit obligationis substantiã, sed modũ, & quemadmodũ potest in præiudiciũ heredũ determinari locus, & tẽpus solutionis, ita & modus. id est, quod indiuidua sit solutio: hoc enim nulla lege prohibetur, vt docuit Paris. Mod. in tract. diuidui. 2 p. n. 30. & seq. Ex quo infertur valere pactũ inter debitorẽ, & creditorẽ redit⁹, q̃ reditus pro parte redimi nõ possit, etiã à pluribus debitoris hæredibus. Imo valebit pactũ, quod pensiones integræ insolidum persoluãtur etiã a pluribus debitoris hæredibus, nec possint pro parte solui, sed quilibet hæres in solidũ pro reditus pẽsionibus conueniatur. Nec obstat q̃. l. 12. tabularũ ipso iure obligationẽ diuidit inter hæredes pro portionibus hæreditarijs, quia non qualibet obligationes diuidit, sed diuisibiles tãtũ, & quatenus diuisibiles sunt. Vnde si obligatio sit ex parte vtriusque cõtrahẽtis indiuidua, nõ diuiditur a lege. 12. tabularum, sed tolida vtrinque in singulos successores descẽdit regulariter, quod si obligatio vtrinque diuidua est, solutio vero indiuidua, etiã si impropriè indiuidua sit, siue ex pacto tacito, vel expresso, vel ex qualitate rei nõ diuidetur eatenus solutio, licet ipso iure diuidatur obligatio. Vnde si solutio erat propriè indiuidua, vt. l. 2. §. & harũ in fin. de verborũ, manebit proprie indiuidua q̃ si erat impropriè indiuidua, manebit impropriè indiuisa, vt cũ iudicio scripsit prædictus Mod. vbi sup. n. 35. quod summe notandũ est: quia maximi momẽti erit in redituũ obligationibus in quibus multorũ hæredũ diuisiones, non modicũ præiudicium afferre solent creditoribus, cui obuiãri poterit per prædictũ pactũ, adquẽ non aduertit Gom. 2. tom. c. 11. n. 15. col. 3. vers. item etiã iuxta prædicta quæro, dum habet quod debitor per viam contractus non potest grauare vnum ex hæredibus vt totum debitũ soluat, quod ex prædictis falsum esse apparet, nec contrarium probat tex. d. §. te & Titium: quia intelligendus est vt supra dixi. Aduerte tamen, q̃ si creditor reditus agat aduersus vnum ex pluribus debitoris hæredes, vel vnũ ex pluribus hypothecarũ possessoribus, & eũ hypothecaria in solidũ ad solutionẽ pensionũ cogat, tenebitur ipsi actiones cedere quibus cõtra cohæredes, aut alios hypothecarum possessores agat, vt deducta rata ipsũ contingente reliquum persoluat, & pro modo prædiorum pecuniam pẽsionis conferant. d. cũ possessor de cẽsibus. notat Parlado. rer. quotid. lib. 2. c. fi. 4. p. §. 1, n. fi. poteritque hæres, aut possessor cessis actionibus quẽlibet cohæredum, aut hypothecati prædij possessorem, deducta rata cessionariũ cõtingente, insolidũ cõuenire, vt cum Bart. tenet Grego. l. 11. tit. 12. p. 5. gl. 5. sequitur Parlador. vbi sup. §. 6. n. 3, & seqq. Franc. Milanens. in decis. Siciliæ decis. 1. n. 15. 2. p. qui plures refert, & ponit modũ liquidandi quan

tum sit pro ista rata deducendum & stillum illius Curiæ. Sed an creditor reditus, qui speciales, & generales hypothecas habet, possit conuenire tertium possessorẽ rei generaliter hypothecatæ sine excussione specialiũ hypothecarum distinguendum videtur, aut tertius possidet, vt creditor & ôn. potest cum conuenire sine excussione l. 2. C. de pigno. aut possidet, vt dominꝰ, & nõ est necessaria excussio Socin. cons. 198. col. pen. lib. 2. Paris. cons. 105. in prin. lib. 3. Surdus dec. 44. num. 11.

63 Tertius fundi pro reditu hypothecati possessor cõueniri potest eo modo, quo diximus prosoluendis pensionibus, nisi actioni hypothecariæ sit præscriptum, & quãuis debitor principalis nõ præscribat hypothecariæ minori tempore triginta annorum l. cum notissimi in prin. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum l. 27. tit. 29 p. 3. l. 59. tit. 13. p. 5 tertius tamen hypothecarũ possessor cũ titulo, & bona fide præscribit decẽnio inter præsentes & vicẽnio inter absentes ex. in l. 1 & 2. C. si aduersus creditorẽ præscriptio oppo. optime Paris. cons. 50. 1. p. n. 2. & n. 4. cum seq. & probat. d. l. 27. tit. 29. p. 3. vnde cessat illa subtilis indagatio, de qua Sarm. lib. 2. selectarũ c. 9. vbi probare nititur. d. l. 1. & 2. C. si aduersus cred. corrigi per iura noua. C. quibus hypothecaria. 30. annorũ spatio præscribitur, sed eius opinio improbatur. d. ll. partitarum, quæ nec etiã admittũt distinctionẽ. P. a Salazar de vsu, & cõsuetud. c. 11. n. 55 inter ementem res hypothecatas ab eo, qui malam fidem habuit, & emẽtem ab eo, qui hypothecarum ius ignorabat: quia indistincte loquũtur leges Regiæ, & l. 1. & 2. C. si aduersus creditorẽ præscriptio non corrigũtur per authenticã malę fidei. C. de præscrip. longi tẽporis, quę nõ loquitur in præscriptione hypothecæ, sed in præscriptione dominij ex Speculatore in rub. de præscri. n. 28. & seq. & ibi Ioa. Andr. sequitur Greg. d. l. 39. tit. 13. p. 5 gl. 1. ad quę nõ aduertit Sala. vbi sup.

64 Sed controuerti solet a quo tẽpore incipiat currere huiusmodi hypothecarũ reditus præscrip. Alex. cons. 58. n. 10. lib. 5. fuit in singulari opinione existimans præscriptionẽ non currere ante factã excussionem in bonis principalis debitoris: quia antea impeditur creditor aduersus tertiũ possessorẽ agere, auth. hoc si debitor. C. de pignoribus, sed eã opinio, vt singularis, ita falsa est, vt post alios aduertit Paris. Mod. ad. d. consilium. Alex. in additione vltima, & ipse Alex. suam mutauit sententiam, vt aduertit Aymonius cõs. 268. n. 7. & cons. 149. n. 6 & constat ex eod. Alex. cõs. 220. n. 12. lib. 6. idem Pinelus in auth. nisi tricẽnale. C. de bonis mat. n. 48. vbi scripsit tum reliquit doctissimum Alex. in eo cons. aliqua affectione longe deceptum, & perniciosam opinionem induxisse: non enim censetur impeditus, qui potest impedimentũ tollere. l. qui potest de reg. iur. c. fin. de electione: cum autem creditor possit tollere impedimentum faciendo excussionem in bonis debitoris, non debet impeditus dici. Imo in nostro casu non potest excusio impedimentum præstare, cum necessaria non sit ad conueniendos hypothecarum reditus possessores, vt diximus supra n. 51. Ego vero duos casus distinguẽdos puto primus est quando res hypothecata est pro debito vno, & semel soluendo, & tunc præscriptio incipit statim, cum tertius incipit rem obligatam possidere, & hoc casu loquitur. d. l. 27 tit. 29. p. 3. & lib. 1. & 2. C. si aduersus creditorem præscrip. & finitur decẽnio, aut viecnnio, siue res hypothecata sit immobilis, siue

mobi

mobilis,vt ex alijs scripsit Greg.d.l. 39.tit.13.p.5.

Secundus casus est cum obligatio est annua, & præstatio successiua: quia quamuis sit vnũ ius, & vna obligatio,vt est tx.l.si stichum.§.1.de verbor.glo.l.cum notissimi.§.fin. C. de præscrip. 30.vel 40.annorum,magis communiter recep.ex Balbo de præscrip.4.p.4.partis princ.q.4 Gome.2. tom.c.11.n.45.tamẽ illa annua obligatio cõprehendit sub se plures præstationes faciendas singulis annis,& tunc aut cessatũ est in solutione per totum decennium, vel vicennium, quo tertius rem hypothecatam pro annua præstatione cum tit, & bona fide possedit,& completa est præscriptio,quæ incipit,exquo cessatum est in solutione,vt est tx.d.l. cum notissimi.§.ibi:(*tẽpora memoratarum præscriptionum,non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiuscunque anni, mensis,vel alterius singularis temporis,computari manifestum est,*) cõpletur autem præscriptio tempore decẽ annorum inter præsentes,& viginti inter absentes.d.l.1.& 2.C.si aduersus credi.præscript.& tũc sufficit vna præscriptio etiã si annua sit obligatio ex prædictis &.Valasco cõsultat.49. & isto casu potest intelligi,& saluari quod consuluit Gutier.conf.47. Gomez de Leon,in centuria responsorum conf.50.Aut vero debitor reditus nunquam cessauit; in solutione: quia singulis annis pensiones soluit creditori tertius tamen (soluente debitore) possedit reditus hypothecas cum tit.& bona fide per decennium præsente creditore, vel eo absente per vicennium, & hic versatur tota difficultas, an tertius præscripserit ius hypothecarum. Hanc difficultatem sentiens Gutier. cogitandum reliquit lib.1.pract.q.90.n.6.& quãuis nullum citauerit,in hanc quæstionẽ eam mouit in terminis Tiraquel.in tract.de præscrip.§.1.gl.7.n.fi. vbi lectorẽ remittit ad Speculato.in tit.de præscrip.n.14.& tit. de emphyteusi, vers.43.quẽ sequitur Henricus Boic. c.vigilãti de præscrip.Iaf.l.2.n.20.C. de iure emphyteutico, sed ille nõ loquitur in præscriptione hypothecæ, sed in præscriptione rei alienatæ per collonũ,vel emphyteutã, quã emptor bonæ fidei præscribit, etiã si sem per collonus, vel emphyteuta vero domino pẽsiones soluerint,& incasu Speculatoris ideo procedit præscriptio:quia per alienationẽ coloni, aut emphyteutæ,verus domin⁹ rei alienatæ possessionẽ amittit: quia emptor nõ nomine domini, sed suo possidet.l.Põponius.ff.quibus modis vsus fructus amittitur,& ideo statim facta alienatione,potest dominus rẽ vẽdicare,at in nostro casu creditor reditus,nõ possidet hypothecas, vt diximus lib,1.q.3.& ita per alienationẽ rei hypotecatæ nihil amittit,nec potest alienationẽ ipsam impedire,nec hypothecas alienatas petere,nec reditũ à possessore earũ exigere, cũ supponatur in quæstione semper à debitore suo tẽpore solutum esse. Allegat præterea Tiraquel.Guliel. Cun.Bal. Alex.& Iaf.quia aliud agũt,videlicet siquis habẽs rẽ emphyteusim,& ipsa ad tertiũ possessorẽ peruenerit, qui canonẽ soluit domino,a quo fuit inuestitus,an emphyteusis cadat in cõmissũ:& ex eo possit possessor emphiteutã rẽ vẽdicatẽ excludere,quod nostrã quæstionẽ nõ pertinet. Tandẽ Tiraquel. refert Ioa Fabrũ,in l. 1. C. de bon.mat. & Chassaneũ in Burg. consuetu.rub.11.tit.de censes.§.2.nu 36.& seqq.qui loquũtur in terminis: sed cõtraria respõderũt. Faber enim d.l.1.n.2.dicit hoc casu hypothecarũ ius præscriptũ esse.sed posse credito rẽ reditus aduersus præscriptionẽ ex

clausula generali, si ignorauerit, & tẽpus restitutionis petendæ, curret, ex quo creditor sciuerit alienationẽ hypothecarum, vt per Alex. cons. 71 n. 7. lib. 1 Balb. de præscriptio. 4. p. 4. partis princip. q. 29. quod etiam tenuerunt Speculator, & Henricus vbi sup. Roma. cons. 166. n. 11. sed Chassaneus scribit se contrarium consuluisse, & pro consilio suo habuisse Filbetam optim. vini de Chassaine, & ita fuisse iudicatum in Cancellaria Belnæ: vult igitur Chassan. tertiũ hypothecarum possessorem nõ præscribere iuri hypothecarum, quandiu principalis non cessauerit in solutione reditus, idem quoque voluit Salazar de vsu & consuetud. c. 11. nu. 50. dicens possessorem non præscribere nisi ex eo tempore, quo soluere negauit, & creditor acquieuit per gl. l. qui luminibus de seruitu. vrba. huic opinioni procul dubio adhæret. P. Follerius in pract. cẽsuali vers. cẽsus enim n. 168, & idem in effectu voluit Menchaca de cõtrouersijs illustribus lib. 2. c. 60. n. fi. Contrariam sententiam tenuit Felician. lib. 3. de censibus. c. 4. n. 12. dicẽs præscriptionem currere ex eo die, quo tertius cepit hypothecas census possidere, quod verius cẽset inspecta forma vulgari instrumẽtorum, quibus quotidie, renunciatur beneficio excussionis, sed debuerat vir doctus aduertere q, hæc renũciationõ fit a tertio hypothecarũ possessore, sed a fideiussore reditus, & ita non tolleret excussionem respectu tertij in instrumento nõ nominati si in hoc casu facienda foret.

Sed opinio Chassanei ex eo verior videtur: quia præscriptio currit contra desides. c. vigilãti de præscrip. l. 1 in fi. C. de annali exceptione, sed in hoc casu creditor semper pẽsionẽ reditus habuit a debitore, nec in ea exigẽda negligẽs dici potest, arg. l. cũ sci mus. C. de agricol. & cẽsitis li. 11. ibi (*cũ nõ possit dñs incusari propter suam desidiã, cui per patrẽ eius omne, q, volue rat accedebat*) ergo hic præscriptio nõ cucurrit. Secũdo quia facta solutione debiti, nõ potest creditor agere cõtra tertiũ possessorẽ hypothecarũ. l. soluitur cũ. l seq. ff. quibus modis pignus, vel hypo solui. hic autẽ totũ, q, debebatur, solutũ est: patet quia fors non erat debita creditori, nec ipsi licuit eã repetere, vt diximus lib. 1 q. 4. sed solũ debebãtur pẽsiones decursæ, quę semper suo tẽpore sunt persolutæ, ergo nõpotuit creditor agere hypothecaria, quæ catenus extinguitur, quatenus solutũ est. glo. 2. in. l. 2. C. de euictione pigno. superest igitur, vt solũ potuerit creditor nũc agere, cũ nũc cessatum fuerit in solutione a debitore principali. Tertio quia quãuis verũ sit, q, adueniente die soluẽdæ pensionis, possit creditor agere, tã aduersus debitorẽ personali actione, quã reali aduersus possidentes hypothecas, vt supra dixi, & dum agere differt, incipiat tertius possessor cum titulo, & bona fide præscribere. l. cũ notissimi §. fi, ibi (*sed ab initio cuiuslibet anni, vel mensis, vel alterius singularis tẽporis computari necesse est*) C. de præscript. 30. vel 40. tamen cum debitor principalis pẽsionem soluit, iam tollitur actio tam personalis, quam realis hypothecaria creditori competens pro illa pensione, quia solutione eius, q, debetur tollitur omnis obligatio, siue sciente, siue ignorãte tertio possessore: sublata autẽ obligatione, actionẽ tolli necesse est, & ita tam cessat præscriptio inchoata respectu pẽsionis solutæ: quia interrumpitur persolutionem, non solum, quo ad personalem, sed etiam quo ad hypothecariam. l. fin. C. de annali exceptio. At vero respectu futurarum pensionũ, nondum, venit dies, & ita nõ incepit

pit præscriptio,quæ nõ incipit nisi à die,quo quis actionẽ mouere potest d.l,cũ notissimi,§.fi.c.quia diuersita tẽ de cõcessione prębẽdę,ergo nõpo tuit cõpleri,cũnõ inceperit.Quarto, quia sicut impedito agere nõ currit præscriptio,ita nõ currit ei,qui si age ret,exceptione excludi posset,vtper Ancharra.cons.5.Felinum.c.extrans missa.nu,9.de præscriptio. sed si creditor reditus, cui a debitore semper solutum est, hypothecaria aduersus tertium possessorem ageret,submoueretur exceptione solutionis: ergo ei nõ currit præscriptio dum princi palis debitor pensiones solut ,nec potest creditori imputari quod pen siones acceperit adebitore,& nõ exe gerit a tertio hypothecarum, possessore: quia creditor inuitus tenebatur a quocunque solutionẽ oblatam accipere.l.soluendo de nego.gest.l.nul la.C.de solutio.l.tale pactum.§. post diuisionẽ de pactis,instit. quibus mo dis tollitur obligatio in principio,& diximus hoc lib.q.16. Non ergo potest creditor negligentia notari,cum diligentia,nõ profuisset.l.fi. vers.sed quid noceat.ff.quis ordo in bon.possessione seruetur. Quod si dixeris po test creditor hypothecæ possessorem cogere ad recognitionem reditus & eomodo cum in malafide cõstituere & præscriptionẽ impedire:ergo negligentia sibi imputanda est.Respõdeo,quod hæc sunt separata interse petere recognitionem & petere reditum,in petendo reditu,seu pẽsione nõ potest negligentia imputari, vt dixit,& quãuis petita recognitione induceretur mala fides possessoris,hæc negligẽtia nõ sufficit,vt præscribatur cõtra nõ valentẽ petere pẽsionẽ,quia quãuis filius familias sciat patrẽ vendere bonę fidei emptori rẽ aduentitiam & possit deputatione cum in mala fide constituere iuxta.l. si fundum.C.de rei vendicatione,& tamen taceat,non eo magis emptor præscribet nisi ex quo filius sacris paternis absolutus agere potuerit.l.1.§. fi.C.de annali excep.Secundo respõdeo,q̃ in hypothesi q. creditor scit hypothecã alienatã quod nõ potuit contradicere,nescit tamen vt liberã alienatam,nec vt liberam possideri, & ita nimirum si possessorem nõ interpellet soluente debitore,dum existimat ius suum hypothecæ saluum esse etiam apud tertium possessorem l.sicut.§. non videtur quibus modis pignus vel hypothe.soluitur.

Nec obstant,quæ Felician.in contrariũ adducit.Primo ,q̃ actio hypothecaria nascitur a tempore contractus.l.res hypothecæ.l.grege.§. pen. & l.seq.de pigno.quia licet verũ sit, quod obligatio reditus annui sit vna pura,& simplex promissio, & actio, quæ statim oritur pro toto tempore & annis futuris.d.l.si Stichum.§.stipulatio de verborum.& optime per Gomeci.2.tomo.c.11,n.44.tamen ante diem statutam pensioni soluendæ efficaciter non agit creditor:quia dies solutioni adiectus parit exceptionem debitori, qua repellit creditorem agentem , etiam illo die , in quem destinata est solutio: quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet, vt inquit. text.§. omnis instit. de verbor. & ita præscriptio non incipit, dum adest hoc impedimentum iuris.l. cum postulassem. §.final de damno infecto,gloss. d.l. 1.C. si aduersus credito. præscript. nec incipit ante moram debitoris, nec antequam cessatum sit in solutione reditus.d.l.cum notissimi §. fi. & ita non obstat quod etiam solutis pensionibus plurium annorum , durat & personalis,& hypothecaria actio,quęcũ a prima cẽsus cõstitutione ortę fuerãt,præscriptione tolli possũt,

quia respondeo tolli posse prælcriptione,si debitor cessel,&ex quo cessauerit in solutione pensionis: quia an tequã cessatũ sit, nõ potest creditor agere,& est impeditus,cui non currit præscriptio. Nec istud impedimẽtum tolli potest,cum sit impedimentum iuris, & ex natura obligationis annuæ,& ita recte adducitur Anch. & Felin. doctrina. Nec satisfacit Felici.d.l.cum notissimi.§.fi.quod Iocum habeat cum agitur de præscribendo in totum reditu annuo; at in hac.q. agimus de præscribenda hypothecaria actione tãtum: quia cum hypotheca sit accessoria ad obligationem principalem reditus,ipsius naturam eam sequi oportet, & cum reditus obligatio præscribi non possit nisi ex tempore moræ, & ex quo in solutione cessatum est; ita hypothecaria actio pro reditu cõpetens præscribi non potest,nisi ab eo tempore, quo in soluẽdis pensionibus debitor cessauerit,& si nunquã cessauerit,nũquam erit præscriptioni locus. Nec magis placet responsio Felician.ad l.modestinus dum ipse ait, quod soluendo debitor liberatur dumtaxat à decursis pensionibus non à futuris.q̃ fateor ingenue,sed futuræ pẽsiones quamuis debeantur,debentur quidẽ in diem,& cum earum dies non venerit,exigi non possunt.d.§.omnis in fine.de verb.l.cedere diem dẽ verbo. significat.ergo non possunt præscribi,nec actio personalis,nec hypothecaria pro eis competens,& cum debitor soluit singulis annis pensiones reditus, soluit quidem totum, quod debitum est, & exigi, & peti potest efficaciter,& soluendo,se,& hypothecas liberat ab omni debito hactenus exigibili. Nec opinio Cassanei fundatur in excusionis non factæ impedimento,quia ea fuit Alex. sententia,vt supra diximus, a qua discedit 68 Chassaneus d.rub.11.nu.42.vers.aduerte tamen dum vltimo loco refert Balbum contrarium tenentem, vnde non recte reprehenditur Chassaneus à diligẽtissimo Pinelo in auth. nisi tricẽnale.n.48.infin.eo quod in Alex.opinionem inciderit,cũ ipse non nitatur.Alex.fundamento; sed illud tanquam infirmum relinquẽs alia iecerit firmiora,quod autẽ scribit.P.de Salazar in tractat.de vsu & consuetud.c.11.n.49. & seq.d.l.1.& 2.C.si aduersus creditorem præscriptio.non habere locum in re grauata pensione annua:quia censet eo casu non dari hypothecam, sed seruitutẽ quandam ipsi rei impositam, verum non videtur,nam vendito reditu,& constituto super prædijs, ipsa manet hypothecata pro soluenda pensione ex Bart.l.Lucius de alimẽtis lega. & ind.fundus,quem de annuis lega. & in.l.codicillis.§. instituto delegat. 2. Fano.de pigno.2.p.membro. 4.nu. 164.Petrus Surdus in tract.de alimẽtis tit.8.priuilegio.51.n.4.& 7.& cõsil.162.n.10.lib.2.Ioan.Garcia de expensis.c.4.ex.n.30.vbi.nu.33.& 51. dixit hanc verisimam sententiam idem Paris.Modernus in consuetud Paris.2.p.§.52.nu.23.& seqq.vbi nu. 25.aliud existimat si legato,aut vendito reditu dicatur,quod capiatur de vel super tali fundo,quia ea verba demonstrationis non hypothecæ causa prolata viderẽtur:hoc autem sub limitãdum videtur in anniuersarijs in quibus fauore animæ semper inducitur hypotheca super fundo,arg. l.2.& l.Lucius,& ibi Bar. de alimen. leg.& in.d.§.instituto.c.quanto in fi. de vsur.Guido.Pap.decis.576. ea tamẽ hypothecanõ impedit fundi pro anniuersario obligati alienationem l.nihil proponi deleg.1.l.fi.§.fi.decõtra.emp.l.fũdi Trebatiã.de vsur.leg. Gama.decis.30.Aluar.Baez consult. §2.n.6.

82.n.6.& seq. Castillo.l.74. Tau. glo. *parte en ella*, versiculo ex his etiam reprehendi. Flores in additio. ad. d. decis. 30. & ad decis. 287. Gamma. decis. 228. numero. 8. ex quo caueb dum est ab Aluarado de coniect. lib. 2. capit. 1. §. 1. n. 27. dum existimauit quod fundus gratiatus onere perpetui anniuersarij pro anima testantis non potest extra familiam alienari nec Anchar. ab eo relatus id probat quia diuerso casu loquitur vt per Valascum sup. n. 11. Posset tamen ea opinio saluari, quando præter onus anniuersarij adsunt aliæ cõiecturæ maioratus: quia tunc ex dicto onere maioratus induceretur, vt per Matthæũ Gribaldum inter consilia Paris. cõs. 49. n. 13. Hypol. Riminal. cons. 279. n. 15. & seq. lib. 3. Padilla in rubr. de fideicõm. n. 9. Mieres de maioratu 1. p. q. 1. nu. 7. & q. 10. n. 21. additio. ad Gamam. decis. 30. Valascum consultat. 27. n. 3. Si vero non adsint coniecturæ maioratus cum onere anniuersarij sola hypotheca inducitur super fundo quæ licet fundum afficiat, non tamen inducit seruitutem sicuti nõ est proprie seruitus reditus hypotheca, vt per Paris. Mod. in consuet. Paris. 1. p. §. 11. n. 13. vers. ad quartum Felicia. lib. 2. de censibus. c. 3. n. 21. & dicam infra q. 19. n. 28. Concludo igitur in hypothesi huius quæstionis hypothecarũ iuri prescriptũ non esse, & secundũ hanc opinionẽ quandoque iudicauit Pincianus Senatus. Quam conclusionem limita, si creditor reditus sciuit hypothecã vt bona franca & libera venisse, & vt libera possideri, & tacuit longo tempore, tũc enim iuri hypothecarũ præscriptum erit a bonę fidei possessore cũ tit. ideo oportet creditorem de iure suo potestari tertio possessori, alias sibi præiudicatur, vt adnotant Menchaca, & Fol
66 lerius vbi sup. Diximus sup. quando instrumentum reditus hunc dari possit executioni contra tertium. Quando autem reditus non nominatus possit agere via executiua pro decursis pensionibus, si sua interest, & negatiue respondendum probat. l. si pater marito. C. de dotis promissione. 3. & ibi notat Bald. nec enim in contractibus pensio in extrinseca, subaudiatur. l. si ita stipulatus fuero. ff. Titius. §. Chrysogonus de verbo.

67 Ex quo dubitari potest, an vidua, cuius maritus cõstante matrimonio propriõ nomine reditũ emerat, possit pro decursis pensionibus executiue agere ex instrumẽto redit⁹, & cũ nõ sit in instrumento nominata vidua, videtur nõ licere ipsi ex eo agere, ita respondit Anchn. responso. 26. n. 3. ex Masuerio, & Rebuffo, quos refert idem Perez, in l. 4. tit. 8. lib. 3. ord. Gutier. pract. q. 118. n. 15. Ioann. Garcia bene distinguens in tractatu de coniugali acquæstu nu. 116. contrarium voluerunt Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 3. p. §. 1. n. 4. Aze. ad l. 2. tit. 9. li. 5. recop. q. 19. Mouentur. Primo ex l. 1. tit. 9. lib. 5. recop. ibi, *que los bienes, que han marido y muger son de ambos por medio*, vbi probatur omnia, constante matrimonio quæsita communicari inter virum & vxorem ipso iure: igitur reditus emptus a marito constante matrimonio vxori acquiritur pro dimidia, & pro ea potest agere matrimonio soluto, sed potest responderi l. illam non hoc velle, quod actio constante matrimonio ab altero quæsita vtrique coniugi acquiratur ipso iure, sed quod omnia bona quæsita præsumãtur tẽpore matrimonij, & ad societatẽ pertineãt, q. autẽ dicit l. Regia, *son de ambos por medio*, ciuili modo intelligendũ est, & secũdũ leges societatis, quibus bona corporalia communicantur ipso iure. l.

1. & 2.

1.& 2.ff.pro socio,at iura,& actiones percessionem.l.3 ff.cod.absque cessione tamen,quamuis iura, & actiones per alterũ ex socijs quæsita ad acquæstum pertinerent,non recte illis experitur alter,si eius nõ nominatus in instrumento.d.l.3.&ibi glo.verb. statu,nec dicendũ est.l. Regiam in hoc iuri correctionem inducere,cũ expediat iura iuribus concordare:nõ enim in hoc edita est lex illa,vt nouũ acquirendi modum constituat inter coniuges,sed vt reformet iuris antiqui præsumptionẽ,qua bona omnia mariti præsumebantur si vxor sua nõ probaret.l.Quintus mutius de dona. inter virum l.etiam.C.eod.l.2.tit.24 p.3,& constituat seruandã esse consuetudinem,quæ habebat omnia bona in matrimonio quæsita præsumi, & ad acquæstũ pertinere.Secũdo mouentur ex eo:quia creditores possunt agere pro medijs debitis constante matrimonio contractis aduersus viduam,quæ bona in matrimonio quęsita agnouit,vt tradit Pala.Rub.in re petitione rubricæ de dona. inter virum §.66.n.7.Greg.l.55.tit.5.p.5.gl. communalmente.col.4.in prin.ergo similiter vidua poterit agere pro creditis aduersus debitores,sed non est bona argumentatio:vidua potest cõuenirí a creditoribus,ergo potest agere aduersus debitores:quia do instantiam in fide iussore,qui potest conueniri a creditore,& non potest cõuenire debitores sui debitoris, & ad vitandum argumentum sufficit dare instantiam, glosſ. verb. criminalis c.1.de iudi.in.6. deinde quia vidua conuenitur ex quasi contractu propter acceptationem lucrorũ: videtur enim acceptando acquæstũ quasi cõtrahere cũ creditoribus,& ipsis obligatur pro dimidijs debitis,arg.l.apud Iulian.§.fi.cum.l.seq.ff.ex quibus causis in possessionẽ eatur,at vero debitores maritι non contraxerunt cum vxore,aut vidua,nec ipsi tenentur ex contractu,dum nõ fit in eo nominata,nec ex quasi contractu.quia ipsorũ obligatio ex contractu nascitur,ex quo vidua non agit:quia nõ fit in eo comprehensa:nec verum est,quod virqualiter fit in instrumento,de prehęta vxor,sicut hæres maritis enim repræsentat personã defuncti,& semper ei infertur nominatis in instrumẽto,dato quod de hærede nõ fiat mẽtio.l.1.C.quorum legatorum,& ibi Bald. notat.vidua non repræsentat maritum,nec refert.quod eius interesse propter partem, quam est habitura:quia non ideo potest executiue agere ex notaris a Rod.Suarez l.post rẽ iudi.in declaratione l.d.reg. ni limit.2.n.1.& a Bened. de Barzis in tract.de libellogui mentigiarum in p.q.9.col.3.in fi.vo.5.tract.4.diuersorum.DD.decisio Genuensis 10.n.9. Mouentur præterea ex eo quia socij omnium bonorum inuicem habent mandatum gl.I.nemo ex socijs ven. alienari.ff.pro socio,quam dixit communem Oroscius.l.fi vnus in prin.ff. de pact.cum maritus & vxor (inter socij) conquæstus poterit vidua partem petere,sine mandato,aut cessione,q. Azeb.existimat probari.l.6.tit.10.p. 5.sed respondetur ex Bart.d.l.nemo ex socijs quod glossa loquitur in mercibus,& alijs similibus rebus,quas socij venales habent in quibus seipsos videntur præposuisse ad vendẽdũ.l. 4.in prin.ff.de exercitoria.l.eius,qui in prouincia.ff.si cert.per.secus est in alijs rebus.l.1.C.de communiũ rerũ alienatione,Bal.in Rub.C.pro socio ad fin.laf.l. de pupillo. §. si pluriumnum.2.ff.de operis noui nũciatione. Deinde quamuis iure verum sit, quod omnia bona per socios vniuersales quæsita statim communicẽtur iuxta.l.1.& 2.ff.pro socio.l.47.tit.28

p.3.

p. 3. tamen debitorum nomina, iura, & actiones, non communicantur inter socios, nisi cedatur tx. dd. 3. ff. eod. & vtrumque probat d. l. 6. tinto. p. 5. loquens in socijs omnium bonorum quam male pro sua opinione refert Azeued. itaque quamuis vir & vxor socij acquæstus censeantur, & hoc ex ea 68
tis iure omnia bona inter eos cõmunicentur tamen iura, & actiones sine cessione non acquiruntur etiam iure Regio, nec ficta traditio ex actu initæ societatis, habet vim constituti, quo ad iura, & actiones vt probant d. l. 1. cum duabus sequentibus ff. pro socio Molina de primogenijs lib. 4. c. 2. n. 36. Primo Vadduxit Azeued. in suam sententiam, quod socij in locatione gabellarum, videntur inuicem habere mandatum ad agendum absque cessione, iuxta notata per Bart. l. in prouincialibus. § fi. ego. n. 4. de oper. noui nunciatione Auenda. de execuẽd. mand. 2. p. c. 12. n. 15. & 16. sed ea, quæ speciali iure statuta sũt nõ debent trahi in consequentiam. l. quod vero cõtra. ff. de legibus speciale quidem est in conductoribus fisci, vel rei pub. vt etiam si ad modicũ tempus conduxerint, habeant ius in re quasi tunc aliquod dominium acquirant, & habeant actionẽ in rem, censeanturque a iure procuratores constituti, etiam antequam eis detur mandatum, quod vulgus recudimento, appellat. tx. in. l. 1. ff. de loco publico fruẽdo vbi glo. Bart. & Alberi. & plures, quos refert explicans Pinel. l. 1 C. de bon. mate. 3. p. n. 67. vers. verus igitur intellectus vbi in vers. vides igitur specialitatis rationem reddit, ex quibus verior videtur prior opinio & sic vidua in instrumento reditus per maritum empti, non nominata non obtinebit in eius executione, nisi in bonorum diuisione sibi nomen illud cesserit, vel cessæ sint actiones ab hæredibus mariti, quod sæpe in praxi receptum videmus & eo nos iure vti restatur Ioan. Garcia vbi sup. 68
Sed quæritur, an debitor reditus possit cogere creditorem, vt singũ prb reditu hypothecatum insolutum accipiat & videtur audiendus debitor Primo per tex. in. l. aquis. arg. eiũ. § fi vero. C. de donatio. vbi debes tertiũ reditum ex suis possessionibus dans fundum medioc. eiusdem reditus liberat. Secũdo per tex. l. filius familias. § apud Marcellũ. de legat. 1. ibi, *certe eum legatarium audiendus sit velit rationem fundum præstare*, vbi legatarius ratione fundi legati centum dare iussus à testatore audiatur, si pro centum fundum præstare malit. In contrarium vrget, quod diximus sup. lib. 1. quæst. 3. emptione reditus non censeri emptum fundum reditui hypothecatũ cum ergo venditor reditus, non tamen fundi debitor existat, non poterit fundum pro reditu inuito creditori soluere, cui inuito vnum pro alio solui non potest. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Similiter emphyteuta, rẽ emphyteuticam domino inuito, renunciare non potest. l. 2. ibi, *si dominus voluerit* C. de iure emphyt. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 34. glos. 1. qui nõstræ eriã quæstionis meminit. d. lib. 1. §. 1. glo. 6. n. 20. & 21. inqua cũ Paulo cons. 47. lib. 2. tenet, audiendum nõ esse debitorẽ, qui petit assignari fundum creditori, cuius reditus sufficiãt soluendo debito annuo, sequitur Follerius in pract. cẽsua. vers. tãquã. n. 49 videtur tamen distinguendum, aut enim reditus debetur limitatim, ratione fundi veluti a tertio possessore, qui reditum recognouit, & tũc si debitor fundum hypothecatum creditori pro reditu renũciet, à reditu liberabitur, arg. tx. d. l. filij familias. § apud Marcellũ, pro quo facit, quia cũ onus reale est, & à re ipsa originem habeat,

debitori

debitor liberatur eam rem cedendo creditori, vt docet Bald. l. creditor in 2. fi. d. cert. pet. sicuti etiam re obligata, perempta, liberatur possessor arg. l. grege. l. ex vectigali. l. cum tabernam in princip. ff. de pigno. aut vero reditus debetur, & constitutus est in forma vulgari super obligatione personali, & vno prædio, aut fundo, & generali bonorum hypotheca, & non licet debitori nec hypothecarū possessori fundum quamtumuis sufficientem reditui pro eo inuito creditori soluere, vt per Bellugam in Speculo princ. tit. 41. n. 43. quod verum existimo & confirmo ex eo, quod nec fundo inūdatione forte perdito, nec etiam omnibus hypothecis extinctis reditus extinguntur secluſſa motus proprij dispositione, iuxta ea quæ diximus supra, hoc lib. q. 7. n. 4. & n. 13. Nec obstat. l. si quis argentum. d. §. fi. vers. quia loquitur in reditu ex donatione debito, & speciali fauore donatoris, vt dixit Bald. in prin. illius legis & Barba. relatus a Tiraquello, vbi supra. Ex quibus inferre licet, quod quamuis debitoris reditualis bona in creditorū concursu capiantur, vt creditis satisfiat & non repertis emptoribus debeant creditoribus in solutū dari taxata iusto pretio, iuxta text. authen. hoc nisi debitor. C. de solutio, id tamen locum non habebit in creditore reditus, qui cū sortis creditor non sit, vt dicam infra hoc libr. q. 16. n. 20. nec teneatur hypothecam in solutum reditus accipere, non tenebitur hanc bonorum addictionem pati, quamuis contrarium voluerit Azeuedo ad. l. fi. tit. 21. li. 4. Recop. n. 133. cuius opinio admitti poterit si agatur de soluendis reliquis quorum creditor recte dicitur censualista, vt dicam in. d. q. 16. igitur bona dabuntur in solutum alijs creditoribus cum onere soluendi reditum quo vsque redimatur, & ita obseruat hic Regia Valliſoleta, conuentus, & merito quidem: nam reditus vsurarius quamuis depositione pecuniæ extinguatur, iuxta l. acceptam. C. de vsuris, non tamen sufficiet debitori bona alia deponere vt illa in solutū cedāt, vt post Roma. & Ias. scripsit Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 232. nu. 5. Dubitari etiam potest quo tempore præscribatur iuri exequendi instrumentum reditus in hypothecis, aut persona debitoris in quo non deficit. DD. cōtrouersia. Parlad. enim li. 1. rerū quotid. c. 1. n. 41. existimauit ius exequendi in annuis reditibus præscribi per silentium decennij, non solum quo ad præteritas pensiones, sed etiam quo ad futuras, ita vt amplius ex instrumento agi non possit via executiua, sed ordinaria agendum esse actione personali, aut hypothecaria, quod probat ex eo: quia vt supra diximus in annuis reditibus vna est obligatio, & ideo vna sufficit præscriptio, quāuis Martinus doctor antiquus, & vltra montani cōtradixerint. cum igitur l. 63. Tauri exequendi decennio præscribatur, non solum pro præteritis, sed etiam pro futuris pensionibus, via executiua ex publico instrumento competens sublata erit. Sed cōtrarium imo quod lapso decēnio liceat executiue agere pro pensionibus nouem annorum, & quo ad eas, & futuras pensiones instrumentum paratā executionē habeat, non obstante decē annorum cursu, voluerūt Castellus. d. l. 63. Taur. glo. verb. diez annos. col. 4. Paz in pract. 4. p. primi tom. c. 3. n. 15. Gutier. lib. 1. prac. circa. ll. Regni. q. 90. nu. 4. Felic. de cēsibus lib. 3. c. 1. n. 7. & co iure vtimur. Nec obstat Parlado fundamentum, imo contra eum retorquetur: quia cum sit vna obligatio, qua pro reditibus tenetur debitor, ea que per decēniū sublata, aut præscripta

69

70

ra non sit, manet ius exequendi pro pensionibus nouem annorum, & solum præscriptum est ius exequendi pro præteritis pensionibus annorum præcedentium ex.l.Regia. Ex quo limitanda est Castelli, & aliorum sententia in tertio hypothecarum possessore, contra quem creditori competebat ius exequendi: quia in instrumento reditus, pactum erat de non alienandis hypothecis, iuxta ea quæ supra diximus, nam hoc casu si creditor non exegit pensiones per decennium a debitore, & eodem tempore tertius possedit hypothecas cum titulo quem validum iuste putabat & bona fide presente creditore, nõ solũ præscriptum erit ius exequendi competens pro pensione prioris anni, sed etiam pro pensionibus nouem annorum & pro futuris: quia eo tempore præscribitur totum ius reditus, & tota obligatio hypothecarum l. 1.& 2.C si aduersus cred.præscript. & supra diximus vnde præscripta obligatione, & iure reditus, a quo causantur, & deriuantur annuæ præstationes, censentur etiam præscriptæ pensiones illæ nouem annorum, & futuræ, quod notarunt Butrigar.& Bald. d.l.cum notissimi.§.in his & sequitur Gome.2.tomo.capit.11.numero.45.in fin.& in terminis quæstionis istius aduertit
70 Gutierrez.d.lib.1.pract.d.quæstione.90.numer.4.& 5? Hæc autem iuris exequendi præscriptio interrumpitur per solam petitionem executionis,& productionem instrumẽti reditus in iudicio, si creditus Azeued.qui in.l.6.tit.15.lib.4.recop. nu-39.censuit, quod instrumentorum habentium paratam executionem productio in iudicio habet vim litis contestationis ex doctrina Bart.in l.si quis stipulatus, nume.4.quem ibi sequitur Bald.ff.de solutio, at per litis contestationem præscriptio interrũ rumpitur.l.si post moram.C.de peti. hæred.l.naturaliter & ibi notata, ff. de vsucap.& idem voluit Cifuentes in.d.l.63.Taur.quæst.5. quem sequitur loquens in reditibus Leo in sua Centuria informationum iuris.cap. 82.Hæc opinio nunquam mihi placuit, nec iure verum est instrumenti productionem in iudicio litis contestationis effectum operari: imo contrarium probat.text.in.l. sicut. C.de præscriptione.30. vel. 40. annorum vbi non sufficit ad interruptionem præscriptionis, iudicialis postulatio; nisi fuerit subsequuta per executorẽ conuentio. Nec libelli oblatio in iudicio interrumpit præscriptionem; etiam in criminalibus, vt per Felinũ cap.illud de præscript. Balbum de præscript.6.p.quæst.5 princip.numero.24.Quod autem Bart. docuit in. d.l.si quis stipulatus neutiquam iubat priorem sententiam: inquit enim quod si vnum venit in obligatione aliud in solutione, durat facultas soluendi, donec petatur instrumenti executio, vel magis proprie, donec fiat litis contestatio, vel quasi contestatio super illa executione, arg.l. in illis.§.decem de re iud. non ergo vult Bar. quod sufficiat sola instrumẽti productio ad tollendam facultatẽ soluendi nisi quoque deuentum sit ad quasi contestationem: in executiuis autem locum contestationis habet primus rei actus repugnans,& cõtradicens, vt ex multis scribit Ioãnes Garcia de expens.c.9.n.82.& ita cẽsebitur facta interruptio præscriptionis iuris exequẽdi per oppositionẽ rei cõuenti, aut per alium actum cõtrã dictoriũ cõcernẽtem merita causæ, vt ex Aretino tradit Balbus in tract. præscrip.6.p.5.q.principali.n.32.posset tamẽ defẽdi opinio Azeuedi si instrumẽti productio fieret in iudicio cõ-

tra

tra præsentem reum: tunc enim ita fieret præscriptionis interruptio, sicut per citationem, quia tantum operatur præsentia partis in iudicio, quãtum citatio l. etiam. §. fin. ibi præsente, vel euocato. ff. de mino. & ita ex Baldo & Iaf. dixit Balbus. d. q. 5. num. 9. vers. amplia. 1. & ita hoc casu intelligit Cifuẽtes vbi supra dũ Balbũ in suam sententiam refert, sufficietque citatio, vel executoris missio ad interrumpendam præscriptionem iuris exequendi, quia hic est eadem ratio quæ in præscriptione. 30. annorum: currit enim sola negligentia non petentis absque tit. & bona fide ex Grego. in l. 22. glo. 1. tit. 29. p. 3. & quod per citationem, vel missionem executoris interrumpatur iuris exequendi præscriptio, tenuit Parladorius lib. 1. rerum quotid. c. 1. § 13. nu. fin. quem male in suam sententiam refert Azeued. vbi supra.

71 Oportet autem agentem hypothecaria ad solutionem reditus contra tertium rei hypothecatæ possessorem, probare rem hypothecatam fuisse in bonis debitoris reditus, tempore obligationis: quia alias creditor non obtinebit Angel. l. 1. §. cum prædium. l. quæsitum. §. fin. ff. de pigno. glos. & DD. l. 1. ff. cod. & cum illa qualitas quod res fuerit debitoris tẽpore constitutionis reditus, sit fundamentum creditoris agentis aduersus tertium possessorem, debet ab actore probari. Bart. l. 1. §. ait Prætor. ff. nequid in flumi. pub. Iason. l. non solum. §. sciendum de oper. noui. nuncia.

72 Sed an sufficiet præsumptiua probatio, quod erat in dominio debitoris res hypothecata, quia tempore obligationis possidebat? vide Bald. & alios in l. siue possidetis. C. de prob. Angel. §. item seruiana inst. de actio. Speculato. de pigno. §. cæterum col. 2. & 3. & quod sufficiat probare quod eo tempore detinebat debitor reditus, & possidebat vti dominus, percipiens ex ipsa re fructus, & prouentus vide Afflictum decis. 383. Marantã in Speculo. 4. p. distinctione. 3. num. 59. Angel. d. §. item seruiana num. 8. Milanensem decis. 1. num. 115. in decision. Siciliæ. 2. p.

73 Quod si euincantur hypothecæ reditus, potest creditor debitorem cogere ad restituendam sortem, vt per Naua. post cõmentariũ de vsuris ad motum proprium Pij. V. quæstio. 27. & diximus supra hoc lib. 2. quæstione. 1. & idem Nauar. vbi supra, quæst. 26. concludit posse creditorẽ eo casu licite exigere interusuria, & pensiones reditus pro eo tempore, quo probabiliter ignorauit hypothecas alienas quia ignorans debet excusari a damno. c. 2. de commodato. & dolus debitori prodesse non debet. c. fedes de rescrip. Hoc autem limitandum est, quando a principio fuit adiectum pactum contractui de reddenda forte in casum euictionis hypothecarum, vel in casum, quo res hypothecatæ non essent liberæ: quia tunc non liceret repetere sortem cũ interusurio, & decursis pensionibus, nec valeret contractus, vt inquit Nauar. vbi supra, quæst. 28. quia si huiusmodi contractus admitteretur, plane aperiretur via exercendi vsuras nam creditores volentes sub vsuris mutuare, possent reditum super alienis prædijs constituere, cum eo pacto quod euictis prædijs pretium reditus foret restituendum, quo pacto nomine census vsuram exigerent, dũ prædia nõ euincerentur, & quãdo vellent possent constito de hypothecarũ vitio, ad fortẽ restituẽdã agere, quod ostium vsuris recludendum non est, sequitur Franc. Milanensis decis. Siciliæ. 2. num. 95. & seq. 2. p.

vbi

vbi vult posse creditorem reditus in eius creatione pacisci quod in casu euictionis hypothecarum, ipsi liceat agere ad summam sortis, & eam exigere à debitore, vt ea ematur alius reditus tuto constitutus, vel vt emantur prædia è quorum fructibus reditus persoluatur, quæ ex nunc censeantur hypothecata reditui.

74 Et si quæras, an res prohibita alienari, & restitutioni subiecta possit reditui obligari, & teneat hypotheca saltem in vita possessoris obligantis, vide Ruinum consilio. 93. in principio. Fanum de pignoribus tertio membro, secunda parte, numero. 71. & sequentibus. Milanensem, decisione prima, numero 152. secunda parte, vbi numero. 164. dicit communiter receptum, quod teneat obligatio in vita possessoris, & obligantis rem subiectam restitutioni.

75 Si autem pereant reditus hypothecæ, controuerti solet, an reditus extinguatur. Et si reditus fuit limitatim constitutus super certa re, ea perempta reditum perire oportet.

Et si fuit constitutus, vt assolet super certis rebus, & generaliter super omnibus bonis præsentibus, & futuris, & hypothecæ speciales extingantur, non conueniunt Doctores, an etiam extingnatur, an vero maneat reditus super generali bonorum, & personali obligatione. Et quæstionis resolutio ab ea pendet, an possit reditus constitui super obligatione personali. De qua egimus libro primo, quæstione quarta, & infra hoc libro, quæstione decima nona, numero vigesimo nono: vbi affirmatiuam partem elegimus, vt veriorem de iure, secluſſa noua dispositione Motus Proprij Pij Quinti, diximusque in contractu reditus obligationem personalem principalem esse, obligationem vero rerum accessoriam, & pro certiore solutione reditus iure pignoris accedere personali. l. fundus quem vbi Bart. ff. de annuis legatis. Couarruuias libro tertio variarum, capite septimo, numero quinto, verficulo quarto. Soto de Iustitia & iure, libro sexto, quæstione quinta, articulo primo, columna septima, in fine. Vnde peremptis specialibus hypothecis, salua manet reditus obligatio. l. aduersus, vbi Bartol. & Bald. C. de actionibus & obligation. Et ita tenet Redoanus, de rebus ecclesiæ non alienand. rubrica de constitutione annui census à numero. 49. vsque ad numerũ. 55. Gail libro secundo, obseruatione. 7. à numero. 11. Decianus consilio. 2. à numero 141. vsque ad numerũ. 144. libro. 1. Soto vbi supra. Surdus consilio. 162. quæstione. 12. libro. 2. sequitur Franc. Milanens. in decis. Siciliæ. 2. part. decis. 2. numero. 113. vbi dicit hanc opinionem comprobari extrauag. & Bulla Nicolai. V. qua permittitur constitui reditus super omnibus bonis generaliter cum personali obligatione vendentis, quod importare videtur quod emptor nunquam subibit periculum rei emptæ: quia impossibile est quod genus bonorum, cum personali obligatione pereat. l. incendium. C. si cert. pet. & ita considerat Ioan. Baptista ab eo relatus.

Ex quæst. sequent.

Debitor reditus annui, an possit se obligare ad carceres publicos, si non soluerit. n. 1. & seq.

Iure communi non valere pactum, quo quis se obligat ad carcerem, si non soluerit statuto tempore, num. 2.

Secus de consuetudine, num. 3. & num. 8.

Pactum, quo vendens reditum obligatur ad carceres publicos non vitiat, sed vitiatur, numero. 4.

Idem si reditus sit constitutus ad rationem vnius in viginti, numero. 5.

Liber homo non potest se obligare ad perpetuam seruitutem, numero. 6.

Solon sanxit ne cui liceret ob vsuras ius in corpus habere, numero. 7.

Consuetudo tantum habet de essentia, & potentia, quantum de vsu, num. 9.

Consuetudinem, quæ contra ius sit non extendi etiam ex identitate rationis num. 10.

Obligatio ad carceres publicos non tenet in obligationibus perpetuis, & successiuis, num. 11.

Ampliatur etiam si per debitorem tessioni bonorum renuntietur, numero. 12.

Et an valeat cessionis bonorum renuntiatio, ibid.

Si debitor reditus se obligans ad carceres, renunciauerit cessioni bonorum cum iuramento, an teneat obligatio, numero. 13.

Si probetur dolus debitoris, & creditor non certet de reditu, sed de sorte recuperanda, an teneat obligatio ad carceres, numero. 14.

Debitor, qui dolum commisit non admittitur ad bonorum cessionem, ibidem.

Quæst. X.

De venditore reditus obligante se ad carceres publicos, & an teneat ab eodem facta cessionis renuntiatio.

1 VIdeamus nũc si debitor se obligat ad solutionẽ, & continuationẽ reditus, nõ solũ personaliter, & sub hypotheca generali, sed etiã corpus ad carceres publicos, an teneat

2 huiusmodi obligatio. Hæc quæstio formari potest, non in terminis iuris communis, quo iure verius est, non valere pactum, quo debitor se obligat ad carcerem nisi non soluerit statuto tempore, argumento l. secunda, de libero homine exhibendo. Titio cẽ. §. Titio de cõditio. & demõstra. Paul. Roman. & alij. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. Bacça

de

de inope debitor.c.1.n.37.dicit communem Couar.lib.2.var.c.1.n.7. & in c.quamuis pactum.2.p.in princip. n.6.de pactis in.6.eandem dixit cõ-
3 munem,& veriorem Mencha.quem refert,& sequitur Gutier. de iuram ẽ. confirmat.1.p.c.18.n.1.Sed in terminis receptæ consuetudinis, qua debî tor potest,nisi soluerit se obligare ad publicum carcerem coram publica persona,& instrumento guarentigio, quam consuetudinem validam esse dixit Guid.Pap.quæst.61.Ripa,& alij quos refert,& sequitur Couar.d.lib.2 var.c.1.num.7.Baeça d.c.1.num.39. vers.illud tamen. Ad quæstionem
4 igitur respondeneum erit huiusmodi obligationem corporis,seu carceris,hoc casu non valere, non tamen per se solam vitiare contractum annui reditus, sed vitiari propter tria potissimum. Primo,quia si huiusmodi pactio valeret, creditor plus exigeret,quàm ferat simplex consueta obligatio quatuordecimæ limitatim permissa,& debitor plusquam decet ret grauaretur. Verum est hanc ratio
5 nem concludere bene in quatuordecima,sed non si ad rationẽ vnius in 17.vel,20.constitueretur reditus annuus,sed adhuc generaliter idem di
6 cendum persequentia. Secũdo,quia esset perpetua quædam seruitus, ad quam homo liber se se non poterit obligare d.l.2.de libero homine, exhib.d.l.Titio.§. Titio de conditio. & demonst.notant glo.& Doctores in lege antiquitas.C.de vsufruct.l. post certi.C.de liber.caus.Faber. & Aretinus.§.penul.instituta de iure person. Guid.Pap.dict.quæstion.61.faciunt, quę de nexu sublato diximus supra libro.3.quæstio.5. Et dum olim Solon
7 Athenis oneris iniqui, quo tenuiores à potentioribus præmebantur excussionem instituit,immẽsum fęnus ad mediocritatem reduxit, sanxit etiã ne cui liceret ob vsuras,ius in corpus habere, vt Plutarchus in eius vita retulit.Tertio, quia huiusmodi obliga
8 tio ad carcerem nõ valet,nisi in vim consuetudinis,quod notatur in.l.ob æs.C.de actionibus , & obligationibus. Et iam supra diximus cũ Couar.
9 Baeça & alijs. Igitur obligatio hæc ad limites consuetudinis admittẽda est,nec vltra extendi poterit:quia cõsuetudo tantum habet de essentia,& potentia quantum de vsu,& nõ plus l.1.§.siquis hoc interdicto,& ibi Bar. de itinere,actuque priuato,Bald.c.1. in princip.ante fin.qui feud. dare possũt .Iaf.l.de quibus num.24, vers. notatu diligenter de legib.& in authentica qui rem,num.21.C.de sacrosanc. eccles.tradit late Aymon in tract.de antiquita.tempo.4.p. in princ. num.
10 43.& seq. Præsertim quando consuetudo est contra ius,vt in hoc casu nã tunc non extenditur etiam si sit eadem ratio,vt docet Bald.l.3. C. communia vtriusque iud. Aymon vbi supra numero.150.& sequent.sed illa
11 obligatio ad carceres nunquam fuit vsitata; nisi in obligationibus mometaneis vbi quid soluẽdum est, semel igitur non debet extendi ad obligationes perpetuas, & successiuas, vbi est diuersa ratio, & maius præiudicium: & quod huiusmodi pactio, seu obligatio corporis ad carceres in contractu annui reditus, non teneat propter ipsius contractus odium,scriptum reliquit Couarruu.dict.libro.2.var.c.1.numero.
12 7. Quam conclusionem ampliabis etiam si debitor cessioni bonorum, renuntiauerit , non ex eo solum quod ista renuntiatio non valeat, vt tenet Dynus, Bart. Ang. Imol. in, dicta. l. alia. §. eleganter soluto matrimonio. Faber. §.fin. instituta, de action. & in. l. final. C. qui bonis cedere pos. Alexand.consilio.37.nu

mero.6.libro.2. & Pariſ. Modern.in eius aditio. Henric. capit. Odoardus, column.1. de ſolution. Capella Toloſana, quæſtione.61. & dixit veriorem, & receptiorem opinionem Couarruu. vbi ſupra, idem Baeça de inope debitore, capit.1. numero.41. ſequitur Gutierrez de iuramento confirmator.1.part.capit.18. num.1. vbi refert Menchacam, & alios in eandem ſententiam, id enim ſine controuerſia non eſt, quia contrarium tenuerunt Ang. Roman. Alexand. Felin. Ripa, & alij: quos refert Couarruu. vbi ſupra, idem Couarruu. in capit. quamuis pactum. 2.part. in principio, numero.6. in verſiculo verum huic argumentationi, vbi ipſe videtur à communi diſceſſiſſe.

Sed propter odium huiuſmodi contractus, de quo agimus, maxime quando reditus ad rationem vnius ih.14. fuiſſet conſtitutus. Et ex prædicta ratione ſubampliabi, quod
13 nuper diximus etiã ſi dicta ceſſionis renũtiatio ſit iurata, vt iudicatũ ſcribit Guid.Pap.deciſ.211.n.1.verſ.ſed his non obſtantibus, & tenuit Abb.in c.2.de pigno.n.2. vbi dixit verius, & æquius, quibus accedit Couarr.d.lib. 2.var.cap.1.nu.7.verſi. ego iudicem. Mincha.de ſucceſ.creatio.lib.3.§.22 num.80.& alij quos refert, & ſequitur Baeça vbi ſup.num.42. vbi refert plures, quibus placuit contraria ſententia, quorum opinio hodie comprobatur per rex.iure noſtro Regio in.l.5. tit.9.lib.9.Recop. vbi in conductoribus reditumRegaliũ, ita cautum eſt: *Que ninguna arrendador, ni ſus fiadores no puedan hazer ni hagan la dicha ceſſion de bienes, y juren de no la hazer, ni pedir relaxacion del juramẽto, y ſi la hizieren, q̃ no les valga, y q̃ ayan de eſtar preſos, haſta tãto que cũplan y pagu͂e lo que deuẽ.* Quã.d.pro cõmuni opinione, ipſam ſequutus adduxit Gutierr. in.d.c.18.n.4. Sed q̃ãuis vera ſit cõmunis opinio q̃ prædicta renũtiatio iuramẽto confirmetur, & iure noſtro Regio fuerit cõprobata fortaſis non procederet in obligatione ſucceſſiua & perpetua, atq; in cõtractu annuitereditus, ex ſupradictis. Quod vltimũ li
14 mitabis quando probaretur, de dolo malo, & impoſtura debitoris, & creditor nõ çertaret de reditu, ſed deſorte recuperãda.l.fin.quæ in fraudẽ creditorũ notant Ioã.Fab.Ang. Aretin. & Iaſ.in.§.fin.inſtitut.a.de actioni. Cepola cauſarũ criminaliũ cõſ.9 Auſtrius in additionibus ad Capel. Tol.q. 61. ſequitur Baeça.in.d.c.1.nu.43.in fi.dicẽs, id non exvi pacti procedere, ſed quia iure cõſtitutũ eſt, ne debitor qui dolũ cõmiſit, admittatur ad ceſſionẽ bonorum, vt in.d.l.fin.& tradit Bart.in.d.§.elegãter in fi.Bald.in.l.1. C.qui bonis cedere. Vitalis de Cãbanis in tract.clauſularũ in tit. an poſſit renũciari beneficio ceſſionis bonorũ n.33.verſ. ſecũdo q̃ renũtiatio, Baeça de inop.deb.c.8.numero.18.& ſequent.

Ex quæſt. ſequent.

Antichreſis quid ſit? numero primo.

An valeat pactum antichreſis in contractu reditus adiectum? num.2.

Antichreſis ab agricolis exigi prohibetur, & quare? num.3.

Antichreſis in annuis reditibus prohibita, & quare? num.4.

Et quid ſi antichreſis non ſit perpe-

perpetua, sed temporaria: ibidem, & num. 13.

An creditor reditus, cui concessa est antichresis, habeat retentionē pro pensionibus: num. 5. & sequen. & num. 16.

Pactum antichresis an vitiet contractum reditus: an tātum vitietur: num. 6. & sequentibus.

Et quid si antichresis accepta sit ab agricola reditum vendente: n. 8. & numero 12.

Nouella constitutio. 32. vt nullum credentem agricolis exoleuit cum sua pœna, num. 9.

Qui fructus attendendi sint quoad nullitatem vel moderationem reditus, num. 10

Quid si antichresis accipiatur ex iusta causa à debitore saspecto, vel ignoto? num. 13.

Antichresis temporaria non est vera antichresis, num. 14.

In dubio nō intelligitur actū, de vera, & propria antichresi in gratiā creditoris concessa, nu. 15.

Creditor reditus an possit mobilia in pignus data retinere pro pensionibus: num. 17.

Et an possit retinere fructus ex antichresi perceptos pro pensione reditus: ibidem.

Creditor tenetur de fructibus percipiendis non vero quanti plurimi, num. 18. & 19.

Et quid si creditor debito recepto in iuste deneget fundi restitutionem, an teneatur quanti plurimi: numero 20.

Declaratur text. l. si non sortem. §. si cētum ff. de cōdit. indeb. numero 21.

Quando pactum antichresis non vitiat, sed vitiatur, an possit creditor antichresim retinere pro pensionibus: num. 22.

Locatio etiam iusta mercede facta, ratione tamē mutui, vel reditus annui exorta est vsuraria, & an vitiet reditū: n. 24

Et quid si debitor potuit pluris locare, quia ab alio plus iusta mercede offerebatur, an vitietur reditus: num. 25.

Et quid si locatio vere facta sit mercede defectiua, an, & quando reditus vitietur: num. 26.

Sicut in mutuo, quod accedit sorti est vsura, ita in reditibus, quod excedit quatuordecimam, est vsurarium, saltem interpretatiue, num. 27.

Et quid si debitor reditus non erat tanti locaturus, an vitietur locatio: num. 28.

Antichresis iure. ff. & C. non erat prohibita, etiā indebito vsurario, quando æque vtilis erat debitori, sicut creditori, num. 29.

Reprehenditur Accurs. in l. si ea pactione. C. de vsuris, dum vult pactum antichresis non vitiare, nec vitiari, nisi lædat vltra dimidiam, numero 30.

Pactum antichresis non vitiatur

si creditor stipulatur reditum quatuordecima teniorem, numero 31.

Quantum sit diminuendum de pretio redit. propter antichresim? n. 32. & n. 34. & n. 31. & seq.

Quantum minui debeat de pretio rei venditæ propter liberam redimendi facultatem num. 33

Antichresis in quo differat ab emptione fundi sub pacto redimendi num. 35.

Creditor dicitur possidere antichresim ad commodum debitoris, num. 36.

Si antichresis non sit perpetua, sed temporaria, & in gratiam debitoris data, sufficit non excedi quatuordecimam reditus num. 38.

Pactum antichresis perpetua, vel temporaria quando valeat in annuo reditu adiectum n. 39.

Si creditor reditus accipiat pignora pretiosa, & vendibilia vsque ad quantitatem sortis donec reditus redimatur, vitiatur reditus num 40.

Et quid si creditor accipiat pignora donec fideiussoribus caueatur num. 41.

Pactum antichresis ex interuallo adiectum, an vitiet reditum num. 42.

Quæstio. XI.

De antichresi, qualiter in reditu contrahatur, & an reditus contractum vitiet.

1 CONVENIVNT quandoque contrahentes, vt venditor annui reditus eodem contractu venditionis tradat creditori fundum eiusdem reditus, quoad redimat, vt creditor tuto sine procrastinatione, & appellandi solicitudine per manus suas percipiat, vel vt venditor tradat fundum maioris valoris fruendum vsque ad concurrentiam reditus, hanc pactionem antichresim appellamus; est enim antichresis species pignoris ita dati, vt donec pecunia soluatur pignore creditor vtatur, fruatur inuicem vsurarum, vt probat l. si is qui bona. §. 1. de pignoribus. l. si ea lege. l. si ea pactione. C. de vsur. tradit Pardulph. Prateius in Lexico iuris, verbo, antichresis, Alciatus, libro secundo disputat. cap. tertio, ita intelligens. l. si pecuniam de pignoratitia actione, Balduinus in tractatu de pignor. capitulo decimosexto, dubitatur ergo an valeat huiusmodi pactio in cõtractu reditus annui? 2 Et in primis non videtur vitiosum, sed licitum pactum:

pactum, quia non videtur creditor plusquam conceſſum ſit per hoc lucrari; ſed eſt tantum plenior quædã ſecuritas, vt de prædibus prædijsque dictum eſt ſupra hoc libro, quæſtione 5. nec prohibetur creditor fructus fundi hypothecati percipere, & in vſuras imputare, ſed prohibetur ſuos facere vltra ſortem & vſuras. Tum ſi creditor ſub libero pacto redimendi emat fundum non afferentem maiores fructus in anno, quam ſit quatuordecima pars pretij, non videtur contractus vſurarius, nec illicitus: igitur nec contractus hic de quo agimus illicitus iudicandus eſt: quod enim licite fieri poteſt vno modo, poteſt magis licite fieri alio modo liberaliori, & leuiori ipſi debitori, vt hic, vbi remanet dominus. Tum non prohibetur huiuſmodi creditor conducere fundum debitoris iuſta mercede, ſupra quam primum deducetur reditus, quod in effectu in idẽ recidit cum antichreſi. 3 Non obſtat conſtitutio. 32. in authentica, nullum credentem agricolis: quia eſt ſpecialis diſpoſitio in agricolis, vt diximus libro 3. quæſt. 4. in quibus etiam eſt magna ratio ſpecialitatis prohibendæ antichreſis, ne videlicet impediatur agricultura, & pauperes ruſtici fundis ſemel exuti ſimulque potiori ſua induſtria fraudati nunquam ſoluere queant, ſed ſemper ſolum vertere cogantur. In cæteris autem hominibus manet ius commune, de quo in l. ſi is qui. §. ſi antichreſis de pignori. & in l. ſi ea pactione, & in l. ſi ea lege. C. de vſuris.

4 Quibus nõ obſtantibus contrariũ puto: quia ſimplex quatuordecima eſt ſupremus gradus, & agmi horum reditũ, nec poteſt debitor ad ſummum plus grauari, quã ad rationem quatuordecimæ ſimplicis, cui ſi antichreſis adiungatur, debitor facti no tabiliter plus grauatur: quia amittit poſſeſſionem, vſum, & fruitionẽ domus, vel fundi ſui, & multa cõmoda præter annuũ reditũ inde prouenientia. Creditor autem præter annuum redituũ, & pleniorem ſecuritatẽ habet vſũ fundi, & licet in ſimplici quatuordecima nullum habeat percipere commoduni, niſi in fine anni, vel termini conſtituti: tamen hic continue, & ſemper ante terminum percipit, & in ſumma loco ſimplicis reditus ad finem anni per ſoluẽdi, plenũ vſum fructuũ perpetuũ, ad hæredes, & quemcũque ſucceſſorem tranſmiſſibilem, & ceſſibilem. Quare concludendum eſt huiuſmodi pactum antichreſeos (& loquor de perpetua, & abſoluta antichreſi, & ſic proprie ſumpta, quæ gratia creditoris ſit; non autẽ de temporaria de qua infra iſta quæſtione) ipſo iure non valere in præiudicium debitoris annui reditus, nec eum obligari quin quandocunque libuerit, fundũ repetere poſſit, & a creditore exigere rationem fructuum percipiendorum etiam, vt ſiquid vltra reditum perceperit, aut percipere potuerit, reddat. Si enim fuerit, etiã percipiẽdi, id eſt qui percipi debuerũt, & potuerũt, licet dolo, culpave lata creditoris nõ ſint percepti, reputãtur creditori liberali nullũ reditũ percipiẽti. l. 1. & 2. C. de pign. action. quanto magis creditori fœneratitio.

5 Sed an ſaltẽ creditor iſto caſu habeat retentionẽ certum eſt nõ habere pro futuris pẽſionibus, ſed pro præteritis videtur habere per. l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi centũ de cõdit. indeb. ſubſiſto tamen: quia iſtud dependet partim à forma, & cauſa, ſeu fine pacti, partim ab altiori illa quæſtione, an iſtud pactum non ſolum vitietur, vt dictum eſt, ſed etiam vitiet contractum principalem, quam ſimul expedire

malo. Et dicendum est in terminis propositæ quæstionis quando creditor emit reditum ad rationem duodecimæ, vel apud Hispanos quatuordecimæ, simul cum idonea, & perpetua antichresi. Primo, discernendos esse duos casus principales; aut enim ab initio pactum est, quod creditor antichresim possidebit, & ea fruetur, donec redimatur reditus, fructus interim percipiendo vice pensionis, & absque redditione rationum, & restitutione fructuum, si quando pensiones excedant: aut vero actum est, quod creditor tenebitur rationem reddere, vel quod non faciat fructus suos, nisi pro rata pensionum. Primum casum subdistinguo in tria membra, aut fructus dicti fundi secundum æstimationem, & cursum communem excedunt decimam sortis partem: aut non excedunt decimam, sed quatuordecimam: aut nec quatuordecimam excedunt. Primo membro dico contractum omnino vsurarium, nullum, & cassandum fructibus etiã percipiendis in sortem imputandis: quia constat creditorem noluisse cõtentum esse decima, sed voluisse eã supergredi, & illicitum fœnus exercere, etiam supra rationem vnius pro decem. Igitur vsurarius censendus est, per ea quæ diximus supra libr. 1. quæstione. 7. Imo hoc casu duplici nomine fœnerator magis excedit, quam in duplici excessu decimæ. Primo per interpositionẽ antichreseos fraudem facit publicis, & politicis legibus, quod est deterius, & odiosius, quam si simpliciter, & nullo velamine, & machinamento fraudis exquisito contraxisset. Secundo, quia non solum excedit, & grauat debitorem paulo vltra decimam respectu eius, quod percipit, sed etiam in alio notabili commodo, videlicet in vsu imo in effectuali vsufructu antichreseos: & sic debitor nedum pendit vltra rationem decimæ, sed etiam priuatur vsu fundi sui, quam ob rem non puto hoc casu inquirendum, nec requiri ad cassationem, quod præcise reditus fundi communiter excedant annuatim decimam, sed satis est apparere quod communiter ascendit, vsque ad decimam fortis, etiam si communiter non excedat: quia non proinde reditus ad rationem vnius pro 17. reducendus erit, sed in totum annullandus: quia commodum possessionis antichreseos, & ius per manus suas fruẽdi reditum decimæ, facit notabiliter præponderare decimam, & debitorem vere grauari vltra rationem decimæ. Et sic reditus tanquam vsurarius, & illicitus in totum annullandus erit, & hoc intellige quando creditor tempore cõtractus sciebat reditus fundi decimam sortis annuatim æquare, vel excedere: secus si ignorabat, & erat in bona fide: quia putabat cõmuniter non excedere quatuordecimam. Tunc enim dicendũ est, vt in secundo casu principali. Secundo membro quando fructus non ascendunt communiter vsque ad decimam sortis partem, excedunt tamen quatuordecimam: & tunc nisi aliud etiam vitium accedat, non puto reditum annullandum, sed reducendum ad rationem vnius in. 17. simplicis reditus præter nullitatem pacti, & hoc nisi creditor re integra offerat discedere ab antichresi, & simplici quatuordecima contentari, per ea quæ diximus supra lib. 1. quæstio. 7. Et ita dicendum puto, etiam si creditor tempore contractus sciebat valorem fundi: si vero ignorabat nõ debet esse locus reductioni adhuc ad 17. sed sufficeret pactum antichreseos vitiari, & fructuum, & reliquorũ rationẽ iniri, vt in secundo casu principali, nisi appareat de magna pœnitentia

7

cacia

cacia creditoris influendo tota anti
chresi sine deductione postquã scie-
tia superuenit: quia arbitrio iudicis
potest esse sufficiens ad reducẽdum
ad rationem vnius pro. 17. Nec enim
impunita debet hic esse nimia im-
pugnatio, vel contemptus veritatis
agnitæ. Huius membri conclusio fal
8 lit, vt vitiet si hæc antichresis exiga-
tur ab agricola, taliter q̃ pauper ru-
sticus exuatur omni sua industria, &
subsidio vitæ: tũc enim propter nul
tu simul concurrentia puto reditum
annullandum. Primo propter nimiã
auaritiam pascentis de tanto quæ
stu huius quatuordecimę cum eo, cui
eleemosyna, vel gratuitum mutuum
debetur. Secundo, quia non solum
de supremo lucro paciscitur, sed etiã
spoliat debitorẽ omni sua industria,
& subsidio vitæ: licet enim reditus
duorum iugerum cum tugurio rusti-
cano (si communi æstimatione expẽ
dantur) non valeant vltra decem an
nua: tamen rustico exercenti simul
cum parsimonia, & æconomia rusti-
cana, valẽt in quadruplo, & sufficiũt
dempta sterilitate, ad totius familiæ
exhibitionem, quã defraudat, ad re-
stim adigit crudelis fenerator sua ista
antichresi. Quare propter nequitiã,
& perniciem exempli, puto sufficere
ad contractum annullandum etiam
si expressum sit quod creditor nõ lu
9 crabitur fructus vltra ratam reditus
constituti. Non tamẽ puto quod de
beat amittere sortem, licet sit casus
dictæ nouellæ. 32. quia illa cum sua
pœna à memoria hominum excessit:
non tamen exoleuit ratio super qua
fundata est. Secus si agricola multos
habeat fundos, & vnum, quo carere
potest, daret in antichresim maxime
fractum esset: quod soluendo reditũ,
posset antichresim reuocare quando
vellet. Et quod dictum est de agrico
la producendum est ad casus, vbi est
eadem ratio, & nequicia pacti, puta
si est nobilis pauper, qui sumptibus
suis exiguum prædium colifacit, vn
de cum reliqua rustica æconomia
familiam exhibet. Redeo ad distin-
ctionem.

10 Tertio membro, quando fructus
non excedunt rationem quatuorde
cimę, dicendum est, vt mox diximus
in secundo casu principali. Et nota
quod hoc primo principali casu, hoc
est, quantum ad nullitatem, vel mo-
derationem reditus, non attenduntur
fructus quanti plurimi. Imo nec fru-
ctus contingentes tempore contra-
ctus, vel annullationis, aut reductio
nis reditus. Sed tantum communis
valor, & æstimatio reddituum fundi,
vt supra diximus libro primo, quæ-
stione sexta: quia nõ agitur de resti-
tutione, vel compensatione momen
tanea fructuũ certi temporis cum re
liquis, sed de iustitia, vel iniustitia per
11 petua totius contractus annuę, & per
petuæ præstationis. Secundo vero ca
su principali quando creditor nõ de
bet lucrari fructus, sed tantum eos
percipere pro rata pensionis: & tunc
solum istud pactum antichreseos nõ
vitiat in aliquo: quia non debet redi-
tus annullari, vel moderari, sed tan-
tum vitiatur pactum.

12 Fallit primo, vt vitiet si exigatur
ab agricola, vel vbi est similis ratio, vt
13 nuper dixi. Fallit secundo, vt neque
vitiet, nec vitietur, si hoc pactum nõ
sit pactum præcise, & perpetuo, hoc
est, donec redimatur reditus, sed ad
tempus certum, vel incertum, & ex
iusta causa, vt si debitor est suspe-
ctus, vel ignotus creditori, qui fideius
sorem idoneum petit, & interim do-
nec fideiussor aduocatur, debitor tra
dit pignora, vel fundum, & recipit
sortem, qua prompte indiget, & agi-
tur expresse, vel tacite quod quã pri-
mũ debitor idoneè caueat, recipiet

pignora,vel fundum fructibus super pensionibus reducendis. Non enim puto huiusmodi pactum reprobandum, modo non sit color quæsitus fraudãdæ simplicis quatuordecimæ, & alioquin si hoc non admitteretur male consuleretur multis indigenti
14 bus. Tum hoc casu non est vera antichresis,cum non sit actum, vt reti neat fundum,fructus in vsuras recipiendo,donec sors reddatur, vt in dicta.l. si is qui bona.§.1.de pignorib. Imo non est pignus perpetuo, cũ creditor non habeat ius perpetuo retinendi, sed solum donec idoneè ea ueatur. Et sic est pignus temporale, seu prouisionale, & accipio pignus pro possessione, vel detentione creditoris. Cæterum nuda hypotheca
15 semper perpetua est. Et aduerte, quod in dubio non intelligitur actũ de propria, & perpetua antichresi gratia creditoris facta,sed solũ quando expresse actum est,quod creditor per manus suas certo fundo ad hoc sibi realiter tradito, fruetur perpetuo: hoc est,donec redimatur vt in dict.l. si is qui bona.§.1. alias nisi hoc actũ sit,non intelligitur fundus in veram, 17
& perpetuam, & præcisam antichresim,quę est in gratiam creditoris,sed in pignus temporale, & sic magis in gratiam debitoris,qui ad libitum pignus reuocare poterit alio pignore nõ damnoso,nec fructili dato, vel data idonea cautione pro securitate redi 18
tus,ita enim in dubio præsumẽdum. Tum quia minimum.l.in obscurisde regul.iuris,tum quia benignius,& minus captiosum.l.merito.ff. pro socio.
16 Modo videamus an creditor habeat retentionem pro præteritis,& debitis pensionibus antichresi concessa per debitorem: quia de antichresi impropria,& temporali non est dubium quod sic.Sed de propria,& precisa antichresi dicendum est retentionem creditori nõ competere, aut enim vitiat,aut tantum vitiatur iuxta resolutionem supra traditam. Primo casu cessat quæstio: quia nulla sunt reliqua,pro quibus retineri possit antichresis.

Sed an pro restitutione sortis retineri possit antichresis? Respondeo fundum ipsum non posse simpliciter retineri:quia nõ tenetur debitor statim totam sortem restituere, licet cõtractus nullus sit, vt adnotauimus supra lib.1.quæstione.9. fateor quod si sint lapsi quidam termini soluendi, potest fundus præcise retineri pro tãta summa,quę tunc deberetur secundum formam contractus, tanquam conuersi in mutuum dictis terminis restituẽdũ, & creditor talẽ sortis quãtitatem tunc repetere potest. (vt in dict.quæst.9.iam diximus) alioquin nullam habet fundi retentionẽ simpliciter,sed bene eo modo, quo potest debitorem cogere ad constituendum reditum decẽ & septem pro resi duo sortis,quam nondum potest exigere,vel ad aliud residuum restituendum, vt statim dicam. Idem dico de mobilibus in pignus datis tempore contractus: de fructibus autem à creditore perceptis puto indistincte quod retineri possunt infra sortis quãtitatem:quia consumpti ipso iure cõpensantur.l.final. C. de pignoratitia action.nõdum vero consumpti, etiã percipiendi æstimandi sunt. Non tamen quanti plurimi,sed communiter,& æstimatio in sortem cedere debet,non autem restitui, nisi sortem excedat,etiam si ea quantitas excedat summam, quam creditor nunc secundum formam contractus posset exigere:quia ex quo actum erat, quod dictos omnes fructus pro reditu lucraretur,satis concessum intelligitur, vt omnes statim cõuertipossint in sortem. Non obstat ei, quod dixi

mus

mus in communi æstimatione, si-
quis dicat, quod ex quo contractus
est nullus, tanquam vsurarius, debet
creditor fœnerator improbus teneri 21
quanti plurimi, tanquam fur: quia di-
co tortam pœnam, saltem ciuilis im-
probi fœnoris satis esse consumptam,
& inflictam, eo ipso quod talis credi-
tor non redigitur ad modum reditus
concessum, neque ad alium leuiorē,
sed omni commodo, & interusurio
priuatur. Imo etiam omni hypothe
ca, vt dixi supra hoc libro quæst. 8. &
redigitur ad instar simplicis credito
ris mutui, imo etiam chirographarij,
imo etiam non pure exigibilis, sed
sub moderatione, de qua diximus su
pra hoc lib. quæstion. 9. & sic non de
bet vlterius puniri, saltem ciuiliter.
19 Nec mirum videri debet vlterius si
hunc creditorem fructibus percipiē
dis oneramus, non autem quanti plu
rimi, quia sic est de iure communi in
quouis iniusto creditore, qui etiā ci
tra moram tenetur de fructibus per-
cipiendis, ideſt, qui pro modo diligē-
tiæ ad quam tenetur, percipi potue
runt, & debuerunt, & non sunt perce
pti culpa lata, vel leui, qua tenetur:
non autem culpa leuissima, qua non
20 tenetur. Et tamen eorumdem fru-
ctuum, etiam percipiēdorum ęstima 22
tio communiter censetur: nisi credi
tor toto debito accepto, vel compen
sato iniuste denegaret restitutionē
fundi, & esset in vera mora: quia ex 23
tunc, & deinceps posset teneri quan
ti plurimi. l. 3. §. fin. de action. empti.
l. in hac de condictione triticaria ita
dicēdum in proposito, quod si dictus
creditor tota sorte recepta, vel com
pensata, vel ea tantum parte sortis,
quam exigere poterat interpellatus
de restitutione fundi, sit in mora, cū
nullum ius hypothecæ, nec retentio
nis habeat, ex tunc à tempore inter-
pellationis, & moræ tenebitur nedū
de omnibus etiam percipiendis dili
gentia, qua tenebatur, sed etiam a do
mino suo debitore percipi potuisset,
etiam sub æstimatione plurimi. Non
obstat dict. l. si non sortem. §. si cen
tum de condit. indeb. quia non dene
go, etiam huic improbo fœneratori
ius retentionis pro summa ei debita,
sed solum quatenus nondum potest
exigere. Vnde dico, quod quemad-
modum potest offerre debitori, vt
de residuo sortis, quam nondum po-
test exigere, reditum decimæ septi-
mæ constituat, vel residuū illud prōp
te restituat, vt supra libro. 1. quæst. 9.
ita potest adhunc finem iure reten-
tionis fundi, vel pignorum vti: alio-
quin, siue acceptet oblatam à debito
re moderationem. 17. siue etiam re-
cuset, & malit sibi sortem dependi,
secundum terminos contractus, non
potest interim retinere pignora, nisi
forsam debitor esset suspectus, nec
caueret restituenti, autem creditori
saltim sub hypotheca bonorum ge-
nerali cauere debet de reliquo sortis
suis terminis restituēdo: & sic dictus
§. si centum, cum similibus, intelligi
tur pro debito puro, vt loquitur, non
autem pro debito in diem, nisi quate
nus aliqua iusta ratio suadeat. Secun
do casu quādo pactum antichreseos
non vitiat, sed tantum vitiatur, clarū
est retentionem procedere pro reli-
quis iam debitis, non autem pro futu
ris. Non obstant adducta in princi
pio huius quæstionis, & primo quod
creditor sub libero pacto redimēdi
potest emere fundum, cuius reditus
annui communiter ascendūt ad qua
tuordecimam partem pretij: quia di
co quod talis contractus est iniustus
propter nimiam pretij modicitatē,
vt infra & in fraudem vsuræ, seu sim
plicis quatuordecimæ: longe plus
enim lucratur creditor hac via, debi
tor vero longe plus grauatur per præ-
dicta.

dicta. Et vltra quod hoc casu facultatem redimendi præscribi potuisset per hæredes creditoris longissimo tempore, & per successores eius singulares longo tempore iuxta notata sup. lib. 1. quæstione. 17. quod est aliud pe
24 riculum longe grauissimum. Nec etiam obstat, quod creditor potest conducere fundum debitoris iusta mercede, super qua prius deduceret reliqua reditus sibi debita: quid verum est in se, sed dico quod si est facta huiusmodi locatio tempore contractus, non erat alias debitor locaturus, sed culturus, & fruiturus per manus suas; & si conductio prætextu mutui, vel venditionis reditus, fuit
25 extorta, vsuraria est, & vitiatur, nec obligat debitorem: non tamen vitiat contractum reditus, ex quo alias iusta merce de facta est. Amplio istud quod non vitiat contractum, etiã si alias debitor erat pluris locaturus, & inueniebat qui maiorem mercedẽ, sed plus iusto offerebat: quia hoc nõ considerabatur, vbi agitur de vitiando contractu, quæ est quędam pęna, sed requiritur quod creditor vere, hoc est, secundum communem æstimationem percipiat, vel per eum stet quominus percipiat vltra quatuordecimã, vt debeat fieri reductio ad rationem vnius in decem, & septem vitiata semper extorta illa conductione, vel quod percipiat vltra decimam, vel circiter vsque ad decimã sortis partem, vt totũ vitiari debeat, si creditor sciebat plus valere secun-
26 dum prædicta. Si vero ignorabat, & erat in bona fide quantum ad hoc, nolebat, nec sperabat lucrari vltra quatuordecimam, licet vellet minus iuste sibi nimium prospicere de conductione, vel antichresi: non puto ex hoc solo contractum reditus annullandum, nec etiam reducendum, dũ modo veritate coginta interpellat' offerat, quod iustum est deducere, nec litigare velit, vt supra lib. 1. quæstion. 7. Præsumitur autem scientia si communiter hoc erat notum in loco: quia præsumitur quod debuit inquisiuisse. l. qui cum alio de reg. iuris. si igitur locatio vere facta sit mercede notabiliter defectiua, idque sciente creditore, ita quod deducto lucro quod iusta mercede factam locationem sequi solet, lucratus est tam de super lucro locationis, quam de reditu vltra decimam sortis partem in anno: tunc totus cõtractus, tam reditus quam locationis, annullãdus est, & omnes fructus sorti imputãdi per
27 prædicta. Vt enim in vero mutuo quidquid accedit sorti est vsura. 14. q. 3. per totum, ita & in his reditibus quidquid vltra simplicem quatuordecimam vetitum est: & saltem interpretatiue vsurarium: faciunt quæ tradunt Bald. & Salicet. in. l. cũ allegas. C. de vsur. de eo, qui non vult mutuare, nisi quid vendat, & vt in simili inquit Felinus. c. debitores in fin. de iur. iurand. Turpiter exigit, & accipit hanc conditionem, vel similem contractum ex quo vetatur quatuor decimam egredi. Secus si debitor nõ erat tanto locaturus: quia tunc cessat omnis exactio, & excessus, & non vi
28 tiat, nec vitiatur. Non obstat quod antichresis specialiter prohibita est agricolis dict. constitutione. 32. quia verum est ibi speciale esse in agricolis in duobus. Primo, quod non potest ab eis exigi vsura vltra rationem semissis duodecimæ, quę proxime accedit ad rationem trientalis vsuræ. Secundo, quod licet vsura sit ita leuis, tamen non licet ab eis antichresim accipere sub pęna totum amit-
29 tendi, vt dixi libro. 3. quæst. 4. Cæterum verum est qeod iure communi. ff. & C. non est prohibita antichresis simplex, etiam indebito vsurario

d. l. si

dict.l.si is qui bona.§.1.de pignor.l.si ea pactione.l.si ea lege.l.per retētionem.l.penultim.C.de vsuris,sed ego aduerto ea iura debere sane intelligi quando res erat talis,quæ alias solebat,& poterat commode locari à debitore,ita quod iusto pretio locando non damnificaretur, & quando pro tali quantitate vsurarum, vel reditus dabatur creditori quod antichresis æque commoda,& vtilis erat futura ipsi debitori, sicut creditori: tunc enim ratio æqualis euentus lueri, & damni hinc inde liberat tale pactū ab iniquitate vsuraria,vt inuit.d.l.si ea lege,alias secus. Vnde quod Accurs.d.l.si ea pactione in fin.sentit pactum nō vitiari,nisi esset læsio vltra dimidiam iusti pretij, reijciendum est vt erroneum,& iniquum: quia in hac materia vsuraria.l.2.C.de rescindend.vendit.non habet locum in debitore,nec potest creditoribus suffragari,vt diximus supra.q.10. quia modus vsurarum est limitatus, & quidquid directe,& per indirectū excedit vitium est,& à legibus reprobatum,& adhuc hodie apud nos dicta iura antichreseos etiam non probata æqualitate,non possunt habere locum in terminis quatuordecimæ: quia ex quo quatuordecima est pro summo nostro reditu limitata,& exacte commensurata tam ad periculū, vel damnum quod potest creditor ferre percipiendo pensiones fortis super bonis alienis per manus debitoris,quam ad commoditatem debitoris,qui rebus suis, & ære alieno fruitur,vt notauimus supra libr.1. quæst. 6.non licet creditori hos fines egredi in quatuordecima. Sed si reuiores reditus statuatur,ita quod incōmodum quod verisimiliter patetur debitor ex simplici antichresi (simplicem voco quando fructus communiter non excedunt reditum, vel si excedant actum est expresse,vel tacite quod reddi debeant) compensari possent cum diminutione reditus,non vitiabit nec vitiabitur. Vnde si quis statuerit semissem quatuordecimæ tātum, non esset dubium quin liceret ab initio pacisci de simplici antichresi. Sed non est adhoc necesse tātum diminuere de pensione, alioqui minoris posset emi reditus perpetuus, non redimibilis,vel etiam fundus sine facultate redimēdi per ea quæ notauimus supra lib.1.quæstion.6. & vt ibi diximus non potest melius cognosci quantum iuste,& æquabiliter diminuendum sit de reditu, quam ex analogia, seu pro portione iusti pretij fundi similem reditum cōmuniter deductis expensis ex fructibus, afferentis.l.si fundus in principio.ff. de bonis eorum.l.fundum per fideicommissum delegat.1. & ibi notat Ias.sequitur Couarru.lib.3.variarum cap.9.nu.5. Si enim fundus perpetuo,& simpliciter vendatur, nō licet aliquid minuere de vero, & exacto pretio (non dico quominus contractus valeat)sed quin eatenus recedatur à iusta,& exacta æqualitate, ad quam solam,& non ad id, quousque decipere,& transgredi licet,necessario hæc analogia referēda est,per ea quæ diximus libr.1.quæst.10.Si vero emptor facultatem redimendi concedat, iuste potest aliquid minuere de pretio nō offensa exacta illa æqualitate,plus autem minui potest si facultas sit libera,& perpetua; si vero temporalis limitata minus,prætextu autem liberæ, & perpetuæ facultatis redimendi iuste demi potest quarta pars pretij totius, aut ad summū (vt ego quidem reor)tertia, verbi gratia si fundus valet. 30. iusto & integro pretio,si emptor det liberam,& perpetuam redimēdi facultatem,potest emere.22.cum dimidio,& sic demp

ta

ta quarta parte: & erit hoc casu iustum pretium, puto etiam posse eme re pro. 20. & sic dempta tertia parte hinc appositissime dixit Socin. consi lio. 15. colum. fin. lib. 1. quod ea quæ valent centum absolute vendita, si cum pacto redimendi vendantur, va lent. 70. tãtum, quem refert & sequi tur Tiber. Decianus, conf. 2. libro. 1. num. 170. Sed non puto ob liberam facultatem redimendi posse plus ter tia parte diminui de iusto, & integro pretio, nisi recedendo à iusta, & exa cta æqualitate, & istud mihi videtur naturali ipsi contractuum iustitiæ, & boni, prudentisque viri arbitrio con sentaneum, quod etiam placuit, do ctissimo Covarru. libr. 3. variarum. c. 10. num. 1. qui iudicis arbitrio, & con suetudine in hoc multum defert, se quitur Valascus, consultatione. 70. num. 5. & videtur hodie comproba ta huiusmodi doctrina ex. l. 6. tit. 15. libro. 5. Recopilatio. iuncta. l. fin. eius dem tit. quæ est pragmatica anni. LXXIII. Quibus probatur redimen di pactum minuere fere tertiam par tem iusti pretij reditus perpetui: nã eundem reditum quem perpetuum. 20. emisses, iuste emes. 14. cum redi mendi pactione, quamuis Gregor. l. 28. titul. 8. part. 5. glos. magn. verbo, à censo, ad fin. voluerit hoc pactum tã tum minuere. 4. p.

34 Sed emptio huiusmodi reditus cũ æquiualente antichresi parum dista re videtur ab emptione eiusdem fun di, eodem pretio sub simili libera fa cultate redimendi: vbi igitur iustum & integrum pretium fundi valentis centum annui reditus, sit ter mille, si perpetuo, & simpliciter væneat, sub libera facultate redimẽdi erit. 2250. aut ad minus bis mille secũdum ana logiam nostram, quam naturali iusti tiæ, & boni prudentisque viri arbi trio conuenire censemus, videtur

35 inferendum, quod siquis emat centũ annui reditus, ita tamen quod vice reditus debeat frui certo fundo ven ditoris eiusdem reditus, donec lua tur, seu redimatur, quod debeat eme re saltim duobus millibus, & sic ad ra tionem quincuncis vsuræ. Aduerten dum tamen est, quod licet hæc anti chresis non multum distet ab emp tione ipsius fundi sub eodem pacto redimendi: tamen non tam parum abest quin sit notabilis distãtia: quia in venditione, & traditione fundi ve ditor statim omne dominium, & pos sessionem amittit, quæ transeunt in emptorem, sed in hac simplici an tichresi venditor remanet dominus, & quod emptor efficitur possessor, nõ est simpliciter, sed tãquam creditor

36 hypothecæ incumbens: vnde dicitur possidere ad commodum vendito ris. l. serui nomine de vsucapion. l. cre dum. §. creditor qui satisdare cogan tur, nec potest per se interuertere, nec etiam mille annis vsucapere, vt supra diximus libro. 1. quæst. 19. quin etiam illa possessio debito soluto, vel etiam oblato iuris effectu, resoluitur. Et sic antichresis quantum ad posses sionem, & commodum fructuum dũ taxat, nõ distat, sed quoad omnia alia multum distat ab emptione fundi quam ob rẽ puto rationabiliter plus posse diminui de iusto integro pre tio à recipiente fundum per viam an tichresis simplicis, quam ab emente

37 sub simili redimẽdi facultate. Idque etiam notabiliter, non tamen vltra semissem totius pretij fundi absolu te venditi. Vnde non puto iustum, quod creditor emat cum idonea, & æquipollenti antichresi ad rationẽ vnius pro. 15. vel. 16. & sic detrahen do vnam, vel etiam duas tantum vn cias de reditu quatuordecimæ: quia licet detractio sextantis, siue sextæ partis sit considerabilis, vt per Bart. l.

societa-

societatem. §. arbitrorum pro socio: tamen commodum idoneè perpetuæ, & præcisè antichreseos est cõsiderabile. Tũ suprema illa ratio quatuordecimæ est nimis rigida, licet tolleretur tanquam agmi, & summum ius, siue tanquam summitas extremi, quod transgredi non licet, & sic si ab ea modicum excedatur, reditum diminuendo, non dicitur recedi ab
38 æqualitate. Prædicta autem intellige de præcisa, & perpetua antichresi, quæ fit in gratiam, & commodum creditoris, vt quando creditor non contentatur tuta hypotheca reditus per manus debitoris soluendi, sed præcisè vult habere reditum fruendo per manus suas, idquè perpetuo, hoc est donec reditus luatur. Secus si fieret antichresis temporaria ad commodum debitoris, vel ita, vt liceret debitori antichresim reuocare idoneis prædijs, prædibusque cauendo: quia tunc non est propria antichresis, sed simplex temporaria securitas, & sufficeret rationem duodecimæ, seu apud Hispanos quatuordecimæ, non excedi, vt supra diximus ista quæstione.

39 Vnde si esset actum quod si debitor vellet antichresim reuocare, tunc teneretur soluere ad rationem quatuordecimæ, & id donec prædibus prædijsque caueret de soluenda quatuordecima, puto pactum omnino valere. Idem si non sit expresse actum, sed tacite, & verosimiliter, de quo satis constaret, puta si creditor hoc offerat liberũ esse debitori: quia tũc manifestum est antichresim esse in fauorem, & cõmodũ debitoris, sed in vera, præcisa, & perpetua antichresi ad commodum creditoris, non debet creditor excedere quindecimã, & in Hispania decimã septimã quo casu puto pactũ præcisum antichreseos in huiusmodi reditibus tollerari posse, nec video iustam causam in cõmuni prohibendi, vel arctius restringendi, sed mihi videtur hæc cõmensuratio in communi æquabilis, & tã creditoribus, quam debitoribus vtilis, dummodo etiam omnis fraus, & aliud grauamen debitoris cesset. Vnde excludo agricolas à quibus iustissima ratione vetuit Iustin. fundos in antichresim accipere: quia omnis opera, & quæstus agricolarum in cultura consistit, & ab ea pendet, etiam
40 Rei publicæ salus & conseruatio. Ex his habes materiam antichreseos plene discussam.

Duo tamen menti occurrunt. Primum, quid si creditor emens reditum ad rationem quatuordecimę accepit pignora pretiosa, & vendibilia puta vasa aurea, & argentea vsque ad quantitatem sortis an curiat reditus? Et respondendum est non currere: quia creditor censetur sortem penes se habere: quia tantumdem bonorum debitoris præsertim vendibilium habet, & si actum sit, q̃ remaneãt penes creditorem donec sors restituatur, puto funditus reditũ non valere, nec conualescere restitutis pignoribus, etiã pro futuro tempore, nisi rursus constituatur, vt supra diximus, lib. 1. q. 9. Si autem actum sit, q̃ pignora remaneant penes creditorẽ, donec fideiussor idoneus adducat̃ sit, tunc restitutis pignoribus, non dubitatur quin deinceps currere possit.
41 Sed an possint peti reliqua pro tẽpore, quo pignora manserunt penes creditorem? Respondendum est ex bono, & æquo æstimandum esse ex circunstantijs personarum, quantitate, & equalitate pignorum, & breuitate, vel mora temporis, & grauitate, vel leuitate reditus, vel aliorum onerum: nec enim iustum, & æquum est creditorem sibi ad quantitatem sortis bona debitoris possidere: & tam mag-

magnum reditum exigere per prædicta.

42 Secundo occurrit talis quæstio, quid si ex post facto de antichresi cõuenerit, nunquid vitiabitur contractus reditus annui? Respondetur si ex probabili interuallo, cũ cesset suspitio extorsionis reditus, non vitiabitur ipse reditus: sed tamen non poterit creditor vltra quantitatem semel conuentam lucrari ex fructibus pignorum, quantumcunque reditus sit minor decima septima, sed rationem reddet, vt dictum est l. 1. &. 2. C. de pignorat. actione. Sed si est reditus quatuordecimæ, non potest efficaciter pacisci de vera, etiam simplici antichresi, nisi reditus ad decimam septimam reducatur, secũdum prædicta: quoniam licet interuallum operetur quod reditus semel validus non vitietur: tamen non operatur, vt possit huiusmodi reditus vltra legitimum modũ aggrauari, vel augeri; quemadmodum de iure ciuili, etiam ex interuallo non prodest pactũ ad excedẽdum legitimum modum vsurarum in futurum, & valet argumentum per ea quæ notauimus supra lib. 1. quæst. 7. & dicemus infra lib. 3. quæstione. 3.

Ex quæstio. sequent.

VTrum fideiubere liceat? numero. 1.

In parabolis & in ecclesiastico contineri aliqua œconomica, & politica non trahenda ad obligationem legis diuinæ, numero. 2.

Salomonis consilio à nimis frequenti, & inconsulta fideiussione abstinendum esse, numero. 3.

Quare dotium fideiussores prohibeantur? num. 4.

Fideiussionem quandoque ob vtilitatem publicã quandoque ob facilitatem prohiberi, numero. 5.

Fideiussionem esse actum honestum necessarium & pium, num. 6.

Laudatur fideiussio, ibidem.

An liceat aliquid accipere pro fideiussione? num. 7.

Mutuatarij fideiussor pro fideiussionis officio, nihil honeste accipit: num. 8.

Idem dicendum in fideiussore reditus annui. num. 9,

Et quod liceat fideiubere in venditione reditus, ibid.

Et an pactum seorsum factum cum fideiussore de aliquo dando propter fideiussionem, vitiet contractum reditus? ibidem.

Maior est fraus quæ occultè, & per interpositam personam fit, numero. 10.

Declaratur text. in. l. hac iure. §. labeo. ff. de donationibus, numero. 11.

Fideiussori tantum licet indemnitatem stipulari, numero. 12.

Licet tamen debitori sponte, & liberaliter fideiussorem remunerari, num. 13.

Fideiussionem esse pecunia æstimabilem iure non probari, num. 14 & num. 11.

Si debitor fideiussorem associet in con-

contractu, an a principali fideiussor possit aliquid accipere pro fideiussione. numero. 15.
Et quid in fideiussoribus obligationum incertarum. ibidem.
An possit creditor reditus a fideiussore aliquid accipere, vt eum a fideiussione eximat? numero. 16. & sequentib.
Si subsit periculum sortis, & reditus in persona debitoris, potest creditor aliquid accipere pro eximendo fideiussore. n. 17.
Quod creditor iniuste accepit pro liberando fideiussore, per quem repeti potest. numero. 18.
Declaratur l. nulla. C. de solutio. n. 19.
Pluribus fundis obligatis pro reditu, an possit creditor aliquid accipere, vt ex his vnum eximat ab hypotheca. n. 20.
Et si acceperit, an debeat in sortem vel in reliqua imputari? ibid. & n. 21.
Et quid si debitor omnia sua prædia reditui obligauit, & vnum velit eximere aliquo dato creditori, an liceat? n. 22.
Et quid si reditus maiori pretio quam ad rationem quatuor decima sit constitutus an possit creditor aliquid accipere pro emptione vnius prædij ex hypothecatis? n. 23.
Et quid si reditus sit fundarius, vel alias qua pro pecunia constitutus? n. 24.
Creditor reditus an compelli possit fideiussorē, alio æque idoneo accepto, liberare. num. 25.

Quæstio. XII.

An obligationi reditus possit accedere fideiussor, & pro fideiussione aliquid accipere.



1 Via frequenter fideiussor accedit venditioni reditus, quæritur. Primo, an fideiubere liceat? nec noua nec ociosa quæstio videri debet, cum lucem, & perspicuitatem locis non contemnēdis afferat: Scribit enim Salomon Prouerb. c. 20.

Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus abeo, eandem sententiam repetit cap. 27. & rursus c. 22. ad fin. *Nolli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis*, vbi noua editio Tigurina (secundum Ioan. Baptist. de vsuris comment. 3. §. 1. n. 20) habet, *ne sis inter eos qui stipulata manu fidem iubent, & pro debito obstringunt, cur enim committeres, vt si soluendo non esses, lectus tuus sub te auferretur*, & cap. 17. *stultus homo plaudit manibus suis cum spoponderit pro amico suo*, secundum vulgatam editionem. Tigurina vero sic habet, *qui stipulata manu pro proximo fideiussor spondet, imprudens est*, & prouerbiorum c. 11. habetur, *affligetur malo qui fidem facit per extraneo qui autem cauet laqueos securus erit*. Ex quibus
2 prima facie reprobari videtur fideiussio maxime in contractu reditus in quo si accedat fideiussor, videtur creditor nolle suscipere periculum, sed quod semper sit saluum capitale & reditus tuto constitutus, ex quo præsumitur contractus vsurarius, vt per Calcaneum cons. 84. & seq. & ita hunc reditus contractum accedente fideiussore non esse tutum in conscientia dixit Brunorus a Sole q. 3. n. 12. Breuiter ego puto in parabolis aliqua contineri præcepta, & documenta œconomica, & politica phylosophiæ moralis pro talibus accipienda; non autem continuo trahenda ad
3 obligationem legis diuinæ. Vnde in locis præallegatis puto Salomonem nihil aliud agere, quam deterrere animis frequenti & in consulta fideiussione, ne contingat nimium debitis illaqueari præsertim alienis, & à functione propria in tempestiue auocari, quæ sole esset seges & occasio multarum fraudationum, dilsidiorum, & noxarum conscientiæ quibus
4 summopere obuiandum est, & hoc satis indicant verba Salomonis in ijsdem Paræmijs. c. 6. Et vetus illud Proverbium, *sponde noxa præsto est*. Et hæc est vna de causis propter quas iura prohibent fideiussores dotium l. 1. C. ne fideiusso. doti. cum enim frequentia matrimoniorum, & dotium sit necessaria si fideiussores interponerentur, breui accideret omnes fere ciues fideiussionibus proprio, vel hereditario nomine implicitos esse eumque nimis ampla sit materia litium ex dotibus, adhuc amplior, multiplicior, & irretitior esset, adiectis fideiussoribus, reciprocatione litium, euictionum, & recursuum mutuorum: sunt etiam aliæ bonæ rationes, quas tradit Oroscius in l. ius publicum de pact. Alci. lib. 4. Pareg. c. 26. & in c. cum contingat. n. 108. de iure iurand. Couar. c. quamuis pactum. 2. p. §. 2. de pactis in 6. Gutierrez de iuram. confir. 1. p. c. 21. Quædam ergo fideiussio
5 iure prohibetur ob publicam vtilitatem vt in dotibus: quædam eliditur ob facilitatem, vt in minore. C. si aduersus fideiussionem, & in muliere, quæ est ratio Senatus Consulti Velleiani, vt diximus supra hoc lib. q. 5. & pulchre lex distinguit imbecillitatem sexus de qua in l. 2. ad Velleian. a vera liberalitate, & debito pietatis officio, vt cum mulier fideiubet propatre in necessitate constituto, quo casu cessat Velleianum l. si pro aliquo in fin. ad Velleianum, & etiam flagitiosa fideiussio, quando fit in necem, vel corruptionem ipsius debitoris, puta filiifamil. vel adolescentis, vel alterius nequiter, aut inutiliter consumpturi, quæ est incentiuum insolentiæ, luxuriæ & aliorum flagitiorum: quo casu non solum scienter credentes, sed etiam fideiussores conscios pro modo culpæ, vel collusionis puniendos puto.
6 Cæterum his cessantibus, fideiussio

nedum

nedum est actus honestus,& sæpe ne cessarius vsu & tractu commerciorum,sed etiam pro fratre indigente actus pius, & Diuus Paulus propria autographa fideiussit apud Philomenem pro Onesino,hæc quoque fideiussio illo ornatur encomio Ecclesiast.29.*Vir bonus fideiubet pro próximo suo:át homo impudens patitur fideiussorem excuti & luere*. Vnde mox sequentibus versiculis deterret a nimia vel inconsulta fideiussione propter subuersionem domorum,& ingentes perturbationes instar fluctuum maris:facit etiam in fideiussionis laudem.d.cap.29. & Ecclesiast: *eratisim fideiussoris ne obliuiscaris,dedit enim pro te animam suam*,q etiam refert glos.2.in.l.1.tit.12.p.5.in quo tex.*animam* intellige,id est,*bona*,iuxta glos.l.aduocati.C.de aduocatis diuersorum iudiciorum,imo licet de iure canonico,& ciuili non teneatur laicus pro proximo fideiubere,tenetur tamen de iure naturali, quod si non faciat peccat si credimus Archidiacono in c.sicut per tex.ibi.11.q.1.sequitur Abiles.c.23,prætorum gl ver.de ordem,n.9.& cum fideiussio sit actus virtutis, & charitatis, iuramentum de non fideiubendo pro aliquo non obligat tanquam contra charitatem,vt per Abb.c.si vero.nu.5. vbi additio de iure iur. sequitur Sforcia Oddi in tract. de restitut.1.p.q.54.ar.2.n.4.

7 Cum ergo fideiussio in se licitus, & honestus actus existat, quæritur, si debitor mutuum accipiens, vel reditum vendens partem aliquam sortis vel quid aliud det,vel promittat fideiussori,vt intercedat: quia aliter non vult fideiubere,an valeat contractus? & prima facie videtur hoc iustum,& licitum ex tex in l.hoc iure.§.labeo. ff.de donatio,vbi tex.dicit non esse donationem,sed mercedem officij, si dedisti,vt pro[illegible]darem tx.in l. si remunerandi[illegible]urus alias Marius Paul.ff.man[illegible],facit l.antiquæ C.ad Velleian.l.3.tit.12.partit.5.ibi: *la quinta razon es si la muger recibiesse precio por la fiaduria que fiziesse*,ergo licet pretium recipere pro fideiussione,& ita tenuit Ang.Clauasi. ver. fideiussio in fin.ita sensit & seruari dixit Laurentius de Rodulph. tract. de vsur.p.3.q.3,licet tutius dicat abstinere ab huiusmodi receptione cũ quo transeũt D.Antoni.Medina.Cõrad.Caietan.quos refert Couar.lib.3 var.c.2.n.6.qui omnes ingenue fatẽtur tutius esse abstinere Decius autem in cons.7.n.1.Bart. Paul. & alij in d.§.labeo & communiter DD.nostri simpliciter tenent licere pretiũ pro fideiussione recipere, quod etiã tenuit Soto.lib.6.de iust.& iur.q.1.artic.2.in solutione ad primũ argumẽtum vers. qua propter placet mihi Greg.in.l.1.tit.12.p.5.glos.4.Auend. de exequend.mandat.2.p.c.12.vers. & videtur tx. vbi dicit communem idem Ioa.Bap.Lup.de vsuris comẽt. 3.§.1.n.19.Menesius in.l.2.C. de rescind.vend.n.27.Matiençolr.ti.11. lib.5.recop.glo.8.n.fin.Nauar.in Manuali.c.17.n.285.Emanuel Rodrig. 8 in Summa.1.to.c.120.n.4.Nau.etiã cons.25.n.4.tit.de vsuris. Sed licet prædicta sit communis opinio tenta ri posset fideiussorem turpiter exigere,& accipere,& condici posse per debitorem: quod in mutuo patet:vt enim creditor,pro mutui officio nihil potest honeste exigere,ita fideiussor:imo multo minus:quia minus officij impẽdit,quam creditor,suũ gratis mutuans, si creditori ipsi sors mutuatitia, quæ abest, nihil debet parere,quanto minus fideiussori simplex verborum prolatio,cum nihil ei absit,Si creditorem propter officiũ mutationis,aliquid vltra sortẽ exigere

(licet interim pecunia sua sibi absit) est vsura, in fideiussore, cui nihil abest, videtur plusquam vsura, quæ re ipsa, vt iniquiore, ita deformior, & sordidior est in fideiussore, etiam si vulgo quidam non sic sentiant: quia rarius vsu venit quemquam velle quęstum facere, vel lucrari de officio fideiussoris, sed nō minus iniquum, & reprobū videtur, tametsi rarius vsurpatum. Pro quo facit quia fideiussio adeo gratuita esse debet, vt rupta fides dicatur si fideiussor emat bona debitoris l. 1. C. de dolo Pinelus de rescindenda vend. in rub. 2. p. c. 1. n. 31. Concludo igitur sufficere debere fideiussori: quod indemnis seruetur, cum alioquin malitiosis hominibus fenestra pateret, vsuras grauissimas exercendi: fœnerator enim nollet mutuare, nisi tali accepto fideiussore per cuius interpositam personam aliquid de sorte retineret, vel vltra sortem stipularetur, quod & placuit Couar. d. c. 2. n. 6. quamuis autem pro fideiussione non liceat pretium recipere videtur tamen fideiubendi obligatio lucrum æstimabile, vnde non licebit tibi cētum mihi mutuare eo pacto, vt pro te fideiubeam: cō trahitur enim vsuræ vitium, quemadmodum si mutuem tibi, ita, vt tenearis mihi cum indigeam mutuare, vt docet Medina in *instructione* 11
9 confessorum lib. 1. §. 23. Quæ autem dicimus in mutuo, locum habent in his reditibus quibus recte accedit fideiussor, sicut cuilibet obligationi l. 1. & sequenti. ff. de fideiussor. l. 5. ti. 12. p. 5. vbi Gregori. in glos. *se puede obligar*, & in specie tradit Felician. lib. 1. de censibus c. 4. n. 5. & seqq. & consuetudine receptum, & in foro exteriore licitum fatetur Brunorus à Sole. d. q. 3. n. 12. verum stante motu prop. Pii. V. cōtractui reditus a lij ci non posse pactum dandi fideiusso rem à venditore, de soluendo reditu tempore statuto, censet Nauar. conf. 9. num. fi. de censibus, eo quia datio fideiussoris de soluendo reditu videtur grauamē ipsi debitori, quod Pius V. prohibet, fatetur tamen, n. 3. posse dari fideiussorem a venditore reditus quod potuit vendere illum, & q est bene impositus, cuius sententia etiam in terminis motus proprij, & extante eius dispositione non placet Feliciano vbi supra, n. 5 in fi. nec Petro Surdo, in conf. 318. n. 6. lib. 3 quia quamuis contractus censualis stante motu proprio sit realis admittitur tamen personalis obligatio in consequentiam realis, & ita etiam admitti potest, vt accessoria fideiussoris obligatio. Pactum tamen seorsum factum de dando aliquid pro fideiussione ipsi fideiussori non nocebit innocenti creditori, sed si appareat creditorem cum fideiussore, vel alia interposita persona collusisse: tunc dico, quod etiā modicus excessus, qui alias non sufficeret ad cassationem, sed ad simplicem moderationem reditus secundum ea quæ notauimus supra lib. 1. q. 7. Sufficiet ad annullatione reditus: quia maior & tetrior est fraus, quę occultè, & per interpositam personam fit, argumento l. Pupillus. §. sed, & si per interpositam de autor. tutorum, & curat. Non obstat l. hoc iure. §. labeo, quia nō approbat has mercedes fideiussionis, nec ad hunc finem loquitur tex. sed solū ad finem ostendendi, quod non cadunt in donationem: loquitur enim quando stipulatur, promittitur, vel datur merces pro officio futuro, & dicit hoc esse extra causam donationis (quod etiam de vsura dici potest) nec valere tanquam veram donationem, an autem alio modo valeat, recurrendum est ad materiam subiectam, & alia iura. Nullo vero iure cauetur,

nec

nec ratio philosophiæ moralis, aut iustitiæ commutatiuæ suadet, sed potius repugnat fideiussorem posse aliquid accipere pro officio fideiussionis, quod de se est non minus gratuitum quam verum mutuum: & sic esset turpe lucrum, & illicita exactio & sic nec iure donationis, nec alio iure valet pactum, quod mihi dabis decem si prote fideiussero ex sententia glo.d.§.labeo verb.fueris. Cæterum indemnitatem accipere, nō est exigere propter officium fideiussionis, sed propter damnum, vt in mutuante diximus lib.3.q.5. hanc ergo stipulari licet, prout etiam gratitudinem, vel antidoralem obligationē vt diximus, lib.3.d.q.5. Nec est vitiosum si debitor sponte, & liberaliter fideiussorem maxime officio functū remuneretur, vt diximus supra li.b 1. q.3.n.23. quę remuneratio, vt nullo iure cogente fit, ita in causam donationis cadit. l. donari videtur, & ibi Decius de reg.iur.si licet longe: nec enim quelibet antidosis rationem liberalitatis donationis excludit, licet pro rei qualitate rationem merædonationis eleuet. l.sed & si lege.§.consuluit de petit.hæred.iūcta.l.si pater §.siquisde donatio. Nec obstat illa ratio, quam considerat. F.D.a Soto vbi supra, dicens obligationē qua se quis stringit fideiussorio nomine, soluere pecunia æstimabilem esse, & per cō sequens vendibilem: nam quod premittit vir doctissimus non probat nec vt prædiximus probatur in. d.§. labeo quo forte mot°. D.a Soto dixit fideiussoria obligationē æstimabilē pecunia, nec videtur cōgrua differētiæ ratio, quare creditor pro officio mutui nō possit pecuniā exigere, possit tamen fideiussor qui minus officij impendit, quā creditor. Verum prędictis obstat tx.in.d.l.antiquę.C.ad Vellean. vbi si mulier, pro fideiussione pretium accepit non iuuatur Velleiano: ergo licet pretium pro fideiussione capere: nam si id non liceret, non propterea excluderetur mulier a Velleiani beneficio: quia non præstaret impedimentum, quod de iure non sortiretur effectum, pro quo facit illa ratio: quia non quodcumque pretiolum sufficit ad obligandā mulierem intercedentem pro alio, sed oportet esse tale quod discretus vir pro illo se obligasset, vt docuerunt Bald.d.l.antiquæ. Afflictus relatus à Menochio.de arbitra.casu.234.n.4. Greg.d.l.3.tit:12.p 5.glos.verb. *recibiesse*, vbi dicit magis communem, & videtur probari, in. l. partitæ ibi, *recibiesse precio*, ergo æstimabile est fideiussoris officium, & per consequēs vendibile, vt recte infert Soto: vnde vera videtur communis sentētia, sed limitanda, vt locum non habeat eo casu quo inspecta qualitate & conditione debitoris fideiussori nullum periculum immineret, vtputa quia indēnis seruaretur a fideiussione: tunc enim videri posset pactio de recipiendo aliquid pro fideiussione in vsurarum fraudē facta, vt post Couar. & Stracham. censuit Ioann. Baptist. Lupus .d.comment. 3.de vsuris.§.1.n.20. vnde si conuenio tecum vt per fideiussionē des mihi decem & ex ea nullum damnum patior. nihil à te possum exigere & si in quinquè tantū ex fideiussione fuero dānificatus, illa quinque tantum decē eōuentis recipiam, vt scripsit Pala. Rubios.in.c.per vestras.§.9.vers.amplia ri potest iste tex.n.11.de donatio.inter virum, & ita communis opinio de pretio fideiussione recipiendo admittenda erit, quando debitor talis est, vt fideiussor se periculo exponat, vt optime scripsit Baeça de inope debitore.c.5.n.25. & seq. quod autē ipse asserit ibi.n.28. licere fideiussori

12

13

14

pecuniam accipere pro fideiussione quando debitor multum lucratur ex contractu neutiquam admittendũ censeo ex his quæ dicam infra lib. 3. q. 4. n. 80. & nu. 98. Sed quid si (vt fit quotidie) debitor fideiussorem associet in contractu, vel negotio principali. Respon. si alias æqualiter, nõ est vitium, etiam si fideiussor aliter noluit fideiubere, vt dicemus in q. seq.

15 Sed si contemplatione fideiussoris minus soluat de pretio, & tamen partem æqualem habeat, vel minus ferat damni, aut plus lucri, injustũ est, & reputandum tanquam illicitum extortum: & loquor de fideiussionibus obligationum certarum, quibus apparet quæ, & quanta sit indemnitas, & quod fideiussori datur vel promittitur eam excedere præsertim quando fideiubetur pro indigente temporario vsu æris alieni. Secus in fideiussionibus obligationum incertarum, quibus inest dubium graue, & incertum periculum, itaque id q. fideiussori datur, non separatur ab indemnitate, sed est pars indemnitatis, prout bonus vir ex totius particularis negotij circunstantijs arbitrabitur, quæ omnia notanda sunt.

16 Diximus an liceat fideiussori pretium pro fideiussione capere: nunc oportunus quæritur, an possit creditor reditus annui a fideiussore aliquid accipere, vt eum a fideiussione eximat? & cum aliquid ea causa acceperit, tenetur in sortem immutare? & prima facie non videtur vitiosum, nec reputandum non solum quia non fuit hoc præmeditatum tempore contractus, nec alia fraus intercessit, sed multo magis quia vera noua, & efficax causa supervenit: creditor enim dat liberationẽ, & remittit illud ius suum, & actionem validam, & efficacem, quod dare & facere gratis non tenebatur, igitur iuste mercedem accipit. Incontrarium tamen quia non licet creditori accipere a principali, vt partem hypothecarum eius eximat ab obligatione, vt infra dicemus, ista q. ergo non videtur licitum accipere a fideiussore: quia accessorium

17 sequitur naturam principalis. Breuiter idem dicendum puto in his annuis reditibus, de quibus agimus, sicut in vero mutuo. vnde quemadmodum si quis fideiussit in mille mutuata cuidam, qui in transmarinam negotiationem abijt, si creditor rogatu fideiussoris sibi metuentis, eum liberauerit obligatione fideiussoria centum acceptis, nemo dixerit esse vsuram, nec ideo minus creditorem exigere posse mille a debitore si redierit, & soluendo sit: quia illa centũ non sunt recepta nomine debitoris nec de bonis, nec propter officium mutui, nec eius occasione, nec debitoris interest, sed sunt recepta a fideiussore suum proprium, & non debitoris officium gerente, vtque fideiussor liberaretur periculo, quod imminebat si debitor, qui alia bona non habebat, rem periculo obnoxiã male agere, vtque illud periculum in creditorem transferretur, & sic illa centum sunt veluti periculi pretium vt diximus, lib. 3. q. 5. Cessante vero dicto periculo, si creditor verosimiliter non est amissurus debitum, licet fideiussorem liberet, iniuste videtur accipere, & maxime indebito vsurario, ita dicendum in his reditibus vsurarum succedaneis, & sic concludo, quod si subest imminens periculum sortis, & reditus in persona debitoris, non est reprobandum, quod creditor aliquid accipiat a fideiussore quem non solum obligatione, sed etiam periculo eximit. Cessante vero probabili periculo iniuste accepit, nisi alia iusta causa accedat, vt quia contemplatione fideiussoris

cautionis

cautionis minorem reditum emerit & illud quod accepit non excedit illud quod remissum fuit de reditu, vt infra dicam & videtur etiam de mente D.à Couar.d.lib.3.var.c.2.n.6.

18 Sed casu quo creditor iniuste acceperit pro eximendo fideiussore à iusta obligatione, dubitatur per quem repeti possit iniuste receptum à creditore. Non enim videtur fideiussori hoc permittendum cui iniuste dicit creditor restitue me in priorem statum & redi in priorem obligationem, & ego tibi restituam. nec debitori concedenda est repetitio cum ipsa non interfit. Resp. si debitoris interest, puta in fideiussore (quem redimebatur debitor infra certum tempus obligatione eximere, vt infra dicimus in quæst.seq.) repetere potest à debitore tanquã dãna, & interesse quod creditori fideiussor dedit nunc enim debitor ipse dedisse, vel ei obesse videtur quatenus contra cum fideiussor habiturus est regressum per ex.in.l.in duobus.§ fin. & tu l.fi de in re iurand.in l.fideiussor de pactis, & sic eatenus poterit deducere creditori primum in reliqua, deinde in sortem l.cum & sortis de pig.action. Si vero debitoris non interest, nihil deducere, nec cauſari poterit, nec etiã fideiussor, nisi priorem iubire obligationem tam respectu personæ suæ, quam bonorum, quæ nunc habebat, vel æquiualentem dare cautionem offerat argumento l.fin.in fin.si certum petatur, vel nisi redemptum sit à debitore, & plene satisfactum creditori, vt de puto l.one fideiussorem volentem iniuste datum, statim repetere, si offerat creditori redimere, sortem cum reliquis offerendo, & simul imputando id quod dedit, & petendo cessionem actionum, & ius contra debitorem, vt hoc creditoris subrogetur audiendum tote, & ad hoc posse compellere creditorem.

19 Non obstat l.nulla.C.de solutio. vbi extraneus non potest compellere creditorem alienum oblato debito, vt sibi cedat actiones contra debitorem, quia ille nuper fideiussor propter reliquias prioris obligationis, & eius quod dedit, & negotij nuper gesti cum creditore, non est mere extraneus, & indemnem reddendo creditorem, cui dat totum, quod sum est iuste dictam deductionem facit, & cessionem petit, vt indemnis fiat fine, dispendio creditoris, l. in creditore in fin. de exactionib. & alioquin iam creditor certaret de lucro, fideiussor autem de damno vitando, & sic vel in dubio vincere deberet l.non debet.§.in re obscura de reg.iur. Laure luccurſum in fin. de iur. dot.

20 Superest iam vt inquiramus, an possit iuste creditor cui annuus reditus debetur super pluribus fundis hypothecatis, aliquid accipere, vt vnus ex his fundis ab hypotheca eximatur & an quod hac ratione acceperit, debeat in sortem imputare, finge enim debitorem obæratum patientem subhastationẽ vnius ex prædiis suis, cui multi creditores, quibus iam modi reditus debebantur, intercesserũt, ne propter multitudinem confluentium creditorum prædium illud vix emptorem inueniret, & vili addiceretur, dedisse singulis creditoribus intercedentibus 20. vel 30. aureos, vt renunciarent oppositionibus suis super eo prædio, quo liberius, & carius, vt potè sine onere dictorum reditum libraheretur, datis iuribus, & hypothecis creditorum super debitore, & alijs eius bonis, tenebuntur ne creditores ea iuuenum nam sic receptam in sortem imputare mouet quæstionem, quia creditores non exegerunt in sortem, neque in reliquas, sed

tanquam pretium retentionis, seu remissionis partis hypothecarū. Dein de quia ex eo iure, seu nomine creditorum minus valent, & verisimiliter minori pretio distrahentur, vel æstimabuntur, cum sint deteriorata propter remissam hypothecam: igitur iuste receperunt pretium, nec tenentur imputare. Quibus non obstantibus ex quo debitor semper remanet in solidum obligatus ad dictos reditus æque, vt prius, dicendum est eum posse dictas summas imputare creditoribus, quibus soluit, non in fortem, hoc est in diminutionem reditus in futurum, sed in reliqua non solum præterita, sed etiam futura, si reliqua quæ nunc debentur eam summam exhauriat. Si enim debitor velit nūc redimere, res esset expedita. Sed cū nondum redimere velit, non est iustum eam summam & nunc forti imputari, quia esset scindere reditum, & redimere pro minima forte parte quod est inuitum, vt in fortioribus terminis diximus supra lib. 1. quæ. 7. Nec etiam dicendum est creditores posse summas sibi datas, velut vice pignoris retinere, donec redimantur: tempore vero redemptionis deducendas: quia hoc modo creditores solidum, & summum reditum perciperent, & tamen interim debitor non fructuretur tota forte, sed creditores haberent partem pecuniæ, qua liberè fruerentur, & cuius interusurium vltra solidum reditum lucrarentur, & sic vltra rationem quatuor decimæ, quod non est vllo modo faciendum, proinde non est æquū debitori conditionem, seu repetitionem dictæ pecuniæ statim dare, nisi hypothecam, dimidiam, vel aliā æquipollentem secentæ tem restituatur, sed in reliqua etiam futura debet imputari. Cōsimiliter, quia licet ea summa nō sit data in pignus, sed

21

tanquam pretium remissi pignoris, est tamen fructus pignoris, seu eius occasione acquisita creditori, & sic non debet cedere eius lucro sed imputari. I. pignore de pigneratitia actione præsertim in iis reditibus annuis, vbi prohiberet quicquam vltra constitutum exigi à debitore. Prædicta etiam procedunt si debitor tuus omnia bona sunt hypothecata redditui, vellet vnum ex prædiis suis vendere, vel indotem dare libere, sine onere alicuius hypothecæ, & aliquid dare creditori, quo consentiente, & hypothecam dicti prædij remittere. Limitantur prædicta, vt præcedant in reditu summo ad rationem quatuor decimæ, secus si esset sub ratione quindecimæ, vel centesimæ, puta fors centum quinquaginta in decē annua: quia tunc etiam si creditor recipiat ad 30. vel infra, vt quosdam hypothecas remittat, vel quendam fideiussorem exoneret, nullum est vitium vsuræ: creditor enim iuste causari potest, quod contemplatione maioris securitatis plurium hypothecarum, vel fideiussorum, minori reditu contentus fuerat. Cæterum cum debitori remaneat fors sufficiēs ad reditum, nihil fit vltra constitutum, scilicet interim sed tempore redemptionis illa triginta debebunt reputari, vel deduci de forte, alioquin creditor vltra metas concessas a tempore receptionis dictæ summæ, lucraretur: quia ex tūc haberet solidū reditum, & tamen restituerentur ei centum quinquaginta, præter illa triginta, quæ habuit, & præter interusuram dictorum triginta, quod est illicitum: igitur licere debet debitori redimere producentis vigintidem in similibus, quod si creditor non accepisset eam summam, sed tantum aut tres fuisset reditus ad rationem quindecimæ, vel infra puta

22

23

ad

ad quatuordecim cum dimidio annuatim à tempore remissionis hypothecæ, vel fideiussionis. Tunc res esset expeditior, & nihil esset reputandum. Secundo limitantur prædicta, vt non procedant in reditibus fundarijs, vel ex supplemẽto dimissionis immobilium, vel etiam ex donatione, vel legato constitutis, & sic aliàs quam ad temporarium æris alieni vium redimendum.

24

25 Sed quæritur an creditor reditus compelli possit fideiussorem altero æque idoneo accepto liberare? Breuiter dicendum est creditorem adhoc inuitum non cõpelli: ea ratione: quia creditor non cogitur mutare debitorem l. si mandato. meo princip. vers. idem si negotia mea gerit. ff. mandati. Id tamen limitandum est, si adsit iusta causa: finge in concursu creditorum decretum fuisse pecuniam sub fideiussore liberari, aliquis creditor cum non inuenire et fideiussorem conuenit cum Titio vt fideiuberet retinendo pecuniam loco indemnitatis, postea inuento fideiussore æque idoneo ipsum offert, & petit Titium liberari, vt sibi pecunia tradatur, non ne æquum erit eum apud quem Titius fideiusit compelli ad liberandum Titium, vt illi creditori sua pecunia carenti consulatur? Hãc æquitatem secutus est Senatus Neapol. teste Vincẽtio de Franch. decis. 202. & idem in reditu dici posset si fideiussor accepta pecunia pro indemnitate intercessisset.

Ex quæst. sequent.

Fideiussor qui reditum emit cessit actionibus, an cogat debitorẽ redimere, & interim pensiones exigere possit n. 1. & seq.

Declaratur tx. l. 1. C. de dolo num. 2.

Impossibile est reditum currere, & deberi, si debitor coqui potest sortem restituere n. 4.

Emptorem reditus annui, & eius successorem teneri de euictione sortis. n. 5.

Longe differre fructus pecuniæ perpetuo alienatæ, & ad libitum repetibilis. n. 6.

Obligatio principalis, & fideiussoria si concurrunt in eodem subiecto, fideiussoria extinguitur. n. 7.

Et quid si fideiussor, qui reditum redemit alij cedat vel vendat reditum, an remittat fideiussoria obligatio. n. 8.

Et quid si fideiussor non proprio, sed alieno nomine emit. n. 9.

Et si reditus à fideiussore ex vetustione causa euincatur, an medij temporis conseqtor restituenda sit. n. 10.

Et quid si fideiussor succedat creditori per redemptionẽ reditus? n. 11. & seqq.

Officium fideiussoris ipsi fraudi vertitur non debet. n. 12.

Pactum quod debitor promittit fideiussorem à fideiussione eximere, validum est. n. 13.

Fideiussor, qui vt solueret accepit pecuniam sub vsuris consuetis, an possit sortem cum vsuris repetere. n. 14.

Clausulam in reditibus vsitatam, &c.

& iustam reputatam communiter, licitam videri. numero. 15.

Arguitur contra clausulam, qua debitor reditu promittit fideiussori reditum redimere. numero. 16.

Fideiussor, qui desierit in obligatione momentanea potest agere contra debitorem, vt eum eximat, secus si obligatio sit successiua. n. 17.

Et quid in fideiussore euictionis ibidem.

Fideiussor reditus cui tantum indemnitas promissa est non potest agere contra debitorem vt eum à fideiussione eximat. numero. 18.

Quando valeat pactum, quo debitor reditus promittit fideiussori eum a fideiussione eximere. n. 19. & nu. 24.

Et quid si fideiussor sic pactiscens cum creditore soluerit. numero. 20.

Et si fideiussor sit socius omnium bonorum creditoris, an fraus probata videatur. n. 21.

Et quid si fideiussor post predictum pactum de eximendo succedat creditori in parte reditus? numero. 22.

Et quid si fideiussor reditum dicto pacto venditum redemit vel alio onerosi tytulo acquisiuit? numero. 23.

Et quid si fideiussor reditu a se redempto, pensiones vnius anni a debitore recipiat, an videatur remittere pactum de se eximendo a fideiussione. nu. 24.

Fideiussor absentia potest limitare ne pro quo tenebitur stare obligationi, n. 25.

Tutor qui pupilli rem ag ns proprio nomine reditum constituens se obligauit, contrariam actionem habet contra minorem, vt eum ab obligatione, eximat. num. 26.

Plures reditum simul & insolidum vendentes, dicit pacisci inter se & obligari possunt ad redimendum intra certum tempus. n. 27.

Creditori nunquam licet pacisci quod venditor reditus teneatur redimere, etiam si pro pecunia dicitur pecuniam habuerit ex constitutione alterius reditus cum pacto de redimendo intra tempus. n. 28.

Vendens reditum non potest partem pretij dare alicui ea lege, vt partem ratam reditus soluat pro eo creditori suo ibid.

Si contractus reditus sit nullus, debitor non tenetur redimere etiã si de redimendo pepigerit cũ fideiussore suo. nu. 29.

Fideiussori datur exceptio vsurę sicut principali, & an fideiussor vsuras soluens, repetat a principali? ibidem.

Fideiussor quando possit compellere creditorem ad redimendum. numer. 30.

Quæstio

Quæstio. XIII.

An,&quando fideiussor possit compellere debitorem ad redemptionem reditus.

QVia de fideiussore,& an possit accedere obligationi redit⁹ dixim⁹ in præcedenti q. quæritur modo an debitor per fideiussorē compelli possit ad redemptionem reditus? & si contigerit fideiussorem reditū redimere, an possit a debitore pensiones exigere? finge duos in solidum constituisse huiusmodi reditum, alterum recepisse totam pecuniam,& intercessori suo expediuisse instrumentum indemnitatis, vt diximus supra, hoc lib. q. 5. promisisse etiam infra quinque annos reditum redimere, vel alias intercessorem eximere ab obligatione sua, quod tamē non efficit: tandem lapso quinquennio, fideiussorem, cū debitor nollet, aut non posset redimere, & interim sese subinde compelli, redemisse reditum, & habuisse cessionem actionum, quales sunt, prout tenetur creditor cedere, vt dicemus infra hoc lib. q. 16. dubitatur vtrum fideiussor possit cogere debitorem ad redimendū, & nihilominus quandiu debitor redimere differt exigere reditū, prout creditor poterat exigere? & videtur dicendum, quod sic, cum fideiussor hic habeat duo iura, & gerat diuersas personas. Secundo, quia debitoris non interest magis quam si creditor nō cessisset, vel cessisset extraneo imo æquius ferre debet, quod commodum reditus cedat fideiussori ad iutoti suo, alioquin æque cessurum extraneo, nec ferendus est, si inuideat hoc fideiussori, cui fidem non seruat, cuique officium impensum non debet esse fraudi, nec damnosum, prout esse videretur, si ei non liceret cessionem efficacem accipere a creditore, eo quia fideiussor, prout accipere posset, si esset extraneus. Nec obstat. l. 1. C. de dolo: tum quia ibi fideiussor certabat de lucro ex infortunio debitoris, siue de acquirendo sibi in perpetuum prædia debitoris villi (vt in talibus exequutionibus assolet) distracta, hic autem certat de indemnitate vitanda, & licet certet de retinendis fructibus & reditibus, hoc non videtur lucrum, sed indemnitas, quia interim ab est sibi pecunia sua, cuius interusurium æquipollet dictis fructibus. Tum quia dict. l. 1. vult fideiussorem redimentem pignorā cum fructibus si quos excepit seruari indemnem, & sibi rependi pretium cum vsuris legitimis, & sic vltra pretium debet retinere alterum duorum, vel fructus, vel vsuras pro sua indēnitate. Quibus non obstantibus cōtrariū dicendum est, imo fideiussorem nō posse cogere debitorē ad redimēdū & simul

1 2 3 4

& simul quandiu differtur redemptio exigere reditum: quia impossibile est, quod hic reditus curat, & debeatur, si debitor teneatur, & cogi possit sortem restituere, vt supradiximus hoc lib. q. 14. ad fin, & sic eo ipso, quod iste fideiussor est effectus creditor quocumque titulo, siue vniuersali, siue particulari, siue lucratiuo, siue oneroso, & eo ipso, quod iure creditoris fæneratitij vult vti, vt sic pensiones percipere sese vicissim obligat, vt debitori perpetuo, quandiu vollet sortem habere, eaque frui liceat, sunt enim incompatibilia hæc duo iura videlicet ius reditus huiusmodi percipiendi, & ius sortem repetendi: quia esset mera, & propria vsura vndique reprobata, & profligata. Vtque iniquum est & vsurarium, & cum vsura conuertibile, quempossefructus fundi, alioqui iusto pretio venditi lucrari, & tamen venditorem quando vollet cogere posse ad redimendum sine restitutione fructuum, ita & hic. Tum pallam
5 est creditorem ipsum teneri de euictione sortis, hoc est, vt eam solide tutoque semel faciat accipientis, vt que ab eo nunquam condici nec reperi possit, tex. l. exempto in principio de action. empt. facit. l. nam & si furti, certum petatur, igitur idem præstare tenetur quicumque eius successor, vel cessionarius volens eo iure vti. Nec obstat si dicatur, quod percipiet interim has pensiones non tanquam vsuras, sed tanquam fructus reditus semel iuste constituti, & adquisiti: quia verum est, quod erunt iusti, & tollerandi fructus, si nollet ius habere repetendi sortem, sed si ius eam repetendi habere velit, necessario erunt veræ propriæ vsuræ intolerandæ, & improbum fenus, vt potefsem excedens. Minus obstat quod dictum est de interusurio: quia longa
6 est distantia inter fructus pecuniæ perpetuo alienatę, & eius, quæ ad libitum creditoris repeti potest: quia si ad libitum creditoris repeti potest nullum est interusurium, vt diximus supra lib. 1. quæst. 4. in principio, & libr. 3. quæst. 4. Si vero repeti posset, non ad libitum, sed commode, & cõgrue interuallo, & vsu concesso tale interusurium ad rationem semissis vsuræ promiscuæ de iure ciuili taxatum erat: ita tamen, vt nunquam posset forti iungi, nec duplum excedere, cui inerat simplum, vt aduertimus lib. 3. quæstione. 4. Nec hodie
7 tales vsuræ recipiuntur, nec exigi possunt omni iure diuino, naturali, & positiuo refragantibus, vt alibi diximus. Præterea etiam ciuili & iuridica ratione probatur: quia obligatio principalis, & accessoria puta fideiussoria in eodem subiecto concurre non possunt, sed minus principalis videlicet fideiussoria extinguitur l. si reus promittendi de duobus reis l. hæres. §. seruo, & sequenti de fideiussor. & nominatim quando fideiussor creditori succedit, vel creditor efficitur, probat. d. l. hæres. §. quod si pulator vers. quod si idē. Nec obstat si dicatur, quod omnis quidem obligatio, qua fideiussor tenebatur creditori, extinguitur propter eam incompatibilitatē, qua non potest quis obligatus esse sibi ipsi, sed q, nō sequitur extingui obligationem, qua debitor teneatur fideiussori: quia imo sequitur omnino perimi in necessariā consequentiam: debitor enim non tenetur fideiussori, nisi quia fideiussor obligatus est creditori. Cum ergo fideiussoria obligatione exemptus sit, necessario desinit, debitor ei teneri tanquam fideiussori. Ampliabis prædicta
8 etiam si fideiussor alijs postea cederet, vel venderet illum reditum: quia

tota

tota illa fideiussoria obligatio semel extincta, non reuiuisceret. l. qui res. §. aream de solutio. l. inter stipulantem §. sacram. de verb. Secus si non proprio, sed nomine alieno, & sine fraude emisset fideiussor. Itē secus si reditus ab eo ex causa vetustiore sine fraude, & collusione euinceretur ita quod confusiones medij tēporis retro restituendæ essent, vt in. l. 2. §. fi. de hæred. vendi. l. Papinianus de seruitut. l. debitor ad Trebel. Tertio limita si fideiussor succedat creditori per redemptionem, vt statim dicam Sed finge fideiussorem hunc, qui reditum redemit, male recuperare pretium redemptionis dumtaxat, & offerre se velle deducere, & imputare in sortem si quas pensiones receperit vel debeantur, & velle cogere debitorem ad prompte restituendum residuum sortis, seu pretij ipsius reditus an posit. Videtur absque dubio istud licere fideiussori, primo quia licet redemptione sua mero iure exemptus sit ab obligatione, vt amplius eximi non possit: tamen sibi abest pretium & sic non videtur in effectu exemptus, sed vetus creditor, qui fruitur pretio, videtur adhuc frui reditu. l. quia qui pretio de vsufruct. quē etiā cum alio debitore de eodem pretio renouare potest Secundo, quia alioqui videretur officium fideiussoris ipsi fraudi verti contra. l. sed si quis quē admodū testamenta aper. l. videlicet ex quibus caus. maior & appertissime tx. l. si seruus communis. verſic. idque euidētius, de furtis, vbi potius tolleratur, & æquius est principalem, seu dominum vltra rei suæ æstimationē dānificari, quam quod alij officium suum (q. eius cum quo contraxit non etiā sui cōmodi causa fuscepit) dānosum sit. Tertio, quia de iure valet pactum inter debitorē, & fideiussorem indistincte quod debitor teneatur eum eximere ab obligatione. l. Lucius mādati. l. si pro ea. C. eodē & probat. l. 14. tit. 12. p. 5. vers. la quarta, tradit Gomez. 2. tom. c. 13. n. 10. quæ regula non reperit r limitata hoc casu, nec videtur iusta causa limitandi. Quarto, quia de iure si fideiussor, quo solueret, accepit sub vsuris consuetis, potest a debitore repetere sortem cū vsuris. l. si mandati. §. si fideiussor mandati: quin etiam si fideiusit pro debito vsurario, & vt solueret reliqua accepit sub vsuris consuetis, videtur posse repetere hāc sortem cum vsuris, quia licet respectu eius, quod debitor debet creditori, sint vsuræ vsurarum: tamē respectu eius quod debet fideiussori suo, vt eum reddat indemnem tātū est sors, prout totum hoc fideiussori abest ob officiū debitoris gratia susceptum. Sed hic fideiussor non certat de aliquibus vsuris, & multo minus de vsurarum vsuris, nec de aliquo interesse refundendo, sed dumtaxat de sorte principali, in quantum offert imputare reliqua, si qua receperit, & sic nulla videtur difficultas. Quinto, quia ista clausula, seu pactio, quod teneatur debitor infra congruum aliquod tempus, puta quinq; vel sex annorum reditum redimere, vel aliàs fideiussorem eximere ab obligatione, vsitatur, vt iusta reputatur communiter, etiam inter bonos graues, & sic videtur licitum, argumento. l. quis sit fugitiuus. §. apud Iabeonem, de ædil. edicto. c. nisi essent viri prouidi de præbend. Bald. l. 1. colum. 7. C. de his quæ pœnæ nomine, Cæpol. de simulation. contract. in princip. columna. 3. late Tiraq. de retract. lib. 1. in fin. num. 127 & num. 130.

In contrarium arguitur, q. etiā illa clausula vulgata, qua debitor illi vsurarius promittit redimere reditum

vt

vt fideiussor ab obligatione eximatur ab initio, sit nulla: tum quia contra naturam, imo contra substantiã reditus, quæ est quod debitor possit non tamen teneatur, nisi cum libuerit redimere: alioquin contractus prorsus est illicitus, & vsurarius, tumquia alias esset prompta occasio aperta, quia creditor volens mutuare & debitorem obligatum habere ad restitutionem, & tamen interim gratuitissimam hanc reditus, seu pensionis vsuram exigere, & omnia bona debitoris breui absoruere, non vellet emere reditum, nisi accepto sibi placenti fideiussore, quem nominaret, per quem quoties vellet, cogeret debitorem ad restitutionem sortis cum vsuris, & sic passim permissiue, & impune improbissima, & intollerabilissima vsura, etiam Ethicorum legibus damnata exerceretur, consequenter necesse est talem clausulam contra naturam, & substantiam actus apposítam, & tot tantisque fraudibus viã apperientem, nullam esse. l. non dubium. C. de legibus. Ad allegata in cõtrarium dici potest satis esse quod clausula indemnitatis operetur, vt teneatur debitor reditum soluere, & singulis annis exonerare fideiussorem, & a reliquorum solutione eximere, non autem quod obligari possit ad eximendum ab ipsa principali obligatione reditus, ne detur occasio fraudibus, & infringatur natura
17 principalis obligationis, per accessoriam. Nõ obstat, quod fideiussor, qui diu fuit in obligatione potest petere se eximi. d. l. Lucius mãdat. d. l. si proca. C. eodem: quia verum hoc est in obligatione momentanea, & secundum eius naturam, & post longam morã debitoris, vt in dictis legibus, sed hic est obligatio successiua, & nulla est mora debitoris in redimendo: quia ad hoc non tenetur, nec teneri potest: tum hoc est contra naturam, nedum principalis, sed etiam fideiussoriæ obligationis: quia fideiussor se obligauit in perpetuũ, & secundum naturam reditus, ad quem redimendũ debitor cõpelli non potest, idem dicemus in fideiussore euictionis, qui re non euicta, licet diu steterit in obligatione sua nõ potest agere, vt liberetur, vt tradunt Bart. Alex. & alij in. l. facere posse. ff. soluto ma
18 trim. dicit cõmun. Gom. 2 tom. c. 13 n. 10. Quid dicendũ? Respõd. aut nõ fuit expresse actum, quod debitor teneatur redimere, vel eximere fideiussorem ab obligatione annui reditus, sed solum, quod teneatur indemnẽ seruare, & non potest debitor cogi redimere, etiam si fideiussor paratus sit reliquain sortem imputare. Nõ obstat q. diu, vel perpetuo remanebit in obligatione: quia hoc est de natura huius obligationis successiuæ, & sic præuisum fuit, & tamen fideiussit, & perpetuo se obligauit. Simplex autẽ promissio indemnitatis intelligitur secundũ naturam obligationis principalis, quemadmodum si quis fideiusserit pro conducẽte ad 20. vel 30. annos, & stipulatus sit indẽne seruari, vel sit euictionis, aut tutelæ fideiussor, cui promissa sit indẽnitas, quã sententiã probauit Ema. Rodriguez in explicatio mot. prop. Pij. V. super formacreãdi cens. in cõditione 6. du
19 bio. 2. Aut vero actũ fuit, quod infra congruum aliquod tẽpus, puta quinque, vel sex annorũ, debitor teneatur eũ obligatione eximere, & cẽseo valere pactũ, dũmodo nulla fraus intercedat, nec fideiussor sit foci' bonorũ creditoris, nec cũ eo colludat, nec tẽpore cõtractus seu pacti, nec tẽpore executionis pacti, q. etiã placuit Felici. de cẽsib. li. 1. c. 7. n. 17. Gom. in rac.
20 de cẽsib. vers. quinta qualitas. n. 20. & sequentib. Si vero colludat, siquidem

dē ab initio, dico quod propter fraudem, quæ ad improbum fœnus recidit, & quæ clam & per interpositam personam commissa grauior est, quā si fuisset aperta, deberet contractus in totū annullari, omnibus etiā iam solutis reliquis insortem imputatis, & vltra tam creditorē, quam fideiussorem pro dolo, & stellionatu cū infamia, quam incurrunt multandos, nisi re integra pœnituerint, & nihil nocitum sit debitori, l. 3. C. de his qui sibi adscrib. l. 1. C. de crimine stellionatus. & tradūt Bart. & alij. l. qui ea mēte de furtis. Si autē ex post facto collusio superuenerit, non debet contractus ex eo solo annullari, sed aliter dolus puniendus erit, & omne damnum restituendum debitori. Si vero
21 tempore contractus fideiussor erat
22 socius bonorum creditoris, non puto ex hoc solo fraudem vel collusionē præsumendam ad finem annullationis contractus, & reliquas pœnas, sed puto clausulā de eximēdo ab obligatione non valere, idem si tūc nō erat socius, sed postea cœpit esse. Idē multo fortius si creditori successerit etiā in parte puta pro dimidia. vel 3 itaq; verosimiliter nō interest fideiussoris petere exemptionem obligationis, & sic doli exceptione repellitur: quia nec bonæ fidei, nec suscepto fideiussoris officio conuenit debitorem vrgere ad redimendum, si sua non interest (vt assolet) quando fideiussor est socius in reditu pro dimidia vel 3. p. secus si ex sexta vel decima parte ita quod notabiliter sua interfit eximi obligatione, si vero fideiussor successerit creditori ex legato, vel alio tit. lucrativo, dicēdū omnino fideiussoriā obligationē extinctā, vt
23 diximus supra ista. q. Secus si redemerit, vel alio titulo oneroso acquisierit reditum: quia tūc poterit eligere, an mallit reditum percipere quo casu,
24 deinceps cessabit fideiussoria obligatio; an vero mallit cogere ad redimē dū, & pretiū recuperare, quo casu debet amittere omne cōmodū reditus & si quid receperit deducere, q. etiā placuit Eman. vbi sup. in. 3. dubio vbi limitat, quod diximus fideiussorē hoc casu debere imputare reditus, seu pē siones, si quas exegit in pretiū ipsius reditus, vt non obtineat, quādo alias fideiussor pecuniā, qua redemit reditū à creditore, in emptionē cēsus, seu annui reditus habebat paratā: quia ratione damni emergētis poterit habere reliqua, & non tenebitur ex pretio, & principali sorte deducere extraditis a Nauar. in rep. c. 1. 14. q. 1 n. 44. eū seqq. & iuxta ea quæ diximus, lib. 3. q. 5. Sed quid si per errorē iuris fideiussor existimans ius suū depetēda redēptione sibi conseruatū iri, recepit pensiones vnius, vel alterius anni an amisserit ius petendi pretiū reditus? & puto sibi non nocere, sed solū teneri insortē imputare pensiones receptas: quia ex huiusmodi errore nō fuit debitor in aliquo damnificatus, nec potest obijcere culpam ex qua potius lucrum sentit. l. cū in fundo. §. q. si mulier de iure dot. & ad summū poterit iuramto proprio errorē iuris, & animum nō remittendi probare. Non obstat quod de necessitate horū redituū est, q. debitor non teneatur redimere: quia hoc est verū respectu creditoris, vel habentiū causam ab eo, & tūc nec directo, nec per indirectū potest stringi debitor. Secus respectu fideiussoris dūmodo cōperens aliquod interuallū detur debitori ad redimēdū, vt interim beneficio fideiusionis adiutus sit, nō deceptus arg. l. in cōmodato. §. idēque est cōmodati, q. sufficit. Quam doctrinā sequi
25 tur Emanuel Rodriguez in. d. explicatione motus proprij Pij V. in. 6. cōd. dub. 1. Potest autē fideiussor ab initio

initio limitare tẽpus quo teneatur stare obligationi argumento l. tutori. C. de negotijs gest. ibi. *Satis abunde quæ sufficit si cui vel in paucis amici labore consulatur*, & tradit Emanuel vbi supra proxime, & valebit huiusmodi pactum vt supra ista quæstione resoluimus. Bene verum est, quod solet Pincianus hic Regius Senatus quandoque debitori, qui suo fideiussori reditum redimere promisit, tempus redimendi prorrogare ad triennium vel quadriennium, prout vidi iudicatum in quadam causa excellentissimi domini, ac domini mei Gasparis a Stuniga & Azeued Comitis Monte Regiani, quod ea æquitate factum existimo quia rescripta moratoria a Rege concedi solent, vt dicam lib. 3. q. 9. n. 16. alias tamen pactum de redimendo fideiussori factum seruandum est, & si contrarium dicere tur non esset fauere, sed officere debitoribꝰ, qui nõ ita facile fideiussores inuenirent, argumento l. quod si minor. §. nõ semper de minorib. l. simul iter tanquam ad Velleian. l. ratas. C. de rescind. vend. sequerentur etiam pleraque alia absurda. Quid enim si tutor vel curator, vt sub finem temporis redimeret fundum paternum minoris, cum non haberet satis pecu-
26 niæ pro pretio complendo, vendidit reditum ad rationem quatuordecimæ, & sese proprio nomine obligauit, & promisit ratum habere per minorem maiorem factum, & postea reddendo rationes, expensam ferat sortem reditus, vt ea recepta reditũ redimat. Minor autem maior factus conuertat ratificans reditus constitutionem, & offerens illum soluere, & eundem rem reddere tutorem, vt ipse maior pecunia fruatur, nõne iniquum est tutorẽ qui satis officio suo perfunctus est, cuius deinceps cogi manere in obligatione quandiu maior fuisque libuerit: est sane iniquum, habet ergo actionem, vt exoneretur, etiam antequam soluat, vel redimat, ex. in l. fin. de contraria, vel vtili actione tutelæ. Item sequeretur melioris conditionis esse fideiussorẽ grauem compensationem exigentem a debitore, quam pure, & liberaliter fideiubentem. Finge aliquem
27 nolle fideiubere nisi debitor simul se obliget ad duplum eius summæ, qua indiget, vt sic dupletur reditus, & debitor habeat dimidiam partem sortis, fideiussor aliam dimidiam, vt vtrique quasi mutuo fideiubeant, insolidum obligentur, modo quis negauerit quin mutuo possint sese obligare ad redimendum, vtque ad hunc finẽ teneantur alter alteri dimidiam partem sortis cum dimidia reliquorum conferre post sex menses, vel aliud competens tempus, cum alter ab altero ad hoc interpellatus fuerit: idq; sub pœna. vides mutuam hãc pactionem esse licitam: ergo fateri oportet esse licitam ad commodum illius qui mere liberaliter fideiussit, alias melioris conditionis esset dans, & sibi ipsi negotians, quam humanior, quod esset absurdissimum, & peximi exempli. §. fi. instit. de donat.

28 Aduerte tamen, quod quamuis inter debitorem & fideiussorem pactum licet de redimendo reditu infra certum tempus: verum creditori nũquam licet ita pacisci cum venditore reditus, etiam si creditor ipse alias pecuniam habuerit ex simili reditus venditione, & promisserit suo consorti, seu fideiussori infra idem tempus redimere, ea ratione, quia ex parte creditoris fors, seu pretiũ reditus debet omnino, & perpetuo alienari quod est substantiale ipsius contractus, vt diximus supra lib. 1. quæst. 4. & quæst. 18. & supra hoc lib. quæst. 3. & docet Couar. lib. 3. var. c. 9. n. 4. &

impossi

impossibile est quòd hic reditus curret,& debeatur creditori, si debitor teneatur,& cogi possit sortem restituere, vt diximus supra hac q. & q. sequen. huius lib. ad fin. Vnde recte dixit Nauar. post comment. de vsur. q. 17. n. 113. quod vendens censum nõ potest partem pretij dare alicui ea lege, vt partem census illi correspondẽtẽ soluat emptori: quia id effectu est mutuare pecuniam, vt aliquid lucretur,& per consequens ad vsurã. Quod aduertendum est: quia vidi iudices in hoc pernitiosè errantes,& iudicantes contrarium in fauorem creditoris repetentis sortẽ principalem cũ reliquis,& pensionibus virtute huiusmodi pacti, quo debitor promiserat redimere quandocunque creditor vellet etiam redimere censum aliũ à se venditum.

29 Quod autem diximus valere pactum quo venditor reditus promittit fideiussorem suum ab obligatione eximere, aut reditum redimere, intelligendũ sanè est, nisi principalis contractus nullus, aut inualidus sit: quia tunc prædictum pactum tanquã accessorium, nullum etiam erit, nec ex eo agi poterit. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Imò si fideiussor soluat ignorãs reditus huiusmodi nõ repetet à principali cum soluerit indebitum,& potuerit se exceptione tueri. l. constitutionibus. C. de vsur. vbi notat Bald. & alij nullitatis enim, aut vsuræ exceptio reo principali competens similiter competit eius fideiussori, de quo,& an fideiussor vsuras soluens, possit eas repetere à principali, aut à creditore, cui fuerint solutæ: vide late per Ananiã. cap. 1. num. 4. de vsur. vbi distinguit post Baldum,& alios, quos refert.

30 Ex dictis in hac quæstione habes vnum casum quo fideiussor reditus potest debitorem ad redimendum compellere, videlicèt, quando ita cõuentum est inter eos. Adde alium si post fideiussionem debitor reditus bona sua dissipauit. dict. l. Lucius. ff. mandat. l. 14. tit. 12. part. 5. versic. *La quinta*,& si sint duo rei debendi, & vnius bona dissipet, contra vtrumque agit fideiussor, vt eum redimendo eximant ex Alberico, quem sequitur Gregor. dict. l. 14. gloss. fin. ad de alium casum quando fideiussor fuit exactus à creditore reditus, & soluit ipsius pensiones: quia poterit non solum quod soluit exigere: sed etiam debitorem ad redimendum compellere. dict. l. Lucius,& dict. l. 14. & ita iudicarum vidi in amplissimo Vallisoletano Conuentu. Sed contrarium iure veriùs videtur: quia fideiussor reditus hoc onus sciens ter suscepit, & se obligauit ad soluendos reditus omnium annorum, dum debitor non redemerit. Nec obstat relata iura, quia non loquuntur in debitis habẽtibus tractum successiuum, sed in his quæ vna solutione tolluntur: & regulare est quod fideiussor, antequam soluat, non agit contra debitorem, vt probant dicta iura: cum ergo non soluerit sortem reditus, nec sors ab eo exigi possit, quomodo poterit debitorem cogere, vt sortem soluendo redimat. Nec fideiussor reditus est sortis fideiussor: sed pensionum: igitur nequit agere contra debitorem nisi pro decursis pensionibus quas soluit aut cepit soluere. Aliàs si admitteremus fideiussorem qui vnius anni pẽsionẽ exactus soluit posse compellere debitorem ad redimendum, facile subuerteretur tota reditualis materia,& aperietur via fraudibus & vsuris: fœnetatores enim non curent reditũ absque fideiussore, quę cõuentiõ do efficietur vt redit' redimatur, hocq; desiderabit fideiussor, vt molestiã euitet & fideiussionis onus excutiat.

Ex quæst. sequent.

PActum quo debitori reditus soluēdi in termino remittitur pars pensionis, an valeat, & an liceat debitori moram purgare? num. 1.

Pactū quo debitor reditus promittit soluere decem nomine pœnæ, si non soluat in termino, an valeat? nu. 2

Pœnarum vsura, nec vsurarum pœna peti non possunt. numero. 3.

Pœna dationi quantitatis apposita non valet. n. 4.

Vsura vsuræ de iure ciuili non admittitur. num. 5.

Pœnam adijci posse in reditibus etiam pecuniarijs, nu. 6. & seq. & num. 10.

In materia conscientiæ simplex veritas, & verus effectus attenditur, non verborum formula nu. 7.

Non dicitur pœna vsurarum, sed legitima vsura, quæ legitimum modum non excedit. num. 8.

Omnia iura ciuilia clamant valere pœnam intra legitimum modum, dationi quātitatis adiectam num. 9.

Pœna adiecta quantitati, an & quando exigi possit? ibidem remissiue.

Pœna successiua, & multiplicata respectu eiusdem præstationis in reditibus adijci non potest. num. 11.

Pœna simul cum pensione in reditibus non potest excedere rationem quatuordecimæ, numer. 12.

Quod procedit etiam si reditus sit emptus ad rationem vnius in viginti, vel pluris ibid.

Si pœna excedat rationem quatuordecimæ, an reditus sit nullus, an moderandus. nume. 13. & 14.

Principale nullum, validari non potest ab accessorio, nu. 15.

Si reditus constituitur ad rationem vnius in viginti cum pacto quod cessante debitore in solutione pensionis aliquo anno, teneatur soluere quatuordecimā à tempore cōtractus, an valeat pactū? n. 16.

Declaratur. l. cū quidam in principio de vsuris n. 17.

Non potest quis pœnam incurrere pro eo tempore pro quo obtemperauit. ibi. & n. 18

Si quis pro dote promisit mille soluenda certo termino, & si non soluerit, ex tūc prout ex nunc constituit reditum ad rationem quatuordecimæ, an debitore non soluente in termino reditus exigi possit, etiā à tempore contractus? nu. 19. & 21.

In dubio sit interpretatio contra eum.

eum. qui se fundat in verbis, num. 20.

Quatuor decimam currere impossibile, nisi forte perpetuo alienata, num. 22. & 23.

Si pecunia sit debita ex mutuo, legato, deposito, vel alias, & conueniat, quod si non soluatur in termino, pendatur, reditus an valeat pactum? nu. 24.

Pactum de soluendo reditu adiectum censetur in fauorem creditoris, num. 25.

Si pecunia sit debita ex causa dotis, an valeat pactum de soluendo reditu, non soluta pecunia in termino? numero. 26.

Et quid si pecunia debeatur ex venditione fundi, aut rei fructiferæ translatæ, an valeat dictum pactum? num. 27.

Si trado fundum in reditum, quem tenetur accipiens redimere pro certo pretio infra certum terminum, an valeat contractus? num. 28.

Si reditus promissus pro pecunia debita ex traditione fundi venditi, excedat fructuum fundi quantitatem, an valeat? num. 29. & seq.

Et quid si in prædicto casu actum sit quod emptor, totius pretij debitor, reditum redimibilem constituat, & eius quatuordecimam soluat, an valeat reditus si fructuum quantitatem excedat. numero. 30.

Defenditur Couarrub. ab impugnatione Ioannis Baptistæ, ibidem.

Si debitor certi reditus redimibilis vendat rem suam, & paciscatur cum emptore, vt pro eo soluat reditum dum differt residui pretij rei venditæ solutionem, & intra certum terminum teneatur residuum pretij soluere, vel reditum à venditore debitum redimere, an valeat contractus? numero. 31. & seq.

Et quid si vendatur fundus sub prædicto pacto? num. 32.

Iure ciuili non licet sorte non alienata legitimum modum vsurarum excedere, numero. 34.

Iure communi licet stipulari pensionem fructibus rei venditæ congruentem, donec pretium soluitur, num. 35.

Et quid si fructus rei venditæ sint minores vsuris legitimis? num. 36.

Reditus prædicto casu an sit pars pretij? num. 37.

Etiam ob maius interesse creditoris non licet vltra quatuor decimã in reditibus stipulari, numer. 38.

Resolutio propositæ quæstionis, numero 39.

De annuis reditibus.

Quæst. XIIII.

An in reditibus annuis pecunia constitutis, possit creditor in casum moræ debitoris pœnam stipulari.

1 DVbitari potest an valeat pactũ annui reditus vẽditioni adiectũ, quo debitor aliquid pœnæ nomine promittit, si statuto tempore nõ soluerit pensionem: finge enim creditorem alioquin emptorum reditum ad rationem quatuordecimæ, cupientẽ vitare molestiã interpellationis, & appellandi nomen debitoris, stipulatum fuisse quatuordecimã sortis numeratæ in quatuor trimestribus terminis soluendam cũ pacto quod debitori in ipsa die cuiuslibet termini, vel infra triduũ soluẽti remitteretur sexta pars pẽsionis illius termini, quæritur an pactũ valeat, ita q; lapso triduo, non liceat purgare morã offerẽdo pensionẽ sexta parte deducta, sed necesse sit soluere integram pensionem? Respondendum est pactum valere, nec posse lapso triduo morã purgari indistincte, nullãque probabilem subesse dubitationis causam, quia nulla est pœna hic apposita dationi quantitatis, nulla secundaria vsura, aut accessio, sed liberalis remissio partis debiti sub conditione soluendi residuũ in triduo. Et sic cũ totum pure debeatur in termino, non potest debitor vti exceptione pacti conditionalis de non petendo partem, nisi conditione specifice seruata, & in omnem euentum satis est, quod appareat de iustitia integræ petitionis, vt per Bald. l. cum allegas. in quinta oppositione n. 11. in fin. C. de 2 vsur. Sed finge iterũ venditum fuisse reditum annuum minoris multo, quam ad rationem quatuordecimæ, sed appositum esse pœnale pactum, quod nisi debitor soluerit in ipsa die cuiusque termini, vel infra triduum cadat in pœnam decẽ pro quolibet termino, valebit ne pactũ 3 istud? Videtur non valere. Primo, quia pœnarum vsuræ peti non possunt. l. fin. de magistratibus conueni: igitur nec vsurarum pœnæ, sicut nec vsurarum vsuræ vel fructuum, vel alterius accessionis. l. nec eorum devsuris. Secundo, quia est pœna dationi quãtitatis appositæ, quæ secundũ cõmunẽ DD. sentẽtiã non valet, vt notatur in. d. l. cũ allegas, & diximus lib. 4 3. q. 5. Etiã si apponatur sorti principali quanto ergo minus cum apponitur vsuris, & accessionibus sortis, & ad huc nõ semel, sed per multiplicationem temporis, vt videatur potius secũdaria vsura, & sic vsura vsuræ, quã 5 simplex pœna. Vsura autem vsuræ etiam de iure ciuili non admittitur, etiam infra legitimum quantitatis modum, vt probant. l. placuit de vsuris. l. nullo. C. eodem, tradit. Soto de iustitia & iure, libr. 6. quæst. 1. articulo. 1. versiculo existimandum ergo, & diximus libro. 3. quæstion. 4. & ita q; huiusmodi pœnã pro non solutis reditibus, etiã loco pio promissa exigi non possit iudicauit Parisiẽs. Sena-

Senatus contra Chartusienses in fauorem Ducis Brabantiæ teste Rebufo.l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo quod interest, gloss.1. numero.64.

6 Verum pro contraria sententia, & prædictum pactum valere facit: quia iste contractus cum suo pacto non differt à præcedenti re, & effectu, sed nudo verborum sono, vt patet ad sensum: quia recte intuenti conuertuntur hæc, tanti væneunt tot aurei reditus cum pacto redimendi decem pro quolibet termino soluendo intra triduum, vel tantidem væneunt tot aurei reditus sub pœna decem pro quolibet deffectu solutionis in termino, vel infra termini triduum. Cur igitur magis licebit in primo, quam in secundo casu cum sit idem casus, nisi quatenus nudo, & ludibrio verborũ tectorio extrinsecus, hoc est quoad inanem sonum

7 differre videntur. Nonne mera disipiscentia est legesverbis imponere, saltim in materia vsuraria, aut alias prohibita, & vbi de vitanda legum fraudatione agitur. l. cõtra legem de legibus, l. non dubium. C. eodem. l. fi. C. de vsuris, & maxime in materia conscientiæ, & æquitatis vbi simplex veritas, & effectus rerum attenditur, non autem verborum formula? Et hæc certe necessario concludunt: quia tametsi quãdoq; impure positiuis, puta in conditionibus volũtarijs, hoc est ab homine appositis in sua donatione, substitutione, legato, vel alio actu ab eius sola voluntate depẽdente, referat quandoque sic, aut sic loquutum esse, aut scriptum, & verborum formulę in illis (non tamen semper) expendantur. Tamen vbi agitur de fraudatione proximi, vel legis, necesse est formulas omnes verborum subsidere: solũ vero effectũ, & veritatẽ realẽ attendi: alioquin sola verborũ (eodẽ manente effectu) differẽtia iam ipsamet est fraudatio, & cauillatio. d.l. contra legẽ cum vulga. Deinde pro nostra hac sentẽtia, est tx. expressus in l. pecuniæ. §. 1. de vsuris, vbi Papinian. ita scriptum reliquit. *Nec inutilis legitimæ vsuræ stipulatio videtur sub ea conditione concepta, si minores ad diẽ solutæ non fuerint: non enim pœna, sed fœnus vberius ratione sortis promittitur.* Et sic nullomodo dubitã dũ videtur in praxi consulẽdo vel iudicando.

8 Non obstat primum, quia ista non est vsurarum pœna, vel alia accessio vsuræ, sed legitimus reditus. Imo paulo infra modũ legitimi, patet autẽ posse quẽ stipulari maiores reditus, dũmodo semper infra legitimũ modũ à lege Regia taxatum, quo casu nõ censetur quis stipulando maiores reditus pœnam stipulari, sed fœnus vberius, vberiores reditus quales simpliciter, & absolute stipulari licuit, vt alias inquit text. in d.l. pecuniæ. §. 1. de vsuris maiorem autẽ gratiam proximo facit, & longius ab est ab auaritia, & fraudatione legum reditus annuos coercentium, qui stipulatur minores, & in deffectum eorum maiores, vel etiam pœnam loco maiorum, infra tamẽ legitimum modum, & sic dat proximo facultatem aliquam minoribus reditibus se liberandi, quam si non daret hanc facultatẽ, sed præcise stipuletur summos, & legitimos reditus.

9 Non obstat secundum, quia omnia ciuilia iura clamabant valere pœnam, etiam dationi quantitatis appositam in omni materia, siue in contractibus, siue in testamentis, siue etiam in materia vsuratum dum modo earum legitimum modum nõ excederet, tx. est in l. pœnã de vsuris. l. Iulianus. §. idem Papinianus de action. emption. l. 3. in fine. ff. de annu-

nuis leg.l.cum allegas.C. de vſuris facit.l.fin.titulo.11.par.5. in verſiculo. *Però ſi el que recibe la tal promiſion.* Et ſic curandum non eſt de contraria opinione gloſſ. & Doctorum, ad quos non leges,ſed illos ad leges flecti oportet, de quo an & quando liceat exigere pœnam promiſſioni quãtitatis adiectam dixi,libro.3. quæſtione.5.

10 Ex his ſtat concluſio nedum in reditibus fundarijs,ſed etiam in reditibus pecunia conſtitutis pœnæ adiectionem poſſe locum ſortiri. Quam
11 cõcluſionem limitabis.Primo, vt procedat dummodo pœna momẽtanea ſit reſpectu ſingularum principaliũ præſtationum,vt in.l.pecuniæ.l.Seia de vſuris,ſecus ſi reſpectu eiuſdem præſtationis pœna eſſet ſucceſſiua, & multiplicata,puta ſi nõ ſolum eſt dictum quod ſoluentur tot numi, ſi nõ fit ſolutum in termino,vel infra octo dies,ſed etiam quod rurſus ſoluentur totidẽ numi,vel alia pœna,ſi per alios octo dies eiuſdem penſionis ſolutio differatur, & ſic deinceps,vt in caſu de quo dicemus infra libr.3.quæſt.3. ad fin. hæc enim in effectu eſt vera vſura vetita omni caſu, & ſic nõ obſtant ea,quę diximus eodem lib.3.q.
12 4. Limitabis ſecundo dummodo pœna ſimul cum penſione non excedat rationem quatuordecimæ, & ſic vides,q; nullo caſu etiam momẽtaneo, & indirecto puta per viam pœnæ licet creditori,& emptori reditus annui excedere quatuordecimam,ſ etiã eo prætextu q; longe infra quatuordecimam fuerit ſtipulatus,puta ad rationẽ vnius pro viginti,vel.23. quia in effectum ſolutionis,vel morę etiã plurium dierũ,vel menſiũ nõ licebit ſtipulari tantã pœnam, q; ſimul cum penſione excedat modũ legitimũ,& quantũcunq; creditor debitorẽ releuet in hoc,q; etiam in fratres,vel plures menſes à termino liberari poſſit ſoluẽdo quincunces,aut trientes vſuras,hoc eſt ad rationẽ.20.aut. 25 nõ, tamẽ etiam in cõpenſationẽ tãti beneficij ſtipulari poterit, vel tãtillum vltra quatuordecimam, quemadmodum iure ciuili non licet eodem prætextu ſtipulari,vel tantillum vltra ſemiſſes cõmuniter,vel vltra beſſes in legitimo negotiatore,vt probãt txt. in.l.eos.C.de vſuris,& in.l.pœnam.ff. eodem. Sed rogo quid ſi de facto pœ
13 na promiſſa modum excedat,videlicet,rationem quatuordecimæ? Reſpondendum videtur non in totũ vitiari pœnam,ſed ſolum quatenus excedit,vt probant.d l.pœnam.l.placuit de vſur.quod ſimpliciterverum arbitror quando exceſſus eſt caſualis, & incipit à conditione, vt tunc ſit tantum moderãdus,vt in huiuſmodi pœna,ſecus vero quando exceſſus incipit à diſpoſitione,& eſt principaliter intentus: quia tunc diſtinguendum videtur,vt ſupra diſtinximus lib.1.q. 7. vt ſi non excedat rationem vnius pro decem,reducendus ſit reditus ad rationem vnius pro decem, & ſeptõ, quæ reductio per iudicem fiet, niſi creditor ſponte, & ſine lite moderationem ad legitimum modum obtulerit. Si vero excedat rationem vnius pro decem, ſit omnino caſſandus penſionibus ſolutis in ſortem computatis. Vnde ſi creditor emat reditum ad rationem vnius pro nouem, quantumcunque det debitori facultatem ſe liberandi à reliquis,ſoluendo reliqua ad rationem vnius pro ſexdecim, vel etiam pro viginti in termino, vel etiam infra plures dies, vel menſes à termino,nihilominus debitore ſortem reliquis in eam computatis offerente, puto reditum in totum annullandum inſpecta principali intentione, & diſpoſitione contractus,

odio

odio huiusmodi redituum. Tum, quia mali exempli res est: vnde quantumcunque creditor hoc pacto magis releuare videatur debitorem, quam simpliciter ad rationem quatuordecimæ sine hoc pacto emendo, quia multæ fraudes fieri possunt, nec hoc prętextu excusandus est qui non veretur improbo fœnore, tam enormiter leges transgredi.

Non obstat quod nuper diximus
14 effectum magis attendi, quam verborum formulam, & sic non videretur distinguendum, an contractus incipiat à minore, vel maiore reditu: quia hoc casu hæc differentia non tam verborum formam, quam effectum, & realem naturam obligationis respicit: magis enim delinquit, & legem contemnit, qui ab initio, & principali dispositione stipulatur improbum reditum, licet sub certa conditione licito reditu contentari vellit, quam qui solum licitum reditum in principalem dispositionem deducit, licet postea sub conditione pœnæ stipuletur vsque ad improbum fœnus ascendentem, & ratio est manifesta: quia primo casu creditor directo, primario, & principaliter legem contemnit. Secundo casu causaliter, & secundario. Primo casu, & ab initio nulla est nisi, & per se principalis dispositio: quia habet expressum perpetuum, & continuum fœnus improbum. Et sic est nulla cum omni-
15 bus suis accessorijs clausulis, nec principale nullum validari potest ab accessorio. l. ex pupillari de vulg. & pup. Secundo vero casu principalis dispositio in se valida est, & legitima & sic per accessorium, puta per appositionem pœnæ, etiam supra modum excessiue non vitiatur, & sic pariter propter principale validum, pœna ipsa non vitiatur in totum, sed iuxta naturam principalis ad legitimum mo-
16 dum reducitur, facit. l. cum principalis de reg. iur. & sic non verbalis, sed realis est nostra distinctio. Secundo limito præfatam conclusionem, vt pœna vel maior vsura non possit in præteritum extendi pro tempore quo minor reditus, vel vsura fuit, vt infra dicam. Interim tamen videndum est nunquid si quis stipuletur vnum annuum pro viginti (quæ est ratio quincuncis vsuræ) eo pacto adiecto, quod si debitor aliquo anno non soluerit pensionem, tunc ex die contractus siue totius sortis numeratæ, vnũ annum pro. 14. soluere teneatur, an debitor, qui postquam per plures annos quincunces soluit, nunc reliquatuor esse cœpit, teneatur etiam pro præteritis annis, quibus soluit suplere vsque ad rationem quatuordecimæ? Mouet quæstionem, quia creditor licite stipulari potuit quatuor decimam pure, & præcise, & sic videtur posse eandem stipulari sub conditione, etiam ex die contractus, cum per hoc nõ plus oneretur, sed minus grauari possit debitor.

17 Tamen absque dubio dicendum videtur debitorem solum teneri, soluere quatuordecimam pro annis quibus cessauit, tex. est in. l. cum quidam in principio. ff. de vsuris, ibi. *Sic temperãda res est, vt in futurum dumtaxat ex die cessationis crescant vsuræ.* Et sic pro tempore quo minores vsuræ cucurrerunt, & solutæ sunt, maiores retro non debentur ob cessationem sequẽtem, etiam infra legitimũ modum, & quantumcunque expresso pacto, vel stipulatione id cautum fuerit, & ratio est, vt pulchre, inquit Bald. ibi in lectione antiqua iniquitas pacti in se ipso: quia iniquum est quod ille, qui pro tempore prętcrito obtemperauit, pro eodem tempore pœnam incurrat, & sic merito tale
18 pactum à lege reprobatur. Non ob-

stat lex lecta in fine.ff.si certum petatur.l.huiusmodi,la.264.in ordine.ff. de verbor.l.si ita stipulatus fuero in principio.eod.quia ibi tempore medio nulla usura cucurrit, nec soluta fuit, & sic nullum est inconueniens quin creditor in aliquem euentum ex die contractus legitimum reditum stipulari possit, qualem ab initio stipulari licebat:interim autem releuatur debitor in duobus. Primo in facultate immunitatis consequendæ à reditu. Secundo & in omnem euentum in interfuturio, seu dilatione reliquorum medij temporis,& sic magis habet vnde gratulari, quam queri possit.

19 Ex quibus infertur ad eam quæstionem quam ex facto vidimus cuidam in contractu matrimonij promissæ sunt quatuor mille, videlicet. 1500.præsenti pecunia, residuo infra tres annos soluendo, & in defectum solutionis verba cautionis erãt huiusmodi. *Ex nunc prout ex tunc constituitur reditus ad rationem quatuordecimæ,&c.* Contingit non fuisse solutum in fine triennij,nemo dubitat quin ex tunc currere inceperit reditus. Illud tamen controuerti potest,an retroquoque & ex die contractus reditus peti possint:non quin ita expressim cauere potuisset, vt probatur in dictis legibus,& per eaque notauimus libro.1.quæst.18. Sed quia dubitatur,an satis id cautum intelligeretur ex illo breui verborum inuolucro,*Ex nunc, prout ex tunc*. Siquidẽ omnes præfatæ leges loquuntur quãdo illud cautum fuit per verba clara, & expressa,sine scrupulo,vt sunt illa tũc ex hac die in annos singulos,&c. Vnde secus videtur quando apponũtur verba perplexa, vt videntur ista, *Ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc promitto vel constituo*,omissis etiam illis verbis,*in annos singulos*, 20 quo casu etiam Bald.in.d.l.huiusmodi dicit esse perplexitatem, & relinquit cogitandum.Præterea in stipulationibus fit stricta interpretatione.l. quidquid ad stringendę de verborũ, & semper in dubio fit interpretatio contra eum,qui se fundat in verbis, & contra actorem,vel creditorem,l. veteribus de pactis.l.labeo scribit de contrahend.emption.Alexand.in.l. si pascenda.C.de pactis,& in consil. 194.consideratis verbis columna penultim.libr.2.Decius in.c.in præsentia,colum.17.de prob.quanto fortius vbi etiam concurrit odium subiectæ materiæ,& vsurarum,vt hic.

21 Quibus non obstantibus dicendũ est reditum ex die contractus peti posse, & ita expressim idem esse in his verbis, *Ex nunc prout ex tunc*: sicut in illis,*Ex hac die*,tenent Bart.& Bald.(qui dubitare desijt)& Ias.in.l.si ita stipulatus fuero in principio, de verborum,sensit Paulus in.d.l.huiusmodi,la segunda,in fin.quia hæc verba tantumdem important, nec est à proprietate verborum recedendum l.non aliter in princip.deleg.3,quod etiam in materia odiosa obtinet Fran cis.Aretin.in.l.cum lege, de testam. Tum alioquin verba, *Ex nunc prout ex tunc*, nihil operarentur,quia illis omissis æque curreret reditus pro tẽpore futuro,ergo adiectio illorũ verborum operari debet,etiam pro tempore præterito:non tam ne sint superflua contra.l.si quando in princip.de leg.1.cum vulgaribus,quam ne contra propriam & genuinam significationem improprientur,vel restringãtur ad actum constituendi,seu ad nudam promissionem,& non ad effectum promissionis. Quod intelligendum est quando socer non poterat cogi soluere ante terminum, alias non curreret reditus nisi ad rationẽ quincuncis,vt notauimus infra lib.3. quæst.

22 quæst.11. Sed aduertendum est, q̃ alia ratio videtur annullare pactum prædictum quia præfatę leges loquũtur in terminis iuris, & in vsura legali quæ eo iure currebat, licet fors alienata non esset, sed exigi posset, nos autem loquimur in quatuordecima, quã impossibile est currere nisi prius forte alienata, & irrepetibili, vt diximus lib. 3. quæst. 5. Igitur impossibile est retro trahi ad tempus prohibitũ, & inhabile, videlicet, quo fors non alienata erat, sed poterat exigi per creditorem, vt supra diximus libr. 1. 25
23 quæst. 4. Difficultatem hanc euitabis fatendo obiectum, & si aduertas nos esse in præsenti quæstione in diuersis terminis ab omni vsura legali, vel nostrate infra illud tempus, quia illum pactum est pars æque principalis contractus dotalis, & sic non censetur accessio, sed pars principalis legitimæ conuentionis per ea quæ notauimus supra lib. 2. quæst. 2. quod autem possit maritus reditum dotis promissæ stipulari, dum dotis solutio differtur dicimus lib. 3. quæst. 7. ad fin. vbi vide.

24 Sed quid si pecunia debetur ex mutuo, deposito, legato, vel alias, & cõuenit quod nisi infra tale tempus soluatur, quod debitor constituit, & soluere promittit ab inde reditũ ad rationem quatuordecimę, vel etiam ad rationem quindecimæ, vel vigesimæ, an tale pactum valeat? Rebuf. in 2. tom. ad ll. Gallicas, titulo de constitutione redituum art. 1. glos. 5. dixit 26
non valere reditum ita constitutũ, quia emptio censetur in fraudem vsurarum, & ita asserit iudicatum Paris. 27
Senatu, sed certe refert, quod agatur, aut enim agitur de iusto, & pleno cõtractu reditus, videlicet, ex tũc eo casu alienata sit fors, nec amplius possit exigi, nisi simplex reditus, & pactum valet, aut vero agitur, quod debitor in casum moræ soluat tantam pensionem, quantam afferret talis reditus, & non valet, quia creditor posset exigere, & debitorem cogere ad fortis solutionem quando vellet, & tamen simul pro rata temporis dilatæ solutionis exigere reditum, & sic esset vera, & propria vsura, quæ omni iure reprobatur, vt supra diximus lib. 3. quæstion. 4. hic autem non præsumitur actum de iusto reditu, & alienatione fortis, ex quo apparet, quod debitor remanet obligatus ad fortem. Vnde nisi aliud exprimatur, pactum desoluendo reditu in defectũ solutionis, intelligitur de simplici pẽsione, quæ est vera vsura: atque ita debitor non tenebitur eam soluere, & si soluerit poterit in fortem imputare & reliquum fortis offerendo liberari etiam creditor poterit nihilominus fortem quando volet exigere, deductis pensionibus, si quas receperit: quoniã dictũ pactũ de soluẽdo reditu in defectũ, est (prout etiã in dubio ẽsse tur) appositũ fauore creditoris, pea quę notat Bar. in l. quãuis, ff. de pignoratitia, Lancelotus, Decius, in l. cui duos, de legatis. 1. & quod notat Bald. in l. 1. q. 2. C. de his quæ pœnæ nomine, Decius consil. 12. colum. 1. vbi adnotauit Paris. Mod. & per text. in l. si fratres. §. idem respondit. socius. ff. pro socio. An autem idem sit, si similis clausula ponatur in testamẽto, vel in sententia dicemus infra libro 3. q. 6.

Prædictam conclusionem, quando reditus non valet limitabis in dote promissa, per ea quæ diximus supra proximè. Secundò limitabis in pecunia debita ex venditione fundi dum simili translatione rei fructiferæ, per ea quæ scripsit Paris Modern. in Consuetud. Paris. §. 1. glos. 9. q. 8. nu. 16. & tradit Couar. lib. 3. Variarum. cap. 4. nu. 6. Vnde cum emptor vendito-

ditori constituisset reditum pro pretio rei emptæ cum pacto, quod teneretur illum redimere infra quatuor annos, pactum valere, & reditum cũ effectu currere, non solum infra quadriennium, quo ereditor non potest sortem exigere, sed etiam post quadriennium donec redimatur, vel soluatur sors cum reliquis respondit Paris. Modern. dicens ita per arrestum supremi Senatus Paris. iudicatũ fuisse cuius responsi ipse meminit in. d.
28 glos. 9. num. 20. Huiusmodi enim cõtractus non differt in effectu à cõcessione fundi in reditum, quem tenebitur accipiens redimere infra certum tempus pro certo pretio, de quo non dubitatur quin valeat in foro conscientiæ: ergo & præcedens cõtractus: quia in conscientia non attenditur formula, & conceptio verborum contractus, sed solum effectus, vt supra diximus ista quæstione. Est enim, & hoc secundo casu vera venditio fundi subiecta retractui proximitatis, & etiam si non teneatur accipiens redimere, si tamen redituseſt redimibilis infra rationem. 20. pro vno censetur venditio fundi, & habent locum retractus, & alia iura venditionis, vt tradit Paris. Modern. in consuetud. Paris. glos. 5. quæstion. 10. in fin. & §. 23.
29 quæst. 19. Et aduerte quod in. d. casu in quo consuluit Modernus ille nõ erat contentio super quantitate, vel excessu reditus: quia non excedebat fructus, sed solum difficultas erat propter dictum pactum. Si vero reditus ob moram conuentus excederet fructus fundi venditi, videtur non valere iuxta ea quæ trado infra lib. 3. quæ
30 stion. 7. quo remitto. Aduertendum tamen est, quod licet venditor nullo concesso termino ad soluendum, possit cũ emptore pacisci, vt donec sibi pretium non fuerit solutum, emptor soluat certam quantitatem fructus rei venditæ non excedentem, vt tradit Socinus cons. 176. column. fin. vers. quarta difficultas, & consilio 203. libr. 4. Parisius cons. 60. num. 21. lib. 1. Gozadin. & alij quos refert, & sequitur Antonius Gabriel, libr. 3. cõmunium, tit. de empt. & ven. conc. 4 Ioan. Baptista Lup. in tract. de vsuris commentario. 1. §. 7. n. 146. Tamen valeret pactum hoc casu de soluenda certa quantitate, etiam si illa fructuũ æstimationem excederet, si inter ipsos contrahentes actum esset, vt constitueretur annuus reditus redimibilis super ipsa revendita ad rationem vnius pro quatuordecim vsque ad pretij conuenti quãtitatem: ita quod emptor constitueret annuum reditũ super revendita ad prædictam rationem soluendum, dum ipsius reiveditæ pretium solutum non esset, cuius contractus iustitiam probat Couar. libro. 3. variarum cap. 4. nume. 6. dicens non semel vidisse huiusmodi pactionem initam, eandem opinionem tenuit idem Couarruu. d. lib. 3. cap. 7. nu. 6. vers. non oberit itidem, sequitur Gutierrez libr. 2. practicar. quæst. 171. num. 4. Messia ad. l. Toleti 2. p. 2. fundamento, nume. 28. de qua opinione valde dubitat Ioã. Lup. vbi supra, & eo non relato Felician. lib. 2 de censib. c. 1 num. 38. dicens pactionem hanc iniquam esse, ex eo quia cum huiusmodi vsuræ veniant ratione moræ irregularis, & debeant cõmensurari iuxta quãtitatem fructuũ perceptorum secundum dispositionem text. in. d. l. curabit. C. de actionib. empt. in eo quod excedunt fructuum quãtitatem, sustineri non debent, præterquam si emptor veram, & regularem moram contraxisset, quæ ratio non multum vrget aduersus opinionem Couarruu. is enim loquitur eo casu, quod iam pecunia nõ erat venditori debita ex ipso vendi
31 tio-

tionis contractu, sed potius ab eo prorsus alienata, quasi breui manure cepta, & iterum emptori numerata pro pretio annui reditus redimibilis non nirum igitur si reditus, seu pensio ipsius pecuniæ, ita alienatæ fructuum æstimationem possit excedere. Nec quæ tradit Cassan. à Felicia. relatus obstant: quia pretium reditus annui apud Gallos non est ad rationem vnius in quindecim, vt putat Felician. sed eorum consuetudine iuste emitur ad rationem vnius in duodecim, si vero is modus excedatur, & emptus sit reditus minoris, non tamẽ excedatur decima, fit reductio ad quindecimam in pœnam excessus, vt scripsit Tiraquel. libro retract. §. primo, glos. 6. numero. 19. quæ reductio denegata fuit Arrestis, à Cassan. relatis ex eo: quia reditus fuerat constitutus ad rationem decimæ pro interesse creditoris ratione perceptionis fructuum suorum hæreditariorum: non tamen negat Cassan. pactionẽ de qua agimus, licitam esse. Si enim iusto pretio tibi fundum vẽdidi pro 14. ducatis quos mihi tradito fundo debes quis prohibet me eisdem ducatis reditum vnius à te emere cum pacto redimendi, sicut ab alio quo quam eisdem numis, & eundem reditum quantumuis fructus fundi excedentem licebat emere: non enim creditor hic stipulatur ab emptore, nisi quod debita, & soluta pecunia ab alio quoque stipulari poterat, faciũt quæ dixi supra libr. 1. quæst. 13 num. 3.

31 Vlterius dubitari potest an valeat huiusmodi pactio: Titius debẽs Sempronio centum aureos reditus redimibilis ad rationem quatuordecimæ videlicet pro. 1400. vendidit Ioãni Ligna Syluę suę cæduæ pro, 3000 Ioannes non habens tantam pecuniam paratam soluta parte pretij pro 1400. residuis promisit venditori soluere annuatim tãtam summam, ad quam ascendit dictus reditus donec sortem reddat venditori redempturo a dicto Sempronio, & vltra se obligauit ad soluendum venditori residuum dicti pretij infra tres annos, vel ad exonerandum eum a dicto reditu, & omnia damna, & interesse si quid horum factum non esset. Et videtur dicendum huiusmodi contractum licitum esse. Primo per ea quæ notauimus supra hoc libro, quæst. 4. quia illud pactum est pars pretij. l. fundi partem. ff. de contrahend. emptio. patet quia non erat tunc Titius, aut tantam lignorum quantitatem venditurus, nisi vt liberaretur a dicto reditu, nec alias venditurus nisi iusto, & præsenti pretio, quo se liberaret, nec voluit vendere sub dilatione partis pretij, nisi sub dicto onere soluendi interim reliqua reditus, aut redimendi, vel per soluendi infra dilationem & sic dicta pactio nõ potest dici vsuraria, cum sit pars pretij, & iusti. Quod autem pactio prædicta in se iusta sit, constat. Primo ex eo, quia venditor nihil stipulatur à Ioanne, nisi quod præsente pecunia facere poterat, & facturus erat, & sic infra limites, & veri, & iusti interesse de quo cõstat: ita quod hæc pactio videretur iusta in mutuo, per ea quæ notabimus libr. 3. quæstione. 5. Vnde ex nostrorum, & Theologorum sententia volens negotiari cum pecunia si eam mutuet, potest stipulari non solum sortem reddi, sed etiam quantum interim fuisset lucraturus, & volens redimere reditum vsurarium, si mutuet eam pecuniam in eam rem paratam, potest stipulari nedum sortem reddi, sed etiam quantum pro vsuris interim cogetur soluere. Secundo, quia stipulatio non fit in gratiam venditoris, qui malet promptam pecuniam,

sed

sed in gratiam emptoris. Igitur non potest dici venditor vsuram aliquam committere per ea quæ notat Bald. in rub. column. 2. C. de vsuris, & venditor non facit hoc pactum, vt sibi magis negotietur, vel caueat, sed vt consulat emptori, vtque ei liceat interim pinguius de pretio negotiari.

32 Tertio hæc tanto fortius procederẽt si venditus esset fundus, aut alia res fructifera, vt supra notauimus, quæ tãto magis videtur indubitata, sed quo res esset illustrior posuimus exemplum in re mobili, & nullum parientefructuum. Verum pro contraria

33 parte arguo. Primo, si hunc contractum admittimus, datur maior licentia fænerandi, quam sit de iure ciuili (& loquimur de proprio illo, & formali fœnore in quo debitor posset cogi ad restitutionem sortis, & nihilominus ad successiuum auctuarium, quamdiu differtur solutio): quia iure ciuili nullo casu licet legitimum modum egredi, non solum in vero mutuo, sed siue ex venditione, vel ex testamento, aut alias debeatur quanti-

34 tas text. in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de actionib. empti l. 3. in fin. ff. de annuis legat. & diximus supra lib. 1. quæstion. 2. At hic legitimus modus enormiter excedit siue ius ciuile attendas. l. eos. C. de vsuris, siue l. Regiam, qua licet reditus sint approbati, vsque ad quatuordecimam sortis partem annuam hoc intelligitur dummodo sors sit perpetuo alienata, ita quod nunquam teneatur debitor reddere, quod est præcipuum, & substantiale horum reddituum, qui in hoc differunt à mutuo vero, & interpretatiuo, vt resoluimus supra lib. 1. quæstion. 4. Sed hic debitor remanet efficaciter obligatus ad sortis restitutionem, & adhoc cogi potest, ac si mutuo accepisset, & sic est interpretatiuum, & effectuale mutuum. Igitur non potest obligari adhunc reditum, quia modus enormiter excedit, & alioquin iustius esset, quod alienata forte vendere posset reditũ ad rationem vnius in decem, vel octo, quod tamen nemo diceret propter nimium excessum, sed hic est maior excessus cum possit cogi sortem reddere: alioquin sequeretur excessus intollerabilis, etiam fundo fructifero vendito. Finge enim fundum centum annua ferentem vendi tribus millibus summo, & iusto pretio secundum ea quæ notauimus supra libro. 1. quæst. 6. & emptorem fundo recepto, rogare dilationem pretij vsque in biẽnium, & interim offerre reditum ad rationem quatuordecimæ, donec soluat: si hoc admitteretur sequeretur, quod posset obligari ad quatuordecimam pretij annuatim, & nihilominus lapso termino cogi ad restitutionem. 3000. cum reliquis eiusdem pensionis, etiam post terminum quãdiu soluere differret, quod non solum legitimum modum excedit, sed est aperte iniquum cũ pẽsio fere in triplo fructus excedat.

35 Iure autem communi licet stipulari pensionem fructibus congruentem quando solutio pretij differtur. l. sicut emptio in fi. cũ l. sequẽti. ff. locati, siue habito respectu ad pretium excedat legitimum modum vsurarum siue non: quia potuit fundus vendi vili pretio, ita quod fructus excederẽt vsuras legitimas pretij, & tamen licitum est fructus integros stipulari donec pretium soluatur, sicut licebat rem retinere, vt tradit Paris. Modern. in consuetudin. Paris. §. 1. glos. 9. numero. 19.

36 Sed si fructus sint minores vsuris legitimis, vt assolet cum res est vendita iusto pretio, ius communæ permittebat stipulari pensionem excedentem fructus, donec soluatur, dũmodo

modo nõ excederet legitimum modum vsurarum alioquin ipso iure nõ valebat vltra legitimum modũ: hoc casu licebat stipulari ad rationem semissis vsuræ,& non vltra. Igitur prorsus iniustum,& improbum fœnus esset stipulari ad rationem quatuordecimæ,quę semisses multum excedit, ita vt cum hoc reditu, seu pensione, fors repeti possit, est ergo manifesta iniquitas in hoc exemplo quia. 214. reditus perpetui sorte alienata libere redimibilis. 3000. æquipollent summo pretio fundi valentis ad summum. 3000 tantus autem reditus sorte non alienata,sed repetibili longe plus valet, & sic esset hic fundus datus pro pretio longe super excedente summum pretium,& adhuc iniquius si res vendita non afferret fructum, vt in hoc casu de quo agimus. Non obstat secundum quod
37 hic reditus sit pars pretij:quia supponitur rem fuisse venditam iusto pretio,& sic dictus reditus non est, nec esse potest pars iusti pretij in totum vel in parte, cum pretium conuentum sit integrum iustum pretium, & sic ille reditus non est nisi pretium ipsius dilationis. Igitur subesse debuit legibus,& coertionibus vsurarijs, vt in.d.§.idem Papinian. Secus si res ipsa esset minori pretio vendita, ita q; pactum esset additum ad supplendum, & æquandum istum pretium: quia tunc esset pars pretij, non autẽ accessio,& sic nõ subesset legibus vsurarijs:& ita loquitur,&intelligitur.d. l. fundi partem, quæ expresse dixit rem tanto minoris venditam propter
38 pactum. Non obstat tertiũ, quia siue attẽdatur interesse,vel egestas creditoris,non tamẽ licet hoc prætextu fœnerari siue attẽdatur,q; sit in gratiã debitoris,ide dicendũ,alioqui sequeretur licere excessiuũ fœnus exigere à debitore,qui maius aliquod cõpẽdiũ assequeretur,vel maius dãnum euitaret de vsu pecuniæ,q; falsum est per ea quæ notauimus,lib.3.q.5.quid dicendum? Respondendum videtur
39 pactum esse iustum in hac hypothesi,& pro breui,& exacta doctrina, & cõclusione contrariorum dicendum est aliud esse velle negotiari,seu quęstum facere de vsu,vel dliatione pecuniæ:aliud velle in præsenti re sua vti,vel sibi cauere de certo imminẽti damno vitando, vel de certo imminenti lucro non ammittendo. Primum expectat ad materiam vsurariã,& cõpẽsationẽ promiscui successiui interusurij pecuniæ,& est verum fœnus, secundum vero non expectat ad interusurium, sed ad certum iustum interesse de quo constat, & sic cessat materia vsuræ, & fœnoris. Aut ergo non apparet de certa præsenti vera,& iusta causa, eius quod interest, vltra generale interesse promiscui interusurij, vt in casu de quo antea diximus in hac quæstione, & tũc pactum est illicitum,& vsurariũ. Aut vero apparet in specie de certa præsenti casuali,& iusta causa interesse, vt in hac quæstione de qua agimus, & tunc licitum est pactum illud interesse non excedens, & in hoc casu vbi venditor non stipulatur sibi ipsi præcise talem reditum solui;sed alternatiue, vt vel sibi causa indemnitatis suæ, vel creditori suo teneatur emptor soluere reditum, & omnino infra terminum,vel pretium sibi solui,vel creditori suo in causam dictæ redemptionis,& sic apparet venditorem non certare hic de aliquo nouo quæstu pro vsu pecuniæ, vel solutionis dilatione, & sic cessat materia, & prauitas vsuræ, sed tantum certare, vt indemnis seruetur à certo, & præsenti damno. Cæterum etiam venditor commodare certat emptori quantum potest salua indem-

demnitate sua in casu cuius veritatis & iusticiæ certitudo omnem fraudis materiam, & suspicionem excludit, vt in simili dicemus infra lib. 3. q. 7. & sic neutriq; quidquam obstat.

Ex quæst. sequent:

AN sortis, & reliquorum oblatione impediatur cursus reditus, num. 1. & seq.

Solam oblationem nõ impedire cursum vsurarum, quæ currere cæperunt, num. 2.

Sola oblatio etiam realis non sufficit vbi agitur de resolutione contractus, num. 3.

Solam realem oblationem debite factam impedire cursum reditus num. 4. & num. 29.

Oblatio realis actionem, & exceptionẽ parit. num. 5.

Declaratur text. l. qui Romæ. §. Seia de verborum numero sexto.

Declaratur text. l. si creditrici. C. de vsur. n. 7.

Oblatio verbalis an sufficiat ad impediendum vsurarum cursum numero 8.

Et quid si debitum non sit liquidũ sed intricatum ibid.

Declaratur text in l. acceptam. C. de vsur. n. 9.

Oblatio facta a debitore moroso ex litis contestatione, an impediat vsurarum cursum, n. 10.

Explicatur text. l. tutor pro pupillo in fine de administratione tutorum nu. 11. & n. 22. & n. 26. & n. 27.

Tutor an, & quando liberetur ab vsurarum cursu per oblationẽ no no epheuo factam num. 12. & num. 18.

Testium examen ad perpetuam rei memoriam quando concedatur n. 13.

Tutor statim finita tutela agit, vt adultus curatorem petat, & rationes audiat n. 14.

Explicatur tex. l. fi. C. de vsur. pupilla. n. 15. & 27.

Declaratur l. ita autem. §. si tutor de administratione tutorum, num. 16.

Tutelam apud Gallos durare vsque vigesimum quintum annum. n. 17.

Explicatur tex. l. & prætor versic. ceterum de minoribus. n. 19.

Traditur doctorũ cõcordia inter. §. si pupillo. l. cum quidam de vsur. & l. ait prætor de minoribus. num. 21.

Impugnatur prædicta doctorum cõcordia n. 22. & n. 24.

Declaratur l. pecuniæ de vsur. nume. 23.

Traditur verus intellectus, & multarum legum conciliatio num. 24. & seq.

Vera concordia legis ait prætor, & §, si pupillo l. cum quidam de vsur. n. 25.

Tuto-

Tutor ẽ in fictis tutelis, & omissa administratione ad multa gerenda ex bona fide tenetur numero 26.

Oblatio realis debite facta ipso iure impedit usurarum cursum, & moram præcedentem purgat numero 28.

Pœna commissoria sive ex sententia, sive ex contractu, impeditur oblatione reali. ibid.

Cursum reditus certa summa luibilis sola real oblatione impediri, etiam si sit constituta ad rationem usuræ trientariæ vel fundi dationem, vel legato, aut alias num. 30.

Debitor merosus an impediat usurarum cursum per solam oblationem num. 31.

Differentia inter usuras currentes citra moram, & eas, quæ propter moram officio judicis, vel jure actionis currunt n. 32.

Obligatio ẽ usurarum in futurum reperis conditionalem esse. num. 33.

Oblationis naturam non esse obligationem tollere, sed creditorem in mora constituere, & periculum in eum transferre, numero 34.

In contractibus una est obligatio a principio, licet sit successiva, secus in legatis num. 35.

Traditur intellectus, l. obligationum fere §. placet. de actio. & obligatio. num. 36.

Reditus cursum non impediri, ea quod creditor decessit relictis pupillis, vel hæreditate iacente, vel si fuerit expertus, & qualiter tum fiat oblatio. num. 37. & quid tunc fiat, vel impediatur cursus reditus ibid.

Et quid si tam cito non potuit tutor vel curator constitui num. 38.

Et quid si oblatio fiat pupillo tutore carenti & simul eiusdem pretij deposito. ibid.

Oblationem sequentem trahi ad initium interpellationis seriæ, serioque prosequutæ. numero 38. & num 52.

Declaratur l. cum quidam. §. si pupillo de usu. numero 38 & numero 42.

Mora irregularis privilegiata, & eius effectus quando cesset ibid. & num. 40.

Et quid si mora irregularis ipso iure cõtrahitur re ipsa an cesset eius effectus, si pupillus fiat maior. num. 41.

Si creditor sit adultus, & indigens curatore carens, an cesset irregularis, & privilegiata mora num. 43.

Et quid si veniam ætatis impetrauit. n. 44.

Declaratur. text. l. pecuniæ de usuris. n. 45.

Declaratur. l. lecta si cert. petat. num. 46.

In his, quæ competunt iure actionis si tutor non appareat, soli pupillo denunciari posse. n. 47.

Expli-

Explicatur, text. l. si dictum. §. pupillo de euictionib. ibid.

Denunciari an possit absenti furioso vel iacenti hæreditati pro regressu euictionis. num. 48.

Oblationem faciendam personæ legitimæ, quain mora constitui possit. num. 49.

Nec nimium delicatus debitor, nec nimium onerosus creditor, auditur. num. 50.

Singularis casus, quo debitor reditus compellitur redimere, numer. 51.

Consignatio, non valet nisi fiat præcedenti debiti oblatione ei, cui debetur. num. 53.

Denunciatio, & oblatio reditus, & reliquorum facienda est, ei qui potest recipere, & debitorem reditus liberare. nume. 54.

Si creditor reditus domicilium mutauerit, & nescitur, vbi sit, cui fiet denunciatio, & oblatio num. 55.

Si nescitur creditoris domicilium, nec vbi degat, an sit necessaria consignatio. n. 56.

Si debitor nollit tutori, vel curatori recipere parato soluere metu restitutionis, an sit necessaria consignatio. num. 57.

Explicatur. text. in. l. si reus paratus ff. de procur. n. 58.

Consignationem nihil operari ante quam sit intimata creditori, num. 59.

Oblationem faciendam in loco solutionis destinato, & quid si fiat ad impediendum iudicium. num. 60.

Si quis fundum sub redimendi facultate venditum velit redimere, qualiter fiet oblatio, & quid operetur. num. 61.

Si hæres creditoris reditus detrectat oblatam pecuniam recipere, quia ignorat reditus qualitatem & quantitatem, an impediatur cursus reditus, num. 62 & num. 64.

Venditor fundū ex pacto redimēs, non constituit hæredem emptoris in mora per oblationem pretij dū de pacto redimendi non docuerit. nu. 63.

Traditur differentia inter emptionē fundi sub redimendi pacto, & reditus luibilis circa fructus, cū hæres ex iuxta causa pecuniam oblatam reciperere cusat. num. 63.

Obligationi reditus inest tacita conditio, nisi sors cum reliquis offeratur. num. 66.

Solam oblationem realem extra iudicium debitè factam sufficere ad recuperandū fundū sub redimendi pacto venditum cum fruct. bus contra Tiraq. Decium & alios num. 67.

Quod limitatur nisi ob iustam ignorantiam, vel imperfectā oblationem emptor, vel eius hæres in mora nō cōstituitur. n. 68.

Declaratur tex. l. 2. C. de pact. inter em-

emptorem. numero. 69.
Notatur error Hiero. Cagnoli, & Tiraq. num. 70.
Fructus deberi à tempore litis contestatæ quantumcumque reus sit in bona fide, & iustam causam litigandi habeat. num. 71
Si venditio fundi sub redimēdi pacto fiat minori pretio an veniant fructus à tēpore oblationis, sicut in annuo reditu. n. 72
Differentia bonæ & malæ fidei possessoris quoad fructuū æstimationem num. 73.
Sortis parte oblata an impediatur cursus reditus. num. 74.
Oblatio sortis an debeat fieri cum reliquis ad extinguendum reditum. n. 75. & seq.
Creditorem sine causa recusantem sortem oblatam & consignatam accipere, multa circumueniunt incōmoda. num. 77.
Sequestro an debeatur salariū. ibi.
Quibus personis debeat fieri oblatio, & à quibus reditus redimi possit, num. 78. & seq.
Feliciani adducitur opinio, & impugnatur. num. 79. & seq.
Solutionem recipiens dicitur alienare. num. 80.
Prohibitio alienationis nō pertinet ad alienationes necessarias numero. 81.
Redemptio reditus minori debiti potest fieri à tutore. num. 82.
Et quid si pretium reditus redēpti culpa minoris perierit, num. 83
Minori non concedi restitutionem aduersus solutionem pensionū reditus tutori factam. ibi.
Ab vsufructuario omnium bonorum potest fieri redemptio reditus. num. 84.
Oblatio ei facienda est, qui potest recipere solutionem. num. 85.
Et ei qui generalem bonorum administrationem mandatam habeat. ibi.
Redemptionem reditus ab ipsius vsufructuario particulari fieri posse, num. 86.
Ab hærede de restituendo reditu grauato ipsius redemptionem fieri posse. num. 87.
A marito reditus dotalis fit redēptio, num. 88.
A maioratus possessore reditus fit redemptio. num. 89.
A prælato administratore ciuitatis, aut orphanotrophij reditus fit redemptio. num. 90.
Ab vniuersali testamenti executore, & ab hæreditatis curatore reditus redemptionem fieri. num. 91.
In quibus numis redemptio reditus facienda sit. num. 92.
Et si augetur aut diminuitur monetæ valor, an sit habenda ratio eius mutationis in solutione reditus. ibi.
Et quid si in creatione reditus pactū sit de soluenda pensione in moneta aurea aut argentea, an possit solui in

area, & minuta moneta. nu mero. 93.

In reditu fructuario si tractu temporis minuatur fructuum valor, an sit habenda ratio incrementi. num. 94. n. 95.

In reditu reseruatiuo, si tractu temporis minuãtur res fructus, ita quod ad pensionem soluendam non sufficiant, an sit reformandus & ad æquitatem reducendus contractus.

Quæstio. XV.

An oblatione sortis & reliquorum sine consignatione impediatur cursus reditus.

1 CVM debitor reditus annui ab ipsius obligatione desiderat liberari, & creditori offert sortẽ cũ reliquis; dubitatur, an sine cõsignatione & depositione cursus ipsi⁹ reditus
2 impedirivaleat. Et duplici rõne videtur non impediri. Primò, quia hic reditus iure actionis ex conuentione currit, & ab initio sortis numeratæ incipit currere: igitur per simplicem oblationem extraiudicialem etiam realem non impeditur cursus, nec ipso iure, nec ope exceptionis, donec consignatio & depositio facta sit. l. si creditrici. l. acceptam. C. de vsuris, vbi Bartolus, Salicetus, & Paulus ita tenent. Idem Raphael Cumanus, Imola, Aretinus, Alexander, Socinus, & Iaso in l. qui Romæ §. Seia, columna finali. de verborum. vbi dicunt, solam oblationem etiam realem ad inhibendum cursum vsurarum, quæ cæperunt currere, nihil operari: & videtur textus in l. tutor pupillo. in fine de administratione tutorum, idem Antonius Negusantius in tractatu de pignoribus, 3. parte, membro 3. 5. partis, verficulo quartus effectus, & omnes fere glossæ, Doctores vbique & secure resoluut Menochius. libro 2. de arbitrar. casu. 232. & ex nostris Gregorius in l. 8, titulo. 14. partita. 5. glossa, *Deue poner.*
3 Secundò, quia vbi agitur de resolutione contractus non sufficit sola oblatio etiam realis, sed requiritur consignatio & depositio, l. si à te, & ibi Paulus. C. de pactis inter emptorem. Baldus dicta l. acceptam. columna quinta, & ibi Paulus in fine, Boerius decisione 124. numero decimoquinto. Sed hic oblatio tendit ad redemptionem, & sic ad resolutionem contractus: ergo. & prædictis fundamentis, hanc opinionem sequitur Felicianus de censibus libro quarto, cap. finali.

4 Sed his non obstantibus dicendum est, solam realem oblationem etiam extraiudicialem debite factã videlicet congruo loco & tempore ipso iure impedire cursum siue vsurarũ, siue redit⁹ pro tẽpore futuro: quia ipsi

ipsi obligationi vsurarum, vel reditus, ineſt conditio, niſi ſors cum reliquis offeratur, vel ſaltem quod in idem recidit ineſt limitatum tempus, quo ſors cum reliquis, ſoluta, vel oblata ſit, & ſic ipſo iure impeditur curſus: quia vſuræ vel reditus non ſunt promiſſa nec debentur hoc caſu. Probatur etiam, quia eiuſmo-
5 di oblatio etiam actionem parit, etiam ad fructus. l.2. C. de pactis inter emptorem: igitur multo magis parit offerenti exceptionem, ne fructus vel reliqua debeat, l. cui damus de regulis iuris, cum vulgarib. Scio argumentum hoc euitari poſſe ex eo, quia in dicta l.2. non videtur actio concedi propter oblationem, ſed propter legem cõtractus, de quo ibi, quæ talis erat, vt ſi debitor obtuliſſet pretium, emptor ad rei reſtitution tenetur, at ſimilis lex vel cõditio in annuo reddditu, ſeu in mutuo ſub vſuris dato ineſſe videtur, vt prædiximus, videlicet vt debitor teneatur ad reditus, niſi ex eo tempo-
6 re, quo ſortem cum reliquis obtulerit. Non obſtat dicta prima ratio: quia eſt erroneum cõmentum gloſſæ, & Doctorum, qui in hoc valde errauerunt, ne dum contra legalẽ ipſam æquitatem, ſed etiam contra apertos textus iuris. l. penultima. de nautico fenore, & clarius in l. qui Romæ. §. Seia, in fine, ibi, *Iure vſuras nõ deberi*. de verborum. vbi mirum quã miſere Doctores ſeſe torqueant, vt eludant, & contorqueant illum textum, præcipuè Ioan Imola qui initio vel in Epitome illius §. cogitur fateri, quod ſaltem ope exceptionis infuturum, non debentur, & impediuntur currere, ſed mox nimium altercando amittit veritatem, nos verò dicimus tex. d. §. Seia, nullomodo impropriandum, nec cauilandum, ſed propriè & planè accipiendum, ibi, *iure*. ſcilicet mero, vel ipſo iure, non autem ſubadiẽdum, *iure*, ſcilicet exceptionis, & multo minus diuinandum, quod ibi nõdum inceperit vſura currere, ex eoquod aduerſarius illico tranſactioni reclamauerit, vt cõmuniter elabi ſatagunt omnes Doctores, quia dico vſuras ibi fuiſſe pure promiſſas, & iam diu fuiſſe ſortem penes Seiam promittentem, & ſic ab eodẽ inſtanti promiſsionis incepiſſe currere vſuras, & ſic ea euaſio eſt deterior priore ſubauditione, quam ſubauditionem adhuc omnes peius reijciũt, ad quod adducti ſunt gloſſ. & Doctores propter literam quarundam legum male intellectam de hinc detottam ignorantia legalis, æquitatis & praxis iudicium hebetante. Non ergo obſtat l. ſi creditrici. C. de vſuris: quia commenta eorum deſtruit, & noſtram firmat ſen
7 tentiam: decidit enim non deberi vſuras non ex eo tempore quo conſignatio facta, & depoſitio ſequuta eſt, ſed ex eo tempore quo prius oblatio facta eſt. Nec refert ſi dixeris Imperatorem in l. ſi creditrici, de illa oblatione agere, quæ poſtea ad effectum perducta eſt, mediante depoſitione, ſeu conſignatione: quia textus ille, dum vſurarum curſum impedire docet, non nititur depoſitione, ſed oblatione tãtum, & ſi ad impediendum vſurarum curſum depoſitionem requireret, non dixiſſet vſuras non deberi ex tempore oblationis, ſed ex tempore depoſitionis: ergo textus ille apertiſsime probat hanc quam defendimus opinionem. Et intellige ſemper de reali oblatione, verbalis enim non ſufficeret, niſi creditore poteſtatem liberandi habente, recuſante, vel impedien-
8 te, vt tradunt omnes Doctores. in dicta l. ſi mora. ff. ſoluto

matrim.l. qui Romæ in princip. de verbor. Neguſantius de pignoribus. dicta 3. parte tertii membri. 5. partis principalis. Tiraquel. libro 2. retract. §-4. gloſ. 6. num. 21. Boerius deciſio. 123. Deciſio. Rotæ Genuen. 204. n. 5. & deciſ. 24. numero. 12. veletiam ſi debitum non eſſet liquidum, ſed intricatum, ex notatis à Bart. in l. pe nultima, de diſtractione pignor. de ciſio Rotæ Genuen. 164. numero. 2.

9 Sed ad rem non obſtat dicta l. ſi per ſe. in fine. C. de vſur. quia nihil facit pro communi, niſi forte a contrario ſenſu, qui non debet admitti contra æquitatem manifeſtam, & alia iura, eodem modo reſpondendum eſt ad l. acceptam. C. de vſuris, & ad l. debitor vſurarius, l. cuictis in fine. ff. eodem: tum debet attendi ſcopus dict. l. acceptam, tendit enim ad demonſtrandam viam, qua debitor, à creditore nolēte accipere pleniſsimè etiam ipſo iure ab omni periculo & obligatione liberetur, quod fieri nequit, niſi per conſignationem, & depoſitionem: interim autem non negat quin ſimplex curſus, & obligatio futurarum vſurarum, per legitimam oblationem impediatur, quem intellectum poſt Pariſienſ. Modernū ſequitur doctiſsimus Barboſa, l. ſi mora. num. 79. & ſequen. ſoluto matrimonio. Verum intellectus iſte non leuem patitur difficultatem ex verbis textus in d. l. acceptam, ibi. (*At ſi non ſuſcipiant conſignatam in publico deponēt curſus vſurarum legitimarum inhibeatur*) quæ verba, ſi verum amamus, non ſpectant quomodo ipſo iure debitor ab omni obligatione, & periculo liberetur, ſed vt vſuræ inhibeātur ob ſignationem videntur requirere, quod aduertit Hotomanus in tractatu de vſuris, libro primo capite 14. pagina 32. At Hotomani conſideratio non obeſt prædictæ interpretationi: quoniam Imperator in dicta l. acceptam poſtquam admonet pecuniam conſignatam in publico deponi ad inhibendum vſurarum curſum, & poſt parentheſim, qua locum publicum declarat, ſtatim ſubiicit illa verba (*Quo ſubſequuto etiam periculo debitor liberatur, & ius pignorum tolletur*) ergo textus ille ideo requirit pecuniæ conſignationem: quia vult debitori plene conſulere, non ſolum ad impediendum vſurarum curſum, ſed etiam ad plenam debitoris liberationē, quod etiam probat textus iure Regni optimus in l. 8. titulo 14. partita. 5. quę concordat cum dicta l. acceptam. l. 14, titulo. 12. l. 38. titulo. 13. eadem partita. Poſſet etiam euitari argumētum ex dicta l. acceptam deſumptum, ſi eam intelligamus in debitore moroſo poſt litis conteſtationē: quia mora iudicialiter cōmiſſa per litis conteſtationem non purgatur, niſi iudicialiter oblatione videlicet iudiciali, argumento, l. nihil tam naturale, de regulis iuris. Si autem oblatio fiat eo caſu extra iudicium, neceſſaria eſt depoſitio, ſeu conſignatio ad purgandam moram, docet Bartol. in l. ſed etſi alia de conſtituta. pecunia. & in l. interdum. §. fi. ad fin. de verbor. vbi defendūt Alexander & Iaſo, & alii quos ſequitur Antonius Neguſantius, dicto tract. de pignor. 5. parte 3. membro in 3. eius par. num. 2. At hic intellectus adaptari non poteſt verbis tex. nam nomen, conteſtatio, per ſe ſumpti, teſtationem ſignificat, l. qui teſtamēto. §. fin. de teſtamentis, & conteſtari nihil aliud eſt, quam teſtibus adhibitis aliquid profiteri. l. 1. quod iuſſu. l. qui Romæ in principio, de verborum. ibi, *Conteſtato creditori dixit*, & ita intellexerunt gloſia

& Do-

& Doctores in dict.l.acceptam, & clare text.ille innuit illam contestationē a debitore præmittendam esse ante oblationem, id est adhibendos esse testes in quorum præsentia facienda sit oblatio, vt probant illa verba *Post contestationem offeres.*

11 Non obstat d.l.tutor pro pupillo in fin.in nota Vlpiani de administrat. tuto: quia aduertendum est Vlpia. ibi non reprehendere Marcellum quasi errauerit in regula comuni: recte enim respondet Marcellus in specta communi regula, sed in hoc lapsus est quod nimis celeriter, & indifferenter respondit non aduertendo ad specialem, & differentem rationem particularis casus subiecti, neque altius notando: & disputando pro vt exemplo Herenij Modestini faciendum est iure consulto vt bene, & optima ratione discernat.l. fin.§.mixta de muneribus & honoribus. Hunc autem lapsum Vlpianus in notis suis subtilius, & maturius aduertens supleuit dicens non sufficere obtulisse, hoc autem non est accipiendum pro regula vt temere & erronee hactenus factum est non enim Vlpianus ibi regulam ponit. nec seorsum principaliter aliquid decidit aut disponit sed solum notat, seu corrigit nimis indifferens, aut indiscretum responsum Marcelli: igitur notula illa Vlpiani compilatoribus pandectarum excidisse intercallata, non debet per se, & generaliter accipi, sed ad illud Marcelli responsum referri, & eius limitibus contineri, prout natura est notulæ, seu correctiunculæ ad alios casus nō extendi, sed in cæteris ius cōmune intactum relinquere.l. præcipimus. de appell. Marcellus autem ibi nullam generalem regulam statuebat, nec aliter generaliter definiebat, sed tantum respondebat super casu, & quæstione particulari ibi posita, videlicet in tutore, qui statim à pubertate pupilli cessauit administrare pecuniam quoque tanquam asserta reliqua præteritæ administrationis nouo ephebuo obtulit, nec aliud fecit: postea dum ex morabili interuallo rationes discuterentur, quæsitum fuit an tutor, qui reliquator erat, deberet vsuras pecuniæ tutellaris pro tempore medio, quo penes se illam semper habuerat, respondit Marcel non debere, fundans se in d.sola oblatione, & sic in regula cōmuni, vt patet in tex. Illud enim responsum in illa oblatione fundatum satis præsupponit regulam esse solam oblationē sufficere ad sistendum cursum vsurarū, etiam earum, quę cæpissent currere. Sentit enim Marcel. animū suum tacita quadam obiectione, vel dubitatione pūgi, puta eo quod iustitia, vel sufficientia oblationis dependet à reditione rationū, quę nondum erāt reditæ, licet præambulæ, & nuper impubes non posset commodè sine curatore intendere, nec plenè in mora constitui, idcò in hoc dubio (alioquin nisi subdubitasset non erat opus quicquam responso absoluto taliter addere) subiunxit Marcel. sibi iustius videri vsuras non deberi per tutorem, ex quo tempore medio per eum non steterat quominus rationes redderet, licet nouellus ephebus non fuisset per illam simplicem oblationem sibi soli factam constitutus in mora, nec vlterius cogitauit, aut animaduertit Marcelus super illa quæstione, sed celeriter ad alia diuertit quo factum est, vt responsum suum valde indiscretum, & minoribus capticum esset: quid enim facilius tutori, infido, & reliquatori, qui tupit diu pecunia pupillari frui sine onere vsurarum, quam ei nudius tertius impuberi pecuniam, &

aliquo forte discoopertos numos coram sibi adductis testibus offerre, restarique per se non stare, quominus conuentus statim tutellam, hoc est rationes, & reliquar estituat, interim autem nec curatorem nouello puberi dari, nec illum conuenire nec ab illo conueniri curet, sed securus fruatur pecunia pupillari? Vides quorsum euadant parum exacta cõsilia: illud enim responsum Marcelli nec dum est contra æquitatem per prædicta, sed etiam contra iura specialiter prodita in minoribus. l. si reparatus ff. de procuratorib. l. ait prætor §. sed & si pecunia ff. de minoribus. l. fin. C. de vsuris: & huiusmodi oblatio etiam realis facta soli adulto, etiam curatore carenti, est illusoria, & incongrua duplici ratione) quod etiam agnoscit Horomanus lib. 1. de vsur. cap. 4. pag. 34.) Primo quia dependet a reditione, & discussione rationũ, quod nõ potest rectè expediri cum minore. Secundo quia etiã si summa esset liquida, nõ poterat tuto solui minori propter metum restitutionis in integrum l. 1. C. si aduersus solu. vnde non tenebatur tutor illi præcise soluere. d. l. prætor §. 1. de minoribus nõ tamen hoc prætextu potest tutor, aut aliàs debitor pupilli, vel minoris retinere interim pecuniam penes se: quia potest cogi vt deponat, vel consignet. tx. in l. frustato. C. de admin. tuto. hinc inolcuit mos ab antiquo vt debitores minorum, non soluerent eis dẽ sed in publico consignarẽt. d. l. si reus paratus de procurat. l. qui mutuam. §. fi. de iussor. ff. mandat. l. fideiussor. qui minori ff. de fideiuss. & ad hunc modum alludens Vlpian. annotauit non sufficere obtulisse, nisi de poluerit obligatam in loco tuto. Item alia ratione non valuit dicta oblatio: quia tutor ille tenebatur admonere nouum puberem, vt curatorem sibi peteret. tx. in l. ita autem. §. si tutor, in l. tutor qui repertorium. § pecuniæ, quæ in area, de administratione tutor. quod cum non fecerit, offerendo soli pupillo nuper, nõ potuit eum constituere in aliqua mora nec moram propriam purgare. Item non solum tutor admonere debet puberem, vt sibi curatorem petat, ad quod simpliciter tenetur, sed etiã si vsuras vitare vellet, & moram inegularem, debet non solum offerre se paratum rationem reddere, & reliqua soluere, sed etiam denunciationibus frequenter interpositis puberem ad iudicii prouocare, qui pubes contemnat, & tempus extrahat, debet tutor apud acta in iudicio protestari per se, videlicet non stare quominus tutelam restituat, qua solemni feria & iudiciali oblatione & interpellatione, & protestatione facta securus erit tutor ab vsuris. tex in l. finali. C. de vsuris pupil. quæ ita plane & simpliciter debet intelligi: quod enim Accursius ibi supplet solemni consignatione opus esse, falsum est, vt statim dicam.

13 Quod autem omnes Doctores dictam l. fin. detorquent ad testes examinandos ad perpetuam rei memoriam, vel vt pubes cogatur agere, eique certum ad hoc tempus præfigatur, vltra quod non audiatur, & falsum & diminatorium est, falsum liquet: quia nusquam conceditur examinari testes ad perpetuam rei memoriam, nisi reo, vel ei, qui nunc agere non potest: ita quod interim deperire poterit probatio, vt tenent omnes, & notant in l. Aquilia. ff. de iectum. ff. ad l. Aquil. m. in Authentica Sed & si quis, C. de testibus, & in capite, 14 significauit, de testibus præterquam, si adsit nulla causa, vt in l. l. titu-

titulo: 16 partit. 3. & ibi notat Gregorius in glos. 1. tutor statim tutela finita efficaciter agere potest, non solum si pubertate, sed etiam si prius quouis modo finita sit, etiam si pupillus nollit agere text. in l. 1. §. hanc actionem. l. à tutela. ff. de contraria, & vtili actione tutel. Igitur Doctores male, & nimis supine detorserunt dict. l. fin. ad istud remedium: quod autem sit diuinatorium patet: quia in tota dict. l. fin. nullum verbum de testibus, vel probatione, nec in specie, nec in genere relinquitur: ergo dict. l. fin. deberet plane, & simpliciter, vt prædiximus, intelligi quando agitur, vt tutor consulat securitati suæ aduersus periculum, & damnum vsurarum in futurum, donec redditæ sint rationes, & reliqua persoluta, & clare decidit, l. illa non sufficere quod sit aliter facta, vt appareat non esse fictam, nec nugatoriam, sed seriam, ita quod non steterit per tutorem, sed per adultum, & curatorem suum in mora constitutum, quod totum, quia de iudicio bonæ fidei agitur à circunstantijs negotij, & personarum, & totius rei æquitate pendet. l. bona fides. ff. depositi. l. mora. ff. de vsur. Quid enim (& loquor in terminis iuris, qui prius exacte discutiendi sunt) si pubes est in primo, vel in tertio pubertatis anno, & bis, aut ter à tutore denunciatur, vel etiam in ius vocatur, vt curatorem sibi petat, & rationes audiat, protestante etiam iudicialiter tutore se adhoc paratum, & reliqua si qua sint illaturum, nec aliud actum sit, & non putauerim sufficere? ea enim quindecim, vel sexdecim annorum ætas harum functionum inexperta nimis imbecillis est, & circunuenientibus obnoxia, quiq; iuridicũdo præsunt, nisi petentibus, & prosequentibus officium suũ non impendũt. l. 4. §. hoc autem iudicium de dãno infecto: quare puto hoc casu tutorem bona fide non esse perfunctum, nec satisfeciſſe menti. d. l. fin. C. de vsur. pupil. vtcunq; verba obseruasse videatur, & ob id nec vsuris interim exonerari, nisi etiam ipsi curatorem petierit, & dari fecerit cum effectu, vel proximiores agnatos, & cognatos puberis interpellauerit, etiam in ius si opus sit, vt curatorem eligant, & dari faciãt per iudicem, & hic est plenus intellectus, dictæ l. fin. debet enim intelligi de adulto capace talium denunciationum, & interpellationum, capace inquã non solum secundum meram iuris subtilitatem, secundum negotij, & personæ qualitatem, & mores regionis consuetos, si huiusmodi fiant cũ solo adulto, vt puta si iam vigintiannorum est, & industrius, vel etiam decem, & octo annorum, si in ea ætate industrium, & idoneum fuisse ostẽdat, & facultas adsit huic negotio intendi. Quid enim si daret operã literis, vel cuipiam arti discendæ, rei vero gerẽdæ insuetus, & expertus esset: alioquin nõ purgatur, sed conduplicatur mora, & culpa tutoris, qui aduersus adhæc negotia imbecillitatem vel imperitiam, vel aliam occupationem notam habet, vel habere debet si nihilominus cũ eo solo has denunciationes, & interpellationes faciat: debet ergo hoc casu imbecillitas, vel imperitia adulti propinquorum saltẽ cõuocatione suppleri, alioqui satis clarũ est tutorẽ non serio, nec ex bona fide, sed cũ fraudis, aut ludificationis suspicione versari, neq; in aliquo releuabitur, & q. tx. ille in. d. l. fin. dũ inquit, *Pupillus agere vobiscũ actione tutelæ compelli non potest*, sit intelligendus de olim pupillo, nũc autem adulto suadent verba eiusdem text. ibi, *Ac si rem dissimulatione proferat:*

quæ pupillo non conuenirent. Accedit quod textus ille non loquitur de oblatione, quæ tamē omnino necessaria est, vt ibidem agnoscunt gl. & DD. alioqui si de pupillo puero loqueretur Imperator, nulla subesset dubitatio propter manifestam decisionem, ext. in l. 1. in fin. ff. de vsur. ibi. *Si tutelæ iudicio noleatem experiri, tutor vero conuenerit, & pecuniam obtulerit, eamque obsignatam deposuerit, ex eo tempore non præstabit vsuras.* Ita etiã debet intelligi, quod dicitur in l. ita autem. §. si tutor de administrat. tuto. tutorem teneri puberem factũ admonere, vt sibi curatores petat, vt videlicet non sufficiat solum puberem admonere, nisi eius ætatis, industriæ, & peritiæ sit, vt quid rei sit, sciat & possit sibi curatores idoneos petere, sibique per se super hoc cõsulere: alioquin nisi etiam propinquos eius tutor serio, & prudenter admoneat, non dicitur bona, sed mala fide versari, si administrationem per se deserat solo pubere admonito, nec aliter securitati rerum, & iurũ administrationi ipsius puberis prouideat: apud Gallos autem hæc cessant quia non faciunt differentiam, inter tutelam, & curam, sed durat tutela semel suscepta, vsque ad vigesimum quintum annum, nisi prius ex iusta causa se exonerare faciat a iudice. Vt ergo paucis reliqua perstringamus, aut pubes curatore caret, & dicendum est vt supra, aut curatorem habet legitimum, & sufficit quod tutor illum, vel eo authore puberem etiam semel, & extra iudicium interpellet debite paratus rationes reddere, vt ipso iure cesset cursus vsuratum pupillarium in futurum, etiam si iam tutore cessante ab administratione, & silente curreret cæpissent, nec adhoc necessaria est consignatio, ex quo iam non tutor, sed curator est in mora l. si exstipulatu, de verbor. obligation. Non obstat l. ait prætor §. cæterum alias, versiculo cæterum ff. de minorib. quia ille text. prout, neque alius text. iuris, non dixit tutorem, vel alium debitorem præcise teneri tuto consignare ad inhibendum cursum vsuratum, sed dumtaxat causatiue videlicet casu, quo debitor nolit prout propter metum restitutionis in integrum, non tenetur curatori recipere parato soluere: tunc enim tenetur tutor eo vocato consignare, vt deinde curator, si velit, faciat siue per iudicem consensu consignantis dari omni periculo restitutionis per hanc viam sublato, & debitore à tempore legitimæ consignationis ipso iure, & plenissime liberato: alioquin sibi imputet debitor delicatus, qui non vult legitimo curatori soluere, nec de eius apocha confidere: current enim, vt prius vsuræ etiam si millies realiter tuto soluere offerat, nisi deponat. Ita etiam debet intelligi notula Viviani, in dict. l. tutor pro pupillo in fine, videlicet in tutore, qui offert pecuniam pupillarem, sed tamen non vult soluere, nisi tuto, & plenissime liberatus: quia nihilominus current vsuræ, nisi legitime deponat, quod nota ad solidum intellectum multarum legum. Vide qualiter Doctores concilient. §. si pupillo in l. eõ quidem de vsur. eum dict. l. ait prætor: dicunt enim §. si pupillo, loquin vsuris solo iudicis officio debitis, quę facilius impediuntur, & ideo in illis, non requiritur cõsignatio, sed quod dict. l. ait prætor loquitur in debitis ex conuentione, in quibus requiritur consignatio, ita gloss. & Doctores in dict. l. ait prætor. Imol. cum Aretin. Alexand. Socin. Iaſ. & alijs in l. qui Romæ. §. Seia column. fin. ff. de verbor. Bald. in l. acceptam 3. oppositione,

16 17 18 19 20 21

ne,& ibi Paulus.C.de vsur.Socin.cõ filio.133.column penultim.libro.1. quod errore duplatur in consil.174. libro.2. 2 2 At,qui vtrique membro iura reclamant contra primum est tex. in.l.tutor pro pupillo in fine de administratuto. secundum receptum intellectum. Contra secundum est text.in.l.pecuniæ in fin.de vsur.ad primum dãtur solutiones,seu potius deprauationes,prima communis, q̃ ibi loquitur in vsuris,quæ iam cæperunt currere,ideo non prodest oblatio debitoris,etiam realis,& per quã creditor constituitur in mora, nec impedit cursum, nec ipso iure, nec ope exceptionis,vt dicunt omnes in dict.§.Seia,sed ego aduerto hanc solutionem diuinare: quia potest esse, quod tutor statim ab administratione,dimissa obtulit,antequam incipe ret esse in aliqua,vel irregulari mora rationes reddendi, & sic antequam cæpissent vsuræ currere,vel etiam po test esse,quod primo obtulit deinde mox,vel simul abstinuit ab administrando, & tamen tex.ille generaliter,& indistincte decidit, quod ad impediendum cursum vsurarum,nõ sufficit obtulisse nisi depositione, & consignatione sequuta. Igitur manifesta diuinatio est subaudire quod prius tutor fuerat in mora, & quod iam cæperant vsuræ currere, de quo nihil in illo tx. Secundo aduerto istam solutionem in se in casu, in quo loquitur,videlicet in vsuris quæ solo iudicis officio debentur,esse manifeste irrationabilem,& insulsam: quia cum hæ vsuræ nullo iure actionis currant,sed ex sola æquitate iudicis officio,quod DD. Mercenarium appellant,& propter moram irregularem, sequitur quod illa cessante prę congruam oblationem, siue iam cæpissent currere,siue non,debeant,cessare,& ita bona ratione, decidit Bald. in dict.l. acceptam. 3. oppositione, quod ibi multum commendat Paul. C.de vsur.& tradunt alij,quos refert, & sequitur Anton.Fano.de pigno.in 5.p.principali.3.memb.3.p.in principip.numero.2. Sed tamen interim non recordantur de tex.in.d.l.tutor pro pupillo. Secunda minus cõmunis solutio ad dict.l.tutor pro pupillo est quam (nisi librimẽdosi sint) subindicant Cuman. Alex. & Socin. in dict.§.Seia,videlicet quod d.l.tutor loquitur in vsuris debitis ex conuentione,quod quia non esset dictum sanæ mentis.l.ex maleficijs.§.tutelæ. ff.de actioni.& obligat.o.libros mendosos puto. Ad secundum de.l. pecuniæ in fine de vsuris,respõdet omnes loqui de vsuris,quæ nondum cæperant currere, sed aduerto primo, quod quantumcunque oscitãter, & defunctorie legentibus litera dictæ legis huic solutioni arridere videatur:tamen est mere diuinatoria:quia cuilibet attente liquet quod potest esse debitorem illum, etiã ante moram creditoris cessasse in minoribus vsuris sua die soluendis,& tamen tx, generaliter, & absolute definit non deberi maiores,sed minores: tamen pro tempore,quo post mortem testatoris,cum non esset, cui solueretur, cessatum fuit, ergo generaliter pro isto eodem tempore debet intelligi, siue debitor iã viuo creditore cessasset,siue non,maxime cum ratio decisionis in text. expressa pro tempore moræ post obitum cessatum fuit, siue non: igitur restringere text. ad casum,in quo ante obitum sẽper solutum fuit,nec cæptum est cessare, nisi per obitum creditoris,mere voluntaria diuinatio est. Secundo eadem ratione.d.solutio falsa est: quia contra rationẽ decisionis in tex. expressam, quæ vtroque casu eque locum habet. Tertio in se irrationabilis: iniquum

est enim exigere maiores, tanquam in defectum minorum pro tempore, quo minores propter casum in persona creditoris accidentem, solui nō potuerunt, quod latius demōstratur quia text. ille loquitur de obitu credi toris, est exemplum, siue contingentia fact: vnde habet locum dato quo uis alio impedimento ex parte credi toris, & præcipue data voluntaria eius absentia, vides quorsum cuadat communis error, & solutio? videlicet, vt creditor voluntaria sua absentia facere possit ne debitor, quo semel in nouissimo termino cessauit, deinceps vitare queat quominus vsuras maiores debeat: etiam si sua quaque die cum reliquis præteritis soluturus præsto sit? Quarto dico nullomodo subsistineri, vel defendi posse prædictam solutionem: est enim contra omnia iura, etiam aper tissime: quia obligatio maiorum vsurarum, si minores sua die non soluantur, conditionalis est, sub ea conditione concepta, tex. est in dict. l pecuniæ, & in l. lecta in fin. ff. si cert. pet. & apertior. text. in. l. Seia. ad fin. ff. de vsur. differre inquiens plures conditiones eam stipulationem continere, & per singulas pensiones conditionem expectandam. Igitur ad commissionem maiorum vsurarum non inspicitur tempus primæ cessationis, nisi pro illa pensione, tantum: igitur sequentium pen sionum pœna, vtpote conditionalis euitari potest, debitore soluente, vel si per casum in personam creditoris contingentem, fiat quominus solue-
24 re possit. Sed vt hos textus natiuæ suæ puritati restituamus, dicimus primo nullam esse differentiam quantum ad materiam oblationis, & consignationis, & purgandæ, vel impediendæ moræ, vel pœnæ per oblationem, vel cōsignationē interusuras officio iudicis, vel iure actionis, aut cōuentionis debitas, nec interusuras, quæ cœperunt, vel nō cœperunt currere, seu deberi prout nulla lege cauetur, nec vlla bona ratione suade-
25 tur. Secundo non esse deinceps laborandum in conciliatione dictæ legis ait prætor, &. d. §. si pupillo cum nullomodo obstent, sed in l. diuersis casibus loquantur, videlicet. d. l. ait prætor in debitore, qui præsenti tutori, vel curatori recipere parato soluere non vult, metu restitutionis in integrum: hic enim non excusatur, ni si rite deponat, & consignet alioqui offerendo, quod dare non vult, frustra ludificari conabitur: dictus autē §. si pupillo loquitur in parato soluere tutori ipsi, qui non est, aut abest. Quod etiam si Reipublicæ causa absit, non imputandum, nec fraudi ver
26 tendum denoto debitori. Tertio, magis conciliandæ erant ad inuicē, dict. l. tutor pro pupillo in fin. &. d. l. fin. C. de vsur. & rursus ambæ cum. d. §. pupillo, ego vero dico aliam rationem esse in tutore, aliam in alio debitore pupilli vel minoris: quia tutor etiā tutela finita, & administratione omissa (& loquor in terminis iuris cōmunis) ad multa ex bona fide tenetur propter reliquias prioris potestatis, & re cētis administrationis, ad quę nō tenetur debitor extraneus. Inde tenetur cœpta negotia, quæ sine periculo intermitti non possunt, cōtinuare. l. 1. & per totū, vt causæ post pubertatē adsit tutor, tenetur admonere de dāno aliunde imminenti, & similia, & inter alia tenetur admonere, vt pubes curatorē sibi petat. l. ita autē §. si tutor. ff. de administrat. tut. quod etiā ex bona fide accipiendū est: si enim tempore depositæ administrationis, iā fit adultus. 18. aut. 20. annorū, & industrius, vel etiam iunior, sed literis stipēdijs, forsam alienis, vacāis,

patri-

patrimonium verò, vel nullū, vel ita compositum habens, vt curatoris ministerio non egeat, non tenetur tutor de hoc admonere: intelligitur enim dict.§.si tutor quando minoris vtilitas, vel necessitas hoc exigit, quo etiam casu intelligitur de admonitione seria, & congrua ita vt officio bonæ fidei respõdeat, si enim pubes quindecim, vel sexdecim annorum sit, non sufficit illum solum admonere, idem si maioris ætatis, sed hebes, nec si in iudicium solus vocetur, eique protestetur. Ita etiam sanè debet intelligi. dict.l.fin. C. de vsur.pupil. Videlicet in adulto capace talium denunciationum, aliô-
27 quin fieri debent vocatis etiam ijs, qui consulere possunt, & debent, vt cesset omnis captio, & hæc est vera ratio elenchi, & notæ Vlpiani in Marcel. in dict.l.tutor pro pupillo: non tamen ita crudè intelligas quasi præcisè requiratur consignatio in tutore: hoc enim esset contra dict. l.fin.C.de vsur.pupil. quod enim notat Vlpian. de consignatione, intelligitur secundum alia iura, vt videticet requiratur consignatio, si tutor plenissimè liberari velit, vel etiam si cursum tantum vsurarum inhibere velit, sed adest curator, vel adultus industrius, & rei gerendæ capax, paratus recipere: tunc enim si nolit debitor apochæ curatoris, vel adulti confidere, requiritur consignatio, vt in dict.l. ait Prætor. Alias non requiritur adsistendum cursum vsurarum, sed sufficit bona fide obseruare ea, quæ in dict.l.fin.C.de vsur.pupil. & ita concilio. dict.l.tutor. & dict. l.fin. adinuicem. dict. vero.§.si pupil. in l.cum quidam. de vsur. loquitur in extraneo pupilli debitore, cui nõ debet nocere quòd creditor impubes sit, & tutore destitutus ob hoc, nec ob alium casum in persona creditoris cõtingentem, durior fieri debet conditio debitoris. l.si fundus in fin.ff. de l. commissoria, & pulchrè Alex. consil. 92. num. 9. lib. 1. Aretin. consil. 161. incipit; verum est colum.
28 2. Reiectis ergo vetustis illis scholæ communis erroribus quod per oblationem etiam realem, & vndequaque congruam, etiam per morã creditoris, non impediatur cursus vsurarum, quæ semel currere cæperunt, censemus etiam ipso iure impediri, quemadmodum, & præcedens mora (si qua fuerit) purgatur, vt supra notauimus & probat. l. illud. de periculo, & commodo rei vend. l. si seruus. §. sequitur. de verb. obligat. & commissio pœnæ impeditur, siue ex sententia. l. Celsus in fin. de arbitr. siue ex contractu. l. traiectitia. de action. & oblig. notant glossa. & Doctores, in l.2. in fin. C. de iure emphiteoti. adde. l. penult. de nautico fœnore, quæ tamen propriè loquitur in verâ vsura traiectitia, & dicit, quòd si debitor etiam infra tempus cõstitutum; videlicet intra quod periculo creditoris sub ea vsura frui potest, velit sortem restituere si per creditorem stet quo minus accipiat, ex tunc nõ currit, seu non potest amplius peti pœna illa, vel vsura, qui est verus intellectus d.l. penultimæ ab Accursio & DD. ad vsque, sicut, & aliarum legum huius materiæ depraua-
tus.
29 Concludimus ergo per solam cõgruam & extrajudicialem sortis cũ reliquis oblationẽ horum reditũ, de quibus sermonem inst tuimus ipso iure cursum impediri. Amplio primò, vt procedat in qualicunque reditu, etiam ad rationem trientalis
30 vsuræ constituto, etiam si non pecunia, sed datione fundi, vel legato, aut alias quomodocunque, dũmodo reddibilis sit, seu certa summa extirgubilis. Vtque radicitus explicẽ di-

co

co quod data congrua oblatione, vt in hac q de qua agimus: non est differentia inter veteres vsuras, & reditum modo (vt dixi) redimibilis sit, nec etiam an vsuræ solo Iudicis officio, vel iure actionis currant, nec an propter moram tantum, siue Iudicis officio, siue conuentione ad casum moræ limitata debeantur. An verò etiã citra moram (quod non nisi indebitis ex conuentione contingit) currant. Vnde cauendum est ab Hoto man. tract. de vsur. lib. 1. c. 4. qui distinguit inter debitorem morosum, & eum, à quo nondum mora cõmissa est, vt priori casu non sufficiat realis oblatio ad impediendum cursum vsurarum, nisi etiam subsequatur cõsignatio, seu depositio. Secundò verò solam oblationem realem inhibere vsurarum cursum fatetur: nam ex prædictis eius distinctio satis confutatur, nec mora debitoris aliquid ob esse potest, cum ipse realiter offert sortem cum reliquis: quia vt nuper aduertimus debitoris mora per solam oblationem realem tollitur, probat tex. l. si seruum Stichum, §. sequitur, ibi: *Posse emendare eam morã, postea offerendo.* Tradit Anto. Negus. de pignor. in 5. p. principali. in 2. p. 3. memb. nu. 2. Cum ergo per oblationem cesset debitoris mora, iã ex tempore eiusdẽ oblationis debet cessare cursus vsurarũ: quia cessante causa debet cessare effect⁹: accedit quia vsuræ, quæ propter moram currunt cessante mora desinunt currere, vt infra dicam, cessante autẽ vera oblatione bene datur differentia inter vsuras, quæ ex sola mora, vel propter morã tantũ currunt, siue officio iudicis, siue etiã iure actionis, & inter eas quę citra morã currunt: quia in illis quocũq; modo cessat mora, vel per absentiã, aut aliũ casum in persoñ creditoris contingentẽ, cui offerri, & solui non potest ipso iure cursus impeditur. l. pecunia in fi. l. cũ quidã. §. si pupillo, de vsur. quod intelligendũ si alioqui debitor paratus est soluere, vel nondum incidit in morã, secus si interim non cessauit propter absentiã, vel impedimentũ superueniens creditoris, vel propter morã suã: quia tunc absentia, vel alius casus contingens in persoñ creditoris, nõ debet tali nihilominus morosо debitori prodesse, faciunt notata in l. qui cõmeatus. de re milit. quãdo verò citra morã currunt, clarũ est quod sola absentia pupillaritas, vel aliud impedimentũ creditoris cursum non impedit, nec ipso iure, nec ope exceptionis: quæ autẽ propter morã currunt, ea cessante, ideò ipso iure currere desinunt: quia cessat causa & effectus, vt per Bald. & Paul. d. l. acceptã: quæ vero citra moram currunt, sed redimi, vel extingui possunt, ideo secuta congrua oblatione ipso iure currere desinunt: quia obligationi ipsi inest tacita conditio, & expressa limitatio, donec sors cum reliquis soluatur, quod respectu futurarum præstationũ pro impleto habetur contra creditorẽ quam primũ per eũ stat. l. iure ciuili. de condit. & demonstra. & quod obligatio vsurarũ futuri temporis sit conditionalis probat tex. l. vbi autẽ. §. penul. de verb. vbi text. dicit eã obligationẽ incertã, quod nõ est propter incertũ quantitatis in se, sed quia incertũ est debitũ iri, & sic necessario conditionalis est, cũ possit se habere adesse, vel nõ esse, & cõditionalem esse tradit expresse Bart. d. § penult. ita etiã expressim tenent Paul. Alexã. & alij in l. qui Romæ in prin. de verb. probat etiã tex. in l. certa. si cert. pet. l. Scia. de vsur. Prædictis nõ obstat si quis argumentetur, q sola congrua oblatio non debet impedire cursum reliquorũ ipso iure, quã

31 currant. Vnde cauendum est ab Hoto man. tract. de vsur. lib. 1. c. 4. qui distinguit inter debitorem morosum, & eum, à quo nondum mora cõmissa est, vt priori casu non sufficiat realis oblatio ad impediendum cursum vsurarum, nisi etiam subsequatur cõsignatio, seu depositio. Secundò verò solam oblationem realem inhibere vsurarum cursum fatetur: nam ex prædictis eius distinctio satis confutatur, nec mora debitoris aliquid ob esse potest, cum ipse realiter offert sortem cum reliquis: quia vt nuper aduertimus debitoris mora per solam oblationem realem tollitur, probat tex. l. si seruum Stichum, §. sequitur, ibi: *Posse emendare eam morã, postea offerendo.* Tradit Anto. Negus. de pignor. in 5. p. principali. in 2. p. 3.

32 memb. nu. 2. Cum ergo per oblationem cesset debitoris mora, iã ex tempore eiusdẽ oblationis debet cessare cursus vsurarũ: quia cessante causa debet cessare effect⁹: accedit quia vsuræ, quæ propter moram currunt cessante mora desinunt currere, vt infra dicam, cessante autẽ vera oblatione bene datur differentia inter vsuras, quæ ex sola mora, vel propter morã tantũ currunt, siue officio iudicis, siue etiã iure actionis, & inter eas quę citra morã currunt: quia in illis quocũq; modo cessat mora, vel per absentiã, aut aliũ casum in persoñ creditoris contingentẽ, cui offerri, &

33 solui non potest ipso iure cursus impeditur. l. pecunia in fi. l. cũ quidã. §. si pupillo, de vsur. quod intelligendũ si alioqui debitor paratus est soluere, vel nondum incidit in morã, secus si interim non cessauit propter absentiã, vel impedimentũ superueniens creditoris, vel propter morã suã: quia tunc absentia, vel alius casus contingens in persoñ creditoris, nõ debet tali nihilominus morosо debitori prodesse, faciunt notata in l. qui cõmeatus. de re milit. quãdo verò citra morã currunt, clarũ est quod sola absentia pupillaritas, vel aliud impedimentũ creditoris cursum non impedit, nec ipso iure, nec ope exceptionis: quæ autẽ propter morã currunt, ea cessante, ideò ipso iure currere desinunt: quia cessat causa & effectus, vt per Bald. & Paul. d. l. acceptã: quæ vero citra moram currunt, sed redimi, vel extingui possunt, ideo secuta congrua oblatione ipso iure currere desinunt: quia obligationi ipsi inest tacita conditio, & expressa limitatio, donec sors cum reliquis soluatur, quod respectu futurarum præstationũ pro impleto habetur contra creditorẽ quam primũ per eũ stat. l. iure ciuili. de condit. & demonstra. & quod obligatio vsurarũ futuri temporis sit conditionalis probat tex. l. vbi autẽ. §. penul. de verb. vbi text. dicit eã obligationẽ incertã, quod nõ est propter incertũ quantitatis in se, sed quia incertũ est debitũ iri, & sic necessario conditionalis est, cũ possit se habere adesse, vel nõ esse, & cõditionalem esse tradit expresse Bart. d. § penult, ita etiã expressim tenent Paul. Alexã. & alij in l. qui Romæ in prin. de verb. probat etiã tex. in l. certa. si cert. pet. l. Scia. de vsur. Prædictis

34 nõ obstat si quis argumentetur, q sola congrua oblatio non debet impedire cursum reliquorũ ipso iure, quã

do non ſolam morã præſtantur, ſed tantũ ope exceptionis ex æquitate: quia natura oblationis non eſt tollere obligationem,ſed creditorem in mora cõſtituere,& periculum in eũ transferre.l.qui decẽ in prin.de ſolut
35 tio.Tum quod in contractu vna eſt obligatio tota ab initio, licèt ſit ſucceſsiua.l.ſenatus in fin.de donat.cauſa mor.l.ſi ſtichũ in fi. de verb. licèt aliud in legatis l.in ſingulos: de annuis legat.l.cũ in annos.l.nec ſemel quando dies lega.gl.& DD.in l.cum notiſsimi.§.fi.C.de præſcr.30.vel 40. annorum,Balb.de præſcri.4.p. quartæ partis,prin.q.4.Gome.2.tom.c.11 n.44.Parlad.lib.1.rer.quotid.c.1.nu. 41.& 44.Vndè in contractibus ſtatim ceſsit dies omnium prẽſtationũ,
36 licet nondum venerit,niſi ſua quaq; die.l.cedere diem. de verb.ſign. Tũ quòd obligatio annua,vel menſtrua non poteſt ipſo iure etiam ab initio ad tempus contrahi l.obligationum ferè.§.placet.de actio.& oblig.vt ibi vulgo intelligunt omnes gl. & DD. Verùm(ne iuſtoſim prolixior)aduerto hos vltimos tex.non debere intelligi de obligatione ſucceſsiua, ſeu multiplicatiua,puta decem annorũ quandiù viuam,ſed obligatione momentanea,puta ſi quis purè promittat ſemel ſoluere decem, ſed quoad viuet,vel donec victurus eſt ſtipulator,vel vſque ad annum, vt ſit tẽpus illud certum,vel incertum appellatũ non cauſa multiplicandæ, vel differendæ,ſed cauſa arctandę,ſeu limitandæ ſolutionis,ita vt poſt illud tẽpus lapſum,nõ amplius teneatur ſoluere,licet interimpurè teneatur:tũc enim ab initio eſt obligatio pura, & efficaciter acquiſita,ſed ineſt pactũ de non petendo poſt tempus certũ vel incertum, vndè ſemel efficaciter nata obligatio, non tollitur ipſo iure ex ſolo lapſu temporis,etiam ex pacto ab initio ſimpliciter in exiſtẽti,ſed tantum ope exceptionis,ſecus ſi non ſit ſimplex pactum nudum,ſiue nuda coarctatio tẽporis, quæ in dubio non refertur ad ipſam obligationem,ſed ad nudã executionem, vel ſolutionem, ſecus inquam ſi eſt conditio reſolutiua:nihil enim impedit quominus quælibet,etiam momentanea obligatio, purè contrahi poſsit ſub qualibet conditione reſolutiua,qua ſtante ipſo iure deberi deſinit,vt per totum titulum de in diẽ adiectione & de l. commiſſoria iunctis his,quæ tradit Pariſ. Modern.in conſuetu.Pariſ.§.23.n.11. cum ſeq. Item ſecus ſi eſt obligatio ſucceſsiua: quia tũc ex quo reſpectu futuræ præſtationis duo concurrunt. Primùm, quòd nondum eſt pura,nec acquiſita:Secundùm, quòd eſt limitata ad vitam debitoris,vel creditoris incertam,& ſic incertum eſt,an pro tempore futuro purificabitur,vel acquiretur, dico ex ijs duobus ſimul iunctis etiam in contractibus reſultare tacitam quandam conditionem nõ reſolutiuam eius,quod nondum eſt, ſed ſuſpenſiuam obligationis, quę eſſe,vel non eſſe poteſt. Idem dico in omni reditu redimibili,idem inpenſatione,quæ no debetur ſimpliciter, ſed mediante alio ſucceſsiuo impleмento creditoris.Vndè conductor, qui ad certos annos conduxit,etiam ſubtilitate iuris,ipſo iure nõ tenetur ad mercedes eius temporis,quo creditor habere licere,fruique nõ præſtitit:quia in iſtis non ſolũ ineſt dies, ſed tacita conditio ſuſpenſiua etiã ex forma ipſius obligationis, videlicèt ſi alter impleat quemadmodũ, qui fructus naſcituros promittit ipſo iure non tenetur, ſi non naſcantur: ita pẽſiones futuræ ſunt vice fructuũ qui non naſcuntur ipſo iure contra
q abinitio expreſſè, vel tacitè actũ fuerit

fuerit.l.non omnis in prin.ſi cer.pet.

37 Illud prætereà dubitationẽ habet, an ſi debitor parauit pecuniã vt redi tũ redimeret, ſed tũc deceſsit credi tor relict is pupillis tutore carẽtibus, nihilominus interim currat reditus, alia per debitorẽ diligentia non adhibita: breuiter affirmatiuè reſpondendum eſt: currit enim reditus cũ effectu, nec impeditur, ſeu interrumpitur ex eo q̃ creditor reliquit pupillos, vel infãtẽ, vel hęreditatẽ iacẽtẽ, ſicut nec ex eo q̃ creditor forte fuerre, vel peregre ab eſſe cęperit: debet ergo debitor curare tutorẽ dari pupillis, vel curatorẽ hæreditati iacenti, vel bonis abſentis, aut furioſi, & tunc illi tutori, aut curatori offerre cum effectu, & ex tunc ipſo iure deſi
38 nit reditus currere. Puto etiã quod ſi nõ potuit tan cito tutor, vel curator conſtitui: quia vnus, aut alter tẽminus laberetur, nulla reliqua deberi ex eo die, quo debitor iudicẽ & agnatos, vel cognatos pupilli, vel furioſi, vel abſentis, vel eos, quos prima cauſa ſucceſsionis iacẽtis, cõtingit, interpellare cępit, dummodo non remiſſiue, non fraudulenter, ſed ſerio, diligenter, & bona fide proſequutus fuerit, arg.l.fin.C.de vſur. pupil.l.mora. verſ.cæterũ de vſur. & ſic oblatio & numeratio ſequẽs trahitur ad initiũ interpellationis feriæ, ſerioq; proſequutæ. Idẽ dicẽdũ videtur ſi oblatio pretij vẽditi cẽſus fiat pupillo tutore carenti, & ſimul eiuſdẽ pretij depoſitio, iuxta ea, quæ tradit Foler. in praxi cenſuali, verſ.inſtrumentũ gratiæ
39 pro conſimili pretio, n.34. Non obſtat primò, ſi dicatur q̃ debitor ipſo iure, vel alio non facto tutus eſſe debet, ex quo iacẽte hæreditate, vel relictis pupillis tutore carentibus, non eſt perſona, cui ſolui poſsit.l.cũ quidã §.ſi pupillo.d vſur. quia tx.ille loquitur in vſuris, quæ non iure actionis, ſed ſolo Iudicis officio veniũt, & adhuc (& hic eſt pũctus) in vſuris, quæ veniunt & currunt propter moram irregularẽ, non quãlibet, ſed quæ ex ſpeciali minoris ętatis priuilegio dũtaxat inducitur.l.in minorum. C.in quib' cauſis in integrũ reſtitutio nõ eſt neceſſaria, tradit Cou.lib.3. var. c.17.n.4. vbi diſputat, an eadẽ irregularis mora à iure in Eccleſiæ fauorẽ inducatur. Vnde illa ſpecialis & irregularis mora cũ ſuis effectibus, merito reſtringitur, & modificatur in iure duplicirer. Primo vt procedat, dũ modo pupilli vel minores habeant tutores, quibus ſolui poſsit, & illis ſoluẽdo plena liberatio haberi, alioquin nõ eſt q̃ imputetur debitori, nec debet priuilegiũ minoris alijs captioſum eſſe, nec in dãno aliorũ lucrum vero minorũ accipi. De quo eſt bona deciſio Vincen.de Fran. Neapo. deciſ.16.per totã, quã vide. Vnde illa ſpecialis & priuilegiata mora, ſatis multũ operatur, vt contra debitorẽ ex contractu bonæ fidei, vel teſtamẽto currant vſuræ cõmunes, videlicet ſemiſſes.l.cos.§.eã quantitatẽ. C.de vſur. quandiù ſciens, vel ſcire debẽs cui poſsit, & debeat ſoluere. Differt tamen, etiã abſque alia nominis interpellatione, vſq; eo q̃ extendatur non ſolũ contra debitorẽ non interpellatũ, ſed etiam cõtra eum, qui nõ habet, cui ſoluere poſsit. Vndé non tenetur proteſtari, nec aliam diligẽtiam facere, vel ſumptum, vt de tutore vel curatore prouideatur ad hãc priuilegiatã morã euitandam, quæ non intelligatur à iure introducta, niſi quando minores habent, cui ſoluere poſsint: ſi verò tutorẽ, vel curatorẽ habẽt, ſed non eſt publicè notũ vel etiam rumor eſt falſus quod careant, non puto debitorem excuſari ſi à vicinis, vel agnatis inquirendo ſcire potuit, & non inquiſiuit, ſecus ſi

inqui-

inquisiuit,& cælatum fuit,vel etiam si non inquisiuit,sed ita occultum tenebatur,vt non nisi fortuito, vel cũ magna difficultate sciri potuisset:
40 Secundo restringitur illa irregularis mora vt procedat quandiu durat minor ætas, qua cessante, siue quia minor maior effectus fuerit, siue quia hæredem maiorem reliquerit cessat ipso iure dicta priuilegiata mora cum omnibus suis effectibus pro futuro tempore, ita vt deinceps requiratur interpellatio hominis, quam sufficit semel congrue fieri, vel aliàs de iure communi. text. est singularis in l. Titia Seio. §. vsuras. de legat. 2. secus si tutor, vel curator minoris semel congrue interpellasset vt solueretur: quia tunc semel mora incursa de iure communi durat eius effectus, prout alias de iure cõmuni, donec legitime purgetur, de quo notatur in l. item illa. ff. de constituta pecunia l. si ex legati l. si insulam. l. si seruum ff. de verbor. idẽ si semel pater familias debitorem interpellauerit, & in mora regulari constituerit: quia eius effectum trãsmittit ad hæredes l. cum patri familias de vsur. imo etiam ad hæreditatem iacentem, vel pupillos tutore carentes: quia iam debitor non certat de mora irregulari, & priuilegiata non incurrenda, & sic non excusatur per d. l. si pupillo, sed agitur de mora iure communi incursa purgãda, quæ nõ purgatur ex eo solo quod postea hęreditas creditoris iacet, vel eius hęres est pupillus tutore carens: sed opus est quod debitor faciat de tutore, vel curatore prouideri, cui offerat, vel serio prouideri curet, aut appareat per eum non stare iuxta l. fin. C. de vsur. pupilla. & licet d. l. fin. nõ proprie loquatur de mora incursa purganda: quia tutor ille non fuerat prius interpellatus: tamen quia vt diximus ista quæstione speciale est in tutore quod tenetur se se interpellare, & puberem admonere vt sibi curatorem petat. l. ita autem. §. si tutor. ff. de administrat. tuto. prope est vt hæc ratio specialitatis, & reliquæ prioris administrationis tantum operentur in tutore, quantum interpellatio in extraneo, & pariter hæreditas iacens, vel pupillus non certat tunc proprie de lucro etiam harum vsurarum respectu, sed potius de dãno. Patet, quia si soluisset debitor, vt tenebatur quando interpellatus fuit hoc remansisset in hæreditate, eam que, vel bona pupilli auxisset, quod incommodum datum est per morã iniustam debitoris, vel eius occasione propinqua, & immediata, vndè maiori imputandum est, nec debet ei cõmodo cedere, quod postea creditor decesserit, sicut nec si mox furore correptus esset: hoc enim non facit cessare damnum, vel incommodum per moram datum. Item secus
41 si mora irregularis re ipsa iure communi cõtracta sit, vt in l. curabit. C. de actioni. emp. huius enim effectus non cessat, siue pupillus tutore carere incipiat, sicut nec si minor maior efficiatur: ratio quia per hos euentus non cessat causa, nec ratio dictæ moræ. Vnde si pater familias fundũ vendiderit incerto successore, nihilominus perseuerat ea mora irregularis & currunt vsuræ pretij. Text. est in l. euictis. §. post traditam. ff. de vsur. idẽ ergo si decesserit relictis pupillis tutore carentibus, vel hæreditate iacẽte, vel si tutor vendiderit, & tradiderit mox pupillus tutore carere cœperit. Perseuerat autem effectus dictæ moræ donec serio, & legitimè purgata sit iuxta modum l. fin. C. de vsur. pupil. & notatur in dict. l. item illa, & alia iura citata supra proximè ista
42 quæstione. Idque primo non obstan

te

te d.§.ſi pupillo, qui procedit in ea mora irregulari dum taxat, quæ ſpeciali minoris ætatis priuilegio præter ius commune introducitur, de qua in d.l.in minorum,& in d.l.titia §.vſuras,quæ etiam cæpta ceſſat ad tempus, pro tempore ,quo minor deſinit habere tutorem, vel curatorem cui ſolui poſsit, & in totum deſinit
43 poſt quam maior factus eſt ; ſed quid ſi eſt adultus, & induſtrius tutore carens videretur eam moram priuilegiatam ceſſare:quia non poteſt huic ſoli tuto ſolui propter metum reſtitutionis in integrum , vt in l.1. C.ſi aduerſus ſolut.in l.1.C.ſi aduerſus credit.Vndè generaliter inquit text.in l.1.in fin.ff.de minorib.quod non committitur his rerum ſuarum adminiſtratio etiam ſi bene gerant, nec de alienatione immobilium agatur,& ait tex.l.ait Prætor.§.1.eod. tit.quod non tenetur debitor ei ſoluere,niſi iudice diſcernēte, Subſiſto & ex bono,& æquo dicendum puto inſpecta quantitate, vel qualitate rei ſoluendæ:ſi enim iam ſagax, & maturus appareat, vt verò ſi militer nulla captio,nec reſtitutio futura ſit,vt in l.1.C.qui & aduerſ.quos tūc locus erit.dict.l.in minorū,aliàs non niſi curatorē ſibi decerni faciat. Sed
44 quid ſi veniam ætatis impetrauit?puto non ceſſare:ſed magis confirmari beneficio dict.l. in minorum arg. l.fi.C.de his qui veniam æta. & quià iam tutiſsimè ſolui poteſt.

Secundo principaliter non obſ-
45 tat ſi dicatur,quod etiam ſi vſuræ nō veniant officio iudicis,ſed iure actionis,adhuc earum curſus impediatur ipſo iure,ſi creditoris hæreditas iaceat.l.pecuniæ in fin.ff.de vſur.quia ibi loquitur in vſuris debendis propter moram in futurum incurrendā. Vndè ſi mora non incurritur, non debentur, vt quando debentur ſub conditione,videlicet in caſu moræ, e u in defectum ſoluendi minores vſuras;quare ſi tunc non ſit,cui ſolui poſsit tanquam ceſſante mora, & defficiente conditione nō committitur ſtipulatio maiorum vſurarum vt inl Scia eodem tit.ſecus ſi vſuræ debeantur pure,vel indiē ſucceſsiue propter ſortem prius numeratam; ſiue debeantur citra moram ſortis, vt,in l.item quia §.fin.ff.de pactis, ſiue propter moram ſemel admiſſā in ſorte reſtituenda,vel donec reſtituta ſit,vel aliter mora purgata, vt
46 in l,lecta ſicertum petat. quia tunc etiam ſi ſuperueniat creditorem ſit rere,vel peregre abeſſe,vel mori relictis pupillis ſine tutoribus,vel hæreditate iacente , aut alias non ſit, cui ſors offerri,& ſolui poſsit:non tamen eo ipſo deſinunt vſurę currere nec ipſo iure, nec ope exceptionis etiam ſi eſt tantum mora irregularis tunc communis l.cuictis §. poſt traditam,de vſuris ſed ſolum a tempore congruæ oblationis. l.ſi.credi tori l. exprædijs C.de vſur. vt iam ſupra diximus iſta quæſtion vel a tempore dilligentiæ ſerio factæ ad ſoluendum,vt in l.fin.C.de vſur.pupillar .& ſupra nuper diximus ratio quia hoc vltimo caſu, curſus earum non fundatur in aliqua noua mora , & denouo ſingulis terminis incurrenda pro vt in dict.l.pecuniæ & l, Scia de vſur.ſed vel in veteri pactione citra moram,vt in dict l. item quia in fin.vel in mora præterita in dict.l. lecta in fin. vnde ſi contigiſſet,non eſſe cui pars ſortis tunc reſtituendæ ſolui potuiſſet , debitor moram non incurriſſet reſpectu illius partis dicta l. pecuniæ in fin.l.ſi fundus in fin de lege comiſſ. Alexan.conſ.92.col.4. lib.1.conſ. 172.col.1.lib.2. Purpur. in l. vinum numer.24. ſi cert. petat

& quæ

& quæ late tradit Franc. Aretin. cō
sil. 163. colum. 2. cum seq. & sic non
cucurrissent viuæ dictæ portionis
ipso iure, sic nec futuratum portio-
num donec mora in illis commissa
esset per tex. in d. l. lecta versi. penul.
quod nota, quia glos. & DD. ibidem
non declarant.

47 Tertio principaliter non obstat
si diceretur, quod etiam in ijs, quæ
competit iure actionis soli pupillo,
si tutor non apparet de nūciari, vel
protestari potest l. si dictum. §. pupil-
lo de euictionib⁹, quia illud est, quia 49
denuntians certat de damno vitādo
& iure suo conseruando, & quia pe-
riculum est in mora & Francis. Are-
tin. sensit ita in cons. 26. num. 11. cæ-
terum, quod Accurs. ibi Paul. & Ale
xan. in l. si ex legati causa de verb. &
alij vbique dicunt hoc esse fauore
pupilli introductum, falsum, & insul
sum est. Plus dico, quod dictus §. pu
pillo non debet ita ruditer intelligi
sed ex bono, & æquo, videlicet, vt
amicis, & cognatis denūtietur argu
mento l. ergo ex quibus causis majo
res l. hoc autem. §. 1. ff. ex quibus cau
sis in possessionem eatur. l. aut qui
aliter. §. si forte ff. quod vi aut clam.
l. penul. in fin. C. de nō numerata pe
cunia, vt etiam tutorē creari faciat,
48 si tempora patiantur, ita etiam d. l. si
dictum versi. penult. vbi loquitur de
venditore absente, sane debet intel
ligi quando emptor fecit, quod pot⁹
vt illud inueniret, vel ad eius notitiā
transiret, & ad hoc pondero illū tex.
ibi, *cognoscere vbi esset, non potuisset*,
quod præsupponit emptorem non
fuisse negligentem, sed diligentem verbo
na fide versatum. Similiter nūciatio
nes illæ, de quibus in l. de pupillo. §.
denūciare, l. operis cū l. seq. de oper.
noui nunc, debent sane intelligi dū
modo ita fiant, vt deueniant in noti
tiam, alioquin plusquam ridiculum
esset dicere, quod sufficiat esse nun-
ciatum vni furioso, vel infanti, atque
ita non latus erit si nunciatio ipso ope
ri facta fuerit absente domino, & ope
rarijs, vt post Host. voluit Alex. in d.
l. pupillo. §. nunciationem colum. 2.
quam sententiam probat tex. l. 1. inſi.
tit. 32 p. 3. & ibi notat Greg. in glo. si.
dicens æquissimam quamuis aliud
voluerit Gomez in l. 26. Taur. n. 29.
vnde male consuluit Paul. in cons.
240. incipit effectus primi dubij lib.
1. quod possit denunciari hæreditati
iacenti pro regressu euictionis, saltē
ad pretium, nec tenetur emptorem fa
cere curatorē apponi. Et in summa
quamquam in casu, de quo agimus
non agatur de aliqua mora purgan
da: tamen quia agitur de executio-
ne iuris, videlicet redimendi, quod
iure actionis competit debitori, qui
in hoc non est debitor, sed creditor
ita accipiendum est, prout quando
agitur de actione intentanda, vel de
bitore interpellando, & constituen
do in mora debet obligatio, & inter
pellatio fieri personæ legitimæ, quæ
in mora constitui possit, alioqui non
impeditur cursus reditus ipso iure,
nec ope exceptionis, ut minor tuto-
re, vel curatore carens, non potest in
terpellare, vt in mora constituatur. l.
si ex legati causa. ff. de verbor. l. si is,
cui. §. cessat, vt in posse legato, nisi sit
adultus habens ætatis, vel
alias sese publice industrium osten-
dēs, vt in. l. 1. C. qui & aduers. quos ne
que enim hæc redemptio continet
alienationem immobilium cum sit
ex contractu debita, & necessaria.
Non obstat ficicatur, quod natura hu
iusmodi reditus est vt liberum sit de
bitori, quandocunque voluerit forte
cū reditibus offerendo, se liberare,
& quod durior, aut deterior, obliga-
tionis conditio fieri nō debet, propter
casum in persona creditoris, seu

fœneratoris contingentẽ, vt per Paul. conſ. 240. col. 2. lib. 1. Alex. conſ. 92. n. 9. lib. 1. & ſic q; vel pupillo tutore carẽti, vel hæreditati iacenti ſaltem coram teſtibus offerre, & proteſtari ſufficiat: quia q; quandocunque liberũ eſſe debet debitorẽ rẽdimere, intelligẽdũ eſt bona fide, & ſine captione creditoris, arg. l. ſi cui. ff. de ſeruit. videlicet, vt creditori, vel iis, ad quos expectat cõgrua, & bona fide, denũcietur, vt ſibi cõſulere queãt, vtque quãtũ fieri poteſt vtrique ſine alterius captione cõſulatur, non autẽ amare, nec rãquã inter infeſtos, l. ſi id quod §. ſi quas. ff. de dona. inter virum, ſed cũ quodã rẽperamẽto, & omnia ex bono, & æquo. l. ſi quid vẽditor de edi
50 litio edicto. vt nec nimiũ delicatus debitor, nec nimiũ onero ſus creditor audiatur. l. ſi ſeruus in fi. de pigno. action. Imo ex motus prop. Pij. V. ſuper forma creãdi cenſ. diſpoſitione cum cẽſus, ſeu reditus annuus huiuſmodi extinguẽdus erit, ſeu redimẽdus, oportebit debitorẽ per bimeſtre antea id denũciare ei, cui pretiũ dandũ erit, q;
51 quidẽ pretiũ creditor poſſit huiuſmodi denũtiationẽ, etiã abinuito debitore intra annũ repetere poterit, & eſt caſus ſingularis, quo debitor reditus cõpellitur redimere, q; ſi dũ tutor pupillo, vel curator hæreditati iacenti, vel furioſo dari curatur, vnus aut alter terminus ſoluẽdę penſionis ſine
52 fraude, & culpa debitoris labatur, nõ erit fraudi debitori, vt ſupra diximus illa quæſtione alioquin ſi debitor nulla cõgrua debitoris, vel eorũ, ad quos expectat interpellatione, vel inquiſitione præmiſſa etiã teſtato, vel
53 etiã iudice adhibito redimere offerat, etiã ſi forte cũ reliquis cõſignat, non proderit, quia cõſignatio nõ valet, niſi præcedẽti debiti oblatione ei cui debetur. l. 2. & ibi Sal. in. 1. notabi. C. de vſur. Ang. in l. acceptã col. fi. & ibi
54 Pau. col. pen. C. de vſur. Iaſo cõſ. 9. col. pen. & cõſ. 216 lib. 1. Gozad. conſ. 71 col. 3. & facienda eſt oblatio, ei qui poteſt recipere, & offerentẽ liberare, l. ſi reus paratus, & ibi Bald. ff. de procurat. tradit. Tiraq. lib. 1. retractus §. 1. glo. 13. n. 29. & 34. is enim eſt, cui pretium dandũ erit, & cui antea per bimeſtre facienda eſt denunciatio ex prædicto motu prop. Pij. V.

55 Si vero nec perſonæ nec domicilio offerri poſſit eo q; ſedẽ mutauerit creditor, nec ſcitur vbi ſit facta aſſũmaria inquiſitione per apparitorem a vicinis locis vbi verſabatur (q; omniũ poſtremũ eſt) per edictũ publicũ ſiue preconiũ vocabitur per notata in l. ſi eo tẽpore. C. de diſtract. pignorũ. gl. in l. ſi finita. §. ſi plures verſ. vel ſi non inuenitur. ff. de dãno infecto. Bart. in extrauaganti ad reprimẽdũ in verſ. per edictũ. Bal. in Margarita, in ver. citato per præconem Soc. in tit. 111. de citatione, art. 23. laue Tiraquel. in tract. proximitatis retract. §. 9. gl. 3. & ita deber intelligi tx. in. d. l. ſi creditrici. C. de vſur. & d. mot. pro. Pij. V. ſed an tũc cũ nec perſonæ, nec
56 domicilio offerri poteſt, quia neſcitur vbi degit creditor, etiã requiratur depoſitio, & cõſignatio omnes fere glo. & DD. vbique tenẽt q; ſic. ſed id verũ nõ videtur: quia iure nõ cauetur, niſi ad effectũ cõſequẽdi liberationẽ ipſo iure. l. acceptam. C. de
57 vſu. l. obſignatione C. de ſolutio. Sed ad purgandam moram, vel impediẽdum curſum vſurarũ, non requiritur conſignatio, niſi vno caſu, videlicet ſi debitor nollit tutori, vel curatori recipere parato, ſoluere nomine reſtitutionis. l. ait prætor. §. 1. ff. de minoribus. Vi debatur alius caſus videlicet quando præſumptio degeneret contra debitorem, qui præſente creditore recuſat, & mox eo abſente offert in l. ſi reus paratus. ff. de procura-
85 ſed

sed non est ita, quia ibi consignatio ipsa non iubetur à iudice, sed solum locus tutus vbi fieri possit à volente deceruitur: quia debitor offerebat pecuniam & procurator ad lites, nõ habebat potestatem recipiendi, nec solutionem, nec consignationem. l. sed si tamen ff. de pact. l. hoc iure, ff. de solut. Præterea in d. l. si reus parata d. consignatio nihil operatur, nec purgationẽ moræ, nec inhibitionẽ cursus, quantumcunque vsurarum nec eximit consignantem à periculo, nec transfert illud in creditorem, cui mora facta est donec congrua oblatione illi facta mora purgetur, vt nuper diximus per l. secundam. C. de vsur. vel donec ea consignatio notificata sit creditori, & inde lapso competenti termino, infra quem potuit, & debuit creditor accedere, vel procuratorem cum mandato sufficienti mittere ad recipiendam pecuniam oblatam, & consignatam, & dandum apocham. In casu tamen, 60 quo solutio nõ esset debita, nisi in loco vbi offertur secus si esset debita in loco vbi creditor se parat recipere offert, quia illuc esset mittendum cæterum ad impediendum iudicium, scilicet in principali, sufficit quod debitor offerat soluere specialiter, & designate, quod debet, quale, & vbi debetur, nec requiritur consignatio, quæ solutionem, seu executionem iudicati respicit.

Ex his habes multorum iurium, tam speculatiuum, quam practicum intellectum, solidamque plurũ quotidianarum quæstionum decisionẽ.

61 Eadem fere dicenda sunt si quis fundum sub facultate redimendi vẽditum, velit redimere, de quo plene Tiraq. lib. 2. retract. §. 4.

62 Sed quid si debitor volẽs redimere redditum obtulit sortem cum reliquis tutori, vel curatori hæredis creditoris, vel ipsi hæredi maiori annis qui detrectat recipere, & redemptionem consentire, nõ dolose, sed ex ista ignorantia, quod nondum sciat qualis sit reditus, nec an sit pecunia constitutus, nec an, & quanti reditibilis sit, an interim reditus currat, per mala facie videtur currere cũ effectu saltem quandiu non est negligens, & ex instrumentis hæreditarijs, quæ penes se habet, vel habere potest, veritatem rescire: quia cum talis nõ sit in mora, nisi doceatur ab interpellare ad fieri debere. l. si quis inficiatus vbi Bart. & alij. ff. de posit. vel saltem nisi lapso tempore, quo potuit, & debuit veritatem rescire, si quitur, quod interim non venit in aliquo puniendus, sed fructus reditus suos faciat vt prius, cum non sit in mora, vt per gl. & DD. in l. quod re, ff. si cert. pet. in l. 63 qui in alterius ff. de regul. iur. sic in simili si venit fundus sub pacto redimendi, deinde venditor offerat pretium hæredi emptoris, non constituit illum in mora, nec potest habere fructus à tempore oblationis, sed solum a tempore, quo docuit de pacto, vel iure redimendi, vt tenent recentiores in l. 2. C. de pact. inter emptor. etiam si alias sufficiat pecuniam offerre, etiam extra iudicium sine consignatione, & depositione ad constituendum emptorem in mora, vt supra diximus ista quæstione. Igitur in casu nostro: quia sicut se habent fructus naturales ad fundum, ita perisiones ad reditum, siue ad ipsum ius reditus, cuius sunt veri fructus ciuiles. Sed his non obstantibus contrarium 64 dicendum est, imo reditum hoc casu, non currere: quia non solum de natura, sed etiam de iustitia & necessitate huiusmodi redituum est, vt non currant, nisi quandiu debitori sortem habere licet, eaque plene frui respectu creditoris vna cum facultate

cultate perpetua sese liberandi sortem cũ reliquis pro rata tẽporis oblata, neque ij reditus licite contrahi possunt, nisi sub hac cõditione. Inest etiam ab initio tacitum pactum de non soluendo, seu continuando reditum facta congrua oblatione per ea, quæ notauimus supra istã quæstione: igitur ea facta, siue creditor sit in vera, & formali mora, siue non propter casum in personam eius cõtingentem ipso iure desinet reditus currere, quemadmodum de vsuris in quarum locum reditus successerunt, dictum est in præcedentibus.

65 Cur autem in hoc articulo aliud sit quando fundus sub pacto redimendi venit, ratio est in promptu quia emptor fundi est interim pure, & plẽno iure dominus argumento l. generaliter ff. qui & à quibus. l. primæ §. serui appellatio, ff. ad Silania, cum vulgarib. & fructus suos facit per se ipsum iure domini, & illud ius fruẽdi percipiendi & suos faciendi purum est, & nulla conditione, nec tacita, nec expressa suspensum: vnde oblatione facta, vt non resoluitur ipso iure, sed manet dominus, ita & ius fruẽdi illi annexum, nec restituẽdi sunt fructus, nisi ratione moræ à tempore moræ, vel litis contestatæ, vt statim dicam, sed in casu de quo agimus licet reditus annuus in se ipso iure non resoluatur per simplicem oblationem, nisi sequuta redemptione, vel solemni consignatione, & depositione: tamen fructus reditus non dependent à dominio fundi penes creditorem existentis, sed

66 ab obligatione personali, qua tenetur debitor, cui obligationi inest tacita illa conditio, nisi sors cum reliquis offeratur, quæ interim donec vel extet, vel deficiat, suspendit futura reliqua, & cum extat ipso iure impedit obligationem futurorum reliquorum. Item facilius venditori reditus per manus suas soluenti acquiritur exceptio, quam venditori fundi traditi ad fructus recuperandos,

67 in quibus non potest vti retentione prout in reliquis facere posset debitor post congruam oblationem: etiã si ipso iure currere non desinerent. Sed nunc circa venditionem fundi redimibilis quidam errores condebendi occurrunt: certant enim, & quandoeũque variãt Doctores, an sufficiat simplex oblatio realis extra iudicium, an vero requiratur consignatio, & depositio, vt late per Tiraquel. de retract. conuentionali §. 4. glos. 6. vbi numero 4. decidit requiri consignationem, & depositionem ad finem recuperandi fructus post consignationem, alias eam necessariam non esse, cum qua doctrina licet Tiraquel. non referat, transit Tiberius Decian. consilio 84. numero 51. volu. 2. & in eo solo communi errore fundantur, quo dici solet oblationem solam non impedire cursum vsurarum, quæ fructuum loco sunt nisi fiat consignatio, sed hoc satis confutatum est in principio huius quæstionis: breuiter dicendum est veritatem stare ab eorum sententia, qui tenent solam realem cõgruã oblationem, & etiam extra iudicium sufficere, quod verum esse dico etiã quo ad recuperationem fructuum dummodo emptor, vel eius successor interpellatus sciuerit, vel scire debuerit se teneri reuendere, & sic

68 in mora constitutus fuerit, iuxta notata in l. quod te ff. si cert. pet. Cæterũ quandiu propter iustam ignorantiam, vel imperfectam oblationem, non est in mora, non tenetur ad restitutionem fructuum, quos interim percipit, etiam non consumptorum, & extantium, etiam si consignatio quantum cumq; alias solemniter

69 facta

facta sit probatur tum quia in bonæ fidei iudicijs veniunt fructus à tempore morę, si res fuit actoris, ex re in Leydenamus ff. de vsur. quorum vtrumque hic concurrit: quia fundus fuit actoris, & actio est bonæ fidei: vnde multo fortius hoc casu veniunt fructus à tempore morę, quàm in primitiua venditione: vbi si emptor offerat pretiũ, & petat fundũ, extunc veniunt fructus ratione morę ob solã 71
qualitatem bonæ fidei, hic autem 69 accedit quod petit rem, quæ fuit sua & pro hac sententia est casus in l. 2. vbi ita tenet Paul. C. de pact. inter emptorem, nec potest ille ex cauillari dicendo, ibi hoc esse propter legem conuentionis: quia conuentum erat vt oblatione facta fundus restitueretur: vt ibi pingit Hier. Gag. num. 60. & Hoeman. lib. 1. de vsur. c. 4 pag. 31. tum quia text. non dicit sola oblatione facta, & sic quod si sufficiat sola oblatio, non est ob certam determinatam legem conuentionis sed ex veteri regula, & dispositione iuris communis ratione morę. Tum quia illud verbum obtulissent, & verbum oblatum, intelligitur cum effectu secundum alia iura videlicet de oblatione, per quam interpellatus constitutus est in mora. Tum quia d. l. non debet restringi ad casum, in quo formaliter pactum est de oblatione, sed istud verbum obtulissent sonat facti contingentiã, vel potius abreuiatum in rescripto sermonis, seu libelli supplicis priuatæ partis cõ 72
pendium: vnde d. l. 2. generaliter habet locum quandocumque prædiũ est venditum sub pacto de retrouendendo, etiam si non sit facta mentio. 70
de oblatione, siue quandocumque offertur pretium: quia illud tacite in est, & expressum nihil operatur, sed secundum subiectam materiam videlicet à tempore morę intelligitur.

Secundo fallit etiam Hieron. Gagnius. repetitione d. l. 2. bolum 7. d. 73. vbi dicit, quod si vendor age ret post depositum pretium contra hæredem emptoris, adhuc non veniret fructus nisi à tempore, quo fuerint in mora de præstando, & ita dixit alias obtinuisse, & miror, hoc sequatur (sed aliis vtar exoccupatus) Andreas Tiraquellus tract. conuentionalis §. 9. glo. quinta. 50. lego non facientem in consignatione quæ per se regulariter non inducit moram, vbi alias non est mora, sed in lite mota, & contestata, quod verbum agendi significat, & dicit a tempore litis contestatæ tunc vt eatur omnes fructus indistincte etiam si actor nihil consignauerit, etiam si actio sit stricti iuris. Idem tenent in principio de rebus creditis, siue reus sit in bona, siue in mala fide. Item certum C. de rei vendicatione, etiam si habeat iustissimam causam litigandi, vt excusetur ab expensis, non tamen à fructibus Rota decis. 182. incipit probabilis in nouis: quia sunt pars rei, & ad hoc oneris censetur quasi contractum à tempore litis contestatæ l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio, idẽ Paris. Mod. in consue. Paris. 1. p. §. 22. nu. 5. qui intelligit non excusari possessorem bonæ fidei post litem contestatam a fructibus percipiendis, sed in hoc dissentit Ioan. Garcia de expens. c. 23. numero. 45. Quod autem dixi in redemptione fundi, vt non veniant fructus à tempore oblationis, vel etiã cõsignationis citra veram motã, sed solum à tẽpore morę, vel litis contestatæ, vel quæ debuit contestari, super frustrationes rei diu, & iniuste contestatio fuit protracta per notat. in l. si cum in fi. ff. si quis caut. limito, vt procedat quãdo venditio esset facta iusto pretio saltem habita rationabili tandem

deductione propter pactum de retrouendendo, puta quando fundus valoris triginta integro pretio esset absoluto venderetur, veniret viginti sub hoc pacto, vt (ut supra diximus illo tit. quæstione. 11.) locus sit multo minori pretio, vt in effectu sit fraus vsuræ, vel antichresis, vnde si fundus centum annui reditus afferens, veneat, sed libera facultate redimendi pro mille quadringentis, licet læsio non sit infra dimidiam iusti pretij propter pactum redimendi, tamen contractus non est iustus, vt pote in fraudem perpetuæ antichreseos, quã 73
non potest creditor stipulari, nisi augeat pretium saltem ad rationem 17. pro vno, vt diximus supra d. quæstione. 11. & si emerit pro mille quingentis sciens valorem fundi, & egestatem venditoris, debet reduci ad naturam antichresis, vt nõ possideat emptor iure dominij, sed iure creditoris, vt nunquam præscribat: quoniam solo nomine mutato, non debet esse licitum emere, & viliori pretio, & duriori debitoris conditione: non tamen est contractus annullandus, vt pote cum alio cessante vitio, nullum fœnus improbum resultet etiam si emptor nolit supplere iustum pretium, ad quod etiam non tenetur, sed satis est ei mederi, quod & quatenus occasionem fraudis facit, videlicet vt casu, quo veniat in frustrationem. 17. possit venditor repetere fundum idonee cauendo de soluendo reditu, quod tamen itare perandum est, vt neutra pars lædatur, & nulli captioni locus fit, vnde 75
non sufficit si debitor idonee cauere velit de tanto reditu præstando, quantum affert fundus: potest enim iuste emptor dicere, & offerre, vel quod venditor idonee caueat de reditu integro ad rationem. 14. donec pretium reddatur pẽ dendo, vel quod in toto fructus fuerit non imputatus in sortis dominij, sed in pactum redimendi, & mala fides, & malitia fraudis, vt in similibus casibus huius antichresis diximus supra, hoc libro quæstione. 11. quod si hoc casu mala fides venditoris fuit, quia dolo recepto quatuordecuplum annuum solvere deinde noluit, cum offerat quantum, veniunt fructus a tempore oblationis, secus si bona fide, vel nulla culpa, & tunc definit reditus esse vsura, sine hẽtes interpellatus habeat, an habuerit nullam ignorantiæ, hic non. Nec erit tunc differentia inter hæredem bonæ fidei, & malæ fidei, nisi in hoc, quod in eo, qui est in vera mala fide reputabuntur fructus subtilissima ratione quanti plurimi. l. in hac de conditione furtiua. l. fur. ff. de condict. furt. sed in eo, qui iustam habuit causam ignorantiæ, quia nõ est in vera mora; reputabuntur solum sub æstimatione communi, & ne quis hic erret in terminis voco reditum simplicem, qui percipitur de manu debitoris, antichresim autem quãdo creditor percipit per manus suas, sed tanquam de fundo debitoris hypothecato in hoc tradito, vel iusta mercede conducto a debitore, vt creditor super fructibus, vel mercede reditum capiat, venditionem vero fundi quãdo creditor interim iure, & titulo domini fructus quia fundum ipsũ emit sub pacto redimendi. 74
In hac oblationis materia inquirendum erat an oblata parte dimidia, aut tertia sortis reditus, possit eius cursus pro rata impediri, quod pẽdet ab ea quæstione an reditus possit propter eremi, de qua vide, quæ diximus hoc li. q. 1. Illud tamẽ nõ omittemus, obligationẽ faciẽdã esse nõ solũ sortis, sed etiã reditũ decursorũ: nam sorte si reditus præteritis vsuris nõ tenetur creditor accipere. l. tutor. §. Luci. de vsur.

opti

optimus tex. l. 2. C. debitorem vend. pignor. imped. non posse l. 21. acceptum. C. de vsur. ibi fortem cum vsur. is offerat, tradit Tiraq. lib. 2. retract. §. 4. glos. 4. quod ad eò verum est quod si in oblatione fortis, & vsurarũ desit vnus tantum minutus, nullus effectus oblationis inducitur. ex l. quãdiu. C. de distractione pignor. 77 ex d. l. 2. C. debitorem vẽd. pignor. impedi. ibi, *tam si vel modicum de sorte, vel vsuris*, & l. obsignatione C. de solu- 78 cum aliis quæ tradit Tiraq. vbi supra glos. 6. Quod si reditus annuus redimatur eo tempore quo nondũ dies solutionis venit vsurę, seu reditus decursi offerendi sunt pro rata sortis & temporis decursi, vt resolvit Cou. lib. 1. var. c. 15. n. 9 sequitur Felician. de cens. cap. n. 2. ad fin. plura alia de obligatione, & consignatione, vide 77 per Tiraq. in d. §. 4. per totum. Si autem creditor oblationem sortis, & reddituum præteriti temporis debitę factam recusat sine causa, & pecunia consignetur, non solum impeditur cursus reditus, sed & alia incommoda creditorem circumveniunt, quia consignatæ pecuniæ periculũ ad creditorem spectat. l. qui decem in princip. & etiam in principio vbi DD. de verb. tradit Bald. l. 1. ad fin. C. de nou. sequitur Tiraq. vbi sup. glos. 6. nu. 34. tenebitur etiam creditor soluere salarium sequestri, cui causam præbuit iniuste recusans pecuniam accipere iuxta doctrinam glos. l. si irruptione finium regundorum, ff. glos. fin. plura congerit Menoch. de arbitrar. libro 2. casu. 208. sequestro autem potest iudex salarium constituere extra ditis à Gregor. l. 1. verbo. auenencia, titulo. 9. partita. 3. Rebuf. 3. tomo ad. ll. regias tractatu. de sequestratione articul. 3. glos. 2. Tiraquel. vbi supr. glos. 7. n. 6. Perez. l. 11. tit. 10. lib. 3. ordin. quæst. 8. pag. 662. & vide Carrocium in tract. nu. de locato vers. sequester. quæst. 5. & si iudex salarium in pecuniæ secrestatione non constituit, an debeatur vide Tiraq. supra numer. 6. Carrocius sup. quæst.

Sed quæritur quibus personis possit fieri oblatio ad reditus annui redemptionem, & à quibus census redimi possit, huius quæstionis memor Felician. in tractatu de cens. lib. 4. c. vnico numero. 4. constituit regulam generalem ab eo, cui prohibitum sit alienare redemptionem factam esse inanem, & irritam monetur, quia in redemptione census alienatur ius ipsum exigendi reditum, ergo ab eo, qui non potest alienare, reditum redimere non licet, ex quo infert à tutore, & curatore sine decreto iudicis, ab vsufructuario, ab hærede fiduciario missio gravato, à marito, à maioratus possessore, a prælato, & aliis huiusmodi, quibus non licet alienare, non posse census redimi, & non obstante redemptione ab huiusmodi personis facta debitorẽ semper conueniri posse pro reditibus decursis. Ego pace tanti viri dixerim, hanc 80 doctrinam falsam esse opinor. Primo, quia quamuis verum sit eum, qui solutionem recipit alienare. §. nunc admonendi vers. ex contrario, instituta, quibus alienare licet. Bart. l. vero procuratori. nu. 1. ff. de solution. & in. l. 3. n. 3. soluto matrimonio huiusmodi alienatio, nec tutori, nec curatori minoris prohibetur: vtriq, enim recte soluitur. l. quod si forte. §. 1. vbi notant Bart. & alij. l. solutam, de solutio. Secundo, quia cum debitor reditum redimit à creditore, contractus ipse ex lege, & natura eiusdẽ necessario resoluitur, quæ resolutio etiam inuito creditore imo absque facto ipsius creditoris quo ad cursum reditus potest cõtingere, si debitor sortẽ cũ

reliquis debite, & realiter obtulerit, vt sæpe dixi ergo huiusmodi alienatio imputari non potest creditori. Tertio, quia, prohibitio alienationis nō pertinet ad necessariam alie-
§ 1 nationem. l. alienationes. ff. familiæ hercis. l. diuus de petitione hæreditat. l. peto. §. prædium vbi Doctores delega. 2. plura in idem refert Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. glos. 14. nu. 11. sed alienatio, quæ contingit in redemptione reditus, est necessaria: quia fit ex lege contractus. l. sicut initio. C. de action. & obligation. ergo a pro-
§ 2 hibito alienare non prohibetur habilis census redemptio, pro quo facit quia quamuis tutor res minoris immobiles absque iudicis decreto alienare prohibeatur. l. si prædium. C. de prædijs minor. l. lex, quæ tutores. C. de administrat. tutorum cum vulgat. & quamuis reditus annuus inter immobilia cōputetur, vt alibi diximus: potest tamen redemptio ipsius fieri a tutore absque iudicis decreto. Probatur. l. 1. C. quando decreto opus nō est vbi conuentio paterna in contractu apposita facit alienationem prædij minoris valere sine decreto. Decretum enim necessarium non est in eo actu quem minor necessario facit. l. a diuo Pio. §. fi. in fi. de re iud. l. 3. §. 1. & 2. de rebus eorum, ergo si pater pupilli censum redimibilem, & cum pacto redimendi emerit, poterit a pupillo eius hærede, & tutore, sine decreto redimi. idem probat tx. l. magis puto. §. si pupillus. ff. de reb. eorū & ex Alberic. & alijs tradit Tiraquel. lib. 2. retract. §. 1. glos. 6. n. 28 & pluribus relatis Caualcanus quem vide decis. 16. num. 49. 2. p. & in nostris terminis scripsit Foller. in praxi censuali. verb. instrumentum gratiæ proconsimili pretio. num. 33. Fateor,
§ 3 quidem quod si pretium reditus tutori, aut curatori solutum minoris aut tutoris fragilitate, vel culpa pereat, poterit minor restitui, iuxta tex. d. §. admonendi vers. ex contrario in fi. tituta, quibus alienare licet. l. 1. C. si aduersus solutio. l. 4. tit. 14. part. 1. vbi Greg. est communi opinio a qua discessit Mauritius de restitutione. c. 176. & Mechaca quos refert & sequitur Caldas Perez in l. si curatorē habens ver. læsio, num. 60. & seq. C. de restitutione minorum Vincent. Franchis decisione. 206. num. 16. & seq. quem vide qui verius, & æquius existimant debitorem solutem tutori regulariter plenissimam liberationem consequi, sed ex communi
§ 4 sententia, vt plena sit securitas & minor non restituatur, solutio fiat cum decreto & iudex præcipiat creditori, vt soluat, quia sine hoc præcepto non tollitur restitutio. vt explicat Simoncel. de decretis lib. 2. tit. 7. n. 2. tamē in nostro casu si daretur restitutionis indulgēdæ causa, restituēdus esset minor ad pretiū reditus sua fragilitate perditū, non tamē ad ipsum reditū, nec ad pensiones decursas post redemptionem: quia læsio pecuniæ solutam, non reditum, nec reditus pensiones abstulisset, restitutio autem id tantū refarcit, quod læsio abstulerit. l. quod si minor. §. restitutio de minor. atque ita census redemptio tutori, vel curatori facta etiam si postea minoris, aut tutoris culpa pecunia perijsset subsistenda foret, euitabitur autem minoris restitutio aduersus solutionem in euentum, quo minor pecuniam amitteret, si tutori, aut curatori cum decreto iudicis persoluta fuerit, vt probant relatarum, quæ restitutio minori non conceditur, quamuis tutori sine iudicis authoritate soluantur decursi reditus, aut pensiones, vt probat. l. sancimus. la. 1. vers. non autem. C. de administr. tutor. & ibi glos. Grego. d. l. 4. glos. 7. ante fin.

Foller.

Foller. in pract. censuali vers. tanquã res iudicata, n. 70. itaque solutis pensionibus tutori, debitor earum liberationem plenissimamque securitatem habet. Vnde cauendum est ab Octauio Simoncello tract. de decretis 2. part. 8. nu. 119. qui existimat eũ qui debet reditum minori posse ipsi secure pecuniam sortis restituere redimendo sine decreto iudicis, quamuis pecunia inutiliter consumatur. Quod si pupillo soluendum sit gratia conditionis implendę & solutum sit tutori, an contingat liberatio; vide Strachan. in tractatu de adiecto. 3. p. num. 31. Ab vsufructuario quoque omnium bonorum 84 redemptio reditus videtur posse fieri per debitorem: cum enim vsufructuarius huiusmodi possit debita exigere, & solutionem recipere iuxta l. vxori meæ & ibi notat. ff. de vsufruct. legat. Socin. cons. 131. num. 13. lib. 1. Petrus Surdus cons. 162. n. 14. lib. 2. & transeant in eum actiones actiuæ, tam ex obligatione conuentionali, quam ex legali prouenientes ex Oldrado. cons. 24. Conan. lib. 2. var. c. 2. num. 4. (quod intelligendum censeo nomine proprietarij, vt dixit Greg. l. 4. tit. 32. p. 3. glos. 1. alioquin nomine proprio nullas, nec directas, nec vtiles actiones habet vsufructuarius, nisi pro suo vsufruct. vt ex multis scribit Caualc. de vsufruct. nu. 7. & nu. 198. & eo ipso quod est constitutus vsufructuarius; videtur sibi commissa custodia bonorum, & mandatum generale, ita quod censetur procurator generalis proprietarij, vt possit exercere omnia illa, quę concernũt curam, custodiam, & conseruationẽ & administrationem rerum, l. 1. in fi. cũ l. seq. ff. de vsufruct. quemadmodum caueat, tradit Paris. Moder. in cons. Paris. cit. 1. §. 1. glos. 1. numero. 10. vbi dicit vsufructuarium posse omnia dominicalia iura exercere, & facere nomine domini quæcunque dominus ipse circa bonorum administrationem posset, merito dicemus ab eo reditus redemptionem fieri posse: nam ei recte offertur, qui potest solutionem recipere. l. 1. reus paratus. ff. de procurator. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 3. nu. 29. Recte etiam soluitur ei, qui generalem negotiorum administrationem 85 mandatum habet. l. vero procurato 86 rem, vbi notat Bart. Paul. & alij. ff. de solutio. l. 5. tit. 14. par. 5. vbi Greg. Et eadem ratione dicendum videtur reditus redemptionem fieri posse per debitorem ab ipsius reditus vsufructuario particulari: nam quemadmodum vsufructuarius vniuersalis omnium rerum custodiam, & administrationem habet & nomine domini censetur generalis procurator cõstitutus: ita particularis vsufructuarius circa rem in qua vsufructum habet, videtur procurator, custos, & administrator a lege constitutus. l. 1. § fi. cum l. seq. ff. de oper. nou. nuncia. l. hoc amplius. § fi. cum l. seq. de damno infecto. d. l. 1. in fine. ff. vsufruct. quemadmodum caueat. Paul. l. fi. § fi. de seruitu. Sarmiento de reditibus eccleſiasticis. 4. par. c. 6. n. 1. Parisius, cons. 94. in num. 17. lib. 2. Nec damnum proprietarij considerari potest in hoc quod redemptio reditus fiat ab vsufructuario, cui de vtroque cautio præstanda est, & vsurum se boni viri arbitratu. & cum vsus fructus ad eum pertinere desinet, restituturum. d. l. 1. ff. vsufruct. quemadmod. caueat. l. 20. tit. 31. p. 3. redemptione autem facta, pretium reditus annui succedit loco ipsius reditus arg. l. fi. eum seruum cum glos. ff. fi. communi per l. fi. rẽ, & pretium de peculi. hæred. & vsufructu tenebitur ad restitutionẽ pretij reditus: pretium autem redem

pti reditus vsufructuario tradendum esse probarunt Cagnol. & Tiraquel. quos refert, & sequitur Foller. de cens. lib. in glos. instrumentum gratiæ pro commissi pretio, n. 36. vbi existimat quod si hæres voluerit eundem reditum soluere fructuario, & pretium recipere, audiendus erit, si idoneus facultatibus existat. Nec prædictis obstat redemptionem à proprietario & vsufructuario simul faciendã esse vt post Cagnol. tradit Tiraq. lib. 2. de retract. §. 1. glos. 6. num. 26. hij enim loquuntur quando fundus, vel res alia vendita fuit sub pacto retrouendendi, quo casu à proprietario redemptio necessario facienda est, cum is habeat reuendendi, & rei restituendę facultatem l. 2. C. de pact. inter empt. at in nostro casu nulla reuenditio est necessaria quia redito pretio ipsius census, statim contractus resoluitur, & debitor liberatur, & satis est redemptionem fieri ab eo cui solui potest, stat. igitur in hoc differentia, quod contractus reditus de voluntate solius venditoris resolui potest, reliqui autem contractus demum ex mutua vtriusque contrahentis voluntate, vt recte considerat Mench. de quæstio. vsufreq. lib. 1. c. 11. num. 16. vnde redemptioni reditus non inest reuenditio propriè, sed simplex suppressio, siue resolutio reditus: qui fuit creatus cum hoc onere, vt annullari, & resolui posset ex solâ voluntate debitoris forte cum reliquis restituta, vt dixi infra quæst. seq. num. 15. & 21. Quod autem diximus redemptionẽ reditus ab vsufructuario posse fieri, intelligendum est postquam vsufructuarius cauerit prædicto modo: quia antequam caueat, non dicitur procurator nomine proprietarij constitutus, nec proprietarij nomine actiones exercere potest, vt probatex. l. 1. C. de vsufruct. & optime tradit Socin. cons. 131. lib. 1. & ita etiam 87
ante cautionem non recte soluitur, nec offerri potest pretium ipsius reditus, & à proprietario interim redimendus erit, à quo etiam redimi potest postquam vsufructuarius cautionem præstiterit, cum & tunc ipsi recte persoluatur, vt scribit Socin. vbi supra: tamen vocandus erit vsufructuarius arg. l. is qui fundum. ff. de vsu, & vsufruct. legato, & Tiraq. vbi supra.

Ab hærede autem quatenus hæres commisso grauato similiter redemptio reditus fieri poterit, cum hæres sit ante restitutionem, dominus ipsius reditus l. fi. §. sin autem sub conditione, & ibi notat. C. communia de legat. & redemptio sit alienatio necessaria ex natura & lege contractus, quæ non comprehenditur sub prohibitione alienationis, vt diximus. 88

A matito quoque potest dotalis reditus fieri redemptio ex prædictis & quia rerum dotalium constante matrimonio dominus est maritus, si prædium. C. de iure dotium l. dotis ancillã. C. de rei vendicatione, & vtiles actiones habet nominibus debitorum in dotem constitutis l. 2. C. de actio. & obliga. & quod debitum dotale rectè marito persoluatur, tradit Parlad. lib. 2. 2. p. c. fin. §. 17. num. 4. rerum quotid. & cũ alienatio quæ contingit in redemptione reditus sit necessaria ex antecedenti causa, & ex lege contractus non prohibetur marito l. 2. & ibi glos. & DD. C. de fundo dotali l. 1. ff. eod. ibi, *quia hæc alienatio non est voluntaria.* 89

Patet etiam ex prædictis redemptionem reditus fieri posse à maiorato possessore: quamuis enim sit prohibitus alienare res maioratus, ea prohibitio, vt diximus ad alienationes necessarias, & ex antecedenti, & veteri causa non pertinet, ideoque cauti ma

ti maioratuum institutores, solent præcipere, vt pecunia ex redemptione reditus prouenies, apud idoneas personas, & iudicis decreto deponatur, & eiusdem authoritate in emptionem prædiorum, vel aliorum immobilium conuertatur, quodaliter facta redemptio reditus sit nulla, idque debitoribus reditum nunciatur, iuxta l. nomen, v. quæ res pigno. oblig. poss. l. 3. C. de nouationibus, ne aliter maioratus possessoribus offerre & ab eis censum soluto pretio valeat redimere, vt consuluit Molina de primog. lib. 2. c. 10. n. 6.

90 Ex quibus quoque sequitur redemptione reditus fieri posse à Prælato, & alio quouis administratore ciuitatis, vel orphanotrophi; tum quia administratoribus eiusmodi recte solui tur l. quod si forte. §. 1. vbi DD. de solutio. l. 5. ibi, *maiordomo*, tit. 1. par. 5. tum quia alienatio hæc non est voluntaria, sed necessaria, vt dictũ est, & ideo non est prohibita, nec in ea desiderantur iuris solemnitates in

91 voluntaria requisitæ. Infertur etiam annuum reditum redimi posse ab vniuersali executore testamenti, qui loco hæredis est. l. siquis ad declinãdam vers. licentia, (*si enim hæredum eis, & ius, & nomen dedimus*) C. de episcopis, & clericis, docet Speculator. de instrument. editione. nu. 26. & num. 32. & potest agere vtilibus actionibus, vt idem Speculator ibi adnotat. num. 28. Similiter potest redimi annuus reditus à curatore hæreditatis, qui vtilibus actionibus etiam, agit. l. 2. ff. de curator. bonis dando ibi, *easque actiones, & in eos vtiles competunt*, cum autem executor vniuersalis testamenti, & curator hæreditatis possint actiones vtiles exercere, ipsis recte soluitur, & offertur, vt supradiximus ergo recte ab eis reditus lui poterit. Quod si quæras in quibus numis oblatio, & reditus redemptio facienda sit, vide quæ diximus supra lib. 1. q. 18. ad fin. Milanens. decis. 2. num. 70. 2. p. dec. Siciliæ. Si vero dubites in quibus numis reditus persolui debeat, & an debeat considerari valor monetæ tempore cõtractus, an tempore solutionis. verbigratia. emisti reditum centum regalium postea currente tempore regalium, valor augetur, aut minuitur, quæritur an in solutione reditus sit habenda ratio huius extrinsecæ mutationis monetæ. vide elegans consilium Menochij lib. 1. cons. 49. vbi respondit soluendum reditum in moneta currenti, nec curandum esse de eius diminutione, quia quamuis sit diminutus valor regalium, satis est debitori soluere tot regales quos promisit, quod tu intellige quando valor extrinsecus monetæ tantum fuit mutatus, secus si mutatus sit valor extrinsecus, quia vilior materia effecta est, tunc non tenebitur creditor ita deterioratam monetam recipere ad extinguendum reditum, vt per Caualcanum dec. 16. nu. 40. & seqq. qui plures refert, & an pensio reditus soluenda sit in moneta currenti tempore contractus, an in currenti tempore solutionis. vide quos refert Corbulus de emphyteusi, tit. de causa priuatio. ob non solutum canonem. q. 10. c. olim causam. c. cũ canonicis, & vtrobique. DD. de cẽsib. Brunorũ. q. 5. n. 30. vbi dicit soluendum cẽsum in moneta quæ currit a tempore solutionis. Sed quid si in creatione reditus contrahentes pepigerunt, quod reditus solueretur incerta specie monetæ, vt in aurea, aut argentea moneta, an creditor compellatur æreã, & minutam recipere? videtur q. nõ ex l. Paulus ff. de solutio. & ibi gl. & DD. Rebuffo. ad leges Regias. 1. tomo. tit. de literis obligatorijs artic. 5.

glo. 1.

glos. 1. n. 3. Mexia & alij quos refert & sequitur Gutierr. in pract. quæstionib. lib. 1. quæst. 179. cõsuetudine tamen contrarium receptum esse, imo, quod in quauis proba moneta, non obstante pacto solui possit ex multorum relatione testatur Couar. numismatum. c. 7. §. vnico. n. 1. quod admitti posset quando creditoris non interesset in alia quam conuenta moneta solutionem fieri, ex. d. l. Paulus ibi *si ex ea re damnum aliquod passurus sit.* Nec censeo audiendum creditorem dicentem se damnum pati eo ipso quod aufertur quod sibi placet vt dicebat glos. d. l. Paulus in. 2. intellectu: quia nõ est audiendus onerosus creditor, vt inquit text. l. si seruos ff. de pignoratitia. act.

94 Quod si reditus sit fructuarius & fructuum valor creuerit, an teneatur debitor integram pensionem soluere, an vero habenda sit ratio incrementi & maioris valoris fructuum, vide quæ dixi lib. 1. q. 12.

95 Sed quid dicendum in reditu reseruatiuo, aut emphyteotico, quem quis soluit pro fundo qui tempore cõtractus singulis annis ferebat 100. mensuras tritici, & fuit pro 40. in emphyteusim vel censum perpetuum concessus: postea tractu temporis nõ reddit. 30. mensuras annuas, tenebitur ne emphyteuta, aut censuarius ad integræ pẽsionis solutionem? aut erit reformandus, & moderandus cõtractus? videtur negatiue respondendum quia iustitia contractus secundum tempus conuentionis metienda & æstimanda est. l. si voluntate. C. de rescin. l. vend. sed tempore conuentionis nulla datur iniquitas, aut iniustitia: quia fructus fundi excedũt pensionem in duplo: ergo contractus nec reformari, nec rescindi debet. In contrarium facit quia reductio contractus ad æqualitatem fieri debet quando tractu temporis efficitur iniquus, vel res in infinitum crescit, vt probat tex. notabilis, qui hanc reducendi contractus facultatem iudicibus concedit in l. cũ quidam in princ. ff. de vsuris. ibi, *Diuus Marcus Fortunato ita rescripsit Præsidem prouinciæ adiri qui stipulationem de cuius iniquitate queritur est, ad modum iustæ exactionis redigeret, & ibi, sed temperanda res est. Et in fucurum duntaxat ex die cessationis cuiscumque vsuræ.* Et per eum tex. in quodam contractu colonitæ perpetuæ, qui tractu temporis effectus erat inæquus, & iniquus, ita iudicauit Senatus Pedemontan. teste Thesauro decis. 226. idem Thesaurus decis. 220. vbi dicit hanc esse singularem, & mirabilem facultatem datam iudicibus, vt possint hoc casu etiam contra pacisccntium stipulationem, & conuentionem pronunciare, & cõtractum ad æquitatem reducere, & loquitur Thesaurus d. decis. 226. in colono, qui promisserat se perpetuo soluturum centum florenos monetæ currentis tempore solutionis, & cum creuisset aureus propter deteriorationem monetæ in longe maiorem æstimationem, quam erat tempore cõtractus, dicebat colonus se non teneri soluere totum id quod per augmentum monetæ soluere promisserat, sed reducendam rem ad æquitatem. Pro quo etiam alegat Pilei quæstionem. 48. de furnario qui promisit coquere panem pro tota familia pro certa pensione annua, & aucta deinde plurimum familia, non tenetur nisi iuxta modum, quo erat tempore cõtractus: vt late per Ias. l. quominus num. 136. cum seq. ff. de fluminibus, & subdit Thesaurus, quod licet ex parte locatoris diceretur non esse recedẽdum à conuentione: quia fuerat pensio soluta per multum tempus, ita quod

quod videbatur præscriptum fauore locatoris: tamen responsum fuisse non esse citum tribuendum iniquitati præscriptionis, vt cum damno coloni locator locupletaretur. Et eō firmatur ex his quæ addit. Vrsillus ad Afflictum dec. 290. numer. 11. vbi exprædicta æquitate limitat opinionem Bald. l. 2. n. C. de præscriptio 30. annorum, dicentis ius Coloniæ perpetuæ præscribi 30. annis quam etiam tenuit Angel. ibi, sed falsam esse diximus supra lib. 1. quæst. 15. n. 51. & eam reprobat optime Ruinus cons. 61. incipit: quia fuit facta locatio lib. 1. & cons. 251. libro 5. decisio Florentina 2. num. 4. cum seqq. Honedeus cons. 87. ex numer. 34. vsque ad fin. lib. 1. Socin. Iunior cons. 63. num. 20. & 21. lib. 2. & contra eam iudicauit Senatus Neapol. vt inquit Vrsillus ad Afflictum dec. 365. nu. 15. Mencha. lib. 1. quæstio vsufruct. c. 4. num. 161. decisio Perusina. 106. n. 28. Caualcan. dec. 44. num. 80. Frāchis. tit. de his qui feudum dare possunt. num. 16. Valascus de iure emphyteutico quæst. 20. numer. 12. & quamuis Baldi opinio admitti possit esset limitanda ex prædicta æquitate, vt intelligeretur nisi ex rei, vel tēporis varietate resultaret iniquitas pensionis, quod etiam comprobatur ex tex. in c. quanto, de censibus, vbi monasterium Bellæuillæ a sui primordio ex voluntate fundatoris fratribus sancti Irenæi procurationem vnam singulis annis persoluit, & propter fratrum & seruientium paucitatem talis procuratio non grauabat. Sed postea adeo creuit eorum numerus, quod ad procurationem vix sufficerent quattuor marchæ, cum vna marcha solui consueuisset. Respondet Pontifex. *Indulgemus igitur ne vltra primam mensuram in procuratione ipsa situs vlterius prædictis fratribus obligati, sed expensis, quæ consueuerūt sufficere sine contentione, nisi facultates ecclesiæ in tantum excreuerint, quod sine grauamine ampliato fratrum numero, ad soluendum debitum procurationis extendi possit quantitas expensarum,* & per eum ibi tenent ibi Anton. Abb. & alij quod vbi reditus a principio iuste fuit impositus, si processu temporis continet iniquitatem, pro inde ri debet iudicis officio vt tollatur iniquitas, & Abb. ibi notabili vltimo dicit quod vbi onus imponitur ratione reditus, debet minui secundum reditum: quam sententiam magis communem dicit Decius cons. 335. ex qua consuluit, quod si conuenit inter ciuitatē, & eius villas, quod ciuitas solueret tertiam partem onerum, & collectarum, & villæ alias duas partes, & ita per multum tempus fuit obseruatum, sed currente tēpore diminutus est ciuium numerus, ita quod si tertiam partem collectarum soluerent, resultaret iniquitas, & maximum ciuium detrimentum, reduci debet cōuentio ad æqualitatē secundum præsentem statum, quod in simili iudicauit Senatus Pedem. in solutione gabellarum, vt per Thesaurum decis. 214. & in reductione emphyteutici reditus idem fuit decisum, vt per eundem Thesaurum d. decis. 120.

Ex quæst. sequent.

An altius possit pro debitore reditus offerre, & reditum redimere. n. 1. & seqq.

Creditorem ab extraneo in mora cōstitui, & periculo subijci posset num. 2.

Quemlibet extraneum posse credito-

tori

tori debitum offerre, & deponendo, & consignando liberare debitorem. n. 3.

Extraneum non posse petere solui, vel fieri, quod non sibi, sed debitori debetur. n. 4.

Fundo vendito sub redimendi pacto non posse extraneum sine mandato offerre, & emptorem in mora constituere. n. 5.

Reditus ipso iure desinit currere facta oblatione per extraneum, & consignatione resolvitur, & liberatur debitor. n. 6.

Et an possit extraneus revocare consignationem pro reditu redimendo factam. ibidem.

Extraneus offerens pro debitore reditus pretium & petens sibi cedi actiones à creditore, non auditur. n. 7.

Creditorem non compelli accipere rerum pignus, aut fideiussorem pro alio. n. 8.

Extraneus, qui debitoris negotia gerens reditum redimit, quatenus possit debitorem reditus convenire. 9.

L. nulla C. de solutionibus limitationes remissiue. n. 10.

Creditor reditus an teneatur cedere ius suum offerentibus correis, vel fideiussoribus, & aliis, quibus competit cedendarum ius. n. 11. & 16. & seq.

Creditor, quando teneatur ad venditionem nominis. n. 12.

Emptor fundi pro reditu specialiter hypothecati in Gallia personaliter convenitur pro reditu absque excussione. n. 13.

Redemptioni reditus inest revendito. num. 15.

Creditorem teneri correo, vel fideiussori, vel hypothecae possessori offerenti sortem cum reliquis cedere ius suum. n. 16. & n. 32. & seq.

Tertius hypothecati fundi possessor an possit suum fundum liberare solvendo ratam sortis & reliquorum ipsum fundum contingentem in utro creditori. ibidem.

Aequitas. l. in creditore de evictionib. n. 16. & 23.

Ius redimendi non solum in excipiendo, sed etiam in agendo consistere, & transire in singularem hypothecati fundi possessorem. n. 17.

Ius redimendi esse in bonis debitoris reditus ibidem, & n. 21.

Debitoris soluenti cedi posse a creditore contra usucaptorem, vel habentem ius posterius ab alio quam a debitore. n. 18.

Beneficium cedendarum non dari nisi contra eos, qui tanquam sibi debitum, & exigibile recipiunt, & ijs qui soluunt, quod a se, & ab alijs exigi poterat. numer. 19.

Creditorem reditus non esse creditorem, nisi quo ad exactionem reliquorum. n. 20.

Obligatio redimendi, quæ tacite inest contractui reditus luibilis. qualiter intelligatur. numero.21.

Creditor reditus respectu redemptionis debitor est.n.22.

Creditor quando teneatur de eiectione.n.23.

Casus, quo creditor reditus tenetur cedere ius suum fideiussori redimenti.n.24.

Nullo iure cautum esse quod creditor debitori cedere teneatur. num.26.

Creditorem teneri debitori suo si eius interest cedere.n.27.

Creditorem non solum teneri ad nudam suppressionem reditus, sed etiam ad cessionem sui iuris si opus sit, & petatur. numero.28.

Creditor reditus qualiter censeatur sortis creditor.n.29.

Conditio posita in voluntate debitoris, tunc impedit obligationem cum fertur in meram voluntatem, secus si voluntas non sit libera, sed certo casu restricta. num.30.

Nimiæ subtilitates æquitatem vulnerant, & non sunt in iudicibus admittendæ.n.31.

Nihil interest inter emptorem reditus ab antiquo constituti sub redimendi pacto acceptis prædibus eiectionis, & eum qui reditum nouæ creatum sub eodem pacto emit.n.32.

Tertius vnius ex pluribus fundis pro reditu hypothecatis possessor, an possit fundum suum liberare offerendo sortis, & reliquorum ratam in uito creditori.n.34.

An creditor chirographarius possit creditori reditus offerre, & cessionem petere.n.35. & 40.

Tertius possessor fundi pro reditu fructuario obligati, an possit reductionem petere ad pecuniam, vel cessionem, offerendo creditori.n.36.

Declaratur l 7.tit.15.lib.5.recopi. ibidem.

Et quid si quis detineat tantum, an possit offerendo cessionem petere a creditore reditus, numero.37.

Et quid si sit iniustus possessor, an teneatur creditor ei cedere.numero.38.

Explicatur ex l. Paulus. §. fi. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.nu.39.

Creditor chirographarius, si possideat, vel detineat potest offerendo redituali creditori cessionem petere pro conseruanda sua possessione, vel detentione non alias.n.41.

Licet creditor hypothecarius possit offerre alij etiam possidenti pignus, & illud auocare, non tamen id licet creditori non hypothecario, nec conuento. numero.42.

Decla-

Declaratur. l. mulier, qui pottores in pignore habeantur, numero 43.

Possessor iustus, cu detentor antea quam conueniatur pro reditus pensionibus, potest offerre creditori, & cessionem petere. numero 44.

Si creditor chirographarius, nihil possideat de bonis debitoris reditus, an possit offerre, & cessionem petere, eo quia propter reditus incrementum debitor non soluendo fiat. n. 45.

Et an creditor reditualis possit offerre primo creditori alterius reditus: ibidem.

Creditor chirographarius, etiam in diem, an possit offerre. vt fundum a suo debitore sub redimendi pacto venditum redimat. num. 46.

Tertius cuius pecunia reditus redimitur, an & quando subrogetur in locum, & priuilegium prioris creditoris reditus. nu. 47. & seq.

Cessionarius subrogatur in omnes ius & priuilegium creditoris reditus. n. 48.

Caueatur etiam si reditus fuerit super bonis maioratus, ciuitatis aut minoris, seu ecclesie constitutus, & non intercedat nouus Regis assensus, decretum iudicis, aut solemnitas ad alienandum necessaria. n. 49.

Subrogatio in locum prioris creditoris reditus qualiter fiat, nu. 50.

Subrogatio in locum prioris creditoris reditus super bonis maioratus, ciuitatis, minoris, aut ecclesie an fiat sine nouo Regio assensu, decreto aut solemnitate ad alienandum necessaria. num. 51.

Tertius cuius pecunia fuit reditus redemptus, non subrogatur in locum prioris creditoris sed actum non est tempore redemptionis. n. 52.

Reditus redimibilis ad rationem quatuordecim. constitutus superbonis maioratus, aut alienari prohibitis cum assensu Regio, aut solemnitate debita, an possit sine eodem assensu vel solemnitate ad rationem vigesimæ constitui. nume. 53. & seq.

Resolutio quæstionis. nume. 55. & seq.

Quando sors reditus augetur, & mutatur eius qualitas diuersus reditus constituitur. n. 56.

Quando sors reditus augetur, & non mutatur eius qualitas diuersus reditus creatur. n. 57.

Quando non augetur sors reditus, nec mutatur qualitas, sed vsque mutantur in leuiores, an fit diuersus reditus. numero. 58. & seq.

Reditus per quem contrahentes voluerunt a primo reditu discedere, si sit nullus an maneat prior reditus

reditus, & hypotheca, & fideiussores illius num.59.

Reditus redimibilis ad rationem quatuordecimæ superbonis libe.

ris constitutus, si reducitur ad rationem vigesimæ, an maneat idem reditus cum priuilegio hypothecarum & fideiussorum.n.61.

Quæstio. XVI.

De oblatione sortis, & reliquorum à tertio facta, & de cessione, & subrogatione in locum prioris creditoris reditus.

1 VIdendum nunc est, an alius possit pro debitore reditus offerre, & redimere, & pro parte affirmatiua est tex. in l. soluēdo de neg. gest. & in l. si pro me de solutio, vbi probatur hoc procedere etiā inuito debitore, sed quod etiam creditori inuito possit per quēcūque offerri, vt etiā in mora cōstituatur creditor, est casꝰ in l. qui de cē. §. sed quid si ignorāte de solutio. & in l. cum & post liminij. C. de captiuis. Inde decidit Ang. in l. tale pactū. §. post diuisionē per illū textū de pactis, q; etiā debitore cōuento potest quilibet extraneus offerre debitū pro eo, & impedire processum reditus nec potest dicere creditor, nolo q; soluatur, nisi per debitorē cōuentum, & licet nō clare probetur in illo tex. quia ibi offerens totū nō est extraneus, sed vnus ex hę redibꝰ debitoris: tamē clare, & diserte probatur in iuribus prælegatis, per quæ tenent omnes DD. ibi, & in l. obsignatione. C. de solutio. & in l. acceptā. C. de vsur. & vbiq; q; sicut ipse debitor offerendo cōstituit creditorem in mora, & deponendo, & cōsignādo liberatur ipso iure, ita si quiuis alius pro eo etiā sine mādato offerat, vel cō signet, pro quo etiā est tex. in l. 3. 2. ti. 12. p. 5. & quāuis Greg. ibi in gl. fi. dubitauerit, an inuito debitore possit alius pro eo soluere per. l. si pro te, ff. mandati: nulla tamen dubitatio est, quia etiā inuitus debitor ab extraneo soluēre liberatur, vt probat. d. l. soluēdo, ibi, *licet inuito, & ignorante liberat* eū. nec obstat. l. si pro te quia nō dicit q; debitor non liberatur inuitus, sed quod fideiubens pro presente & vetante nō habet mandati, aut negotiorū gestorū actionē. In contrariū autē videtur q; nō simus hic in terminis horū iuriū quæ loquūtur eo casu, vbi q; debetur dūtaxat offertur. Vnde si agereturde liberando debitore a reliquis præteritis, prædicta plane procederent, non autē quādo agitur de redimendo, & resoluēdo iure ipsius reditus: quia tunc, quod offertur, nō debetur: debitor enim non est obligatus ad redimendum, nec ad sortē, sed est ipse creditor: quia obligatus est pati redemptionem, & retinendere. vnde non solum nō sumus in terminis dictorum iurium, sed sumus in terminis oppositis, videlicet vbi

2 3 4

extraneus petit solui vel fieri, q̃ non sibi, sed alij debetur, in quo opposita regula est peti non posse. l. inuito C. de solutio. sic siquis vēdiderit fundum sub pacto redimendi, non potest extraneus absque mandato venditoris offerre nec in mora constituere creditorem, qui non tenetur nisi de mandato docenti acquiescere, & idem in retractu proximitatis tradit plenius scribens Tiraq. lib. 2. retract. §. 1. gl. 9. n. 258, cum seq. Quid enim si extraneus hic oblator ignotus est, & forte furatus est pecuniam oblatā vel numerando, aut consignando ab alio depositam, furtum committit, & numi extantes vendicabūtur per dominum, l. si filius familias. ff. si certum petat, vel si pecunia sit offerentis, & sit minor. 25 annis, vel ei bonis interdictum sit, poterit sibi per restitutionem, siue iure communi repetere pecuniam creditori solutam, etiam consumptam, vel etiam his cessantibus non obstante iudicis decreto, qui declarauit debitorem consignatione liberatum, repetere summam consignatam, & decretum eluforium reddere. Soluendo distinguēdum est, aut iste extraneus offerens non vult sibi cedi ius annui reditus, sed dumtaxat vult illud supprimere, aut vult cessionem iurium. Primo casu valet oblatio a tertio facta, & statim ipso iure desinit reditus currere, & vlgra facta ad recusationem creditoris debita consignatione, ipso iure resolutus est reditus, & debitor in totum liberatus: non tamen tenebitur creditor literas, seu instrumentum reditus (licet inane) restituere extraneo donec ostendat mandatum, nec illa consignare, sed sufficit si paratus sit ea instrumenta reddere debitori, vel habenti mandatum, & interim potest iudex constito de oblatione recusatione, & consignatione, declarare reditum resolutum. Verum est q̃ hæc iudicis declaratio parum operatur: quia implicat tacitam conditionem, si consignatione non reuocetur, prout creditore tamen tacito si est facta in iudicio reuocari potest a consignante, cum non sit acceptata per creditorem per notata in l. acceptam. C. de vsur. & hoc quando extraneus nomine proprio consignauit licet ad commodum debitoris, cui in casu, quo creditor acceptaret donatū volebat, alioquin iudex non debet permittere pecuniam reddi, nisi citato debitore cuius nomine consignatum est, & cuius esse pecunia præsumitur. Secundo casu quando offerēs vult sibi cedi, non debet audiri ratio quia primo casu oblatio resoluitur in veram solutionem, & meram liberationem, ideo habent locum iura pro prima parte citata, & eadem naturalis æquitas, vt alium pro eo soluendo liberare possimus. Secundo vero casu non esset liberatio, sed creditoris mutatio, & cogere eum ad vendendum ius suum, quod est iniuriosum l. nec emere. C. de iure delib. l. id quod nostrum de regul. iur. vnde cessant prædicta iura, & æquitas & locum habent opposita pro secunda parte adducta: hoc etiam captiosum esset debitoribus, quorum interest infensos nō mutare creditores, quos nonnunquā habent propicios. Huc accedit quod reditus quatuordecimæ super hæreditatis antiquis constitutus, non potest iure proximitatis retrahi inuito debitore, vt dixi lib. 1. quæst. 3. numero 11. ne forte cogatur incidere in manus auari, & intractabilis, qui forte prius denegauit quod debitor ab extraneo amico inuenit, similiter è contra nunquam creditor compellitur accipere vnum pignus pro alio l. si rem alienam. §. omnis de pignorat. act. nec vnum fideiussorem pro alio

etiam

etiã si alius eque idoneus offeratur, l. si ma[illegible] meo 45 §. 1. versatẽ si dum si mandauero vt optime per Vinc. l. 2. C. de rescind. vend. 2. p. c. 1. n. 21. & seq. ad primum casum non obstant præfatæ captiones creditoris, tũ quia non sunt verisimiles, ideo videtur facultationis causa allegari, quod si sit aliqua probabilis suspicio, non tenebitur creditor acceptare, sed ille recusare poterit, nec obstat, quod sua non interest, quia saltem pignoris pecuniæ incũbit, quia imo causari potest se velle eã statim vtiliter impẽdere, nec otiosum seruare aliud esse quam damnum, & periculum quærere. facta autem huiusmodi suppressione reditus, is qui soluit, vel cõsignauit, habet obligatum debitore ex gestione ad tam summam, & pro commodo gestionis dum taxat, vnde non potest eum cogere statim ad eam summam restituendam, nec ad aliquem reditum interim pendendum, sed ad eam summam dumtaxat, & particulatim, & commodis interim illis restituendam boni viri arbitrio, habita ratione personarum, & quantitatis, & facultatum debitoris, ita vt ea gestio non oneret, sed competenter releuet debitorem, iuxta l. sed an vltro de negot. gest. Sed quoniã multæ sunt limitationes ad d. l. nulla C. de soluto in quibus creditor tertio soluenti, vel offerenti tenetur iura sua, & actiones cedere, vt per Paul. in l. si res obligata de loga. 1. quas summatim tangit Alex. apud Bald. d. l. nulla & late Negusan. de pigno. 3. memb. 5. p. principali in prima parte illius membri, num. 26. ibi videas.

11 Dubitari potest, vtrum istis, quibus competit beneficium cedendarum puta correis, vel fideiussoribꝰ, vel possessoribus fundi specialiter hypothecati offerentibus, & redimentibus, teneatur creditor cedere ius reditus. Breuiter teneo quod sic sub nouo modificatione de qua dicemus in ista quæstione, & nisi in mere extraneo vt supra in principio eiusdem quæstionis. & quia hæc quæstio multa cõprehendit argumentor vtrimque, & primo videtur indubitanter q̃ creditor teneatur cedere ius reditus vna cum omni hypothecæ, & totius reditus iure l. fideiussoribus. l. cum his, qui l. si fideiussoris in fi. ff. de fideiussorib, l. cum alter. l. scripto. C. eod. l. cũ possessor de censi. vbi diserte dicitur, q̃ creditor tenetur ad venditionem nominis, & hoc videtur æquissimũ maxime quando is, qui petit cessionem urgetur ab eodem creditore ad solutionem vt quando creditor vnũ ex correis in solidum persequitur, vel bonæ fidei emptorem qui fundum specialiter hypothecatum ad reditũ sine oncre emit, qui secundum cõsuetudines Franciæ etiam personaliter sine discussione cõuẽiri potest, vt ait Boerius in consuetud. Bituricensibus tit. de consuetudine hypothecæ. §. 1. Chassanæus in consuetud. Burgundi, rub. 1. §. 6. in princip. a dditio ad Guidonem. q. 576, quamuis de iure sit secus regulariter Gutierrez. l. nemo potest. n. 53. de leg. 1. Moder Paris. in Labyrintho diuidui, & indiuidui, 3. p. n. 294. & in consuetud. Paris. 1. p. §. 111. n. 18. Si igitur is, fundi possessor, qui propensionibus reditus annui cõuenitur, vt sese eximat, forte cum reliquis offerat mediante cessione, videtur creditor teneri, & in mora constitui, nec currere deinceps reditum si recusset recipere cedendo. Secundo confirmatur, quia redemptioni inest reuenditio, sed ille creditor tenetur ad faciendum, & præstandum, vt a se redimatur, igitur reuendere teneretur, quia necessario inest tanquam correlatiuum. l. cum emptio. de rescind. vẽd. l. fi. de acceptilation,

& reuenditioni ineſt venditio: reuenditioni iure nominis ineſt ceſsio, & tranſeunt vtiles ſine alia ceſsione. l. 2. C. de action. & obligatio. l. ex nominis. C. de hæreditate, vel actione vendita. l. ſi cum emptore. de pact.

16 Tertio, quia creditor feneratorius tenetur correo debendi fideiuſſori, vel poſſeſſori ſortem cum reliquis offerẽti cedere nomen ipſum cum vſuris ipſis præteritis, & futuris cum hypothecis, & omni iure l. Paul. in fideiuſſoribus. & vt inquit, rex. in l. fideiuſſoribus. & in. l. cum his eodem tit. tenetur nomina ipſa cum omni iure ſuo vendere, cedere, & transferre. Igitur ad idem tenetur creditor iſte reditualis, cũ hi redit⁹ ſint veterũ illarũ vſurarũ ſuccedanei. Quarto per rationẽ & æquitatem. l. in creditore de euictionibus, quæ videtur locum habere ſaltem in emptore bonæ fidei fundi hypothecati, qui emit ſine onere, & nunc euincitur a creditore, a quo (quia a venditore ſuo nõ defenditur) redimit, ne & re ſua, vt pretio, & re cui ſu euictionis parum tute ſæpe, earear, & ſimiliter in fideiuſſore, qui ne perpetuo cogatur pro alio ſoluere redimit, & ibi petit cedi, neque enim videtur quod creditor hoc denegare poſsit, cum ſine vllo diſpendio, hoc

17 poſsit l. in creditore de euictionibus l. iure ſuccurſum de iure dot. Quinto, quia iſtud ius redimẽdi, cui obligatio reuendendi ineſt, non ſolum in excipiendo, ſed etiam in iure obligationis, & actionis conſiſtit, & ſic vere eſt ius ſubſiſtẽs, & in bonis debitoris prout eſt actio, ergo eſt in eius bonis l. rem in bonis de acquirendo rerũ dominio, ergo iſtud ius hypothecari poteſt, & eſt hypothecatum poſterioribus creditoribus poteſt etiam cedi ex regula generali l. fin. C. de hæred. vel actio. vend. & tacite tranſit, & cedi videtur in ceſsione, vel alienatione fundi ad talem reditum hypothecati, ſine cum onere, ſine ſine onere dicti reditus tranſeratur, & ſic fideiuſſor, ſaltem ſingularis ſuccedit rem æqui ſuis cum omni iure & pertinentijs, videtur habere cauſam a debitore in iure redimendi, & reuendendi, iuxta ea quæ diximus tit. lib. 1. q. 12. ad finem. Sexto, quia ipſi debitori ſoluenti cedi poteſt a creditore contra vſucapientem vel alium habentem ius poſterius ab alio, quam ab ipſo debitore, vt notãt glo. & DD. in l. vſucapio C. de pignor. & videtur quod creditor ad hoc teneatur, cum non habeat diſpendium arg. d. l. in creditore, & ſic q. teneatur cedere habenti ius, vel cauſam a creditore.

18

19 In contrarium arguentur, hunc creditorem indiſtincte nemini teneri reditum cedere, ſed ſufficere quod offerat pacti redemptionem, & ſuppreſsionem reditus, & cedere actiones pro reliquis præteritis, quæ ſibi ſoluentur, ſed pro ſorte, vel ipſo iure reditus nihil cedere tenetur, nec extraneo, nec correo, nec fideiuſſori, nec poſſeſſori pignorum, & probo quia etiam ſi totum corpus iuris ad hunc finem excuſſeris non inuenies hoc beneficium cedendarum fuiſſe introductum, nec datum, niſi cõtra eos, qui tanquam ſibi debitum, & exigibile recipiunt, & receperunt, & his qui quod ſibi in totum, ſue in parte ab alijs, & a ſe exigi poteſt, vel poterat ſoluunt, & ſoluerunt, ſed hic dum creditor ſortem iure redẽptionis accipere cõpellitur, non accipit, quod ſibi debetur, nec exigit, ſed exigitur & facit id ad quod inuitus teneatur, & cogi poteſt, & ſic non tenetur cedere

20 perentes actiones: quia nullo iure ea uetur, imo videtur ipſe iniuſtum: quia ſatis eſt debitorem id præſtare & facere, ad quod dumtaxat tenetur & hoc faciẽdo ſoluitur in totum omnis

nis obligatio militiæ quibus modis tollitur obligatio in princ. nec vltra quæ quã est exigẽdum. Porro iste creditor, non est creditor, nisi in quantũ concernit exactionem reliquorum præteritorum, quo ad futura enim incertum est debitum iri vt supra diximus lib. 1. q. 14. & q. præced. & sic pro præteritis, & debitis tantum possunt adaptari iura prædicta, sed non videtur posse adaptari in quantum idem creditor tenetur, & potest cogi reddere pignus quia hoc respectu, non est creditor, sed verus debitor, vt dictum est, cũque se obligauerit ad meram, & nudam suppressionẽ reditus reponendo ad statum, qui erat ante emptionem, & creationem reditus sequitur quod hoc faciendo omni obligatione eximitur, consequenter nullas actiones cedere cogitur, sed sufficit, quod res ad pristinum statũ redeat, quod etiam de se proclivius, & facilius est l. si vnus. §. pactus in fi. de pact. & sic non obstat primum secundum vero non obstat: quia illud reuendere, quod tacite inest, intelligitur secundum materiam subiectã, & sic de simplici suppressione, siue resolutione reditus, qui etiam nõ fuit creatus, nisi cum hoc onere, vt annullari, & resolui posset, & res ad priorẽ statum redire, certum est autẽ, quod quando ab initio appositum fuit pactum redimendi, non fuit intellectũ de alia translatione, quã de ista, per quam reditus extinguitur, & res ad priorem statum redit, non autem fuit intellectũ de translatione ipsius iuris permanentis. Igitur hoc eodem modo debet verbum reuendi tionis, siue tacitum, siue expressum intelligi, nec vlterius operari potest. l. non omnis in principio si cert. pet. Nõ obstat tertiũ quia loquitur quando fori debetur creditori. l. fin. in fi. C. de iur. dot. & cum conueniunt iura, quę loquuntur de cessione fienda à creditore, sed hic est oppositum quia ista respectu redemptionis, creditor nõ est nisi debitor. Ad quartũ própria est responsio quod. d. l. in creditore loquitur in eo, qui vendidit pignus iure creditoris, & sic licet non teneatur de euictione ex defectu iuris pignoratis. l. 1. per totum. C. credito. euictio. pigno. non deb. tamen tenetur præstare se creditorem fuisse, hoc est tenetur ad limites iuris pignoratitij, seu qualitatis in qua vendidit. Vnde tenetur omne ius pignoratitium, quale habet, si est efficax, saltem contrariã pignoratitiam, quã in omnẽ euentũ habet, contra debitorem, cedere emptori suo, eiusque indemnitati quã sine dispendio suo potest, consulere, & ad hoc emptori suo ex proprio cõtractu obligatus, & in hoc emptor sequutus est fidẽ vẽditoris sui, & plus creditor ad hoc tenetur etiã iure actionis. l. pen. de distract. pigno. & d. l. in creditore vbi ex. inquit quod ad hoc teneatur ex empto, sed in casu nostro creditor non est aliquomodo obligatus ad cõseruandũ fideiussore, vel possessorem indẽnem, & possessor non fuit in aliquo sequutus fidẽ creditoris nec etiã fideiussor, nisi in hoc q. creditor sorte cũ reliquis oblata, tenetur pari redẽptionẽ, & meră extinctionẽ reditus, igitur non tenetur ad cedẽdũ. Secus in eo, qui emit à Titio reditum antiquum redimibilẽ debitũ ab aliis, eidẽ Titio, sibique cauit nouis prædibus prædijsque pro securitate, & euictione venditionis sibi factæ per Titiũ: quoniã si sequutus, vel immineat euictione agat contra fideiussorẽ Titii, videlicet quẽ accepit a Titio, qui fideiussor, vt viuet inolestiam euictionis, & periculũ assignandi reditũ super bonis suis, redimit: tũc enim tenetur creditor cedere fideiussori actionẽ exẽpto, & omnẽ aliã actionẽ,

vel hypothecam, quam habet cõtra Titium, & cæteros primos primi debitoris fideiussores vel pignora ratione dictæ emptionis, & euictionis? Ratio quia illa euictio erat debita creditori peritum, qui perit cessionem, & redemptio est cõgrua satisfactio pro euictione, & sic omnis actio euictionis cedenda est satisfacienti per iura prædicta, quæ nunc conueniunt, sed in quæstione nostra nec euictio, nec redemptio, nec sors debetur creditori, sed dumtaxat debitor habet facultatem extinguendi reditum sorte cũ reliquis oblata, qua facultate, vel exceptione fideiussores quoque, & possessores pignorum vti possunt cũ sit exceptio realis, igitur non possunt excedere limites exceptionis, nec cessionem petere: quia non venit ex natura exceptionis, vel facultatis luendi, nec per prædicta iura. Ad quintũ fateor quod hæc facultas cõpetebat etiam per modum actionis: non tamen continuo est ius per se subsistens, & cessibile, nec est in bonis per se, & proprie, sed facit quominus dicatur esse in ære alieno, & abesse a bonis: non enim aliud est quam diminutio obligationis passiuæ, qua tenetur creditori quemadmodum dies, vel conditio obligationis, vel exceptio non petendi, non est proprie in bonis, sed facit, vt minus absit à bonis, idem si debitor habeat ius petendi, vel condicendi liberationem certo casu: quemadmodum enim ipsa obligatio passiua non potest cedi, ita nec eius accidentia, & qualitates, siue augeant, siue diminuant obligationẽ. Non obstat d. l. 6. C. de hæred. vel actione vendita, quia præsupponit materiam ad hoc idoneam, vt cedi possit, videlicet quando actio competit ad aliquod nobis dandum, vel faciendũ quod alij dari, vel fieri potest, vt etiã quando creditor deriuet fundũ luendum, secus quando nihil derinet, & actio competit ad liberãdum, vel nõ præstãdum in futurum: hoc enim cedi nõ potest. Igitur nec singularis successor potest in hoc causam habere à debitore. Ad sextũ respondeo nullo iure expressum haberi quod creditor teneatur cedere debitori, & quod non teneatur sentiunt Sabic. d. l. 1. C. de ijs, qui in prior. cred. loc. & expresse Anton. Negus. in tracta. pignor. 3. membro. 5. p. n. 43. cum seq. sed ne tandem nimis altercando veritas amittatur, aut ita intricetur, vt vix extricari queat, venio ad decisionem.

26

27

Dico igitur quod tota huius quæstionis difficultas, versatur in duobus punctis, primus an creditor iste reditualis ex vi contractus, vel obligationi, sit obligatus, non solum ad metã redemptionem, nudamque solutionem patiendam forte cum reliquis oblata, sed etiam ad cedendum, & transferendum iura si petatur, & petentis interfit. Secundus si forte non est ad hoc obligatus ex vi ipsa obligationis, an verum sit, & dici possit ipsa sors ipsa, vel quid mobile ei debeatur. vtrumuis sit, habeo intentum, sed ostendendo etiam vtrumque verum esse, igitur decisio indubitata: de primo sic fac debitorem decem reditus annui redimibilis pro centum quadraginta super quibusdam fundis suis in specie, & super omnibus bonis in genere vendere vnum ex fundis specialiter hypothecatis ad onus dicti reditus, id est, quod emptor teneatur illum soluere, & indemnem reddere debitorem, accidit emptorem grauatim soluere reditum ita quod sæpe debitor impetitur, & exigitur à creditore, debitor autem molestiam hanc merito subinde in singulis terminis ad indemnitatem agendi contra emptorem pertæsus, & exosus ma-

vult

vult redimere reditum, itaque credi tori suo sortem cum reliquis offert, petēs iura, & actiones sibi cedi, quod duplici consilio facit, tum vt eiusdē molestiam circuitus, & recursus sub inde importune suscipiendi, & inferendi: tum vt deinceps reditum ad commodum suum curret, verum teneatur creditor cedere? Accursius in simili variauit, &. l. 1. §. cum prædii de pignor. tenuit cedi non posse, nec si creditor etiam velit, sed in l. vsucapio. C. de pigno. tenuit cedi posse si velit creditor. DD. hac vltima illa reprobata, sequuntur, & volunt, quod non teneatur creditor debitori suo cedere, vt dixi, excepto solo Bart, qui subobscure tamen sentit creditorem cogi posse. d. §. cum prædium, & in l. Aristo. q. 3. quæres pignor. oblig. poss. Ego dico veritatem esse quod in casu nostro, vel similis æquitatis tenetur creditor etiā debitori ipsi (si eius interfit vt hic) cedere, probo per regulam, & æquitatem legis in creditore. ff. de euictionib. quia creditori nullo modo nocitura est, debitori vero profuturum, igitur cuici quod creditor non tantum est obligatus ad nudam suppressionem reditus, sed etiam ad eius cessionem, si opus sit, & petatur. Igitur hæc cessio iuste peti potest ab omni posteriore creditore, vel habente ius, vel causam a debitore: puta, si debitor primo vēdidit fundum Caio minori pretio ad onus dicti reditus. Secundo vēdidit domum æque hypothecatam Seio sine onere, sed integro pretio, qui Caius dictum pretium soluere, & indēnitatem præstare tenebatur, creditor autem subinde impetit Seiū forte vbi morantem, & viciniorem, cui grauius & molestius est identidē impeti, & impetere modo venditorem suum, modo Caium pro recursu suo, quàm reditum redimere, itaque sortem cum reliquis offert petendo cessionem iurium, & actionum, quibus præcipue vti intendit contra Caium, & ab eo reditum suo tempore, suaq; opportunitate exigere, prout Caius ad hoc tenetur venditori suo, id quod ad hoc onus emit, nonne hic adest manifesta æquitas d. l. in creditore, & oppositum est mera iniquitas. Igitur & huic tertio cedere tenetur simpliciter, videlicet tam contra debitorem principalem, quam contra Caium, & alios, quos ex re contingit. quod autem dixi debitore, qui vendit rem specifice hypothecatam illustrioris exempli gratia dixi propter consuetudines Franciæ, secundum quas possessor fundi specialiter hypothecati, potest in solidum sine discussione ad reditus continuationem conueniri personaliter, idem tamen quod debetur, & valet cessio secundum terminos iuris, videlicet cessante. d. consuetudine, vt si debitor hoc oneris vēdiderit fundū generaliter tantum hypothecatum deinde quia emptor lentus est in solutione reditus, debitor ne subinde semper impetatur, redimit, sibique cedi petit, hoc enim æquum est, & sua interest, & æque fieri potest, & sic creditor cedere tenetur, & hoc casu poterit cessionarius per simplicem hypothecariā cessam cogere emptorem suum ad solutionem reditus, vel dimissionem & subhastationē fundi empti, idque sine aliqua discussione ratione promissionis sue dicti specifici pacti in vēditione fundi appositi, vi autē dictę hypothecæ iure cessio præferetur omnibus aliis creditorib⁹, quibus cedens præferebatur, exceptis tamē illis, quibus ipse debitor ex pacto suo, vel eorū, quorū est hæres tenetur, idē si debitor non alienauit expresse, sed passus est vsucapionem fundi, quam tamen creditor quantū ad se semper

interc̃epit, vel quia creditor erat mi-
nor, vt supra vsq; venire potest. De se-
29 cũdo dico recte subiliter, & realiter
exercitando, & naturali sensu con-
siderando, quod in effectu creditor
huiusmodi, non est creditor reliquo-
rum, & continuationis reditus tan-
tum, sed etiam sortis plus non copu-
latiue, nec alternatiue, sed subiecti-
ue, vel analogice, patet quia cõtinua
tio reditus ei non debetur præcise,
sed nisi malit debitor sortẽ reddere,
& donec eam reddat, quæ obligatio
quasi similis est obligationi noxali l.
2. & per eorum de noxali. actionem l. mi
les. § decem. de regud. & illi, de qua
in l. si quis stipulatus fuerit de solutio.
vt enim illic, ita hic vnum est in obli
gatione, videlicet continuatio redi-
tus, alterum in solutione, videlicet re
stitutio sortis, quæ cum sit in libera,
& perpetua facultate debitoris obli
gatio continuandi non est præcisa,
nec stabilis, sed semper commutabi
lis, & resolubilis forte oblata, atque
ideo conditionalis, vt supra hoc lib.
quæst. præced. & sic licet restitutio
sortis non sit pure in obligatione, sul
tem est in obligatione conditionali
ter, videlicet si nolit debitor conti-
nuare reditum, sed obligatione exi-
30 mi. Nec obstat quod illa conditio est
in voluntate debitoris, & sic impedit
omnem obligationem etiam condi
tionalem l. stipulatio non valet de
verbor. oblig. quia verum esset si illa
conditio conferretur in meram vo-
luntatem debitoris, vel in liberum
eius arbitrium, secus quando volun-
tas non est libera, sed certo casu ad-
tringitur, & ad summũ licet dici pos-
sit debitorem nullomodo obligatũ
ad sortem formaliter, & distincte lo
quendo, tamen negari non potest,
quin effectiue, & conditionaliter sit
obligatus ad sortem, & quin hæc con
ditionalis, & effectiua obligatio sit

formaliter pars detractiua, vel mo-
dus, & diminutio obligationis forma
lis continuandi reditum, si ergo cre-
ditori offeratur sors, non dicetur of-
ferri, quod ei nullatenus debetur, sed
quod modaliter effectiue & condi-
tionaliter debetur. Præterea etiam sors
ipsa sit vera æstimatio, & pretium
apretiatum iuris continuationis re-
ditus, sicque in potestate debitoris of
ferre illud pretium, sequitur quod
nõ dicitur debitor redimens offerre
aliud a debito, sed veram, & cõnõ
tionalem æstimationem rei debitæ
pro redemptione debitam, quam re
pacto pro ea soluere, & offerre licet
ideo non est mirum si hoc respectu
creditor reditus dicatur (prout vere
dicitur, vulgoque habetur) creditor
& sic habent locum, & adaptantur
omnia iura de offerendo creditori
bus, & cessionem percipiendo. Rationes
31 autem in contrarium ad ductæ tum
mariæ subtilitates, quæ realitatem
vulnerant, vt inquit Bald. in rub. de
postu. prælato, imo æquitatem merito a iudicibus admitti non debent l.
sicut § si debitori, qui potior in pigne
32 habeam. Nec est verum, quod quan-
tum ad hoc sit aliqua bona, & effe-
ctualis differentia inter eum, qui
emit reditum redimibilem ab anno
quo constitutum, & accepit præter
euictionis, vt supra ista quæstione &
eum, qui emit a constituente de bo-
no sub prædibus, vtroque enim casu
idem ius reditus æqualiter adquirit
& eodem modo recuendere, & resti-
tuere tenetur, igitur pariter vtroque
casu cedere potest, & tenetur in casi
33 bus iuris. Præterea etiam interminis
iuris quod creditor teneatur non so-
lum extinctionem debiti pati, sed
etiam iura cedere, non solum in de-
bitis momentaneis, sed etiam in suc
cessuis etiam si sortem extinguere
non possit. Patet, sic fœneratorem

dilla-

dilationem restituendæ sortis de diſ-
se debitori donec vsuras soluere, seu
continuare vellit, vt in l. item quia in
fin. de pact. nunc fideiussor, vel iustus
possessor sortem cum reliquis offe-
rens petit cessionem, clarum est, q;
fieri potest & debet. l. fideiussor cũ
similibus. Igitur & in casu quæstionis
nostræ cum non sit in hoc dispar ra-
tio, quin etiam ipse debitor posset pe-
tere sibi cedi contra eum, qui emit
cum hoc onere, vel vsucepit, vt su-
pra diximus ista quæstione. Igitur eo
dem modo, & correi, & fideiussores,
& detentores, quorum iuste inte- 36
rest.

34 Sed quæritur, an tertius vnius ex
pluribus fundis pro reditu hypothe-
catis possessor possit offerre credito
ri ratam sortis, & reliquorum fundũ
contingentem, & ipsum liberare in
uito creditore. Breuiter respondetur
negatiue: tum quia creditor non te-
netur reditum scindere partem sor-
tis recipiendo, si aliud non conuenit
in creatione reditus, vt dixi libro 1.
decim. octaua quæstione supra: tũ
quia creditor non tenetur recedere
a pignore, nisi de toto debito fuerit
satisfactum. l. rem alienam §. omnis
de pignoratitia. tum etiam, quia qui-
libet fundus est obligatus pro toto re
ditu, & nisi debitum integraliter sol
uatur, pignus non recuperatur, nec
lui potest. l. 1. C. de luitione pign. Vn
de idem dicendum est in vno ex plu
ribus hæredibus debitoris, qui etiam
si velit partem debiti proportione hę
reditaria soluere, nec pignus, nec par
tẽ pignoris recuperat, quia pignus
nec actiue, nec passiue recipit diui-
sionem inter hæredes, vt inquit Bal.
l. 1. C. si vnus ex pluribus per text. ibi
tex. in l. si fertius pignori. l. hæredes,
§. idem iuris. ff. familiæ hercisc. und.
Gom. 2. tom. c. 10. num. 51. vers. non 37
infertur.

35 Vlterius dubitari potest, an credi-
tor chirographarius, id est qui hypo-
thecam non habet, possit creditori
redituali offerre, & cessionem pete-
re videtur quod non per tex. in l. cũ
tibi. C. qui potior in pignore habean
tur, vbi Bald. Salic. & omnes vbique
tenent, & late Anto. Negus. tract. de
pignor. 3. mem. 5. p. num. 6. nisi forte
secundum eos dem possideret, & con
ueniretur a creditore, quia tũc vt qui
libet possessor posset offerre, & ces-
sionem petere, quod intelligo quan-
do iuste voluntatem debitoris, aut
alias absque vitio possessionem na-
tus esset, & ita singularis successor
& possessor fundi, super quo prior do
minus frumentarium reditum impo
suerat minori pretio, quam ad ratio-
nem viginti pro vno potest petere
ipsius census reductionem ad pecu-
niam, & ad rationem. 14. pro vno iux
ta dispositionem l. Regiæ 4. & 7. tit.
15. recopil. & soluta sorte principali
potest reditum extinguere, & a cre-
ditore cessionem petere. Primum
patet ex eo quia iste fundi iustus pos
sessor succedit in ius venditoris ip-
sius reditus, & ita eodem iure, quo
illeuti debet, vt reditus reductionem
petat, regula qui in alterius, de regul.
iuris, & eadem ratione poterit redi-
tum extinguere, & redimere soluta
sorte principali, vt tradit Castel. l. 68
Tauri. num. 29. vers. quarto fallit, quẽ
sequitur Azeued. ad. l. 1. tit. 15. lib. 5.
recopil. n. 5. & diximus sup. 11. lib. q.
12. ad fin. num. 30. cum autem sit iu-
stus possessor poterit creditorem co-
gere ad cessionem iurium, & &
actionem aduersus principalem de-
bitorem si sua interest: quia fundum
liberum ab omni reditu comparauе
rit, & dicam infra eadem quæstione
num. 44.

Quæ diximus de creditore chiro- 37
graphario possidenti, quod possit

creditori redituali offerre, & cessionem petere, procedunt etiam inde tentore, puta si tantum detineat quis sed habeat ius detentionis contra debitorem, & dominum, licet non contra creditorem.

38 Secus si esset iniustus possessor, & hoc constet, quia tunc non putauerim teneri creditorem ei cedere, ita tenet Bald. in l. mulier per illum text. qui potio. in pignor. habeant. Paul. in l. si res obligata delegat. 1. licet Ant. Negus. in loco præallegato num. 20. & num. 21. late contrarium teneat per text. in l. Paulus in §. fina. quibus

39 modis pignus, vel hypotheca soluitur & male: quia dictus §. fi. non loquitur de cessione, sed de simplici oblatione ad extinctionem debiti: vnde nō debet extendi ad beneficium cessionis, casu quo esset vitiosus & iniustus possessor maxime si possessio ab eo possessorio iudicio auocari potest: tū quia non debet esse melioris conditionis quàm extraneus, qui non est in vitio, & tamen non potest, petere cessionem, licet posset soluere. l. nulla. C. de solutionib. Tum quia iure

40 non inuenitur datum hoc beneficiū possessori, nisi iustus sit. d. l. mulier. Soluendo dico veram esse regulam quod chyrographarius creditor licet posset offerre, vt quilibet extraneus, non potest cogere sibi cedi actiones Amplia non solum si creditor hypothecarius vnam summam semel soluendam prætēdit, sed etiam si debitum successiuum prætendat vt creditor fœneratius, vel reditualis. Fallit

41 primo iure exceptionis si sine vllo vitio possideat, vel iure detentionis si detineat, vt dictum est, & tunc diligenter aduertendum, quod aut creditori hypothecario debetur vna sūma semel soluenda tantum, aut debitum redituale, vel vsurarum. Primo casu si ille non agat contra hūc possessorem, vel detentorem non est locus huic oblationi, quod enim dictū est huic possessori, vel detentori non petere ius offerendi, & cessionem petendi, procedit ad conseruationem iustę possessionis, & detentionis dūtaxat. Vnde quandiu creditor istum omittit licet iste possit, vt mere extraneus debitum offerre, tamen non potest vllam cessionem petere, quod si voluntarie totum offerat, ita vt sibi iura cedantur, non constituit creditorem in mora, nec prodest debitori, quia creditor nō tenetur talem oblationem modalem acceptare, cū non teneatur ad modū, videlicet ad hunc

42 etiam offerenti cedendum. Probo: quia licet iure caueatur, quod creditor hypothecarius etiam non conuentus possit voluntarie offerre alij creditori, etiam pignus possidenti, & auocare pignus, & cessionem iurium l. 1. C. qui potio l. cum secundus de distract. pigno. l. 46. tit. 13. p. 5. tamē hoc non cauetur de possessore, nisi iusto, idque non simpliciter, sed ita demum si vrgeat eum creditor auocando rem sibi hypothecatam, quia tunc iustus possessor potest agentem excludere offerendo debitum, & cessionem iurium petēdo. Casus est singularis in. l. mulier qui potiores in pignore habeantur. Vnde si creditor

43 malit reum, hoc est possessorē omittere, & eum pati absolui ab obseruatione iudicij dumtaxat, quam solutionem recipiendo cedere actiones suas, non tenebitur cedere, nō enim tenetur huic possessori ad cessionem nisi causatiue videlicet si velit eum cogere ad soluendum, vel iusta sua possessione, aut iure retentionis desistendum. Quamquam enim nullus sit tx. in iure quo expressum sit iuste detinenti, & nullum ius retentionis habenti competere ius offerendi, & cessionem petendi, tamen quoniam

in eo

in eo est omnino eadem ratio, & æquitas sicut in possessore isto, ideo idem ius, &c. d.l. mulier, huc extendi debet, vt quemadmodum iustus possessor ad conseruationem suæ possessionis per viam exceptionis, seu defensionis dumtaxat potest, si impetratur offerre, & cessionem petere, & ad hoc actorem cogere causatiue, videlicet, vt vel recipiendo debitum iura cedat, vel molestare possessorem desinat, ita & iustus detentor ad con
44 seruationem iuris sui retinendi. Secundo casu quãdo creditor est vsurarius vel reditualis & sic quotidie augetur debitum, tunc puto quod iustus possessor, vel habens ius retentionis, nõ tenetur expectare sese impeti, & sic non solum per viam exceptionis, sed etiam per viam petitionis, seu persecutionis potest antecurrere, seu præuenire, & tali creditori offerre sortem cum reliquis petendo cessionẽ & ad hoc eum cõgere respectu sui in mora constituere, & ratio est: quia periculum est in mora, & ius exceptionis possessoris, vel detentoris, tempore fit, aut fieri potest deterius, cum maior deinceps summa erit offerenda, & sic puto quod iudicis officium implorando potest occurrere etiam creditore silente, & petere vt debitum recipiat, & actiones cedat, nisi malit saltem pro futuro tempore, hoc est respectu futurarum pensionũ hypothecam dumtaxat, & ius rem auocandi remittere: hoc enim oblato non interest possessoris, vel detentoris donec impetratur, & sic interim cessabit officium iudicis tanquam causæ periculi cessante: quemadmodum si pecunia semel soluenda debetur: alioquin glisscente periculo puto iudicis officio petenti iusto possessori, vel detentori subueniendum qui hoc casu videtur coactus, & impulsus accedere, nempe ad periculũ glisscens amoliendum, & sic non est minor æquitas, quam cum possessor, vel detentor impetitur. Facit quod compulsus videtur, qui timet, & potest compelli. Nouissime, quod falso tuto autor, & quod vbi periculum est in mora, multa conceduntur. l. de pupillo, §. si quis riuos, vbi Alexan. Ial. de operis noui nuntiatione, Alex in l. 1. in prin. colum. 5. & ibi Ial. colum. 2.
45 Decius col. 19. de offic. eius cui mandata est iurisd.

Sed quid si creditor chyrographarius nihil possidet, vel detinet de bonis debitoris, & sic non habetur interesse ad conseruationem iuste possessionis, vel retentionis, quam non habet, an possit causari sua interesse, quia propter incrementum reditus vel usuræ debitor efficitur non solue do. Fac debitorem non habere in bonis nisi fundum ferentem centum annua, vel non habere nisi mobilia ad summum mille quingenta, debere vero Caio sub hypotheca centum reditus ad rationem quatuor de cento & Titio sine hypotheca ducenta semel soluenda, & sic futurum est, vt currente die breui absorbeantur bona debitoris nec superfit vnde Titio solui possit. Et quid si debitum Titi, est in diem, & sic interim discutere nequit debitorem, nec ea pignorationis, & distractionis sibi consulere, vt de bonis debitoris mature Caio, deinde de reli[illegible] sibi satisfaciat. Non est dubium quin possit forte cum reliquis oblata, reditum supprimere, vt quilibet extraneus, supra hac quæstione. Sed iusta ne causa hic est, vt petere possit Titium cogi cedere actiones, & iura sua, alioquin sibi iniuria, eumque id fine iniuria cedentis, & eius, contra quem cedi-
tur fieri possit, certe hæc duo per se non sufficerent ad cessionem exigendam, vt patet in meto extraneo l. nu-

la. C. l

la. C. de solution. Sed quia hic plura etiam alia concurrunt, videlicet, q. Titius non est omnino extraneus, cū sit iustus creditor forte ex causa liberali, & officiosa mutuat: qui a non mere voluntarie venit ad hanc oblationem, sed necessitate compulsus ne perdat debitum suum. Tum quia nō certat de lucro, vt mere extraneus, sed de damno vitando, & sic Caius naturali, & ciuili æquitate facere tenetur, quod sibi non nocet, & alteri ex iusta causa de damno vitando certanti prodest, facit. l. in summa. §. quā quam de aqua pluuia arcenda. in cre ditore in fin. de cuictionib. Tum quia habet iustam causam a debitore, cui competit ius redimendi, & cessionis supradiximus ista quæstione: cū licet non habeat hypothecam, tamen tempore, & loco habere poterit pignus prætorium, vel iudiciale, quod non erit quantum ad istud minoris efficacie per supradicta de iusto possessore, vel detentore. Igitur omisso circuitu ad hoc alias requisito, prout omitti debet vbi periculum est in mora, & æquitas suggerit vt hic, puto his cognitis satis iustam causam esse, vt Caius tueatur, & cogi debeat Titio in ius accedere, vt enim maxime deficiat casus legis scriptus, non tamen deficit legalis æquitas, quod ex toto negotio colligitur l. bona fides. ff. depositi. Idem dicendum erit in secundo creditore hypothecario qui eisdem rationibus poterit offerre primo creditori reditus, & ab eo cessionem petere de quo in quæstione seq. nume. 11. hic. C. de his qui in priorum creditorum locum succedunt. l. cum secundus de distract. pigno. Similiter dico quod creditor etiam chyrographarius, de quo non est dubium quin discussione facta, & ordine seruato, possit forte oblata cogere eum, qui fundum debitoris emit sub pacto redimendi ad reponendum fundum in bonis debitoris licet mittere extraneis non possit, vt supra hac quæstione dictum est: tamen si debitor non habeat alia bona, & periculum est in mora, vt quia tempus redimendi expirat, potest creditor etiam chyrographarius, etiam indicem, etiam iniuste, vel absente debitore iudicis officium implorando, realiter offerre, non vt sit, tum cogat emptorem in ius ea petere sortem, & restituere fundū, sed vt interim inferri mpatur curia temporis redimendi, donec, & sub hac conditione, si causa cognita appareat de iusto huius debito, & debitorem alias non esse soluendo, vt sic ex nunc ea facultas fundum redimendi ius in pignus prætorium, vel iudiciale deduci debeat ad commodum enim eius qui sine alterius damno de damno vitando certat, denique periculum est in mora, æquum est circuitus non expectari, sed præueniri. Quod faciunt, quod creditor etiam non habes hypothecam si alias debitor est certus non soluendo potest carere emphyteuticum, domino directo, etiam debitore inuito ad impediendum communem illum offerre, quod in creditore hypothecario sentiunt Bart. Bald. Angel. Salic. in l. lex vectigali de pignor. ib. per illum text. qui tamen non probat, sed in se verum est, vt probat Paul. Modernus in consuetud. Paris. 2. p. §. 62. nu. 92.

47 Illud præterea inquirendum est, an tertius cuius pecunia creditori reditus sors cum reliquis persoluta est, succedat in locum creditoris, in ius reditus, & hypothecam cum prælatione posteriorum creditorum. Et quid si reditus fit constitutus superbonis maioratus, aut super bonis ciuitatis cum Regis assensu, aut super bonis minoris cum iudicis decreto, aut sine eodem assensu Regio, aut sine

decreto,

decreto posſit tertius cuius pecunia creditori fors & reliqua persoluantur in locum creditoris subrogatur? In hac quæstione sunt casus aliquot distinguendi.

48 Primus casus quando creditor reditus cedit ius suum, & actiones tertio qui sortem eius reliquis ipsi solutam quamuis creditor extraneo offerenti, & soluere nō teneatur cedere l. nulla C. de solutio. & supra hac quæstione diximus tamen si ipsi cedat, cessionarius in eius locum subrogatur, regula qui in ius de reg. iur. in 6. Idem si coactus cedat, quia secundus creditor ei obtulit & soluit sortem cum vsuris. l. cum secundus de distract. pigno. l. si potiores. C. de his qui in priorum cred. locum, & dicam infra quæstione seq. Amplia

49 etiam si reditus sit cum Regia facultate super bonis maioratus, aut publicis, aut ciuitatis constitutus, vel super bonis minoris, aut ecclesiæ cum decreto & debita solemnitate, quia etiā sine Regis assensu, aut decreto & solemnitate potest creditor ius suum in tertium per cessionem transferre, vt per Molinam de primogen. lib. 1. cap. 10. numer. 27. vers. quod etiam, vbi hoc intelligit quando ante [illegible]tionem factam creditori re[illegible]us, vel in ipsa solutione, vel in continenti post factam solutionem cessa sint actiones: tunc enim cessionarius in locum cedentis subrogatur, & ius prioris creditoris consequitur. l. Modestinus. ff. de solutio. l. Papinianus vbi gloss. & DD. ff. mand. l. 11. tit. 12. p. 5.

50 Secundus est casus quādo tertius dum soluit creditori, aut debitori reditus pecuniam credit, vt sortem cū reliquis creditori soluat, paciscatur, vt soluatur creditori, & ipse in ius & hypothecas reditus eidem creditori succedat, & tunc tertius consequitur omne ius creditoris reditus, vt probat

51 in. fin. l. 1. C. de his, qui in priorum credito locū succedit ibi. *Hoc enim tunc obseruatur cum is qui pecuniam posteriori debitori pacto credit, vt id pignus ei obligetur, & in locum eius succedat.* l. si pecuniam C. de priuilegio fisci. l. 3. 4. tit. 13. p. 5.

Quod ampliabis, etiam si reditus sit cum Regio assensu super bonis maioratus, aut ciuitatis, aut alias alienari prohibitis, vel super bonis minoris cum decreto iudicis, aut super bonis ecclesiæ cum solemnitate debita cōstitutus, & sine Regis facultate, aut decreto iudicis & solemnitate fiat huiusmodi conuentio: quia nihilominus ille cuius pecunia solutū fuerit creditori, in eius locum & ius succedens eundem reditum consequetur: nam isto casu non imponitur, nec creatur nouus reditus super bonis maioratus, aut prohibitis alienari, sed reditus antiquus in nouum creditorem trāsfertur, quod fieri potest sine nouo assensu Regis, vt dele tex. in l. pater filium in fi. seu pignori ga. 3. ibi, *prædi*, & ibi, *filius prædia ponere pater obligata reliquerat dimisso hereditario creditore, nomis noui creditoris a priore in sequentem creditorem pignoris hypothecæ vel nomine transtulit, quæsitum est an pignus recte contractum esset. Respondi secundum ea quæ proponerentur recte contractum.* l. si pupillorum. §. fi. ff. de rebus eorū ibi, *item videndum est an & obligare ei rē possit & dicendum est, si eandem sortem acceperit nec grauioribus vsuris. valere obligationem vt ius prioris creditoris etiam ad sequentem transeat.* quā sententiam in terminis probauit Molina supra. d. c. 10. vers. sed quamuis quem sequitur Peregrinus de fideicommissis articulo. 40. num. 31. vers. octauo quæro. & vltra eos eandem sententiam tenet Marinus Freccia

in

in tracta. de iud. quæst. lib. 2. quæstio 30. ver. sine obligat. text. vbi dicit quod quando assensus Regius est realis, & præstitus super re quæ durat alienabilis propter primū assensum, potest secundus creditor cuius pecunia primo creditori fuit soluta, subrogari in locum primi sine nouo assensu per iura superius relata.

§ 2 Tertius casus est quando creditor redditus fuit soluta sors cū reliquis, & reditus redemptus, & extincti simpliciter sine pactione, vt tertius cuius pecunia redemptus est, succedat in locum & ius prioris creditoris subrogaretur? tunc enim iam solutione facta, & ius creditoris perempta sunt, nullatenus ille cuius pecunia redemptio facta est, potest consequi ius, & locum primi creditoris, nec si bona hypothecata sint maioratus, minoris, vel ecclesiæ potest postea ipsi obligari absque noua Regis facultate, decreto, aut solemnitate debita, quod etiam probat, text. in l. si pecuniam, C. de iure fisci. d. l. Molina d. n. 2 qui in priorum cred.

§ 3 Quartus casus est. vero. si reditus fuit super bonis priuatis, aut super bonis publicis ciuitatis, minoris, vel ecclesiæ cū assensu Regio aut decreto iudicis & solemnitate consueta constitutus ad rationem vnius in quatuor decim, postea vero possessor maioratus, aut ciuitas, vel tutor, aut ecclesiæ prælatus sine Regia facultate, decreto, aut solemnitate conuenunt cum creditore reditus, vt deinceps sit constitutus ad rationem vnius in viginti cum eodem redimendi pacto, aut conuenūt cum tertio vt credat pecuniam qua sors creditori soluatur, & ipsi tertio super eisdem hypothecis maneat reditus constitutus ad rationē vicesimę, & dubitatur an ista subrogatio valeat sine Regia facultate decreto & solēnitate in præiudicium posteriorum creditorum, hanc quæstionem ex tota vidi acta controuersiam in hoc Pinciano Senatu. Et pro parte affirmatiua primo vrget tex. in d. l. § pupillorum, § fi. ff. de rebus eorum vbi probatur, quod quamuis tutor non possit sine iudicis decreto hypothecare bona pupilli l. 1. § fi. l. fi. fundus § quamquam ff. eod. tit. l. eos qui C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt, tamē si iudicis authoritate pupilli bona sint obligata pro sorte, & vsuris, potest tutor mea pecunia priori creditori soluendo, eadem bona pro eisdem sorte, & vsuris mihi obligare sine decreto, ita vt ius prioris creditoris ad me transeat, igitur in nostro casu ciui reditus fuerit super bonis maioratus, aut alienari prohibitis assensu Regio, aut debita solemnitate constitutus, potest absque Regis licentia, aut solemnitate aliqua in cuius transferri cuius pecunia primo creditori persoluta fuit, Secundo quia hic redimus in nouum creditorem translatus nō est diuersus, sed idem, qui antea erat impositus super bonis, & primo creditori debitus non enim creatur de nouo, sed transfertur in aliam personam nouum creditorem, vt inquit tex. d. l. in § nouum creditorem, vt inquit tex. d. l. in § illorum, § fi. ibi, *vt ius prioris creditoris eius ad sequentem transeat* d. l. 1. C. de iis qui in priorū cred. locum ibi, *& in locum eius succedat*, l. 2. C. eod. tit. ibi, *& iure priuilegio eius succedat ille, & eius locum, cui pecuniam numerasti, consequatur esse.* Hypotheca etiam isti secundo creditori per subrogationem quæsita est eadem quæ primo creditori competebat, vt tenuit Cinus contra glo. ibi in d. l. 1. C. de iis qui in priorum cred. locum succed. vbi sequitur Salicet, Bart. in l. Arist. colum. fin. ver. quæro ergo. ff. quæ res pigno. oblig. possunt sequitur Negusantius de pignoribus

5. p. membro 3. nume. 16. igitur cum permaneat idem ius reditus, eadem hypotheca, non est necessaria Regis facultas, nec iudicis decretum, aut solemnitas, & hic nouus creditor debet gaudere priuilegio & prælatione prioris creditoris dimissi. Nec refert quod varietur usura, & cum antea solueretur ad rationem quatuordecimæ nunc ad quinquuncem hoc est vnius in viginti soluatur, quia satis est quod eadem sors, & qualitas redimibilis reditus permaneant, & usuræ non mutantur in grauiores, sed in leuiores, & hoc est quod considerat text. in. d. l. si pupillorum. §. fin. ibi. *Si eandem sortem acceperit, nec grauioribus usuris valere obligationem*, & cũ hæc pensionis diminutio fiat in vtilitatem bonorum obligatorum reditui & aliorum creditorum imputare non possunt ex quo lucrum sentiunt, l. cum in fundo mariti. §. quod si mulier. ff. de iure dotium dixi supra. q. 14. num. 8. hoc lib. Tertio quia sicut per cessionem potest reditus transferri in cessionarium, potest etiam per subrogationem iuris in subrogatum soluenti primo creditori transferri. d. l. 1. & sequent. C. de his qui in priorum credito. locum succed. vbi probatur quod qui primo creditori soluit eo pacto, vt pignus ei obligetur, & in locum eius succedat, subrogatur in omne ius prioris creditoris, ac si ipsi cessum esset. d. l. 1. & l. 34. tit. 13. p. 5. Sed per cessionem sine Regio assensu decreto, aut solemnitate potest reditus tranferri in cessionarium eo pacto, quod non exigat à debitore reditum quatuordecimæ, sed vigesimæ, ex his quæ supra diximus ergo etiam poterit per dictam iuris subrogationem reditus transferri absque facultate Regia decreto, & solẽnitate eodem pacto, vt pensiones soluantur ad rationem vnius in viginti. Quarto, quia quamuis in hac subrogatione & translatione reditus fieret nouatio prioris cõtractus, adhuc manerent obligata bona & hypotheca-
ta reditui cum priuilegio prælationis posteriorum creditorum competenti primo creditori, nam licet nouatione contractus soluantur, & liberẽtur hypothecæ. l. nouatione. ff. de nouatio. si tamen in nouatione expresse conuentum fuit vt hypothecæ prioris obligationis essent repetitæ in obligatione nouante: tunc sustinẽtur hypothecę etiam si fiat nouatio. l. 1. in princ. C. etiã ob chyrographar. pecun. l. solutum in princ. de pigno. actione. & glo. & DD. d. l. nouatione imo hypothecæ censentur repetitæ cum priuilegio prioritatis, ita quod sicut creditor in priori obligatione erat prior alijs creditoribus, sit etiam prior in obligatione nouata in qua primæ hypothecæ sunt repetitæ. l. creditor acceptis pignoribus, vbi Bart. l. si prior. ff. qui potior in pigno. hab. Fanus de pigno. 6. part. 3. membro. num. 2. & nume. 7. Quinto, quia etiam in materia exorbitanti virtute subrogationis, quod dicitur in vno extẽditur ad alium eius loco subrogatum. l. libertum. §. Senatus consultũ de ritu nup. Anton. de Butrio. c. fi. de consuetud. Iaſ. l. 1. col. 2. ff. de vulga. Chaſſaneus cons. 22. nume. 22. ergo etiam si bona hypothecata sint prohibita alienari, & reditus sit cum Regis licentia, aut iudicis decreto constitutus, poterit absque eisdem licentia, vel decreto in alium creditorem transferri, & hic subrogatus idem ius reditus, & hypothecam cum eadẽ prælatione consequetur.

54 In contrarium quod reditus hoc modo constitutus ad rationẽ quincunc is, seu leuioris vsuræ non valeat super bonis maioratus, aut ciuitatis absque Regio nouo assensu, aut super bonis

bonis minoris absque nouo iudicis decreto, nec in præiudicium aliorũ creditorum habẽtium posteriores hypotheças. Probatur primo, quia hic reditus ad rationem vnius in 20. diuersus est a reditu quatuordecimęan tea cum Regia licentia, aut decreto constituto, nam in venditione reditus dantur merx, & pretium: merx quæ venditur est ius percipiendi pensionem singulis annis: pretium est sors, seu pecunia qua ius illud emptũ est: in hoc casu quando reditus constitutus ad rationem quatuordecimę redimitur, & imponitur ad rationẽ vigesimæ, quamuis pretium, seu sors non mutetur, mutatur tñ merx ipsa, dest ius percipiẽdi reditũ: patet quia aliud est ius percipiendi quatuordecimam, aliud ius percipiendi vigesimã, sicut sunt diuersa quatuordecim, & viginti. Igitur contractus hic diuersus est a primo, & per eum recessum est a priore contractu, & noua emptio interce sisse videtur, vt inquit tex. in l. pacta conuenta in fine principij. ff. de contra. empt. ergo non valet secundus contractus reditus sine nouo assensu, aut decreto, nec in præiudicium creditorum. Secundo, quia primus reditus redemptione fuit extinctus, & bona ab eo libera permanserunt, & resoluta venditione ex re uẽdendi pacto reditui adiecto in pristinã causam res reddit, vt dicit text. in l. voluntate. §. fi. ff. quibus mod. pig. vel hypo. soluitur, cum traditis a Tiraquel. lib. 1. retractus. §. 19. glo. 2. Vincen. de Franch. decis. 39. Nec potest hic secundus creditor subrogari in ius iam extinctum redemptione, vt alias dicitur in l. Modestinus. ff. de solutio. Tertio facit. l. 1. §. si quis simpliciter vers. cum adijcitur, ff. de verbor. obliga. vbi probatur, quod cum aliquid adijcitur vel detrahitur antiquæ obligationi, censetur noua obligatio, sed hic detrahitur obligationi reditus quasi in triplo, igitur noua est obligatio reditus, & per consequens nulla, vt pote sine solemnitate necessaria ad obligandabona alienari prohibita. Quarto, quia primus reditus Regio assensu, aut decreto fuit constitutus: assensus autem Regius non extenditur de persona ad personã, nec de re ad rem, vt per Vincen. de Franchis decis. 105. num. 5. & decisio. 71. num. 16. nec iudicis decretum extẽditur. l. si pupillorum. §. si Prætor. ff. de rebus eorum, ibi, *& mea fert opinio eum qui aliud fecit quam quod à Prætore decretum est nihil egisse:* ergo nõ potest extẽdi decretum, aut assensus de reditu quatuordecimæ ad reditũ vigesimæ. Quinto, quia sicut non potest vendi vnum prædium maioratus, vt eius pretio aliud loco illius subrogetur absque Regio assensu, vt per Molinam lib. 4 c. 6. num. 26. de primogenita non potest extingui vnus reditus, vt alius illius loco constituatur super bonis maioratus sine eodẽ assensu. Sexto, quia reditus leuioris vsuræ tardius redimitur, qua ratione dici potest maioratui onerosior. Vnde facultas Regia imponendi reditum quatuordecimæ extendi non potest ad reditum vigesimæ, vt in simili considerat Freccia in tractatu de sub feudis lib. 2. q. 32. vbi in ea. q. an feudũ cum assensu Regio obligatũ creditori, possit sine eodẽ assensu alteri cuius pecunia liberatur, obligari, respondet negatiue, & reddens rationem, numer. 2. inquit, quod licet feudum non alienetur ex toto per venditionem vel adiudicationem, citius forte feudum esset recasurum ad dominum magis vno possidente quam alio, & hoc interest. Et quamuis ea decisio difficultatem habeat: quia ibi sola creditoris persona mutatur non debitũ, at in nostro casu nõ

tantum

tantum persona, sed etiam debitum variatur, vt supra dixi. Septimo, quia l.1.C de his qui in priorum cred. locum succed. cum alijs in contrarium adductis procedunt, & locum habēt quando nomen debitoris cum eadē qualitate ab vno in alium creditorē transfertur, sed in hac hypothesi agitur de transferendo diuerso nomine debitoris, & diuersę qualitatis, & subrogatum non sapiæ naturam eius in cuius locum subrogatur, quando subrogatum est diuersæ qualitatis. l. 1. §. siquis autem de successo. edicto. l. cū in fundo. §. si fundus de iure dotium. Alex. cons. 106. num. 17. lib. 3. Menochius cons. 168. n. 22. lib. 2. Franc. Beccius cons. 101. n. 59. Quid dicēdum?

55 Arbitror hos casus distinguendos esse.

56 Primus casus quādo sors reditus augetur, & mutatur eius qualitas: quia cum esset redimibilis, & ad rationem quatuordecimæ constitutus, augetur sors, & idem reditus fundatur irredimibilis ad rationem vnius in 20. vel 25. & tunc est omnino diuersus contractus ex. d. l. pacta conuenta, nec valet sine Regio assēsu super bonis maioratus, aut super bonis publicis, nec sine decreto super bonis minorum. Nec ille cuius pecunia prior reditus redimitur subrogatur in locum prioris creditoris, nec fideiussores prioris reditus manent obligati ad secundū reditum. l. nouatione. C. de fideiussoribus.

57 Secundus casus quando sors augetur, sed non mutatur qualitas prioris reditus: quia cū esset redimibilis ad rationem vnius in. 14. constitutus, & solueretur vnus aureus pro. 14. debitor acceptis alijs sex aureis eundem vnius aurei reditum imponit ad rationem vigesimæ cum pacto, quod restitutis. 20. aureis redimi valeat, tunc etiam diuersus est reditus, & idem dicendum est, vt in primo casu.

58 Tertius casus quando non augetur sors, nec mutatur qualitas reditus sed mutantur vsuræ, seu pensiones; quia cū esset reditus redimibilis ad rationem quatuordecimæ impositus super bonis maioratus, aut alienari prohibitis reducitur ad rationem vigesimæ in eadem qualitate redimibilis. In hoc casu refert quid contrahentes agant, aut enim volunt noua re priorem contractum, quia id expresse dicunt iuxta. l. fi. C. de nouatio. vel euidentibus coniecturis constat voluisse nouare, ex quo etiam hodie inducitur nouatio, vt cum communi resoluit Menochius de præsumptio. lib. 3. præsumptione. 134. numer. 36. Greg. l. 15. tit. 14. partit. 5. gloss. fin. ad fin. & tunc nouus reditus constitutus ad rationem vigesimæ non valet sine nouo assensu, seu Regia facultate, vel nouo decreto, & solemnitate ad alienandum hypothecas necessaria, quia primus assensus non extenditur ad hunc secundum contractum vt supra diximus. Sed hic obiter quæritur, an in hoc casu maneat creditori prior reditus ad rationem quatuordecimæ: Et an fideiussores prioris reditus maneant liberi per nouationē? Breuiter dicendum videtur, quod prior reditus adhuc subsistit, nec fideiussores illius liberantur: quia quando secundus contractus, per quem contrahentes voluerunt nouare primum, est nullus, & inualidus tunc per secundum non dicitur recessum a primo, vt in regula non præstat de reg. iuris in. 6. &. l. sancimus. C. de testament. & in. l. siquis ante. §. siquis conduxerit de acquirenda, possessione per Alexand. consilio. 193. numero. 4. lib. 6. Purpuratum. l. pacta nouissima. numero. 14. C. de pact. sequitur Menochius

dicta præsumptione. 134. numero.
60 45. Aut nullum primum contractum nouare, & hoc apparet: quia contrahentes in secundo contractu adiecerunt clausulam, *sine præiudicio priorum iurium*, qua non confetur à priori contractu recessum, vt respondit Gratus consilio, 26. numero. 6. Rota Romana decisione. 738. numero. 1. in prima parte in nouissimis Menochius vbi supra, numero. 44. vel quia verba contrahentium non sunt apta ad nouationem, verbi gratia, si dixit creditor reditus debitori, 61
eundem reditum quem debes ad rationē vnius in. 14. volo emptum habere primo contractu, sed ad rationem vnius in, 20. vel volo, quod deinceps solues vigesimam sortis quam tibi dedi pro reditu, & reliquum pensionis remitto: tunc enim non videtur contractus renouatus ex doctrina Bart. in. l. iuris gentium §. adeo. ff. de pact. vbi dicit, quod si vendidi rem pro viginti, deinde dixi emptori volo, quod rem emptam habeas prima emptione & remitto tibi decem, vel emptor dicat primæ emptioni addo decem, non dicitur renouatus contractus, quod dicit vtile ad sciendum ex quo contractu agatur, & ex quo solui debet gabella. idem tenet Paul. ibi, numero. 2. in fine Alexand. numero. 6. cum ergo sit idem contractus non est necessarius assensus nouus nec hypothecæ, nec fideiussores reditus libe rantur, sed integrum ius creditoris saluum permanet quo ad omnia pensionibus tantum diminutis. Idem dicendum erit eisdem terminis retentis, si possessor maioratus cui Regia facultate sit reditus impositus ad rationem quatuordecimæ, conueniat cum tertio, vt sibi pecuniam credat, qua reditum a creditore redimat, & ipse tertius in eodem reditu subrogetur, cum eisdem hypothecis, & prædibus, diminutis tamen pensionibus ad rationem vnius in 20. vel si tutor, vel Prælatus ita conueniant, tunc enim is tertius cuius pecunia primo creditori solutum fuerit, absque nouo Regio assensu, decreto, aut solemnitate in locum primi creditoris subrogabitur; nec fideiussores liberabuntur, ex d. l. 1. C. de his qui in priorum cred. locum succed. & Bartol. d. §. adeo & aliis supra relatis.

Quintus casus: quando reditus constitutus est super bonis liberis quorum alienatio prohibita non est, ad rationem quatuordecimæ cum libera redimendi facultate postea vero debitor reditus conuenit cum creditore, vt deinceps sit constitutus ad rationem vnius in viginti cum eodem redimendi pacto, aut conuenit cum tertio, vt credat pecuniam, qua creditori soluatur, & ipsi tertio maneat reditus eiusdem sortis constitutus ad rationem vigesimæ super eisdem prædijs, & prædibus, & quæritur, an teneat subrogatio in præiudicium aliorum creditorum, & fideiussorum. Et similiter hoc casu refert quid agant contrahentes. Aut enim nouatur prior contractus, & tunc reditus secundus valet de constituitur, sed fideiussores prioris reditus liberi permanent, nec obligantur ad secundum. d. l. nouatione. C. de fideiussoribus. Aduerto tamen quod hypothecæ prioris reditus manent pro secundo reditu obligatæ etiam cum priuilegio prælationis priori creditori competente: nam licet verum sit quod nouatione contractus extinguātur hypothecæ iuxta l. nouatione. ff. de nouatio, tamen si in obligatione nouante expresse conueniat quod pignora prioris obligationis sint repetita, tunc manent

eadem

eodem pignora & hypothecæ, vt in l. 1. C. etiam ob chyrographa pecun. & supra dixi in 10. hypothecæ cēsentur repetitæ in obligatione nouante etiam cum priuilegio prioritatis. d. l. creditor acceptis pignoribus. & l. si prior. ff. qui potior in pigno. habe. Aut non nouatur prior contractus, & tunc non solum hypothecæ subsistinē tur, sed etiam fideiussores obligati permanent ad reditum vigesimæ, quia idem est contractus, nec fideiussores causari possunt, quod pensio reditus sit diminuta, cum id, cedat eorum lucro, & minus grauentur leuioribus vsuris, nec reditus onerosior efficitur, sed leuior cum quatuordecima in vigesimam commutatur. Nec dicatur, quod reditus vigesimæ cum sit leuior difficilius & tardius redimetur à debitore, quia fideiussores non possunt debitore cogere, vt redimat vt dixi supra hoc libr. quæst. 13. & si debitor velit redimere eadem sorte, qua olim poterat redimere, hodie redimet, & maiorem facultatem redimendi habebit, quo minores vsuras soluet.

Ex quæst. sequent.

Seruitus prædialis an cedi, vēdi aut locari, aut pignori dari possit num. 1.

Secundus creditor, qui soluta sorte cum reliquis cessionem habuit a priore creditore redituali, an possit reditum exigere ibidem & seq.

Cessionarium in omne ius cedentis succedere num. 2.

Fideiussorem reditus, cui a creditore eiusdem cessum est, posse reditum exigere a debitore. n. 3.

Posterior creditor non potest fundum a debitore sub redimendi pacto venditum redimere sibi acquirendo, vt fructus suos faciat, sed luendo vt redeat in bonis debitoris. n. 4.

Creditor posterior redimens reditū, non debet esse melioris conditionis, quam redimens fundum. num. 5.

Hypothecam non habenti non deri ius offerendi, nec cessionem petendi. n. 6.

Ius offerendi, & cessionem petendi esse effectum, & veluti fructum hypothecæ secundi creditoris. n. 7.

Omne lucrum, quod creditor percipit occasione hypothecæ imputādum in sortem. n. 8.

Cessionarius, cui vi pignoris cessum est, non debet habere duplex commodum ex cessione. nu. 9.

Multum interesse inter spontaneā venditionem, & cessionem ex iuris necessitate factam. n. 10.

Creditor posterior, cui ex necessitate iuris fit cessio, non solum pignus suum confirmat, sed etiam succedit in ius exigendi reditū, & omne aliud cedenti competens. n. 11.

Idem in omni creditore chyrographario, & iusto possessore. numero. 12.

Idem in detentore iusto, qui ius retentionis habet. n. 13.

Correo debendi, etiam contra correos deducta sua portione cedendū esse. num. 14.

Quod limitatur multipliciter. numero 15.

Cessionem accepto debito factam iure optimo venditionem appellari. n. 16.

Constituitur quadruplex differentia inter venditionem, seu cessionem iuris creditoris hypothecarij, & venditionem ipsius pignoris. nu. 17. & num. 20, & sequenti.

Creditor quando, & qualiter possit pignus, aut rem hypothecatam vendere. n. 18.

Et quid si actum sit ne creditor pignus vendat. ibidem.

Solemnitas seruanda in venditione pignorum, seu hypothecarū. num. 19.

Cessionario prioris creditoris potest offerri a beo qui offerre poterat cedenti: emptori tamen pignoris solemniter venditi iure creditoris offerri non potest. numero 21.

Cautela, vt securus emas rem pluribus debitis obligatam. ibid.

Venditio pignoris, quæ cuilibet iusto pretio ementi fieri potest, non fit tuto fideiussori, vel intercessori, correo, aut coheredi: quia conquerente debitore resoluitur in cessionē, & debitor ius offerendi habet. num. 22.

Fideiussor si queat, debet potius luere, non autem sibi acquirere bona debitoris. n. 23.

Et si sibi acquirat tenetur actione mandati. ibid.

Idem dicitur in omni gestore, procuratore, vel administratore. numero 23.

Cessio in dubio, an venditio a creditore facta iudicanda sit. numero 24.

Coheres, correus, aut rei communis consors si emat a creditore rē pignoratam non sibi acquirit, sed luit, & consortium rem agit. num. 25.

Idem in renuato hereditatem restituere qui pecunia hereditaria luere valens sibi per interpositam personam emit. ibid.

Emphyteusi renouata a domino directo vni ex emphyteutis, an alijs communicanda sit. numero 25.

Si procurator, gestor, vel administrator potuit pecunia debitoris hypothecam luere, non iuuabitur cessione simplicis nominis sibi a creditore facta. numero 26.

Si fideiussor non agat de acquirendo rei hypothecatæ dominio, sed de simplici nomine, seu succedendo in iure creditoris, vt ipsius nomen, & fructus nominis habeat, non est prohibitum. num. 27.

Fide-

Fideiussor reditus per cessionem creditoris fit creditor ibid.
Intellectus. l. creditor. §. sciendum qui potio. in pigno habeant. & aliarum. l. ibidem, & nu. seq.
Declaratur l. Paulus de fideiussoribus. num. 29.
Dilluuntur contraria. numero. 30. & sequenti.
Cessionarius cui creditor reditus cessit actionem contra reditus debitorem, an non excusso nomine cesso possit contra accedentem agere. n. 33.
Cessionarius reditus agens, an debeat ante omnia cessionis instrumentum producere. n. 34.

Quæstio. XVII.

De effectu cessionis reditus.

1 VAmus iure verum sit prædiales seruitutes à dominantibus prædijs separatas vendi, aut cedi, aut pignorari, aut locari non posse, nisi à domino fundi seruientis, vel nisi de eius cõsensu. l. ergo in fi. l. ex meo l. cum essent. §. plurium de seruitute rusticorum. l. locare. ff. locati, explicat eleganter Paris. Mod. in tract. de indiuiduo. 3. p. num. 311. & sequentibus: reditus tamen citra consensum debitoris tertio vendi, & cedi potest iuxta ea, quæ diximus in præced. q. non enim est seruitus, vt diximus lib. 1. q. 4. & infra hoc lib. quæstione. 19. Sed quis sit huius cessionis effectus inspiciamus. Finge ergo quod cessionarius, puta secundus creditor, cui debebatur mille, qui ne bona hypothecata per antiquiorem creditorem reditualem exhaurirẽtur, sed confusis debitis indemnitati suæ melius consuleretur iuxta l. fideiussor de negotijs gestis, soluit illi antiquo creditori sortem cum reliquis, & habuit cessionem, an posit à debitore, vel alijs possessoribus reditum exigere. Vide

2

3 tur indubitatum, quod sic quemadmodum poterat cedens, cum in omne ius illius successerit. l. cum secundus de distract. pignorum. l. si potior. C. de his, qui in prior. creditu lo eũ succed. & in terminis, quod eas dẽ vsuras in futurũ peccre possit, prout cedens potuisset. videtur casus in. l. si prior. §. sciendum qui potior in pign. habeantur est tex. clarior in. l. cum prior in. 2. responso de distractione pign. addo text. in fortioribus terminis videlicet in fideiussore soluente, & cessionem accipiente in. l. fideiussor de distractione pignor. l. Paulus de fideiussor. istud enim non tã odiosum est in secundo, vel tertio creditore, sicut in fideiussore propter. l. primam. C. de dolo. l. 45. titulo. 13. part. 5.

In contrarium arguitur: primo quia non videtur quantum ad hoc bona & solida differentia inter vẽditionẽ fundi sub pacto redimendi, & vẽditionẽ reditus redimibilis, nec videtur, q posterior creditor volẽs sibi cõsulere debeat esse melioris cõditionis redimẽdo huiusmodi reditũ, quã redimẽ

fundum sub simili facultate venditum, sed si deficientibus alijs bonis debitoris redimeret fundum vt in q. præced. non posset redimere sibi acquirendo, nec vt fructus suos faciat tanquam extraneus emptor, sed solũ redimere posset luendo, vtque in bonis debitoris reponatur: igit si reditũ
4 redimere velit, debet hoc facere luendo, non autem sibi ipsi acquirendo, & sic non potest deinceps petere aliquos pensionis reditus, sed solum eã summam, tam sortis, quam reliquorũ præteritorum, quam priori creditori
5 pro redemptione, & luitione soluit. Alioquin posterior redimens reditũ esset melioris conditionis, quàm redimẽs fundum, quod videtur absurdũ & iniquum saltẽ in his reditibus quatuordecimæ: patet quia ius reditus vili pretio emptum firmius esset, fauorabilius, & durabilius, quam emptio fundi maiori pretio facta, quod est absurdum: minus enim consuleretur ei qui magis sese grauat maius pretiũ numerando, quo plus commodet debitori dominium fundi illi recuperãdo, maxime sub tempus facultatis redimendi expirantis, quam ei, qui minus sese grauat, minorem summam numerando, quique minus commodum affert debitori, reditum simplicem redimendo, quod videtur iniquum: vt res oculis subijciatur. Finge debitorem Titio vendidisse fundũ centum redditus annui ferentẽ pro mille octingentis sub pacto redimẽdi infra decem annos, deinde Caio sub hypotheca pro mille quatuorcentis vendidisse centum reditus annui quandocũque redimibilis: postremo à Sẽpronio mutuatum mille sub hypotheca bonorum, vel alium reditum sub hypotheca vendidisse. Vides, quod si Sempronius deficientibus, vel non sufficientibus alijs bonis debitoris, & forte decennio illo expirante redimat fundum, non potest, nec fundi quidem reditus pretio impares suos donec pretium sibi refundatur facere, sed tenetur in bonis debitoris liberum fundum reponere. si igitur nolit fundum redimere, eo quod forte non habet satis pecuniæ, vel si habet, non vult tantũ officij debitori exhibere, sed vult reditum redimere, sibique cedi facere, non tenebitur ius reditus tanquam extinctum pari luitionis iure in bonis debitoris reponere, seu confundere: qua fronte prætextu cessionis iurium, & hypothecarũ petet sibi deinceps magnos fructus redempti reditus solui, quos nec longe minores quidem petere potuisset, si fundo redempto longe plus debitori, & omnibus creditoribus eius commodasset, & maius de suo pretio soluisset: nonne hoc videtur contra l. secũdum naturam de reg. iur?

6 Secundo probatur quia iste Sempronius, vel quiuis posterior creditor, qui vult cogere Caium, vel aliũ priorem creditorem reditualem forte eũ reliquis oblata, vt sibi iura, & actiones cedat, vel vendat non potest hoc facere nisi ratione & vi hypothecæ, quam habet in bonis debitoris, quæ priori creditori pro credito, vel reditu suo prius hypothecata sunt. Patet in l. cum posterior de distract. pignor. alias hypothecam non habenti non datur hoc ius offerendi, & cessionem petendi. l. nullo. C. de solution. etiam si sit creditor chyrographarius l. cum tibi. C. qui potior in pignor. habeantur. Et sic istud ius offerendi, & cessionem petendi, est quædam vis, & effectus, & velut fructus pignoris, vel hypothecæ. Igitur iste
7 creditor cessionarius non potest fructus huius cessionis (quæ est fructus hypothecæ suæ) suos facere, vel lucrati: sed tenetur in sortem, & ex tentatione

tionem debiti sui, vi cuius cessionem exigit computare, & superfluum (si quid supererit) restituere, vel imputare in deductionem pretij prædictæ prioris fundi, per l. 1. & 2. C. de pign. action. l. 1. C. de distract. pigno. & maxime in terminis quæstionis nostræ vbi ius ipsum, & nomen redimendi, & cessionem petendi competens debitori contra priorem creditorem videtur hypothecatum huic posteriori creditori, sicut alia bona, & nomina debitoris. l. nomen. C. quæ res pignori obligari possunt, pensiones autem futuræ sunt fructus dicti nominis, seu iuris redimendi: igitur in sortem imputandi. Idem de omni lucro, quod percipit creditor occasione pignoris, vel hypothecæ, etiam si sit pœna, vt in pignore de pignoratitia actione. Nec obstat, quod ibi dicitur non restitui, nec imputari si ab ipso debitore percipiatur: quia verum est in pœna, quæ propter furtum, vel aliud delictum per debitorem aduersus creditorem commissum exigitur: quia alias liceret debitori impune delinquere, in necem creditoris, quæ ratio cessat in his fructibus, seu reliquis reditus, vel fundi sub facultate redimendi venditi, & sic stat regula de imputando omni lucro ocasione pignoris, vel hypothecæ percepto. Tertio probatur, quia ad summum iste cessionarius non debet habere duplex cõmodum ex hac cessione, quæ pignoris fit, sed hic haberet duplex, vel triplex commodum. Primum quia conseruat, & cõfirmat suum pignus debiti sui pristini. l. quæ rebatur qui potiores in pigno. habeãtur. l. 1. l. prior. C. eodem, secũdũ quia succedit in ius, & prærrogatiuam hypothecæ priuilegijque personalis pro summa priori creditori soluta, vt in ea præferatur omnibus, quibus prior ille creditor præferebatur. l. si potiores. C. de his, qui in prior. credit. loc. succe. vtique eodem in euenditionis pignorum vti potest. l. cum secundus de distract. pigno. Tertiũ, quia vltra hæc lucraretur fructus dicti iuris, & facultatis redimendi, quæ tanquam existens in bonis debitoris, sibi hypothecata erat, & vi cuius hypothecæ obtulit, & redemit, q videtur absurdum per prædicta. Et si quis dicat, q hic posterior creditor mediante pecunia sua dicitur vere emere, & acquirere ipsum ius, & dominium reditus sibi cessum, & sic quod deinceps percipit, & suos facit fructus reditus tanquam de re sua propria, non autẽ tanquam de re hypothecata. Respõdetur quod hoc esset verum, si prior ille creditor reditualis spõte, & voluntarie huic nõ tanquam debitori offerenti, sed tanquam cuilibet extraneo vendidisset reditum, secus quando ex necessitate iuris tanquam habenti ius offerendi, vt in quæstione nostra: quia tunc licet dicat se cedere & vendere ius suum in hoc non intelligitur fieri ad transferẽdum dominium: sed solam hypothecam in cessionarium; quia non censetur emere, & pecuniam dare dominij acquirendi causa, sed gratia seruandi pignoris, seu prodebito pristino, & succedendo in hypothecam, & priuilegium prioris creditoris pro summa ei soluta tex. in l. cum posterior. l. fideiussor de distract. pignorũ. Igitur istud debet ei sufficere, prout in simili, seu inferiori, si virtute hypothecæ, quã habet super facultate redimendi fundi, quæ est in bonis debitoris, cuius reliqua bona non sufficiunt redimat fundum ab emptore, & sibi cedi faciat iura emptoris: quia hoc fit ex necessitate iuris, & hypothecæ, non censetur fieri causa acquirendi dominij fundi redempti, & fructus futuros lucrandi, sed causa seruãdi pignoris. d. l. cum posterior de distract

tract. pignor. & sic cum per hoc non censeatur agi, vt posterior offerens sibi ipsi rudimat, sed vt ius in bonis debitoris reponatur, ideo per cessionem emptoris, quæ fit redimenti, & numeranti pretium id solum censetur agi vt fundus eius pecunia redemptus, & in bonis debitoris repositus sit numeranti specialiter hypothecatus pro pretio redemptionis ita vt pro ea summa præferatur omnibus, quibus emptor, siue venditor ante reuenditionem prælatus fuisset iuxta pulchrum tex. & singularem in l. licet, C. qui potiores in pignore habeantur quamuis aliud esset si emptor sponte non coactus, nec in vim facultatis redimendi, sed mere voluntarie habuerit eidem tanquam cuiuis extraneo fundum sub eodem reuendendi onere vendidisset: tunc enim iste verus emptor fieret dominus fundi, & fructus suos faceret donec pretium redemptionis per eum, ad quem expectat, debite offerretur. Et sic multum interest inter spontaneam venditionem seu quando creditor pignus absolute iure conuentionis, vendit, vt in l. cum prior de distract. pignor. & inter coactam venditionem, seu cessionē quæ fit ex necessitate iuris. vides quā to pere hæc pro parte negatiua vrgeant? omitto quam sit odiosa hęc reditiuum propagatio. & fauorabilis cōmunis solutio, & alia id genus.

11 Sed his non obstantibus concludo pro priori parte affirmatiua: quia veritas iuris est quod is, cui ex præfata iuris necessitate fieri debet, & fit cessio non solum pignus, & debitum suum confirmat, non solum succedit in ius, & prærrogatiuam hypothecæ, & priuilegij personalis cedentis pro summa ei numerata, sed etiam succedit in omne, & tale ius, quod, & quale competebat cedenti, & ad commodum, & lucrum vsurarum, tanquā in locum cedentis subrogatur, & omnino eodem modo, iure, & effectu, quo cedens vti poterat, idque successionarius sit vnus ex creditoribus hypothecarijs, siue vnus ex fideiussoribus tex. sunt aperti in l. fideiussor ibi, *cum de iuris medij temporis* de distract. pignor. in d. Paul. de fideiussoribus. 12 Idem in creditore chyrographario, si tamen rem possideat non alias, nisi prout notauimus supra in quæstione præced. & generaliter idem in omni possessore tam iusto, vt nullo interdicto possessorio possit ab eo possessio auferri. Idem si non possideat, sed tantum detineat; habet tamen ius 13 retentionis contra debitorem, & domi num rei, quia tunc puto, quod nō solum potest hypothecarium repellere, & absolui oblato debito, quod cuilibet conceditur, vt in l. si fundus § in venditione de pignor. l. Pau. § 1. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, sed etiam potest cogere creditorem ad cedendum sibi iura, & actiones, quod iusto demum possessori conceditur. l. mulier qui potior in pigno. habea. & extendendum dixi ad eum, qui non possidet, sed iuste detinet, & ius retentionis habet, sed non ad iustum detentorem, vel etiam possessorem licet aliud velit glos. in d. l. mulier. Anton. Negus. tractatu pign. & male, vt supra quæstione proxima. Similiter correo debendi cedendi 14 est, etiam in solidum, & cum commodo vsurarum contra plures alios correos, deductata men portione soluentis tantum, vt notatur per gl. & DD. in l. 1 in fin. C. de duobus reis per Alex. cons. 38. in fin. lib. 5. quod & in fideiussoribus tradit Bart. l. Modestin. nu. 10. de solutio. sequitur Greg. l. 11. tit. 12. p. 5. glos. *deue tomar*, & intellige correos proprie, & efficaciter: videlicet de obligatis singulis in solidum cum effectu, sine beneficio

15 16

diuisio

diuisionis, secus si plures sint obligati in viriles: quia tunc si vnus velit totum offerre licet possit ad finem liberandi, & luendi tantum, non potest cogere creditorem, nisi velit ad sibi cedendum intra quia proportionibus aliorum, quas nō habet, habetur pro mero extraneo, cui non competit ius petendi cessionem totum debitum offerendo l. nulla C. de solutionibus. Idem puto si mero iure teneatur in solidum, sed habet beneficium diuisionis. Idem puto etiam si cum effectu, & sine exceptione diuisionis teneatur in solidum, sed creditor offert dividere obligationem, & eum liberare virilem suam soluendo: quia tunc ad nullam cessionem cogi potest, etiam si totum debitum ab vno offeratur, quo casu per correum totum mediante cessione offerentem, non puto in aliqua mora constitui creditorem recusantem omnino cedere, sed offerentem debitum diuidere, & partē contingentem sine cessione, per modum luitionis recipere, & sic vides quod quantum ad huius modi cessionem omnium iurium cum effecto, non est differentia inter eos, qui habent ius offerendi, siue sint creditores hypothecarij, vel iuste detētores, siue fidefussores, aut mandatores, sed in alio est differentia videlicet quando agitur de vendendo ipso pignore, hoc est dominio, & iure debitoris transferendo. Vtque hæc materia nondū exactè discussa semel plene liqueat, & omnes ll. farragmis huius penitus explicentur, notandum quod in iure, non refert creditorem vendere, vel cedere iura sua, sed hæc pro eodem accipiuntur, & vere idem sunt: quia, qui accepto, quod sibi debetur cedit ius suum, vere illud iusto, & toto pretio vendit, merito iura promiscue cessionis, & venditionis verbo vtuntur, l. cum his. l. fideiussor de negotijs gestis. Sed est magna differentia an creditor vendat, vel cedat ius suum nomine suo, vel simpliciter, an vero iure conuentionis, vel legis vendat ipsum pignus, vel rem dominium, & ius debitoris sibi pignoratum, quia inter hæc duo est quadruplex differentia, prima quia creditor statim potest libere siue vendendo aut quouis alio modo disponere de ipso nomine, vel iure suo, & illud cum suis accessionibus in quemuis libuerit quouis modo, sine alia solemnitate transferre in scio, & inuito debitore, sicut & alia res sua l. inter mandatum C. mandati. Quia nomen est creditoris, non debitoris, l. 3. C. de hæreditate, vel actione vendita. Pignus autem siue res hypothecata non potest (cum non sit sua) libere vendere, sed de modum, vel quatenus hæc potestas sibi competat, & adhuc bona fide, & seruata debita, & consueta solemnitate. Vnde si actū sit, ne veneat, non habet potestatem vendendi, etiam si debitor sit in mora, nisi in longa mora delitescat hudificando creditorem: quia tunc si post quam creditor saltem ter competentibus interuallis interpellauerit debitorem, vt soluat, & adhuc cessauerit post biennium habet creditor a lege potestatem vendendi. l. si conuenerit in fine de pignoratitia actio. l. 42. titu. 13. p. 5. Nec superest nisi solēnitas videlicet, vt cum venditurus est, hoc notum faciat debitori. l. creditor hypothecas. C. de distract. pignor. deinde vt bona fide vendat, nō sibi etiam per interpositam personā l. & qui sub imagine. C. de distract. pignor. & d. l. 42. & seruatis etiam cæteris solemnitatibus consuetis. l. quæ specialiter. C. eodem. l. cum contra si vend. pigno. agatur, si vero nihil actum sit de potestate vendendi, vel simpliciter dictum est, quod vendere poterit, sed de modo, & forma nihil

nihil cautum, non censetur aliud expressum quàm, quod tacite inest: habet enim creditor potestatem vendendi siue tacite, siue expressim, a debitore, sed quantum ad solemnitatem, videlicet tempus & modum, & formam, siquid expressim conuenerit tenendum est l. fin. §. sancimus C. de iure dominij imp. Si vero de forma non fit actum solemnitas scripti iuris est, quod post congruam interpellationem debitoris ad soluẽdum vel sententiam contra eum latam spectetur biennium, quo lapso licebit vendere bona fide tamen, & notificando debitori, & consueta obseruãdo vt supra, & si creditor nolit per biennium spectare, poterit adire iudicem, vt condemnet, & pignus capi faciat in causam iudicati, vt tradit Greg. d. l. 42. glo. verb. *treynta*, quod si nec tunc inueniatur, qui vel pro debita summa emere velit, permittitur creditori rescripto principis impetrare dominium pignoris, vel rei hypothecatæ, quo impetrato infra aliud biennium licebit debitori debitum cum vsuris (si debitum erat vsurarium) & damnis offerendo rem recuperare, vel perpetuo agere ad id, quod pignus supernalet (siquid supersit) d. l. fi. cuius forma nimis est incommoda, & adhuc litium materiam relinquit semper enim super prætensa venditione rei vili pretio poterat litigare debitor, vel posteriores creditores cõtra creditorem vendentem, emptor autẽ inquietari poterat ab antiquioribus creditoribus, vel potiora iura prætendentibus, nisi programate admoniti contempsissent. l. si eo tempore. C. de remissione pignoris, a quo programate excepti intelligebantur absentes impediti, vel iustã causam absentiæ habentes: ideo abijt in desuetudinem, & non seruatur secundum Greg. d. glos. *o treynta*, Parla. lib. 2. rerum quotid. c. fi. §. p. §. 16. & inuẽta est solẽnitas subhastationum, quæ in venditione pignorũ seruanda est quando pignora venduntur pro executione rei iudicatæ, vt in. l. ordo. C. de executione rei iudicatæ vbi Bal. & Anton. Fano. de pigno. 6. p. membro. 1. num. fi. Secus alias, vt per Fanũ ibi, sed eius opinio vera non est: quia semper in quocunque pignore vendendo requiritur subhastatio, etiam si pignus non vendatur pro executione rei iudicatæ, vt docet Iodocus Damauderius de subhastationibus c. 3. numer. 33. & probant. l. 41. & 42. ti. 13. p. 5. de cuius subhastationis forma vide Iodocum vbi supra in c. 4 tẽpus vero subhastationis iure statuũ non est, sed solet immobilia 30. mobilia 9. diebus in subhastatione trahi, vt per Molinam de primogen. lib. 4. c. 3. nume. 46. Secunda differentia: quia creditor sæpe tenetur cedere, seu vendere omne ius suum, vt illis quibus ius offerendi competit, de quibus sæpius dictum est, sed nunquam tenetur cuiquam vendere ipsum pignus, siue rem, ius, & dominium debitoris. l. nec emere, C. de iure deliberãdi. Tertia: quia cessionario, vel emptori creditoris potest a quocunque offerri, a quo cedenti offerri poterat ei que cessionarius cedere, seu vendere cogitur, quemadmodum cedens tenebatur, sed emptori ipsius pignoris iure creditoris solemniter venditi à nemine posteriore creditore offerri potest. l. cum prior in princip. ff. de distract. pignorat. l. 1. & 2. C. si antiq. cred. pignus vend. l. fi. C. si vẽd. pign. agatur. cum traditis a Vincen. de Franchis decis. 69. vbi hoc declarat & ampliat. Et ratio est aperta: quia cessionarius iuris creditoris est tantũ subrogatus loco cedentis, & eius tantum personam repræsentat, nec potest plus, aut fortius ius habere per

iura

ura vulgata, sed emptor pignoris (quamquam & huic actione ex empto teneatur creditor cedere omne ius suum l. penul. de distract. pign. l. in creditore de euictione) tamen est dominus, & sic non potest euinci a quocunque creditore posteriore vendit ore suo vel posterius ius habente nec ei offerenti tenetur ius, & locum suum cedere. Sed hæc ratio non satisfacit quia si primus creditor accepit in solutum rem hypothecatam, & eam vendat extraneo, quamuis emptor sit dominus, potest secundus creditor venire hypothecaria contra eum, cum prior creditor iure creditoris non vendiderit, sed vt suam, vt per Gregor. l. 46. tit. 13. p. 5. gl. 2. Affli. dec. 116. nu. 4. & Vrsul. ibi. Stat ergo in hoc ratio differentiæ, quia quando creditor cedit rem, vel acceptam in solutum vendit iure proprio, transfert rem affectam secunda hypotheca, quando vero vendit iure creditoris transfert rem non affectam secunda hypotheca, sed in eo statu in quo sibi hypothecata fuit absque secunda hypotheca. Vnde Gregor. supra ponit cautelã. Si vis emere rẽ multis creditis obligatã vt emas à primo cre- 23
ditore iure creditoris vendente authoritate legis vel pacti & eris securus, ex. d. l. 1. & l. qui à creditore. de distract. pig. Quarta, quantum attinet ad cessionem, seu venditionem 22
iurium creditoris, non est differẽtia inter offerentes, siue sint creditores hypothecharij, siue fideiussores, vel cohæredes, vt dictum est, sed multũ inter hos refert quando agitur de vẽditione, & alienatione ipsius rei pig- 24
noratæ, vel hypothecatæ, in eo enim vt in casu legitimo, de quo supra ista quæstione fieri potest cuilibet cum bono pretio, & rite ementi ita & eo dem casu posteriori creditori, vel cuilibet possessori tanquam extraneo, sed non potest tuto fieri fideiussori, vel mandatori, seu alij intercessori, nec correo, nec cohærodi, & facta re soluitur in simplicem cessionem, seu venditionem iurium creditoris, si debitor, vel correus, vel cohæres, vel correus cõque tantur, & sic non amittit debitor, vel correus, vel cohæres ius offerẽdi tex. in. l. 1. C. de dolo in l. si mandato Titij. §. Paulus mandati in. l. Paulus de fideiussor. lib. in l. fin. § quatuor delegatis. 2. Secũda ratio est manifesta, quia fideiussor, vel alius intercessor censetur habere mandatum ad soluendũ l. indebitum de condictione indebiti. saltem suscepit officium commodandi debitori, qui in hoc fidem eius sequitur, vnde fideiussor sequeat debet potius luere, non autem negotium suum gerere sibi ipsi emendo, & adquirẽdo bona debitoris, si vero eo animo, vel modo faciat, vt sibi ipsi negotietur, fidem non seruat, sed dolum committit, at in dubio præsumitur pro officio fecisse, vt rem debitori, non sibi seruet l. Paulus de fideiussoribus facit. l. merito pro socio, itaque tenetur mandati propter fidem susceptam, siue non seruatam l. 1. C. de dolo l. si mandato Titij. §. Paulus mãdati & d. l. Paulus. Idem dico de omni gestore, procuratore, & alio administratore: quia fidem, quam in suscepto debitoris negotio gerendo professus est, præstare tenetur: secus in simplici creditore, qui nullum in hoc negotium gerendum suscepit: ideo non prohibetur sibi emere, sicut nec extraneus, tex. in. l. cum prior in princip. de distract. pig.

Videtur tamen aliqualis differẽtia inter creditorem, & iustum possessorem, cui ius offerendi, & cessionem petendi competit, & inter merum extraneum, quasi creditor vendẽs, vel addicens habenti alias ius offerẽdi, non censeatur in dubio voluntatis

ric, & ipso facto, sed vt in talibus necessitatibus iuris fieri solet. l. fide iussor. in fin. de distract. pign. facit. l. rem legatam. de admittendis legatis. Tum quasi habens, ius offerendi censeatur hoc casu eo vti, & non tam acquirendi dominij, quam seruandi sui pignoris causa faceret, licet contractus sonet de venditione, & emptione ipsius pignoris, vt interpretatur, text. in l. cum posterior de distract. pignor. verum licet proclivius sit ita in dubio interpretari in habente ius offerendi, quam in mere extraneo tamen vix est vt hæc subtilis differentia procedat: quia creditor in dubio simpliciter, & nomine proprio vendendo, non censetur vendere, nisi ius, quod habet eo ipso quod dicit se vendere rem sibi pignoratam, & sic non erit in dubio, nisi venditio nominis, siue posteriori creditori, siue mere extraneo fiat, rem autem ipsam pignoratam, siue hypothecatam, seu dominium, & ius debitoris non censetur vendere, nisi quando hoc exprimit, & iure conuentionis, seu legis dicit se facere, hoc est, ex potestate sibi a lege, vel debitore concessa, & seruatis solemnitatibus requisitis de iure, & consuetis, & sic non relinquitur locus dubio: quia quando simpliciter, tanquam creditor vendit, non censetur nisi ius, quod habet videlicet nomen ipsum vendere, quemadmodum quando pignus sibi datum alij dat in pignus, non censetur proprie rem ipsam alij pignorare (si tanquam creditor, & non tanquã dominus faciat) propter. l. siquis domum. §. 1. locari. sed solum nomen suum, & ius pignoris, quod habet, sub pignorare censetur, vnde solutione, vel alia satisfactione sublato nomine pignus illud, vel potius sub pignus ipso iure resoluitur. l. 1. C. si pignus pignori dat. sit. Quod autem dictum est in fideiussore, vel administratore idem in correo, vel cohærede, aut rei communis indiuisæ consorte ratione communionis, & fraternitatis, & fauore luitionis per. d. §. quatuor, vbi notant Baldus Paulus, & Imol. Sa licet. l. 1. C. de dolo. num. 9. quod intelligendum est cum Paulo. d. §. quatuor idem si restituere hæreditatem grauatus, quod ex pecunia hæreditaria luere poterat, maluit tamen sibi per se, vel per interpositam personã emere. l. Lucius. §. Titia ex asse. ad Trebell. sed hic mentem subit, quod non nulli temere dictum. §. quatuor extra materiam luitionis etiam contra eum, qui non erat tutor, vel administrator extendunt ita dictus text. in §. quatuor non recte trahitur ad illam quæstionem, quam non semel agitatã vidi, an cohæres, qui emphyteusis hæreditariæ renouationem habuit a domino directo cohæredibus ipsam emphyteusim communicare teneatur, quamuis illius text. ratio non nihil vrgeat: quia sicut in eo fides debita ratione communionis impedit cohæredem emere fundum communem a creditore lege pignoris distractum, vt sibi in solidum acquirat, vt declarant Cinus, & alij. l. 1. C. de dolo, ita & emphyteusim fuit tam, frater, vel socius sibi in solidum a dño renouante ob fidem communionis causa debitam non acquiret: nam licet sit finita emphyteusis, hæredes emphyteutæ ius petendæ renouationis habent, ex vulgari, & communi doctrina Bar. l. 1. §. permittitur de aqua quotid. & æstiua resoluit Iul. Clarus. §. emphyteusis, quæstion. 43. num. 1. & num. 3. vbi dixit ab ea iudicando, & consulendo recedẽdum non esse Boerius decisione. 107. in fi. dicens ita vidisse iudicatum in Burdegalensi curia Ant. Gab. lib. 3. communi. opinionum. tit. de iure emphyteutico. concl. 1.

conclu.1. quæ communis ſententia apud Hyſpanos cõprobata eſt.l.69. tit.15.p.3.vbi notat Greg.verbo, *ſer renouada*, nec poſt renouationem a fratre, vel ſocio quæſitam dicitur noua emphyteuſis, ſed antiqua, & idem antiquum ius emphyteuticum, quod omnibus hæredibus, vel ſocijs competebat.c.1.de vaſſallo decrepitæ ætatis in feud.c.ex parte de feudis in decretalibus Bart.& alij.l.ſi mihi, & Titio.de verb.Valaſ.de iure emphyteuti.quæſt.11.nu.15.Tiraq.li.1.retract. §.32.glo.1.numer.30. optime Tiberius Decianus conſ.90.libro.3. Pariſ. Mod.in conſuetud.pariſ.1.p.§.7.nu.22.& §.30.num.186.vbi ſcripſit hãc renouationem non dici nouam acquiſitionem, ſed ſimplicem reuerſionem ad primordialem ſtatum qualitatem, & naturam, pro quo facit: quia ſi vir qui rem propriam vendiderat cum redimendi pacto conſtãte matrimonio eam reciperet redimendo res dicitur eſſe apud virum ex prima cauſa, nec communicabitur vxori tãquam matrimonio quæſita iuxta.l. Regiam, ex Bar.in l.in diem de aqua plub.arced.ſimile eſt, quod tradit Decius conſ.238.videlicet venire in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, quod hæres habuit ex pacto de reuendendo a defuncto inito.Grego. in l.18.tit.11.p.4.glo.*oeſtimada*, illud enim, quod contingit ex cauſa præterita, ad tempus cauſæ primæ, & præteritæ referendum eſt.l. in ratione in.1.§.imperator.ad.l.falcid.l.Põponius, ſecunda de negot. geſtis: cũ autem renouatio ex præterita cauſa, & iure ad renouationem omnibus cohæredibus competenti conceſſa fuerit, ad illud ius merito referri debet, & ita omnibus cõmunicari. Nec refert cohæredis, vel ſocij per renouationẽ præoccupatio: æquum enim non eſt vt alterius feſtinatione, alterius ius lædatur, l.cum ſolus de acquirend.hæredit, & cum ius redimendi competat pluribus omnes concurre reoportet, argumento text. l.cum ita.§.in fideicommiſſo.l.peto.§.fratre deleg.2. Nec intereſt, quod dominus directus vni hæredum tantum emphyteuſim conceſſerit: quia non poteſt mutare naturam, & formam emphyteuſis antiquæ argumento.l. impuberi filio.Centurio de adminiſtratuto.& renouatio videtur facta cum ſua cauſa, argum.l.ſiquis domum.ff. locati.l.lex vectigali.ff.de pign. Huc accedit, quod tradit Parlador.lib.2.rerum quotid.c.16.vbi dicit emphyteuſim matrimonio conſtante renouatam non communicari inter virum, & vxorem, ſed manere illius, cuius fuerat ante renouationem, & quod renouata emphyteuſis diuidua (de ea enim loquimur) vni ex cohæredibus vel ſocijs, ſit communicanda, nõ obſcure cenſet D.Franc.Caldas Pereira in ſuo tract.de renouatione emphyteuſ.quæſtione.17.num.30. in idem referens Neapodanum, & Afflict. Sed cuſtamen rr dicendum eſſet ſi emphyteuſis extincta eſſet comiſſo, & ex eo tradita domino, poſtea vero vni ex hæredibus, vel ſocijs a domino conceſſa: quia tunc ceſſarent prædicta, & ita videtur de mente Baldi quem refert, & ſequitur Iulius Clarus.§.feudum.quæſt.8.num.5.Ioan Garcia de expenſis.c.12.nume.44.Parladorius vbi ſup.n.9.

26 Sed ad rem, quod dixi de adminiſtratore, vel geſtore ſeu procuratore ſane intelligendum ſi de ſua pecunia nomen, vel rem ipſam pignoratam emit nomine proprio, cum nõ poſſit fieri ſuitio commode de bonis domini, ſecus ſi ille adminiſtrator habebat de bonis domini vnde ſuere poterat: quia tũc, nec ſimplici quidem ceſſione nominis iubari poteſt, ſed omnia

inſor

in sortem imputare tenetur, imo si tardius, quàm potuisset redimeret, vel lucret, tenebitur ratione culpæ
27 damnum resarcire. Cæterum vbi de non acquirendo rei dominio agitur sed de simplici nomine, siue de acquirendo iure creditoris, & succedendo in eius locum, non est prohibitũ fideiussori soluendo de sua pecunia accipere cessionem, & ipsum nomẽ & fructus nominis suos facere, vel pensiones reditus si fideiusserat pro reditu: potest enim fideiussor reditus hoc modo fieri creditor: quia per cessionem reditus à creditore factam, fit creditor, & succedit in ius, & locũ illius. l. emptor. C. de hæredit. vel actione vend. l. cum secundus de distract. pignorum, & gaudet omni priuilegio, quo gauderet creditor. l. mãdati actio. C. mandat. l. si prior. §. à Titio qui potior. in pigno. habe. Vnde quemadmodum creditor habebat
28 executionem paratam ex instrumento reditus pro pensionibus, habebit etiam fideiussor, cui creditor actiones cesserit. l. creditor. C. de executione rei iudic. Nec obstat. l. 1. C. de dolo. & l. 45. tit. 13. p. 5. quia ibi fideiussor emit rem debitoris, & magis videtur lucre quam emere propter fidem debitam debitori: at hic fideiussor non emit rem debitoris, sed nomen, & ius reditus, quod non est debitoris, sed creditoris. l. nominis venditio. C. de hæred. vel actione vend. & ita sibi potest emere, nec de hoc debitor conqueri potest. Et sic habes nitidum, & clarum intellectum. l. creditor. § sciendum qui potiores in pigno re habeantur. l. fideiussor. l. cum posterior de distract. pignor. l. Paulus de fideiussoribus. l. 1. C. de dolo. Quod enim dicitur in. d. §. sciendum, quod secundus creditor, qui cessionem iu rium primi habuit, non potest petere vsurarum vsuras, hoc est, quia in locũ prioris creditoris successit, nec potest alio, nec diuerso iure vti, vnde licet soluerit cedenti sortem, & vsuras simul vna solutione, non potest dicere totum esse sortem, nec totius deinceps vsuras nouas exigere: quia esset capere vsurarum vsuras, quod nefandum est, cæterum idem tex. non negat, sed magis ab exclusione antiche ti innuit cessionario veteres vsuras currere, sicut & cedenti currebant manet enim antiqua sors, & antiqua vsura, vt prius sicut nomine cessio vel venditio: talis enim emptor, vel cessionarius in hoc negotium suum gerit, videlicet, nomen tale, quale est, acquirendo, vt si cedenti non currebant vsuræ, nullæ vsuræ debeantur cessionario, quod etiam dicitur in. d. l. Paulus rationem fructuum, & vsurarum habere oportere, debet intelligi
29 contributionem esse faciendam: quia iste non potest facere fructus suos, etiam si fundum ipsum emere voluerit, sed debet restituere cum fructibus sicut cedens debebat, debet etiã tanquam iure cesso habere vsuras, quas, & quod vsque cedẽs habuisset, non autem nouas vsuras, vnde quam primum æquarent sortem inspectio initio, & primo cursu vsurarum, vlterius currere nequeunt, & sic fructus debet primum in vsuras imputare, deinde in sortem, & hoc elucidato reliqua loca plana sunt: est enim omnino creditoris subrogatus, vt inquit tex. in. d. l. Paulus quod vel fideiussori permittitur, nec enim malæ fidei emptori denegaretur. l. 1. C. si vendito pignor. agatur, non autem, vt proprietatem pignorum sibi acquirere
30 possit. Restat diluere contraria pro parte negatiua, adducta, ad primum illustrius erit illud exemplum in personis diuersorum, si fingas Sempronium redimere reditum cessionere. cepta, quartum vero esse, & vltimum

creditorem

creditorem puta Petrum, cui mille debeantur ex mutuo, quique debitore discusso cogat Titium reponere fundum in bonis debitoris refusis. 1800. restat maior obstantia: quia melioris cõditionis est Sempronius, cui reditus currit, licet minus pretium numerauerit & nihil commodauerit creditori, Petrus autem, qui plus numerauit & plurimum profuit, nedũ debitori, sed etiam Sempronio, vt sit vnde percipi possint reliqua reditus, nullum habet reditum nullam vsuram, & adhuc licet sit prior quantum ad 1800. per notata supra ista quæstione, tamen quo ad mille sibi debita vincitur a Sẽpronio tam pro sorte, quã pro reliquis. d. reditus. Nec obstat si dicatur quod Petrus potest sibi consulere offerendo Sempronio sortem reditus cum reliquis, & etiam sua mille, vt omnino eum excludat, & in eius locum succedat: quia multa contingere possunt, vt non expediat Petro, vel non possit tantum pecuniæ profundere. Breuiter respondeo verum esse assumptum, sed non sequellam: quia nulla est iniquitas, aut absurditas: nõ enim insurgit nisi propter interusurium reditus, vel vsuræ, quam vnus percipit, alter non, sed cum præsuponatur in facto debitorem fuisse discusum a creditoribus aliquando Titius non potuisset ab eis, vel vno eis cogi ad patiendum redemptionem, sequitur quod sumus in casu, in quo bona debitoris distrahuntur, vt creditoribus satisfaciat, & sic cessat, aut mox cessabit interusurium, at tamen quia hęc solutio non omnino satisfacit: quia subhastationes, & adiudicationes differri possunt, & interim aliquot anni, d. reditus excurrent. Ideo respondeo secũ
31 do per tex. in l. & in contraria de vsuris vbi ei, qui vtiliter gessit negotia adiudicantur vsuræ, etiam si non est mutuatus sub vsuris, sed pecuniam suam ociosam in commodum alterius insumpsit dummodo longe plus commodi attulerit, quàm sit cavsura addè. tex. in l. at qui natura. §. non tã tum vers. contra de negotijs gestis, & idem in procuratore, tex. in l. si vero non remunerandi. §. si mihi mandaueris mand. imo etiam idem in tutore contra pupillum. l. quid ergo. §. consequitur de cont. & vtil. actio. tutelæ, idem in socio. l. si vnus. §. penul. pro socio, & sic dico quod in casu dillatæ refusionis. 1800. etiã cessante interim mora per. d. §. si mihi mandaueris, &. d. §. consequitur, debet interim Petro (de iure ciuili loquor) cõgruum interusurium adiudicari quãtum suapecunia vtiliter gesit negotium debitoris, & omnium aliorum creditorum neque illud interusuriũ debet esse minus, quam reditus fundi redempti, ita tamen si non excedat rationem quincuncis vsuræ vt notauimuss alibi, nec etiam debet excedere reditus, nisi forte essent tenuissimi, vt in domo magni pretij: quia tunc si magno incommodo omnes liberauit, vt quia faculras redimẽdi expirabat, iustum videbatur eo iure adiudicare interusurium, etiam ad prædictam rationem quincuncis licet fructus sint ad rationem quindecimę plus dico, quod etiam in isto interusurio debet omnibus præferri quibus per dictam. l. licet. C. qui potio. præfertur in sorte: quia istud interusurium cum non excedat quantitatem fructuum, qui aberant, & erant extra bona debitoris censetur iusta pars pretij fundi redempti, non solum Petrus pecuniam suam insumpsit, sed etiam incommodum, & interusurium, quod aliunde facere poterat quo omisso maluit vberiusc̃ muni debitoris, & creditorum omnium vtilitati consulere, prout efficaciter

32 citer fecit, vt pote cum iam expiraret facultas fundi redimendi. Ad secundum libenter fateor quod coactionem quidem ad cedendum habet in vim veteris suæ hypothecæ, sed cessionem ipsam non habet in vim dictæ hypothecæ, nisi mediate, & partim, sed multo magis immediate in vim pecuniæ suæ, quæ cum sit vna alia sors, nõ tenetur eius fructus computare in deductionem veteris hypothecæ, quæ licet pariat ius petẽdi cessionem, non tamen parit ius illam assequendi, & sic ius cessum nõ est fructus veteris hypothecæ, sed potius, & immediate, est fructus pretij numerati, per quæ patet responsio ad tertium, quæ omnia illa commoda non consequitur, nisi mediante sua pecunia, quę illi abest, & quæ omnibus illis incommodis æquiualet, & sic nihil est, quod inuideri, aut reprehẽdi possit. Quod autem nuper dixi de fundo sub facultate redimendi vendito iusto pretio, vel circiter, secus si tam modico pretio vt recidat in fraudem antichreseos, quia tunc non solum offerri poterit, sed etiam exigi cessio cum suis oneribus, sicut in reditu quatuordecimæ secundũ notata supra eodem isto lib. quæst. 11. & eodem lib. quæst. 3.

33 Sed pone, quod Titius reditualis creditor debens mille Sempronio, ipsi cessit actionem aduersus reditus debitorem, vt ab eo exigeret ille mille in reditus pensionibus. Sempronius cessionarius postea mauult aduersus Titium agere, & ab eo mille exigere, quæritur, an possit, an vero teneatur prius cessione vti & reditus debitorem conuenire: Et videtur, q̃ cessionarius non possit aduersus cedentem agere non facta diligentia prius contra debitorem cessum ex tex. in l. si mandauero. §. interdum. ff. mandati, & per eum tex. quem dicit esse rotundum pro hac sententia ita tenet Paris. Modernus cons. 49. nu. 14. vbi dicit, quod etiã si sit simplex cessio iurium ad comodum cedentis tantum facta, cessionarius non admittitur contra cedentem nisi discussis his contra quos mandatum habuit, quia non potest a cedẽte exigere nisi, id quod minus seruari, & consequi a cessis nominibus potuerit, sequitur Marcus Antonius Eugenius cons. 73. num. 9. & seqq.

34 Cũ autẽ cessionarius reditus agit, vel reditus instrumentum executioni mandari postulat, debet ante omnia cessionis instrumentum producere quia prius de iuribus cessis discutiendum est, Boerius decisione. 10. in princ, Socin. cons. 8. lib. 3. Bertrandus. cons. 21. lib. 1. 1. p. Valle cons. 28. num. 14. lib. 1. Brunorus à Sole quæs. 12. Imo in executione quæ fit ad instantiam cessionarij debet præcedere discussio & liquidatio, quod agens sit cessionarius, vt per Hypolitum sing. 26. nec licet cessionario agere nisi in primis constet citato & audito debitore reditus agentem esse cessionarium, vt inquit Boerius vbi sup. Petrus Surdus, cons. 22. num. 1. & 2. lib. 1. Brunorus vbi supra, hoc autem intelligendum censeo si debitor in litis ingressu opponat contra cessionem tunc enim de ipsius iuribus sum marie cognoscetur, alias satis est, q̃ cessionarius cessionis instrumentum producat, & eo viso absque partis citatione iudex mandatum executiuũ decernat, prout in Gallia seruari dicit Boerius. d. decisione. 10. postea tamẽ in executione discutitur de viribus cessionis si contra eam debitor opponat.

An autem debeat constare de cessione in litis inicio, vel in processu causæ, videtur distinguendum, aut enim cessionarius agit nomine proprio

prio, & vt cessionarius, & tunc satis est, quod in processu causæ constet de cessione nec requiritur quod producatur in principio iudicij, nec ideo minus valet iudicium, aut agit cessionarius nomine cedentis, & tũc debet constare de cessione, in principio litis, vt per Ioan. de amicis cons. 24. colum. 1. & Petrum Surdum cõs. 25. num. 18. & num. 19. lib. 1. vbi idẽ dicit in hærede, legatario, emptore, permutatore ad idem Alex. l. Aristo. num. 4. de acquir. hæred. Octauianus decis. Pedemonta. 58. num. 4.

Hæc tamen distinctio in ordinario iudicio locum habet, at in executiuo ante omnia produci debet cessionis instrumentum: non enim potest iudex ad instantiam cessionarij non nominati in instrumento reditus mandatum executiuum decernere nisi prius se cessionarium ostendat, & iudex cessionis & reditus instrumenta examinet an paratã executionem habeant, vt per Auenda. ad l. 4. de las exceptiones, numero. 20. & 23.

Ex quæst. sequent.

An fiat compensatio ipso iure ad impediendum cursum reditus, num. 1. & seq.

Compensationem fieri ipso iure ad impediendum cursum vsurarum, num. 2.

Idem ad vitandum commissionem pœnæ. numero. 3. & numero. 13.

Compensationem fieri ipso iure vbicumque defectus solutionis posset afferre damnum debitori. num. 4.

Compensationem fieri ipso iure in debito iurato ad impediendum periurium. n. 5.

Conditio soluendi compensando impletur contra Canonistas. numero. 6.

Intellectus, text. capit. ad nostram de iure iurand. ibidem remissiue.

Compensationem ipso iure non fieri ad vitandum emphyteutæ commissum. num. 7.

Compensationem fieri intelligi prius in vsuras, si quæ debeantur, reliquum autem in sortem. numero. 8.

Compensationem ipso iure nullam fieri in annuis reditibus, sed demum cõgrua, oppositione facta ab homine, qua vice oblationis sit. n. 9.

Compensationem particularem, seu pro rata admitti, non tamen admitti particularem solutionem. n. 10.

Compensatio tunc demum locum habet quando hinc inde versatur debitum purum liquidum & exigibile. ibidem.

In annuis reditibus non esse propriè compensationem stricte sumptam. num. 11.

Redemptio annui reditus non est propriè solutio debiti, sed meræ facultatis restitutio, quæ non potest fieri, neque offerri pro

parte numero.12.

Ratio cur reditus annui quo ad cõpensationem magis accedant pœnæ, quam vsuræ. numero. 3.

Casus in quo cõpensatio ipso iure locum habet in annuo reditu. numero.14.

Compensatio ipso iure in reliquis, nõ in sorte reditus locum habet. num.15.

Ampliatur etiam si vterque debeat reditum eiusdem quantitatis, num.16.

An congrue oblata compensatio cum summa per reditus creditorem debita extinguat reditum ipso iure, nu.17. & 18.

Congrue oblata compensatio, seu debiti computatio plus operatur quam realis oblatio. numero.19.

Quæstio. XVIII.

An fiat compensatio ipso iure ad impediendum cursum reditus.

Discussum est in præcedẽtibus, an sortis & reliquorum oblatione impediatur cursus reditus, superest, vt inquiramus, an compensatione ipso iure reditus extinguatur. Finge creditorem, qui decem reditus emerat procentum quadraginta, mox debitorem factũ ex legato, vel ex alia causa ipsi venditori in alijs centum quadraginta, dubitatur, an ipso iure fiat compensatio debiti cum sorte, reditus, ita vt eo extincto cesset eiusdem cursus: & prima facie videtur, quod sic, quia quamuis compensatio in debito non vsurario ita demum fit ipso iure si pars opponit compensationem, vt cum communi resoluunt Iason. §. in bonę fidei. numero. 77. de action. Tindarus de compensatio. articulo. 6. tamen in debito vsurario etiam sine facto hominis ipso iure fit cõpensatio iuxta. l. si constat. l. etiam C. de compensationibus. l. eius. C. de solutionibus. l. cum alter. cum l. sequenti. ff. de compensationibus, vbi indistincte compensatio fit ipso iure ad inhibendum cursum vsurarum, siue iure actionis, siue officio iudicis, etiam priuilegio minoris ætatis debitarum siue vtrumque debitum sit vsurarium, siue vsuræ sint æquales hinc inde, siue inæquales, siue non sit debitum vsurarium, nisi ab altera parte. Et idem ad vitandum commissionem pœnæ tenent glos. Bartol. Bald. Angel. Paul. Pulgos. & alij in. d. l. si constat, &

1 2 3

genera

generaliter vbicunque defectus solutionis posit afferre præiudicium, vel damnum debitori ipso iure fieri compensationem, tradunt Alexand. in consilio.45.numero.4.lib.5. & consilio74 numero.4.lib.5.Socin.consilio.130.ad fin.lib.4.Curtius Senior, consilio.7.lib.fin.Iaso.in.§. in bonæ fidei instituta de actionibus Socyn. in l.Iulianus,columna. 2. numero.9. de conditionibus, & demonstrationibus vbi ampliat etiam si hinc inde versaretur pœna ex diuersis causis,puta ex diuersis compromissis, reprehendendo,Bart.& Paul.ibidem, sed non meruerunt reprehendi:quia nõ sentiunt contrarium,sed ita debent intelligi, prout etiam intelligit ibi, Alexand.in additioni.ad Bartol. Ampliãt communiter Legistæ, quod supra diximus de compensatione facienda ipso iure ad debita iurata ad impediendum periurium, vt Bartol. Angel.& Rapha. Cuman. in l.amplius non peti. ff. rem ratam haberi Ioann. Fabri. & Ioann.de Platea in §.in bonę fidei,instituta de actionib. Bald. in capit. ad nostram in primo de iure iurando Sebastianus Medicis in tractatu, de compensatio. 1.p. quæstione.25.& placet ipsorum doctrina tum ad pœnam periurij vitandam.dict.l.si constat: tum quia nihil interest compensare,an soluere, vt inquit tex.in.l.si debitor qui potiores in pignore habeantur: tum quia debitor facto creditoris sui; qui quod debet,non soluit, impeditur; imo iam iam impeditus fuisse videtur quominus sua die soluat,vel soluerit, & sic inutilis est actio ei, per quem stat.l.potior in fin.qui potiores in pignore habeantur,imo debitor eo ipso, quod impeditus à creditore, soluere, vel soluisse videtur,vt inquit text.in l.Iulianus,ait.ff.de conditionibus,& demonstrationibus.l.3. in principio de statu liber. Tum etiam conditio quantumcumque in forma specificata impleri debeat: tamen compensando impletur.l. si peculium.§. 1.versiculo,quod si hæredi de statu liberis,& dict.l.Iulianus ait., quæ ampliatio placet,licet Canonistæ exceptis Bald.& Imol.contrarium teneãt in dict.cap.ad nostram,el.1. quos Iason maluit sequi in dict. §. in bonæ fidei,sed Bart.& Legistarum opinionem sequutus est comprobans,& defendens Couar.in capit. quamuis pactum prima parte.§ 4.numero.9 vbi respõdit textui in.d.cap. ad nostram de iure iur.quo suam fundabant sententiam Canonistæ,eandem tenuit Paris.Modernus in consuetud.Paris. §.62,quæstione.5.numer.20. vbi numero.23. & sequent. videndus est pro pleno intellectu text.in.d.capit. ad nostram,Gutierrez de iuramento confirmatorio.3.parte.capit.6.numero.5.& 6.

Quod autem omnes fere.DD.rursus ampliando dicunt fieri compensationem ipso iure in emphyteuta ad vitandum commissum,displicuit præd.Mod. Paris.loco nunc citato, numero.19.& numero.29.cuius opinionem contra communem sequitur Couarr.in.d.§.4.in fin.

Item limito,vt prius compensatio fieri intelligatur in vsuras, si quæ debeantur,reliquum autem in sortem. patet,quia etiam si ab homine offeratur compensatio, vel etiam realis solutio non tenetur creditor admittere,nisi prius vsura soluatur. l. cum & sortis.ff.de pignorat. action. cum vulgar.

Sed ad rem concludo in his annuis reditibus,de quibus agimus nullam fieri compensationem ipso iure sed demum congrua oppositione facta ab homine, quæ vice oblationis sit. Quod etiam agnouit Nauar. post

coment. de vsuris quæstione. 40. nu-
mero. 125. & vltra cum ea est potissi
ma ratio: quia nulla est obligatio sor
tis reddēdę: igitur nulla cōpensatio
nis materia. Tum alioquin circumue
nirentur creditores, qui pecuniā qui
dem à se debitam tenentur habere
paratam, & ociosam ad soluendam
debitori mox, aut quandocunque
voluerit exigere, & tamen non pos-
sent sortem reditus exigere, nec cum
ea compensare, nec reditus interim
curreret, nisi ad nutum creditoris,
quod esset iniquum, nec etiam esset
æqualitas, quā cōpensatio requirit:
quia creditores non possunt inuitis
debitoribꝰ reditualibꝰ cū redituū sor
te compensare, quod eisdem ex alia
quauis causa deberent, potest enim
dicere debitor: nolo compensare,
quia nolo redimere nunc, sed redi- 11
tum continuare, quod autem mihi
debes exigere volo, quantumcunque
igitur summam pure debeat credi-
tor, currit reditus ipso iure, & cum
effectu donec debitor significet cre
ditori se, velle redimere, & indictam
summam compensare, quo facto ve
lut solutione, statim ipso facto re-
soluitur reditus, dummodo ea sum-
ma à creditore pure debita non fit
minor forte cū reliquis tēpore huius
significationis debitis, vel dummo-
do debitor offerat residuum ad re- 12
demptionem requisitum: vt enim
non potest fieri redemptio reditus
pro parte, ita nec compensatio redi-
tus pro parte inuito creditore. Non
10 obstat quod licet alias non admitta
tur particularis solutio, tamen com-
pensatio particularis, siue pro rata ad
mittitur, vt tradunt Doctores, in l.
quidam æstimauerunt si certum pe
tatur: quia est natura compensatio-
nis proprie sumptæ, quæ tunc demū
locum habet, quando hinc inde ver
satur debitum purum liquidum, &
exigibile, saltē de iure, C. nec enim
considerabile est quod alter minus
soluendo sit cum sibi ipsi quisque di
ues, & soluendo sit. l. quærebatur ad
l. falcidiam, vt sic debiti, creditique
inuicem contributio fieri possit. l. 21
de compensationibus, & tunc etiam
qui minorem summam debet, po-
test alteri inuito pro rata compensa
re etiam residuum debiti non offe-
rendo, etiam si creditor maioris sum
mæ, ne diuidatur, offerat minorem
soluere, nihilominus tenetur compē
sationem pati: quia etiam oblata iam
censetur recepisse, & penes se habe
re partem compensatam, & non po
test deinceps ipso iure petere, nisi re
siduum, & hic nulla captio alterū-
trumque versatur: cessante autem
mutua obligatione, hinc inde exigi
bili, cessat materia veræ, & propriæ
compensationis. Vnde in his rediti
bus annuis quando debitor redime-
re volens offert creditori, eidemque
debitori suo, non est proprie compē
satio stricte sumpta, de qua in l. 1. &
per totum titulum de compensatio
nibus: patet quia non est debiti, &
crediti contributio, quia offerens nō
debet, quod offert, cum non possit
cogi ad offerēdum, Instituta de obli
gat. in princip. nec est propria solu-
tio debiti, sed voluntaria meræ facul
tatis restitutio, siue resolutio, quæ nō
potest fieri, nec offerri pro parte, si-
cut nec implementum cuiuslibet
conditionis. l. cui fundus de condi
tio. & demonstrat. Vnde si summa
offerenda maior est ea, quam debet
creditor, nihil agit debitor, nisi resi
duum realiter offerat, hoc facto satis
est: quia etiam implementum condi
tionis fit compensando large sump-
to vocabulo, siue magis proprie lo-
quendo, imputando dummodo in
tegra fiat. l. Iulianus de conditionib.
& demonstrationib. cum vulgari

Hinc.

13 Hinc vides rationem differentiæ cur quamuis ij reditus annui non habeant proprie symbolũ cũ pęnis, sed cum vsuris,& tamen de iure in debito vsurario fit etiam ipso iure sine ministerio hominis compensatio pro rata, etiam ad impediendum cursum vsurarum pro ea parte. d.l. si constat cum sequent. licet hoc pro parte nõ prosit ad euitandum commissionem pęnæ pro rata, nisi tantundem debeatur,quia etiam expressim ab homine oppositã compensatio partis non impediret totam pęnam committi l. 5. in fin de verborum obligation. igitur multo minus tacite,& ipso iure impediet:cur igitur in hoc hi ditus magis accedunt pęnæ,quam vsuræ? Respondetur hoc esse non quia vsuris tanquam earum succedanei magis accedant, sed quia debitor, non est obligatus ad sortem,nec ad eam restituendam cogi potest à creditore:cuius oppositum est in vsuris illis veteribus iuris ciuilis,in quarum sorte vt debita cadebat vera compensatio, vt in.d.l. 2. cum.l.sequent.d.l.si constat,secus hic
14 in istis reditibus, vnde quoties cõtingit currere certum reditum, ita tamen quod nihilominus, creditor si velit possit sortem exigere cum reliquis vsque ad solutionem, vt in casu qui habetur hoc lib.quæstione. 17. & in capit.salubriter de vsuris, & dicemus infra libro.3.quæstione. 7. Tunc locus erit regulæ iuris communis de compensando etiam ipso iure sine hominis ministerio, etiam pro rata portionis, vt amplius non currat talis reditus, nisi pro rata residui.dict.l.si constat,& intellige ex eo tempore,quo creditor potest sortem exigere,secus pendente termino dato debitori ad soluendum, vt supra isto libro. quæstione, 14. quia cum compensatio sit quædam executio, non prius ipso iure fieri, quam exigi potest, nisi offeratur a renunciante suæ dillationi.

15 Ex his habes quod compensatio ipso iure bene habet locum in reliquis,quæ exigi possunt,sed non in ipsa sorte reditus,quæ exigi non potest.
16 Amplio etiam si vterque alteri debeat reditum eiusdem quantitatis etiam eiusdem qualitatis, siue vterque reditus non redimibilis, siue vterque, vel alter tantum redimibilis:quia si non sint redimibiles, non compensantur interim, nisi reliqua præterita, non autem reditus in se, etiam si alter offerat, nisi vtraque pars consentiat, idem si alter tantum reditus sit redimibilis, si vero vterque redimibilis est, etiam pro pari summa adhuc potest vterque dicere nolo reditum à me debitum redimere,sed volo vendere, vel alij cedere mihi debitum, idque libere facere potest,& reditus venditus, vel cessus transit in tertium,sine aliquo onere compensationis,nisi respectu reliquorum præteritorum ante cessionem, vnde quantumcunque vterque reditus redimibilis sit, etiam pro pari summa,non est locus compensationi ipsius reditus in se etiam ab homine oblatæ, nisi vtraque parte consentiẽte. Nec obstat si dicatur, quod quamuis hic non cadat compensatio ipsius iuris reditus: quia neutrobique est sortis obligatio. neuter enim tenetur ad sortem restituendã:tamen quod alia ratione debet esse locus compensationi quasi non interesit eius,cui offertur,cũ sint reditus omnino similes, & æquiualentes æque tuto collocati, & omni respectu pares: quia imo notabiliter interest:quia potest nolens compensare iuste dicere indigeo nunc pecunia,ideo nolo compensare,neque cõfundere,sed volo vendere, vt pretio

fruar, tibi vero pendam tuum reditum, vel causari potest aliter se velle de iure reditus tanquam de re sua disponere. l. in re mandata. C. mandati.

Hic incidit quæstio de reditibus ex voluntate debitoris redimilibus, vtrum congrue oblata compensatio cum summa per creditorem debita extinguat reditum ipso iure, videtur, quod non: quia hic, vt dictum est, non est propria, & adæquata compensatio, sed potius imputatio, seu ficta, & æquipollés oblatio fortis, & reliquorũ debitorũ, quæ in effectu videtur debitor offerre, ex quo offert tantundem compensare, sed oblatio etiam realis licet faciat ipso iure sistere cursum reditus pro tempore futuro, tamen non liberat ipso iure à præteritis, nec reditum ipso iure resoluit, vt dixi supra hoc lib. quæstione. 15. at fictio non potest plus operari, quam veritas. l. filius familias vbi Iaso. & omnes. ff. si certum petatur.

18 Breuiter contrarium dico duplici ratione: primo quia certum est, quod consignatio legitime facta, videlicet integre iudice adito, parte vocata liberat ipso iure l. acceptam. C. de vsur. l. obsignatione. C. de solutio. & resolut ipso iure l. si ad te. C. de pactis inter emptorem, sed hic per creditorem stat, quo minus cõsignetur: quia non soluit, quod pure debet vnde consignatio fieret, ergo in eius præiudicium pro facta habetur. l. iure ciuili de condition. & demonstrat. Secunda, quia hæc imputatio est pluſquam consignatio. patet, quia creditor habet iam eam summam penes se, quod est pluſquam si consignatum esset: quia id dicitur ei ipso facto solutum esse, igitur hęc imputatio fortius saltem non minus liberat, quam consignatio, & viciſsim creditor ipso iure liberatur ab eo, quod debebat imputari pro rata, & hoc quando creditor tantum pure debebat, quanta erat summa offerenda, alias si quid esset supplendum, requiritur residui realis oblatio vt cursus reditus impediatur, & illius residui consignatio, vt resolutio. & liberatio ipso iure obtineatur. Infertur quod hæc imputatio in duobus releuat, & expeditior est reali oblatione: primo quia in oblatione reali, non sufficit pecuniam offerre in saculo, nisi extrahatur, & præsente creditore numeretur, nisi creditor recuſet, vel per eum fiet, vt per Paul. & Alexan. in. l. si mora soluto matrimonio. Alexand. in l. si seruus columna. 2. de vulgari, & pupil. Iaſon. in. l. qui Romę in principio. ff. de verbor. & alij relati, supra hoc lib. quæstione. 15. secundo quia debet fieri in loco vbi debetur reditus iuxta notata in. l. vſura. C. de solutio, quæ omnia ceſsant in hac imputatione, quæ potest fieri vbicunque inuenitur creditor, nisi ſiquid superſit realiter offerendo.

19

Ex quæſt. ſequent.

SI debitor creditori ſuo ſuccedit, confunduntur actiones. num. 1.

Id tamen limitatur, quando ex confuſione fieret tertio præiudicium ibidem, quod intellige, vt infra numero. 20

Compenſatio fit ipſo iure ad impediendum curſum vſurarum, & pœnam. nu. 2.

Quod

Quod limitatur, si sit alius creditor antiquior potius ius habens, quam volens compensare, in cuius præiudicium non fit compensatio. ibidem.

Fictio non operatur in tertij præiudicium. ibid.

Confusio actionis inducitur, ne sit idem debitor, & creditor, aut quia successio est loco solutionis. n. 3.

Sublata actione personali per confusionem non tollitur hypothecaria. num. 4. vide tamen. num. 36.

Ficta solutio non inducitur per additionem hæreditatis nisi ad hoc ne hæres sit in damno. ibidem.

Si debitor succedat creditori, an & quando tollatur pignoris obligatio. n. 5.

In materia confusionis, dispositum in debitore extenditur ad creditorem. n. 6.

Ius confusionis, & ius creditoris, si eodem tempore concurrant, quod sit præferendum. n. 7. & num. 25.

Si in adquisitione rei per successionem concurrant ius hypothecæ dotalis, & ius confusionis, quod præualere debeat. numero. 8.

Prioritas quando est necessaria in materia fauorabili in concursu aliarum rerum illa detur ordine intellectus. num. 9.

Debitor reditus non est sortis debitor. n. 10

In contractu reditus, an obligatio personalis sit principalis, & obligatio realis, & hypothecaria accessoria n. 11. & nu. 15. & num. 29.

Peremptis hypothecis reditus, an pereat personalis obligatio. ibi. & numero. 15. & numero 29.

Obligatio emphyteutæ non est merè personalis, sed respectiua ad rem, & perit re perepta, ibidem.

Cofussione obligationis fideiussoriæ, non extinguitur principalis obligatio. num. 12.

Hypothetæ constitui non possunt à principio sine obligatione personali: constitutæ tamen subsistunentur sine ea. ibid.

Confusio in realibus locum non habet. num. 13. vide tamen infra num. 28.

In redditibus obligatio hypothecaria est principalis numero. 14. vide tamen infra, num. 15. & numero. 29.

Reditus, an possit constitui super sola obligatione personali. ibid. & num. 29.

Hypotheca est rei suppositio ad certiorem solutionem debiti. numero. 15.

Sed debitor succedat creditori, vel e conuerso liberantur debiti fideiussores. num. 16.

Seruitus tollitur confusione per successionem. n. 17.

Si reditus imponitur super bonis maioratus, est loco fideiussoris, ipse maioratus, & ideo successori maioratus datur actio contra successorem in bonis liberis imponentis, vt redimat. num. 18.

Creditor reditus super maioratum constituti, tenetur cedere actiones possessori maioratus contra successorem in bonis liberis. ibidem.

Exceptiones competentes contra authorem, competunt contra successorem. ibidem.

Creditor non potest plus iuris habere in exigendo debitorem sui debitoris, quam haberet suus debitor. n. 19.

Confusio actionis tunc non inducitur quando per eam fit tertio præiudicium in iure quæsito. num. 20.

Confusio actionis fit ipso iure ante quam actio quæratur succedenti. num. 21.

Compensatio, fit ipso iure si a debitore opponatur. ibidem.

Si debitor succedat creditori, videtur debitum soluisse, quando ex solutione hæres nec damnum sentit, nec lucrum querit. numero 22.

Fiscus tunc habet priuilegium renocandi solutionem, quando fuit facta posteriori creditori, secus, si soluatur priori. numero 23.

In contractibus debet fieri distinctio personarum, dantis, & accipientis. n. 24.

Prius debet queri res debitori, quam in ea possit creditori adquiri ius hypotheca. numero 25.

Priuilegium fisci, de quo in l. fiis, qui obligauerat. ff. de iure fisci. an competat doti. numero 26.

Et an possit trahi ad materiam confussionis. ibidem.

Debitor reditus est debitor pensionis annuæ perpetuo soluendæ dum reditum non redemerit. num. 27.

Debitoris reditus annua obligatio pro omnibus annis est vna & eadem, & adhæredes trãsmittitur, & vna præscriptione, & per successionem tollitur. ibid.

Ius reditus non est seruitus formalis, nec propria. licet improprie dici possit seruitutis genus. numero 28.

Resolutio quæstionis. num. 30. & sequenti.

Confusio actionum per successionem locum habet in successione vniuersali, non vero in particulari. ibid.

Sed debitor reditus succedit fideiussori suo confunditur personalis fideiussoria in principalem obligationem

gationem, hypothecaria tamẽ in bonis fideiussoris non confunditur. n. 31.

Si debitor reditus succedit creditori suo, confunduntur personalis, & hypothecaria obligationes. num. 31.

Id tamen limitatur, si creditor ante mortem hypothecam in alium transtulisset, & postea reliquerit hæredem debitorem reditus, quia non confunditur hypotheca vtilis in tertium translata. ibidem.

Si creditor reditus debitori succedat an confundantur obligatio personalis, & hypothecaria. n. 33. & sequenti.

Ius hypothecæ quando conseruetur creditori anteriori qui successit debitori, vt defendat res contra hypothecas posteriores. numero 34.

Reprehenditur Negusantius. n. 35. & 36.

Si creditor reditus successit debitori absque inuentario & vult agere pro reditu hypothecaria aduersus tertium possessorem, obstat sibi actionis hypothecariæ confusio. n. 36.

Extincta personali, extinguitur hypothecaria. ibid.

Præscripta personali, non censetur præscripta hypothecaria, quæ longioris est vitæ, & quare. num. 37.

Per aditionem hæreditas extinguitur tàm ciuilis quam naturalis obligatio. n. 38.

Successio non habet vim solutionis, quando ex eo causatur damnum hæredi, vel creditoribus & quomodo intelligatur. numero 39.

Si defunctus obligauit rem suam pro alieno debito ei, qui sibi successit, non confunditur hypotheca. num. 40.

Per successionem non confunditur hypotheca pro debito hæredi ab alio quam a defuncto quamuis hæres in hæreditate inueniat rem sibi hypothecatã. num. 41.

Si creditor reditus succedat reuocabiliter in hypothecis, non confunditur hypothecaria, numero 42.

Vsusfructus per confusionem extinctus restituitur si vsufructuarius proprietatem reuocabiliter acquisiuit ibidem.

Si dominus hypothecarum commutabilis ius reditus successione acquirat, an confundantur hypothecæ. n. 43.

Possessor bonorum maioratus cuius bona sunt Regia facultate reditui obligata, si succedat creditori reditus, an extinguantur hypothecæ, & an reuiuiscant si alium hæredem quam maioratus successorem relinquat. ibidem.

Euicta re creditori data in solu-

tum, an possit creditor hypothecaria pristina actione agere, an vero exempto actione agendum sit, nume. 44.

Quæstio. XIX.

Si debitor reditus creditori, vel creditor debitori succedat, an obligatio personalis, & hypothecæ, reditus extinguantur?

QVæstio hæc noua est, & cum in forensi controuersia in Vallisoletano Regio conuentu incidisset à Doctissimis Senatoribus, & disertissimis causæ Patronis fuit difficilis reputata. Antonius cuiusdam maioratus possessor Regia facultate certum reditum singulis annis persoluendum vxoris hæredi pro pecunia dotali recepta super bonis maioratus sui constituerat: deinde aliud debitum dotale cum generali hypotheca præsentium, & futurorum bonorum contraxit: Tandem reditus creditor Antonium hæredem reliquit, vel ei reditum legauit: Antonius hæreditate adita absque inuentario, aut legato agnito decessit, eiusdem Antonij secundus creditor contendit reditum illum Antonio suo debitori successione quæsitum, & per consequens pro suo credito hypothecatum ad ipsius solutionem distrahendum: Contra vero maioratus successor asserit reditum aditione hæreditatis, aut legati acceptatione extinctum, & bona libera permansisse ab ipso reditu quæsitum est, an successione fuerit extinctus reditus, an vero acquisitione sit pro secundo debito dotali hypothecatus, & in præiudicium secundi creditoris reditus extingui non potuerit. In hac quæstione in vtramque partem argumentabor: deinde quid pronunciatum per Sacrum Senatum, & quid sentiam breuiter subijciam.

1 Et pro creditore primo facit, quia quamuis iure verum sit, quod si debitor creditori suo succedat confunduntur actiones. l. Stichum. §. aditio. ff. de solutio. l. cum secundum, vbi Bald. & alij. C. de fidei commiss. id tamen limitandum est, quando ex actionum confusione fieret tertio, vel etiam ipsi hæredi præiudicium: tunc enim aditione hæreditatis actiones non confunduntur. l. debitor. ff. de separatio. l. hæres. §. quod si hic seruus. ff. de solutio. Bartol. & Paulus generaliter. ff. de fideiussor. Decius

eius.in l. debitori. numero. 22. C. de pact. Sed si reditus actio confunditur per additionem hæreditatis,fit præiudicium creditori Antonij: quia non adsunt alia bona libera, ex quibus creditum persoluatur,fit etiam præiudicium ipsi Antonio, cui vtilius est hoc reditu suo creditori soluere, & ab ipso liberari, quam reditu per additionem extincto bona maioratus ab obligatione reditus eximere; igitur successione reditus obligatio non confunditur.

2 Secundo arguitur à simili. Compensatio fit ipso iure ad impediendum cursum vsurarum, & ad vitandum commissionem pœnæ. l. si constat. l. etiam. C. de compensatio. l. cum alter cum. l. sequenti. ff. eodem.l.eius. C. de solutio. glossa. & Doctores. dict. l. si constat; & vt diximus supra in quæstione præcedenti generaliter compensatio fit ipso iure, vbicumque defectus solutionis posset afferre damnum, vel præiudicium debitori: hoc tamen verum est inter ipsum debitorem, & creditorem reciprocum, secus si sit alius creditor antiquior potius ius habens, quam volens compensare: quia in eius præiudicium non fit compensatio, vt est decisio Neapolitan. Vincent. de Franch. 53. numero. 10. vbi dicit contra naturam fictionis esse, quod fictio operetur in tertij præiudicium; idem Decisio Genuensis. 190. numero. 19. Ergo similiter actionis confusio fieri non debet in tertij præiudicium.

3 Tertio: quia confusio actionis, aut inducitur ex eo,ne sit idem debitor, & creditor eodem tempore, aut quia successio est loco solutionis, vt in. dict. l. Sthicum. §. aditio, vbi notant Bartol. & Paul. sed vtrumque cessat in hoc casu, igitur non inducitur confusio. Probatur minor,quia hic nõ agimus de obligatione personali, qua tenebatur Antonius ad solutionẽ reditus,in qua actio, & passio non possunt cadere in eodem subiecto, vt inquit Bald. l. si vxor tua. C. de bon. authorit. iudi. possid. Paul. l. cum quis. §. fin. de solutio. sed agimus de hypothecis ipsius reditus, quæ non residenr in persona, sed in bonis maioratus,& sic cessat ratio confusionis.

4 Nec sublata actione personali per confusionem tollitur hypothecaria. l cum quis. §. fina.ff. de solutio. & dicit veriorem & receptiorem sententiam eam sequitus Rolandus de inuentario quarta parte §.an actio hypothecaria,numero.9. & sequentibus. Minus etiam dici potest, quod tollitur hypotheca per solutionem causaram ab aditione hæreditatis; quia ficta solutio non inducitur per additionem hæreditatis, nisi ad hoc ne heres sit in damno, vt probatur in dict. §. aditio, & ibi declarat Paul. ibi enim fingitur debitum naturaliter tantum solutum hæredi, quia illud alias retineri, & consequi non posit, & sic propter æquitatem fingitur, quod hæres sibi soluerit ad vitandum damnum, & vbi cessat ratio damni vitandi,successio non habet vim solutionis.l. si ei. ff. de euictionib. Bartol. l. hæres à debitore. §. final. & in. l Vranius. ff. de fideiuss. & in. l. si is, qui pro emptore. quæstione. 6.de vsucapion.& cum in isto casu cesset ratio damni vitandi, imo ex extinctione reditus resultet damnum non solum creditori Antonij, sed ipsi Antonio, vt supra diximus, & in præiudicium

tertij

tertij non operetur fictio, consequens est, per aditionem hæreditatis, nec confusionem actionis hypothecariæ, nec fictam solutionem induci.

5 Quarto, quamuis pignus non possit consistere in re propria, l. nec pignus. ff. de regul. iuris, & ideo per successionem inter debitorem, & creditorem tollatur pignoris obligatio, hoc verum est quando pignus adquiritur irreuocabiliter. Secus tamen si reuocabiliter acquiratur: quia tunc hypotheca non extinguitur. l. debitor sub pignore. ff. ad Trebellian. l. ex Sextante. §. Latinus largus. ff. de exceptio. rei iudica. Bart. dict. l. debitor numero. 2. Bart. l. si finita. §. Iulianus numero. 48. de damno infect. vbi dicit, quod res mea potest mihi obligari eo respectu quo potest à me reuocari. Afflictus decisione. 8. vbi inquit fuisse iudicatum, quod euicta re quæ fuit à iudice in solutum data potest creditor exercere priorem hypothecam. idem in creditore qui emit rem sibi obligatam, vt dicit idem Afflict. decisione. 16. numero. 4. & decisione. 237. Franchis decisione. 39. numero. 5. & in decisione. 80. numero 12. plures refert Surdus decisione. 266. numero. 2. Rolandus de inuentario. quarta parte. §. an actio hypothecaria. numero. 12. Sed Antonius non habebat hypothecas, ideſt bona maioratus irreuocabiliter, sed reuocabiliter cum obligatione restituendi successori post mortem: ergo per aditionem non fuit extincta hypothecaria actio. Nec dicatur
6 quod. dict. l. debitor &. §. Latinus largus loquuntur quando creditor debitori successit: quia idem est e conuerso quando debitor succedit creditori; vt in hoc casu: nam in materia confusionis debitor, & creditor sunt correlatiua, & quod in vno disponitur ad alterum extenditur, vt in. d. §. aditio, & inquit Purpuratus in. d. l. debitori. nu. 16. C. de pact.

7 Quintò, quia eodem tempore, quo Antonius hæreditatem adijt concurrunt duo iura alterum in iuris subtilitate consistens, videlicet, ius, quo actio confunditur si debitor creditori succedat, ne idem sit debitor, & creditor: alterum, quod tertij interesse respicit, videlicet, quod istud ius reditus adquisitum subijciatur hypothecæ creditoris Antonij, hæc duo iura incompatibilia sunt, & contraria, & non possunt simul cõcurrere, quia si actio reditus confunditur, ius reditus non hypothecatur, & si hypothecatur, ius reditus, non confunditur reditus obligatio. Stat ergo dubium quod istorum iurium prius operatur, & præualet, si actionis confusio, fit præiuditium creditori habenti ius hypothecæ in omnibus quæsitis per debitorem ex dispositione. l. fina. C. quæ res pignor. obligari poss. & sic præualere debet ius creditoris. Tum quia præcedit acquisitionem iuris confusionis, quæ residet in persona debitoris, qui non potest acquirere ius reditus sine hypotheca sui creditoris, iuxta text. dict. l. fin. & l. 1. §. fina. de rebus eorum per locum ab speciali, quod maxime dicendum est in creditore ex causa dotis, & in hypotheca dotali, quæ velotius alio quocunque iure incorporali afficit res per debitorem quæsitas, prout videre licet in fisco, qui præuenit causam pignoris in bonis postea quæsitis per suum debitorem, & in eis præfertur anterioribus creditoribus. l. si is, qui mihi obligauerat. ff. de iure fisci, cuius tx. decisio, etiam in dote locũ habet, quæ in hoc æque priuilegiatur, sicut fiscus

fiscus,vt per Salycetum l.assiduis. numero.4.C.qui potior.in pignor. Socin.l.1.numero.8.soluto matr.vbi Alciat.numero.20. Crot. numero.72. dicit communem Faber.§.fuerat.numero.7.de action. Gutierr. practica. quæstionū.3.parte.quæstione.99. numero.28.Barbosa. dict.l.1. ff. soluto matrimonio. 2. parte. numero. 17. Tum etiam prævalere debet ius creditoris,quia procedit ex causa dotis, & ita est ius reale.l.assiduis.C.qui potior.At vero ius, quod maioratus habet contra Antonium, vt eum liberet ab hypotheca reditus est ius personale,pro quo non inuenitur à iure, nec ab homine inducta hypotheca & ita non potest dici, quod maioratus habeat hypothecam in bonis Antonij, quæ non inducitur nisi in casibus a iure expressis,ex doctrina glos. fin.in.l.2. ff. de priuileg. creditor.Ripa.l.4.§.1.numero.9.ff.eodem titulo cum alijs relatis à Surdo decisione. 31.numer.9. Cum ergo eodem tempore concurrant ius creditoris ex causa dotis,quod est reale, & ius competens maioratui, quod est personale præfertur ius reale, vt in.d.l.assiduis, &.l.eos. C. qui potiores, in pign.habeant.& non solum dos præfertur iuri personali, sed etiam tacitis hypothecis anterioribus. d.l. assiduis cum late traditis à Couarru. lib. 1. variar. capit.7.numero.1.versiculo secunda conclusio.

8 Nec dicatur ,quod ad radicandā hypothecam dotalem in iure reditus oportet prius adquiriri Antonio reditus dominium,sed in ipsa acquisitione fit confusio obligationis reditus,& ita hypotheca non inuenit subiectum , in quo radicari valeat: quia etiam est necessaria reditus acquisitio ad causandam cōfusionem, & in eo instanti in quo fit acquisitio Antonio datur, & acquiritur hypotheca creditori dotis, cum ergo eodem tempore concurrant, dotalis hypotheca ad afficiendum reditum & confusio ad illum extinguendum inficiendum est, quid prius operetur ordine intellectus.nam , vt inquit Bald.l.Arethusa. ff. de statu homin.numero.13. velocissimum enim est intellectus , & præcurrit omnem temporis velocitatem , & ex supradictis concludendum videtur, quod prius causatur hypotheca dotalis in acquisitione reditus,quam ipsius reditus extinctio per confusionē.Pro quo etiam facit:quia in materia fauorabili , quando ad conseruandum fauorem est necessaria prioritas in concursu aliarum rerum,illa datur ordine intellectus , vt probat tex.in.l.si post mortem in principio. ff.delegat.1.ibi. *Tunc enim, quia in vnum concurrunt,vt hæres existat,& dies legati cedat, probabilius dicitur ad ipsum potius,cui relictum est pertinere legatum,quam ad hæredem eius, à quo libertatem consequitur,* & ibi notat Paul.in fin.& in dote ita dispositum est à iure ex.d.l.si is qui mihi obligauerat,de iure fisci,quę in dote locum habet,vt supra diximus. 9

Sextò: quia quamuis iure verum sit, quod si debitor succedat creditori,confunduntur actiones, id locum habet indebitis exigibilibus:non tamen potest applicari ad reditum de quo agimus : nam debitor reditus non est sortis debitor. Sors enim ex parte creditoris ementis reditum alienatur omnino,ita quod ei nunquam licet sortem repetere,vt diximus lib. 1. quæstione.4. numero.5. Cum ergo Antonius sortis huius reditus non sit debitor, ne vtiquam di ei potest,quod per successionem fuerit reditus extinctus, 10

Septimo : quia quamuis persona Antonij in constitutione reditus fue- 11

rit

rit obligata cum hypothecis in vulgari forma, principalis obligatio est realis & hypothecaria, personalis autem est accessoria: nam reditus essentia consistit in hypothecis sine quibus nec constitui, nec fundari valet ex motu proprio Pij. V. super forma creandi censum & communi, quam sequitur Gregorius. l. 28. tit. 8. part. 5. glos. verbo *à censo*, limitatione. 1. in quam frequentissimo consensu itum esse fatetur Couarr. lib. 1. variarum. cap. 7. numer. 5. vnde personalis obligatio in reditibus non est principalis, sed accessoria, & pendet ab obligatione reali, & hypothecaria, & peremptis hypothecis, perit obligatio personalis, vt per Gregor. supra limitatio. 1. Nauarr. c. si fœneraueris 14. quæstione. 3. § 20. secũdo notab. numero. 72. Valasc. de iure emphyt. quæstione. 32. numero. 10. Gutierr. lib. 2. practicà. quæstione. 177. numero. 7. & 8. vbi dicit, quod obligatio personalis, vt accessoria ad maiorem creditoris securitatem, & faciliorem exactionem reditus adijcitur. Parlador. lib. 1. rerum. quotid. cap. 3. numer. 32. Viuius decisione. 369. numero. 15. idem in emphyteusi dixit Iaſ. in. l. 1. numer. 97. vers. non obstat, argumentum. C. de iur. emphyt. vbi dicit, quod obligatio personalis emphyteutę non est mere personalis in abstracto, sed respectiua ad rem, & ideo re perempta, non tenetur emphyteuta soluere pensionem, & etiã quandoque ob sterilitatem fit pensionis remissio. Præterea in reditibus super bonis hypothecatis non solum datur hypotheca, sed etiam ius quodam reale ipsi prædio inhærẽs, quod non pendet à personali obligatione vt per Valascum de iure emphyt. q. 32. numero. 13. Gammam decisione. 145. Gregor. d. glos. verbo. *à censo*, limitatione. 1. Nauarr. vbi supra notabil. 22. Sarmiento, lib. 7. selectar. cap. 1. numero. 3. 4. 6. & 7. Parlad. d. cap. 3. §. 8. numero. 16. & 17. Gutierrez. cons. 18. numero. 77. & dicitur seruitutis ius istud ius reditus, vt per Milanensem in decisione. 1. numer. 117. in decisionib. Siciliæ. 2. part. Octauo quia quamuis concedamus, quod in reditibus obligatio realis & hypothecaria est accessoria personali: nihilominus fatendum est, quod non confunditur per successionem hypothecaria sed personalis tantum: nam si debitor succedat fideiussori solum tollitur obligatio personalis fideiussoria, non hypothecaria. l. cum quis. §. fin. ff. de solutio. & quod actio hypothecaria non confundatur successione docuit Bald. l. si vxor. C. de bonis autho. iud. posi d. Parisius cons. 25. numero. 64. lib. 2. & alijs relatis hanc veriorem, & magis receptam dixit eam sequutus Rolandus de inuentario. 4. par. §. an actio hypothecaria, numer. 9. & seq. Petrus Surd. cons. 7. num. 19. & seq.

Ex quo sequitur, quod quamuis essemus in casu, in quo personalis obligatio per successionem confunderetur non tamen ideo fieret realis obligationis confusio, nam realis obligatio isto casu non est accessoria ad personalem, sed personalis accessoria est ad realem, & ita sublata personali, non tolleretur realis, sed contra, quia accessorium sequitur naturam principalis, non vero principale sequitur accessorium, vt in regla accessorium. de regul. iuris in. 6. §. siquis in aliena tabula de rerum diuisione, quemadmodum per confusionem obligationis fideiussoriæ, non extinguitur principalis obligatio. dict. l. generaliter. ff. de fideiussor. imo hypothecæ, quamuis à principio constitui non possunt absque personali obligatione, l. contra-

hitur

hitur de pignor.ibi. *Propter aliquam obligationem*, vbi Bartol.& alij Surd. decisione.174.numero.20.&decisione.28.numero. 4. Semel tamen constitutæ subsistinentur fine ea.l.2.C.de luitione pignor.

13 Et cum ius reditus sit ius reale, vt diximus, non potest per confusionem tolli:quia illa in realibus locum non habet, vt docet Bald.l.si vxor sub numero.1.C.de bon.author.iud. possid. Alexand.dict.l. debitori. numer.3.C.de pact.& ibi Socin.numero.3.Ripa.numero. 37. quidquid in hypothecis distinguant Doctores, vtrum reuocabilis, an irreuocabilis sit successio.

14 Nec obstat,quod personalis obligatio est principalis adeo, vt sine ipsa non possit induci hypotheca.l.Iulianus in princip.deleg.3.l. gregé.§. cum pignore. de pignor. Fanus de pignor.6.part.membro.2.numero.5. & hypothecaria est accessoria personalis:nam id fallit in reditibus in quibus principalis obligatio est hypothecaria, vt diximus,& probat motus proprius Pij V.supra relatus ; & opinio illa,quod reditus potest constitui super sola obligatione personali communiter reprobatur ex Gregorio,& alijs supra relatis, & dixi lib. 1.quæstione. 4. Igitur per successionem Antonij non fuit confussa reditus obligatio, & hypotheca,sed adquisita Antonio, & per consequens suus creditor ipsum ius reditus hypothecatum habet,& ab hac parte stabant doctissimus Iuris Consultus Gilimon de la Mota aduocatorum Hispanorum decus , & ornamentum, & eius gener. Dom Antonio de la Cueua y Sylua Iuris Consultus insignis & omni laude dignissimus.

15 Contrariam sententiam validissimis argumentis propugnabant Maciel Gonçalez nostri temporis I.C. celeberrimus,& huius Senatus disertissimus aduocatus , qui vtrumque Raphaelem subtilitate superat ; & Fernandus Bezerra. I. C. egregius acerrimus causarum Patronus, cuius ingenium præclarum Pauli Castrensis iudicio non est inferius ,quos Senatores Doctissimi propter eorũ dicendi facundiam &eximiam iuris prudentiam libenter exaudiunt.Pro hac parte facit.

Primò:quia reditus iste fuit ab Antonio super obligatione personali, & hypothecis constitutus : principalis autem obligatio est personalis,& obligatio bonorum accessoria,vt notanter probat Paris. Modernus in consuetud. Paris.titulo. 1.§. 11. numero.13. 14. & 15. vbi concludit, quod si reditus fuit constitutus super certo prædio feudali , & generaliter super omnibus bonis suis , ius ipsum obligationis debet attendi , cum sit principale, non autem hypotheca, quæ est accessoria,& apposita ad maiorem securitatem creditoris , & ita reditus non solum à successore feudi,sed etiam ab omnibus hæredibus persolui debet,sequitur Vincentius de Franch.decisione.159.numero.3. & sequenti: obligatio autem bonorum maioratus adiecta fuit locó fideiussoris: quia hypotheca nihil aliud est quam rei suppositio ad certiorem & faniorem solutionem debiti, vt per Negusant. de pignor. 1.parte in principio,num.2.Balduinum.eodem tractatu.capit.1.Felician.de censibus lib.3.c.4.numero.2. Nec peremptа hypotheca cessat personalis obligatio,imo personalis regulariter debet præcedere à principio , vt subsistat hypotheca,vt in.l. contrahitur. ff.de pignor. & diximus supra hoc lib.q.9. num.52.

Cum ergo Antonius fuerit huius reditus debitor principalis,& succes-

serit

ſerit eiuſdem reditus creditori, per ſucceſsionem fuit extinctus reditus, & actio confuſſa: nõ enim poteſt Anton. ſui ipſius eſſe debitor, & creditor d.l. Sthicũ. §. aditio. ff. de ſolutio. cuius verba ſunt, *aditio hæreditatis non nunquam iure confundit obligationem, deluti ſi creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hæreditatem*, gloſ. & DD. in l. debitori. C. de pact. & cum fuerit ſublata per ſucceſsionẽ perſonalis obligatio, fatendum eſt etiam extinctam, & ſublatam fuiſſe hypothecariam: quia actio hypothecaria, vt diximus, acceſſoria eſt, & ſubſiſtere nequit ſublata perſonali. d.l. contrahitur, & ibi Bart. l. cum principalis. l. nihil. §. 1. ff. de reg. iuris. l. Vranius. l. fideiuſſor obligari. ff. de fideiuſſo. Surd. deciſione. 174. numero. 20.

17

61 Secundo facit optimus text. in. l. qui hominem. §. quidam filium. ff. de ſolutio. vbi creditor ſuum debitorem hæredem reliquit, qui erat filius familias, & cum licentia parentis hæreditatem adiuit, & inquit tex. quod aditione liberantur fideiuſſores, quia quamuis eo iure hæreditas relicta filio familias patri quærebatur, vt in l. placet de acquirenda hæreditate eo inſtanti, quo mediante perſona filij fuit patri hæreditas acquiſita, actiones contra fideiuſſores competentes perierunt, & fuerunt extinctæ, cuius extinctionis rationem reddit tex. ibi, *fideiuſſores ideo liberari: quia pro eodem apud eundem debere non poſſunt*, ad idem tex. in. d. l. hæres à debitore. §. quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſſor. vbi loquitur in debitore, qui ſucceſsit creditori, & dicit omnino fideiuſſoris obligationem perimi, & ſubdit rationem: quoniam nemo poteſt apud eundem pro ſe ipſo obligatus eſſe. Ergo ſimiliter in hoc caſu dicendum eſt, quod eo ipſo quod Antonius reditus debitor ſucceſsit creditori, bona maioratus ab obligatione reditus libera permanſerunt, Sunt enim hypothecæ maioratus loco fideiuſſorum, vt ſupra diximus.

Tertio facit tx. in. l. vt pomum. ff. de ſeruitu. ruſticorum, vbi ſi is, cuius ædes ſeruiunt ſuccedat ei, cuius ædibus debetur ſeruitus, amittitur ſeruitus, & actio confeſſoria, quæ rea lis eſt, vt in. §. æque ſi agat. inſtitu. de actio. extinguitur per aditionem hæreditatis factam à debitore, vt probat. l. huiuſmodi. §. cum res delegat. 1. Cæpola. de ſeruitut. vrbanor. capit. 24. & de ſeruitut. ruſticorum. capit. de aquæ ductu. verſiculo ſecundo amittitur, ſequitur Purpurat. d.l. debitori. numero. 23. & numero. 40. vbi concludit idem iudicandum eſſe de actionibus realibus, ac de perſonalibus. Sed ſic eſt, quod illa annua reditus præſtatio ſuper bonis maioratus eſt quædam ſeruitus ipſis bonis impoſita, vt docet Cynus in Rubric. C. de vſufruct. Ioann. Faber. dict. §. æque ſi agat, & in. §. præiudiciales columna. 12. verſiculo præterea talis inſtitu. de actio. Guido Pap. deciſione. 432. in fin. ergo reditus obligatio ſuper bonis maioratus ſimiliter per ſucceſsionem debitoris creditori reditus tollitur, & extinguitur.

Quarto probatur: quia ſi creditor huius reditus viueret, & ageret aduerſus poſſeſſorem maioratus, & ab eo reditum exigeret, tenebatur cedere actiones maioratus poſſeſſori, non ſolum contra Antonium qui erat debitor principalis, vel contra eius hæredes, vt in. l. ſi mandato meo. 14. l. fideiuſſoribus. 18. ff. de fideiuſſor. l. 11. in 12. part. §. ſed etiam contra Antonij bona libera. l. Sthicum. 95. §. ſi mandato. ff. de

ſolutio

solutio.l.2.vbi gloss.C.de fideiussor. Gregor.d.l.11.glo.3.quia maioratus est loco fideiussoris,vt supra diximꝰ, & ideò conceditur successori maioratus actio contra successorem in bonis liberis,vt ex ipsis redimat reditũ in rebus maioratus impositũ, vt per Molin.de primog.lib.4.cap.7. num. 16.Peregrin.de fideicommiss.art.42. nu.18.quod si creditor reditus nollet possessori maioratus actiones cedere,repelli posset cedendarum exceptione, vt notant Cynus , Paulus,& alij.l. iubemus.C. ad Velleianum , Gregorius dicta glossa tertia,versic.& aduerte. Cum ergo creditor reditus non posset maioratus possessorem conuenire ,nisi cedendo actiones efficaces,nec etiam poterunt creditores Antonij,qui reditum sibi obligatum contendunt,agere cõtra maioratus possessorem , nisi cedant actiones efficaces: quia cum succedant in ius creditoris reditus, eo iure,quo ille vti debebunt, & exceptiones competentes contra authorem competunt contra successorem.l apud Celsum . §. de authoris. ff.de doli exceptio.l fi à te.de exceptio.rei iudic.l.creditor.de diuersis,& tempor.præscriptio.Si autem actiones per successionem Antonij confusæ sint, impossibile est , quod isti creditores easdem efficaces cedãt: igitur agere nequeunt aduersus bona maioratus.

19 Quintò quia creditores Antonij non possunt plus iuris habere ad agẽdum , quàm habuisset Antonius . l. nemo plus iuris.ff.de regul.iur. & vt inquit Ang.l. à Diuo Pio. §. sic quoque num.2.ff. de re iudic. quem sequitur Suarez in l.post rem iud. post limitationes ad l.Regiam. §. Secundo quæro.num. 3. in fin. creditor nõ plus iuris in exigendo debitorem sui debitoris habere potest, quam haberet ipse primus debitor, idemque debitoris sui creditor. Si autem Antonius viueret,& aliquo casu maioratus ad istum possessionem peruenisset,non posset Antonius hunc reditum exigere ab isto maioratus possessore: quia cum ipse Antonius esset principalis debitor,vt supra diximus cum Parisiensi Moderno. d. § 11.n.13.& seq.tenebatur reditum soluere,vel redimere.Ergo nec creditores Antonij poterũt iure illius reditum exigere à maioratus possessore. 20

Non obstat primum fundamentum pro creditore adductum,ex eo, quod confusio actionis non inducitur per successionem, quando ex ea fit tertio præiudicium ex d.l. debitor.de separatio.& l.hæres.§.quod si hic seruus.de fideiusso. Nam illud verum est, quando fit præiudicium in iure iam quæsito , vt probatur in dicta.l.debitor,ibi. *Nec enim ratio iuris , quæ causam fideiussionis propter principalem obligationem , quæ maior fuit exclusit, damno debet afficere creditorem , qui sibi diligenter prospexerat* . At verò in hoc casu nullum ius quæsitum creditori per successionem tollitur : imò creditor per successionem vult ius nouum acquirere,& nouam hypothecam inducere in reditu noue Antonio per successionem quæsito , & non ad quirere hanc hypothecam , non est damnum , nec præiudicium considerabile. l.qui autem ff. quæ in fraudem creditorum , nec recte infertur ex iure quæsito , in quo procedit doctrina in contrarium adducta,ad ius querendum,de quo agimus,vt in l.non fraudantur,vbi Decius.de regulis iuris , cum aliis relatis à Vincentio de Franchis,decisione, 101.numero 7.cum sequenti.

21 Et similiter respondetur ad secundum fundamentum ex simili

compensationis deductum: quia confusio per successionem fit ipso iure antequam actio quæratur successori. Bartolus in dicta l. debitori, numero quinto. C. de pactis, vbi Purpuratus numero. 20. Compensatio autem fit ipso iure, tunc demum si à parte opponatur, vt in l. fi. C. de compensatio. l. 20. titul. 14. part. 5. ibi: *E este a quiẽ los demandasse dixesse que queria prouar.* Gregorius. l. 26. eodẽ titulo, & partita, glossa. 1. per Doctores in l. si cõstat. C. de compensatio. dicit communem Parisius, consilio. 82. numero. 83. libro. 1. Cephalus cõsilio. 47. numero 48. libro. 1. decisio Genuensis 15. numer. 19. Vrsilus ad Afflictum decisione. 121. Suarez. l. quoniam in prioribus, ampliatione 10. numero. 2. & ita intelligit Vincentius de Franchis, decisione. 53. numero. 10. Nec fit compensatio nisi factum interueniat, Angelus consil. 254. col. 2. & probat l. qui inuicem cum glos. de condict. indeb. ex quo infert Angelus quod debitor cessus non potest compensationem allegare contra cedentem post sibi denunciatam cessionem, sequitur Surdus, de alimentis, tit. 1. quæst. 42. nu. 87. 22

Ad tertium respondetur, quòd Antonius in hoc casu erat principalis debitor ipsius reditus, & ita non potuit per successionem ius reditus acquirere, cùm non potuerit esse creditor sui ipsius: quæ ratio non solum conuincit confusionem fieri actionis personalis, sed etiam hypothecariæ, saltim conuincit actionem hypothecariam non potuisse acquiri Antonio in bonis maioratus: quia apud eundem pro se ipso nõ potuit subsistere obligatio, quod sufficit ad excludendum creditorem Antonij, cui non potest competere hypotheca in ipso reditu, nisi probet reditũ Antonio suo debitori quæsitũ esse. 23

Præterea, debitor succedens creditori, videtur debitum soluisse, vt supra diximus, & ex ista ficta solutione, sicut ex vera tollitur omnis obligatio, & hypotheca, vt dicit Fanus. de pignor 5. par. memb. 1. num. 54. versic. in hac tamen materia, per tex. l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. soluit. sequitur Surdus decis. 226. nu. 11. versi. quod verò dictum est, & ista ficta solutio inducitur quando ex ea hæres, nec dãnum sentit, nec lucrum quærit, vt in hoc casu, prout docet Bart. l. si is, qui pro emptore, num. 67. de vsucapio. sequuntur alij DD. vt per Fanum vbi sup. nu. 54. versi. Sed si ex effectu solutionis. Nec obstat, quod iste creditor ex causa dotis habet hypothecã dotalem, cui hoc conceditur priuilegium, vt possit reuocare solutionem & à fortiori, vt ipsam impediat ex l. pecunia. C. de priuilegio fisci, quæ etiam locum habet in dote, vt per Couarru. c. 29. pract. imò locum habet in quocunque creditore habente hypotecam anterionem, vt probat Benuenut. de mercatura, in tit. de decoctorib. in par. vlt. n. 29. sequitur Vrsil. ad Afflictũ decis. 190. Quia illud priuilegium conceditur fisco, quando solutio fit posteriori creditori, vt in dict. l. pecunia, non tamen locum habet, quando solutum est priori creditori, vt in hoc casu, quo ficta solutio intelligitur facta per successionem priori creditori reditus cuius debitum prouenerat ex causa dotis, & erat prius tempore, & præferẽdum huic Antonij secundo creditori. d. l. si diuis. C. qui potior. in pign. habeant.

Non obstat quartum: quia quamuis verum sit, quod quando creditor succedit debitori reuocabiliter, hypotheca non extinguitur in hoc casu non successit creditor debitori, 24

tori,sed è conuerso succesit debitor creditori,& non succesit. in reditu reuocabiliter,sed irreuocabiliter: & ita cuitatur contrarium.dict.l.debitor sub pignore.ff.ad Trebel.& dict. l.ex Sextante.§.Latinus. Largus.de exceptio rei iudicat. Secundò respondetur,quòd quandò debitor succedit creditori;cui sua bona obligauerat',res deuenit ad casum à quo non potuit incipere, quod scilicet res propria sit eidem domino obligata,& quod rem propriam sibi hypothecauerit,vt dicit Dynus consil. 30.per l.nec pignus. de regul.iuris. d.l.ex Sextante.§.Latinus.de exceptio rei iudic.nam res sua nemini seruit.l.si communem.ff.de seruitutib. rusticorum.l.vtifrui.ff. si vsusfructus petatur:igitur ius hypothecæ recadens ad ipsum hypothecantem per hæreditatis additionem, necessario euanescit,& in hoc casu non contingit considerare an dominium sit reuocabile, vel non: quia non est possibile dare quod ea res sit ei obligata à semetipso. & quod sit persona hypothecans & persona cui res sit hypothecata prout in contractibus debet fieri distinctio personarum, dantis,& recipientis. l.2.de stipulatione seruo.l.fin.de officio Præsidis.l.nemo. C. de assessor. l. si plures. ff. pe pactis. Vnde hoc casu per successionem datur hypothecæ confusio, vt per Fanutium in tractatu de inuentario. parte septima numero.90.Purpuratuũ in l.debitori. numero. 39.C.de pact.

25 Non obstat quintum: quia ex supradictis patet responsio: nam impossibile est quod Antonius acquisierit ius hypothecarum reditus cum ipse esset ipsius reditus debitor principalis, & cum Antonio quæsitum non fuerit, neque eius creditori potuit ius hypothecæ in iure reditus acquiri: quia prius debuit quæri reditus Antonio, quam in eo posset creditoribus Antonij hypotheca acquiri ex text. l. 1. §. fin.de rebus eorum, Baldus.l. hac editali,§.his illud numero. 16. C.de secundis nuptijs,& quamuis Antonio acquiri potuisset reditus hypotheca,& concurrerent eodem tempore ius confusionis, & extinctionis reditus, & ius hypothecæ istius creditoris Antonij, debebat prævalere ius confusionis:tùm quia ex eo inducitur liberatio,& ex iure hypothecæ inducitur obligatio, & faciliora sunt iura ad liberandum,quàm ad obligandum. l. Arrianus. ff. de actionib, & obligationib. Tùm quia hic creditor tractat de acquirenda noua hypotheca per successionem Antonij,& sic de lucro & maioratus agit de damno vitando, & iura magis fauent ei, qui certat de damo vitando,quàm ei, qui agit de lucro captando.l final. ff. ex quibus causis maior.capit.auditis.de restitutione in integrum. l. in re obscurà,vbi Decius de reg.iur.

26 Nec aliquid mouere potest dicta l. si is qui obligauerat. ff. de iure fisci: quia est ibi casus specialis fauore fisci, & an sit trahenda illa dispositio ad causam dotis est maximè controuersum, quia glossa magna, versiculo. Sed nunquid,in dicta .l. assiduis. dixit illud fisci priuilegium doti non competere, sequuntur Bartolus & Albericus ibi, Gomezius l. 50. Tauri, numero trigesimo nono, nec iure Regio reperitur hoc priuilegium doti concessum, vt in bonis postea qnæsitis præferatur anterioribus creditoribus: imò. l. trigesima tertia titulo decimo tertio, parte quinta indistincte priores creditores doti præferuntur, sed quid

quid sit, illa disposition. l. si is qui vt exorbitans non potest trahi ad aliũ casum, & sic ad materiam confusionis. capit. quæ a iure communi exorbitant. de regul. iur. in 6. & quamuis idem priuilegium doti concederetur non posset hic creditor mulieris eo vti, mortua muliere cui priuilegium competebat l. vnica. C. de priuilegio dot. Nouellus. de dote. part. 12. per totam. Præterea. dict. l. si is qui obligauerat loquitur in bonis quæsitis debitori, at in nostro casu ius reditus nunquam fuit Antonio debitori quæsitum: quia antequam quæreretur fuit extinctum per successionem.

27 Non obstat sextum: quia quamuis debitor reditus non sit sortis debitor: est tamen debitor pensionis annuæ perpetuo soluendæ, dum reditum non redemerit, & eiusdem dicitur creditor ille cui reditus debetur, & illa annua obligatio est vna & eadem obligatio pro omnibus annis, & ad hæredes transmittitur. l. Stichum. §. stipulatio. de verbo. l. Senatus ff. de donatione causa mortis, & vna præscriptione tollitur. l. cum notissimi. §. in his, vbi glossa. & Doctores. C. de præscription. 30. annorum, & illa obligatio soluendi pensionem annuam tollitur, & confunditur per successionem debitoris reditus suo creditori, nec quoad confusionem potest considerari differentia aliqua inter obligationem soluendi centum, & soluendi decem annua, nec curandum est de sorte, si tollitur & confunditur obligatio soluendi reditum quæ necessario confundi debet: quia incompatibilia sunt in eodem subiecto obligatio soluendi, & actio exigendi reditum, & nequeunt concurrere in eadem persona.

28 Nec etiam obstat, quod in constitutione reditus super hypothecis formatur ius quodam reale, & seruitus realis, & quod in realibus non est locus confusioni, vt per Alexandrum dict. l. debitori. numer. 3. C. de pactis, quia negatur ius illud causatum ex impositione reditus esse seruitutem formalem, seu propriè sumptam, sed est solum obligatio, & actio personalis cum hypotheca bonorum, quæ symbolicè potest dici, quædam species vel genus seruitutis improprie sumpto vocabulo, vt per Alexandrum, consil. 18. numer. 2. & 3. lib. 5. & ibi additio Parisiensis. Modern. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 11. num. 13. versic. Ad quartum, & comprobatur ex Bart. l. codicillis. §. instituto. de legat. 2. Iaf. l. fundi. de annu. legat. Roman. consi. 388 facit quia quando venditur ius exquo reditus percipiuntur nihil aliud venditur quam obligatio personalis. Bald c. quæ in ecclesiarum de cõstitu. colum. 4. vers. quæro nunquid feudatarius & præd. sententiam sequitur Milanẽs. in decisionib. Siciliæ decis. 7. num. 43. & sequentibus 2. part. vbi numer. 47. Infert quod licet vẽdatur reditus super feudo vel emphiteusi nõ requiritur consensus domini cum non alienetur rei dominium quod voluit Baldus captul. 1. in fin. column. final de succesion. feudi & ibi Aluarotus & diximus libro. 1. question. 3. & quamuis induceretur per constitutionem reditus ius reale super bonis hypothecatis etiam in realibus est locus confusioni per successionem, vt in seruitutibus. l. vt pomum. de seruitu. rusticor. & Purpurat. in d. l. debitori. num. 39. vbi dicit illam limitationem, quod in realibus non fiat confusio, tutam non esse. Secundo respondetur, quod quamuis illud ius reale reditus non tollatur im-

29

immediatè ex confusione actionis, tollitur tamen, & extinguitur ex repugnantia, quia res mea obligari mihi non potest, quemadmodum ex eadem repugnantia extinguitur seruitus per successionem in re debenti seruitutem: quia res mea mihi seruire non potest. l. vti frui. ff. si vsusfruct. pet. vt considerat Purpurat. d. l. de debitori. n. 23. & ita cum Anton. successerit creditori reditus, fuit reditus extinctus, nec bona Antonij potuerũt ipsi esse obligata: quia apud eundẽ pro se ipso consistere obligatio non potuit. d. l. heres à debitore. §. quod si stipulator. de fideiussor.

29 Non obstat septimum: quia seclusa Motus proprij Pij. V. dispositione verius est reditum constitui posse super obligatione personali tantum, vt latè probauimus supra lib. 1. quæstio. 4. & hanc opinionem generali consuetudine passim receptam dixit Andræas Gail. lib. 2. obseruatio. obseruatione. 7. numer. 13. & quod eam sequitur Imperialis Camera, & quamuis admittamus eam opinionem, quòd reditus sola obligatione personali fundari nequit, non sequitur ex eo obligationem bonorum esse principalem, quia vtraque obligatio personalis, debitoris, & hęredum eius, & bonorum hypotheca concurrit. Principalis tamẽ est personalis obligatio quæ ex cõtractu nascitur, & hypothecaria est accessoria, vt in l. Iulianus. delegat. 3. Bart. l. solutum. §. per liberam. de pignoratitia actione. Fanus. de pignoribus. 8. parte. 1. membro. num. 50. Surd. consil. 243. num. 10. & decisio. 174. nu. 20. & quod in reditibus principalis obligatio sit personalis, vltra Paril. modern. probauit Couarruuias libr. 3. variarum. cap. 7. num. 5. versic. Quarto si contractum. Felician. de censibus libr. 1. cap. 4. num. 3. in fin. & numer. 4. & Andræas Gail. vbi supra, Redoanus Rubrica de constitutione census, num. 53. in tractatu de rebus Ecclesiæ non alienand. Petrus Surdus consil. 162. num. 12. libr. 2. Franciscus Milanens. in decisione Siciliæ. decisio. 2. num. 112. 2. parte, & vltra eos probatur ex Extrauagantibus Martini & Calixti. de emptio. & venditione, vbi habetur, quod per emptis reditus hypothecis, debitor non cogitur reditum redimere, aut sortem restituere, vt patet in primo Extrauaganti, ibi: *Quandocunque, vel lent libere absque alicuius requisitione, contradictione, vel assensu possent extinguere, & redimere,* & ibi: *Sed ad hoc huiusmodi censuum venditores inuiti, nequaquam per emptores arctari, vel astringi valerent, etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus interemptis.* Quibus verbis satis edocemur reditus obligationem personalem manere peremptis hypothecis, quãuis debitor eo casu nequeat ad redemptionem compelli, alias si peremptis hypothecis, periret quoq; personalis obligatio, nõ dubitaretur nec ageretur de redẽptione reditus: quia reditus redemptio non cadit in reditu extincto: nam quod nullum est redimi, aut rescindi non potest. cap. ad dissoluendum. de despõsatio. impuber. l. decem. de verborũ, quę vera mihi videntur seclusa motus proprij Pij. V. dispositione vt dixi: nam stante Motu proprio fatendum est realem obligationem reditus principalem esse & personalem accessoriã, vt per Bonin. segn. de censibus prima conditione, numero. 4. & 5. quem sequitur Petrus Surdus, consil. 318. in principio, libro tertio.

30 Non obstat tex. l. cum quis. §. fi. de solut. quia ibi licet obligatio fideiussoria transfundatur in principalem

per ſucceſsionẽ, manet principalis, & ita hypothecaria nõ cõfunditur, ſed in hoc caſu principalis eſt cõfuſa. Nec tandem obſtat cõmunis traditio quòd per ſucceſsionẽ non confunditur hypotheca: quia id verùm eſt ſi ſucceſsio eſt reuocabilis, vt per Veroi. conſil. 129. num. 16. lib. 2. Roland. dict. 4. par. de inuentario. §. an actio hypothecaria num. 12. Sed hîc ſumus in ſucceſsione irreuocabili.

Quid dicendum? Arbitror ſequẽ 31
res caſus diſtinguendos eſſe. Primus caſus eſt, quando creditor reditus legat ius reditus quod habet ſuo reditus debitori, tunc nulla datur actionum confuſio: quia iura quæ dicunt confundi actiones per ſucceſsionẽ loquuntur de ſucceſsione vniuerſali per hæreditatis additionem. dict. l. qui hominem. §. quidam filium. ff. de ſolutio. l. ſtichum. §. aditio. ff. eodẽ dict. l. debitori. C. de pactis. l. cum à matre. C. de rei vendicatio. l. huiuſmodi. §. ædes. de legat. 1. l. vt debitũ. l. penult. C. de hæred. actio. idem ius eſt in fideicommiſſario vniuerſali, in quem tranſeunt actiones actiuæ, & paſsiuæ. l. 1. in princip. ff. ad Treb. §. reſtituta inſtitu. eod. tit. docet Baldus dict. l. creditori. 2. col. & ibi Purpurat. nu. 13. in legatarium particularis rei nõ tranſeunt actiones, & ita nõ poteſt dari earum confuſsio in legatis. Sed ſi teſtator legat ius vel actionem, quam habet aduerſus debitorem, eidem debitori videtur legare liberationem, & non confunditur actio ipſo iure, ſed extinguitur ope exceptionis, vel per acceptilationẽ. l. ſi quis decedens. §. nunc de effectu. ff. de liberatione legata, & ita ſi creditor reditus legat reditum ipſius debitori, nihil debitori acquiritur, ſed liberatur ab obligatione perſonali, & hypothecis reditus, non ipſo iure: ſed ope exceptionis, & hic eſt caſus prædictę controuerſiæ, qui non videtur pertinere ad materiã contuſionis, & ideò iure optimo Senatus cõſuluit per legatum reditus Antonio relictum liberationem legatam fuiſſe Antonio & hypothecis: nec creditoribus Antonij reditũ obligari potuiſſe, cũ per legatũ reditus Antonio nihil fuerit acquiſitum, niſi ius exceptionis quo maneret ipſe liberatus cũ hypothecis ab obligatione reditus.

Secũdus eſt caſus in ſucceſsione vniuerſali, quãdo debitor reditus ſuccedit fideiuſſori ciuſdẽ reditꝰ, & tũc additione hereditatis cõfunditur obligatio perſonalis fideiuſſoria in principalem: hypothecaria tamen non confunditur, & ita bona fideiuſſoris reditui hypothecata peruenta ad principalem debitorẽ obligata permanẽt, vt antea, ex tx. in d. l. cũ quis. §. fin. ff. de ſolutio. idẽ iuris eſt ſi alter ex correis ſuccedat correo reditus. 32
Tertius caſus cũ debitor reditus ſuccedit creditori ſuo, & tũc nõ ſolũ perſonalis obligatio confunditur. d. l. ſtichũ. §. aditio. d. l. cũ ſecundũ. C. de fideicõ. Sed etiã tollitur hypotheca: quia res deuenit ad caſum, à quo nõ potuit incipere: non enim poteſt res mea mihi ſeruire, nec mihi eſſe obligata. d. l. nec pignus. ff. de reg. iur. & d. §. Latinꝰ, & ſublata perſonali obligatione principali, acceſſoriã hypothecariã tolli neceſſe eſt, vt diximꝰ. Quod limitandũ eſt quãdo creditor antequã moreretur hypothecã in aliũ tranſtuliſſet: quia tũc ſi debitorẽ hęredẽ relinquat, quãuis hęreditatis additione cõfũditur directa hypothecaria; non tñ cõfundit ur vtilis in certiũ trãſlata. l. ſi hæres. la 2. & ibi Bart. ad Treb. l. hæreditatẽ, & ibi gl. in fin. ff. de donat. l. quis ergo caſus. de peculi. legat. Bart. l. 1. C. de actio. & obli. Paul. conſ. 395. Notandũ primo Neguſ. de pignor. 5. p. memb. 1. n. 56. d.

Quar-

33 Tertius est casus quando creditor reditus succedit debitori, & tunc actio personalis, & etiam hypothecæ confunduntur si creditor inueniens res hypothecatas in hæreditate debitoris, efficitur earum dominus. Primùm probat tx. in d. §. aditio cum in ribus supra relatis: Secundùm patet: quia hypotheca confunditur in dominio: nã dominiũ rerum hypothecatarum quæ erant debitoris, acquiritur creditori aditione hæreditatis. l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. sed si creditor rem hypothecatam reditui non nanciscitur in hæreditate debitoris: quia penes tertium possessorem reperitur, cum ipsi dom inium non adquiratur, non confunditur hypotheca, ratione repugnãtiæ, ne res sua sit sibi obligata. Extinguitur tamen hypotheca ex eo, quod perempta obligatione personali per successionẽ, perit etiam hypotheca, vt accessoria, vt infra dicã, nec posset hæres hypothecaria agere aduersus tertium: quia tenetur defuncti factũ ratum habere d. l. cũ à matre. C. de rei vendicatione & obstaret sibi euictionis exceptio. l. vendicantem. de uictio.

34 Quod diximus isto casu hypothecã confundi aditione hæreditatis limitandũ est. Primò, quando alius creditor posterior, qui habet in eadẽ re hypothecam ageret aduersus hæredem tanquam tertium possessorem hypothecaria ad auocandam rẽ ipsam, tunc enim hæres posset se tueri opponendo de sua hypoteeca anteriori. Nec obstabit, quod rei suæ non potest hypothecam habere. d. l. nec pignus, vel quod dominio superuenienti confundatur hypotheca: quia hoc procedit, quatenus res per aliũ non auocatur, quatenus verò alius tentat rem auocare, licet Domino se tueri anterioris hypothecæ exceptione, vt per Cruetam. consil. 248. & consil. 202. Capicium decisio. 43. Afflict. decisio. 8. & decisio. 16. Boerium decis. 47. num. 4. vbi ait, quod ne acquisitio dominij sit nociua creditori, conseruatur ei ius hypothecæ anterioris, qua defendat rem cõtra hypothecas posteriores. l. si posteriores, vbi gloss. & Bart. & Salicet. C. si antiquior creditor. Negusant. vbi sup n. 52.

35 Aduerte tamen ne erres prout errauit Negusantius vbi supra versic. Quartus est casus, nu. 53. dum figurauit istum casum, quando defunctus non fuit dominus, sed publicianam habens hypothecam constituit, & alius etiam non dominus habens publicianam secundo loco obligauit huic, qui habet hypothecam posteriorem, iuxta d. l. si non dominus secũdo responso, qui potiores in pignor. habeant. & iste secundus ageret contra hæredẽ hypothecaria, quia prior & posterior non consideratur, nisi ex ordine venientium ab eodem, & non à diuersis, & in habentibus hypothecam à diuersis nulla ratio habetur anterioritatis, sed ille præfertur, qui pignus possidet, & non præfertur ille, cui priùs fuit hypotheca constituta, vt probat text. in dicta. l. si non dominus, quare male Negusant. figurauit in habẽtibus hypothecam à diuersis.

Preterea Negusantius præsupponit hæredem effectum esse dominum rei hypothecatæ & hoc præsupposito format quæstionem. Atverò eius exemplum non potest conuenire, nec hæres potuit dominium nanciscì, si defunctus tantum habuit publicianam: Igitur casus debet ita figurari. Titius rei dominus mihi prius ipsam hypothecauit, mox eandem obligauit Caio, demùm eandem rem vendidit Sem-

pronio,qui me hæredem reliquit:iſto caſu hæreditatis aditione efficior dominus rei mihi primo loco hypothecatæ,& hypothecam, quam habeo anteriorem habeo ab eodem,à quo etiam habet Caius poſteriorem. Si ergo Caius vult me conuenire ad ſoluendum ſibi debitum, nõ poteſt: quia non ſum hæres Titij ſui debitoris,ſed Sempronij, ſi vult hypothecaria auocare à me,tanquam à tertio poſſeſſore rem hypothecatam non poteſt:quia me defendam hypotheca anteriori.

36 Quod ſi creditor reditus, qui ſucceſsit debitori,& hypothecã habet ab eo difuncto,vult agere hypothecaria aduerſus tertium rei hypothecatæ reditui poſſeſſorem, iſto caſu, etiam per aditionem hæreditatis abſque inuentario factam, extingui tur,& confunditur hypoteca in conſequentiam actionis perſonalis, cui acceſsit.Nam quemadmodum perſonalis actio extinguitur aditione, vt in dict.§.aditio.& dict l.debitori. C.de pact.l.fin,§.in computatione. C.de iure deliberand. ita hypothecaria,vt acceſſoria extinguitur:quia corruente principali, corruit acceſſorium.cap. acceſſorium, de regulis iuris in 6.l.cum principalis .ff. eodẽ & in terminis hypothecæ, probat text.in l.item liberatur.§. 1. & in l.ſi differente creditore.ff.quibus mod. pignor. vel hypothe.ſoluit Ruin.in conſil.17.lib.1.Euerard.conſil.6.verſic.Non obſtat.num.50.ſequitur Fanutius.de inuentario parte.7. num. 105.vbi reprobat Neuizan. & Rolland.à Valle,qui contrarium conſuluerunt moti.l.2.C.de luitio.pigno.

37 Quæ tamen loquitur in caſu præſcriptionis,in quo præſcripta perſonali,manet hypothecaria, quæ longioris eſt vitæ,& cũ præſcriptio non tollat naturalẽ obligationem,mirũ nõ eſt,ſi adhuc durat hypothecaria extincta perſonali ciuili: quoniã remanet naturalis ſuper qua ſubſiſtit, & durat hypothecaria.l.res hypothecariæ.ff.de pignor.ibi,*Vel tantum naturali*.Sed in caſu iſto per aditionẽ perſonalis totaliter extinguitur,tàm quoad ciuilem,quàm quoad naturalem:quia nec ciuilis,nec naturalis ratio patitur, quod quis ſit ſibimet debitor,& creditor eodem tempore, l.Vranius.ff.de fideiuſſor. dict.l.ſtichum.§.ſi creditor.& §.aditio,& ita Ruin.vbi ſupra,nu.13.Anchar. dict. cap,acceſſorium.3.colum. Fanucius vbi ſupra.Nec obſtat ſucceſsionem 38 non habere vim ſolutionis; cum ex eo cauſatur damnum hęredi,vel creditoribus,& quod extingui hypothecam eſt damnum hæredis:nam id verùm eſt cum damnum cauſatur alio reſpectu,vt ſi eſſet alius correus debendi,vel aliud damnum extrinſecus:non tamẽ ob hoc ſolum quod hæres hypothecã amittat, alioquin nunquam daretur caſus, in quo ſucceſsio haberet vim ſolutionis. Nec 39 etiam obſtat dict.l.debitor ad Trebel.quia ibi perſonalis obligatio nõ confunditur ex aditione hæreditatis:nimirum ergo ſi non cõfundatur hypothecaria,ita reſpondẽt Euerar. 40 &Fanuc.vbi ſup.nu.106.Quod limitabis,ſi defunctus obligaſſet rem ſuã ei,qui poſtea ſibi hæres extitit non pro ſuo,ſed alieno debito,vt fieri põt ex Neguſ.de pig.3.p.1.mẽb.n.3. tũc per aditionẽ hæredis non extingueretur hypotheca, cũ etiã perſonalis non extinguitur, & hoc caſu planè procedit, q, dicitur hypothecariam perſucceſsionẽ non extingui.Aut tãdem res fuit hypothecata reditui hęredi debito ab alio, quã à defuncto, &eã rẽ hęres nanciſcitur inter bona defuncti,& tunc etiã hypotheca hæreditatis aditione non extinguitur

cum

cum defunctus nõ esset reditui obligatus,nec personalis per additionẽ sublata, cum non esset penes defunctum, & ita non est cur tollatur hypothecaria per successionem.

42 Secundo limita, vt non confundantur hypothecæ per successionẽ vel saltim debeant restitui quando creditor reditus succedit in ipsis hypothecis,& illas acquirit reuocabiliter,vt probatur indicta l.debitor sub pignore.ff.ad Trebel.& in l.ex sextante.§. Latinus, de exceptione rei iudicatę,cum aliis relatis supra hac quæstione,num.5.Nam cũm Dominium est commutatiuum & mutabile,vel reuocabile penes aliquem, is ius etiam aliud in ipsa re habere potest, vel quod ante habuit, sibi retinet, vel saltem ei commutatione facta,reponitur:vt probatur in d.§.Latinus.& ibi glossa & Bartolus,ex quo dixit Baldus in Authent. siue à me, num.2.C.ad Velleian,quod mulier licet sit domina donationis propter nuptias,tamen in ea habet ius hypothecæ pro dote, quia non est domina donationis propter nuptias iure proprio & perpetuo, sed reuocabiliter, & ita ratione possibilis reuocationis,res dicitur quodammodo aliena,faciunt l.in rebus. C.de iure dot. l.in libello.§.siquis seruum.ff.de captiuis, & ibi nota. Huc etiam facit, quod vsusfructus per confusionem extinctus restituitur,quando vsufructuarius proprietatem acquisiuit reuocabiliter.l.si maritus. C.de inofficiof.l.Dominus ff.de vsufruct. Similiter reditus annuus debitus emptori feudi, vel emphyteusis,super feudo,aut emphyteusi,& per emptionẽ & acquisitionem feudi vel emphyteusis cõfusus restituitur, si dominus directus feudi vel emphiteusis iure dominico feudum vel emphyteusim retinent,aut recuperant ab emptore soluendo,vel cõsignando pretium,vt resoluit Parisienf. modern. in consuetudin.Paris.§.13.glos. 5. n. 30.& sequentibus.vbi num. 37. agit de intellectu difficilis,l.si tibi.ff.quibus mod.vsusfructus amitti. quæ videbatur obstare.

43 Idem dicendum videtur,si dominus commutabilis hypothecarum ius reditus successione acquirat: quia non confundentur, vel saltim restituetur hypothecæ resoluto, aut finito dominio earum. Finge enim quod Titius habebat annuũ reditũ super bonis maioratus Sempronij Regia facultate constitutum, idem Titius creditor reditus hæredem Sẽpronium instituit, adita hæreditate absque inuentario, Sempronius decessit,& Ioannẽ in bonis liberis hæredem reliquit: bona autem maioratus ad proximiorem de familia ex fundatoris prouidentia peruenerũt: Dubitatur,quid fiet de annuo reditu,an manebit extinctus per confussionem? an erit restituendus Ioanni hæredi Sempronij? & restituendus videtur:quia quando creditor reditus acquirit hypothecarũ dominiũ commutabile,restituuntur hypothecæ finito dominio,vt supra diximus: ergo idem è cõuerso in debitore reditus dicendum est, si is dominium hypothecarum non perpetuum sed temporale habens acquirat perpetuũ ius reditus:quia finito dominio hypothecarum debet reditus restaurari,& restitui: quia cõtrariorum eadem debet esse disciplina. l.qui accusare.ff.de accusatio. & ita videtur in simili decidere Henricus Rosentalius in tractatu feudor. 1.tomo.ca. 7.q.32. & cap.9.q.38. vbi resoluit, quod si Titius dedit voluntate domini feudum in libellum Seio, hoc est, vt is Titio Vassallo omnem censum præstet:tunc hoc ius libelli penes Se

ium iure feudi non est, verum Titius habet censum, seu reditum emphyteuticum loco feudi, à domino suo Mæuio, tanquam reliquias feudi: seu ius quod voluntate domini ex feudo percipit, recognoscere tenetur, & hoc ius percipiendi reditum & dominium directum subalternum iure feudi, siue ipsum feudum censebitur. Si vero ius libelli & per cõsequẽs rem, siue perceptiones fructuũ ex re reique actualem possessionem postea recuperauerit, emptione aut successione à Seio, hæ, vel id quatenus, & in quantum libellaria, aut libellarium, seu emphyteusis facta est, seu dum nõ erit. Vnde si feudum postea refutet ius illud percipiẽdi reditum ad dominum trãsit, rei autem ipsius ex qua soluitur possessio naturalis, vel res ipsa apud Titium remanet, non titulo feudi, sed iure proprio & eo titulo, quo illam à Seio recupera
44 uit, ex quo dicit, Rosentalius hoc casu non esse inseparabilem consolidationem aut cõfusionem huius reditus & iuris feudi in persona vasalli diuerso titulo possidentis, & propterea refutato vel resoluto & extincto iure feudi, manet saluum ius emphiteuticum, seu libellarium, hoc est ipsum prædium penes Titium, & is soluit censum domino quem sibi Seius soluebat. Igitur satis est quod ius feudi sit commutabile, & non perpetuum: quia licet acquisitio emphiteutici reditus perpetua sit, non confunditur, sed restauratur ius reditus, refutato & extincto iure feudi: ergo idem dicẽdum est in maioratu: quia possessor ipsius non habet perpetuũ sed commutabile dominium hypothecarum: & quamuis ius reditus super bonis maioratus perpetuum acquisierit, non debet confundi, sed restaurari finito maioratus iure. Confirmatur ex l. cũ hæres 51. ff. ad Trebellian. cum multis relatis à Prõgrino de fideicommissis. art. 35. num. 1 vbi hęredi rogato restituere hæreditatem & habenti dominium commutabile rerum hæreditariarum, licet persuccessionem confundantur credita, quæ habebat contra testatorem, restituuntur tamen, & sibi debita deducit in restitutione hæreditatis: idem tradit multa referẽs Petrus Surdus consi. 7. num. 23. & sequenti, facit. l. 2. §. cum quis. ff. de hæred. vel actione vendita. Vnde in hypothesi huius quæstionis si creditor reditus super maioratu Antonij constituti eundem Antonium hæredem reliquisset, videretur reditus restaurãdus, & ad soluendum secundo creditori Antonij distrahẽdus, ex eo quod Antonius non habuit perpetuum, sed commutabile bonorum maioratus dominium.

Nec obstat textus in l. eleganter in principio, ff. de pignoratitia actione, vbi dicitur, quod pignus extinguitur quando res fuit à iudice data in solutum, ita vt re euicta non possit agi pignoratitia sed vtili exempto. l. si prædium. C. de euiction. vbi probatur, quod euicto prædio in solutum dato, non conceditur creditori prima actio, sed vtilis exempto. l. si libera. C. de sent. & interloquutio. omni. iudic. vbi Baldus dicit, quod per dationem in solutum finitur prima actio & hypothecaria ei accedens, nec recuperatur propter euictionẽ rei in solutum datæ: idem Bartolus ibi Tiraquel. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 7. num. 71. cum multis relatis a Petro Surd. decis. 266. num. 6. tũ quia contrarium iudicatum testatur Afflictus decis. 8. vbi dicit, quod euicta re in solutum data potest creditor redire ad pristinã actionem hypothecariam, & ipse Surdus in eadẽ decisione. 266. in fine dicit, quod in

alia

alia causa dubitauit Senatus de veritate illius decisionis, tum etiã, quia in casu l.elegantter,& aliorum iuriũ supra relatorum,& dictæ decisionis interuenit vera solutio, seu datio in solutum, qua tollitur omnis obligatio.l.nulla. l.obligationis.C.de solutio. Instituta quibus modis tollitur obligatio,in principio, ideo nimirũ si actio hypothecaria extincta solutione non reuiuiscat.l.eius qui. § fi. de iure fisci.l.qui res. §. ream.ff.de solution.Sed in casu de quo agimus non interuenit vera solutio,nec datio in solutũ, & verum est dicere hypothecatas res fuisse pro reditu,& satisfactum non esse, vt inquit textus in sua ratione decidendi. in d.l.ex sextante §.Latinus. ff.de exceptio. rei iudicatę,ibi: *Verum est enim & pignori datum, & satisfactum non esse, quare puto non obstare rei iudicatæ exceptionem.* Et ita mirum videri nõ debet, si finito dominio commutabili restituantur hipothecæ.

Ex quæst. sequent.

CReditor, cuius pecunia res hipothecata reditui, empta fuit eo pacto, vt pro sorte mutuata constitueretur reditus, an in ea re anterioribus creditoribus sit præferendus.numero 1.& sequen.

Vxor pro dote an præferenda sit creditori qui mutuauit pecuniam ad emptionem rei ea lege,vt pro sorte credita res empta hypotheca-ta esset.num.2.& 5.

Creditor qui mutuauit pecuniam ad rei emptionem eum pacto, vt res ipsa esset obligata, in ea prioribus creditoribus præferendus est,num.3.

Creditor vsurarius non habet antelationis priuilegium. num.14.

Priuilegia concessa posterioribus creditoribus intelligũtur quoad sortẽ,nõ quoad vsuras num.5.

Res empta ex pecunia mea nõ est mihi obligata, nisi sim pupillus vel miles.num.6.

Creditor qui mutuauit pecuniam ad emptionem eo pacto vt pro ea constitueretur reditus super re empta præferendus est in ea prioribus creditoribus, etiã ex causa dotis,ibi,

Declaratur textus in Authẽtico de æqualitate dotis. §. his consequens num.7.

Creditor mutuans ad emendam militiam in ea tacitam hypothecam habet, cũ antelationis priuilegio. numero 8.

Et an præferatur doti priori. num.9.

Cre-

Creditor vsurarius nõ habet priuilegium personale inter personales actiones, potest tamen habere realem hypothecam nu. 10.

Creditor vsurarius qui mutuauit ad refectionem nauis vel ædificiorum restitutionem, habet priuilegium quoad sortem, non quoad vsuras. num. 11.

Creditor vsurarius qui mutuauit ad rei emptionem cum pacto quod esset sibi res obligata, habet hypothecæ priuilegium, & præferetur anterioribus hypothecarijs creditoribus. numero. 12.

Creditor qui mutuauit pecuniam ad reficiendam vel conseruandam rem eo pacto vt pro credita pecunia sibi constitueretur reditus super re ita refecta vel cõseruata, an præferri debeat prioribus creditoribus. num. 13.

Quæstio. XX.

De reditu constituto superprædio ad cuius emptionem creditor sortem mutuauit ea lege vt esset prædium reditui hypothecatum, donec redimeretur.

1 VIDI in Senatu Pinciano dubitatũ in causa cõcursus creditorum Ioãnis duque de Estrada de Talauera cum ab eo reditus constitutus fuisset super decurionatus officio empto pecunia cuiusdã Roderici de Albornoz ea lege vt pro sorte ad emendũ mutua imponeretur reditus redimibilis ipsi Roderico soluendus ad rationem quatuordecimæ, an creditor pro sorte & decursis pensionibus esset præferendus Dominæ Beatrici Sarmiẽto vxori dicti Ioannis Duque agente ad solutionem dotis, & aliis hypothecariis anterioribus creditoribus. Et pro dote adducebatur textus in Authentico de æqualitate dotis, §. his consequens collatione. 7. ex quo videtur probari quod dotis hypotheca est in hoc priuilegiata, vt præferatur etiam creditori, cuius pecunia mark-

2 maritus rẽ comparauit eo pacto, vt
esset pro pretio hypothecata, & per
eum textum tenuerunt Bartolus &
alij quos refert Couarruuias lib. 1. va
riarum, ca. 7. num. 2. igitur in hoc ca
su vxor pro dote in officio decurio-
natus etiam creditori cuius pecunia
emptus & reditus super eo constitu
tus erat, præferenda videbatur.
Secundò, quia quamuis iure verum
3 sit quod ille cuius pecunia res com-
paratur eo pacto quod ei sit speciali
ter obligata, omnibus creditoribus
anteferri debeat, iuxta textum in l.
licet. C. qui potiores in pignore ha-
beant. & etiam præferendus sit il-
le, qui credidit pecuniam ad rem
conseruandam: quia sua pecunia sal
uam fecit pignoris causam, l. inter-
dum, cum sequentibus. ff. eodem: ta
men id locũ habet in creditore qui
gratis mutuauit, vt loquuntur ea iu-
ra, non in creditore mutuante sub
vsuris, argumento textus. l, si ventri
§, in bonis. ff. de priuileg. credit. ibi.
*Sed enim qui depositis numis vsuras à
mensulariis acceperunt, à cæteris cre-
ditoribus non separãtur.* l. si hominem
§. fi. ff. depositi. ibi: *Solet primo loco ra
tio haberi depositariorum, hoc est eorũ
qui depositas pecunias habuerint, non
quas fœnori apud numularios, vel cum
numulariis, vel per ipsos exercebant.*
4 Vbi probatur, quod creditor vsura-
rius non habet aliquod priuilegium
& per eum textum, ita tenuit Bart.
in l. quod quis. ff. de priuileg. credit.
& sequitur Ripa in dict. l. si ventri. §.
in bonis. num. 9. & in l. 1. num. 7. ff.
in quibus causis pignus tacite cõtra-
hat. vbi dicit, quod sit cautus qui cõ- 53
currit cum argentarijs & vsurarijs, vt
procuret eorum libros exhiberi, iux
ta l. Prætor. ff. de edendo. Creditor
autem reditualis nõ gratis credidit
pecuniam, sed eam concesit pro
reditu quatuordecimæ: ergo non po
test gaudere priuilegio dictæ l. licet.
5 Tertio quamuis hic creditor quo
ad sortem reditus & pecuniam quã
exbursauit, posset habere dictum pri
uilegium: id tamen nullatenus ex-
tendendum est ad pensiones decur
sas, vt in specie ad limitationem di-
ctorum iurium tenet Paulus per tex
ibi. in l. ideo con demnatus. ff. de cõ
pensatio. vbi habet, quod priuilegia
concessa posterioribus creditoribus
de quibus in titulo de priuilegiis
creditorum intelliguntur quoad sor
tem, non quoad pœnam sortis non
solutæ, sequitur Ripa dict. l. 1. ff. in
quibus causis pignus tacite contra.
num. 9. versic. vltimo declaratur. Ne
gusantius de pignor. 2. membro 5. p.
nu. 15. vers. tertio restringe, nec etiã
intelliguntur quoad vsuras, vt per
Ripam d. l. si ventri. §. diuus. num. 4.
de priuileg. credit. Idem ergo dicen
dũ est in nostro casu, vt saltem quo-
ad pensiones reditus creditor præfe
rendus non sit in re empta eius pe-
cunia prioribus creditoribus.
6 In contrarium quod creditor hic
reditualis, cuius pecunia fuit officiũ
comparatum ea cõditione, vt super
eo esset reditus constitutus pro sorte
mutuata ad rationem quatuordeci-
mæ, debeat præferri vxori & alijs
creditoribus pro sorte, & decursis
pensionibus. Probatur primo: quia
quamuis res empta ex mea pecunia
non sit mihi obligata, nec in ea sim
præferendus alijs creditoribus. l. quã
uis. C. de pignorib. l. procuratoris. §.
plane, & § sed si dedi. ff. de tributo. l.
quidam fundum. ff. de in rem ver-
so. Bartol. & alij. l. si cũ dotẽ. §. fi. solu
to matrim. Negusantius de pigno.
2. membro. 2. p. num. 13. præterquã
si sim pupillus in quo est speciale is-
tud priuilegium l. idemque. ff. qui po
tior. in pignor. habean. Vel si sim mi
les, quia res empta pecunia militis
est

eſt tacite hypothecata pro militari pecunia cum priuilegio antelationis, vt eſt gloſſ. dicta l. quamuis C. de pignoribus, & ibi Bartolus & Salicetus, Fanus de pignoribus. 2. membro 5. partis. num. 20. Tamen ſi expreſſe pactum ſit quod res empta ex mea pecunia ſit mihi pro ea obligata, ero potior in ea alijs creditoribus, etiam anterioribus, ex textu dict. l. licet, C. qui potiores in pignore habean. vbi regula illa vulgaris qui prior eſt tempore potior eſt iure. Limitatur in eo cuius pecunia prædium cõparatur, ſi ſtatim cõuenit quod ei pignori ſpecialiter obligatũ eſſet, & inquit textus. *Omnibus anteferri iuris authoritate declaratur.* l. 30. titulo. 13. p. 5. Cuius legis diſpoſitio etiam in creditoribus ex cauſa dotis exaudienda videtur. Et ſecundum hanc ſententiã ſæpius iudicauit ſenatus hic Regius.

7 Nec obſtat textus in d. §. his conſequens: quia loquitur in tacita hypotheca, cui dos præfertur, at vero l. licet loquitur in expreſſa: creditores autem habẽtes expreſſam hypothecam anteriorem doti præferuntur, gloſſ. §. fuerat, inſtituta de actio. Neguſantius de pignor. 4. membro 2. p. num. 100. Couar. lib. 1. variarũ. cap. 7. num. 1. verſicul. tertia concluſio, & probat l. 33. titulo decimo tertio partita 5. Sed ſic eſt, quod mutuans pecuniam ad emendam rem cũ pacto quod in ea habeat expreſſam hypothecã, præfertur creditoribus habentibus expreſsã hypothecã anteriorem, & hi preferuntur doti. igitur mutuans ad emptionem rei cum pacto expreſſæ hypothecæ doti præferẽdus eſt, per regulam ſi vinco vincentem te à fortiori vincam te. l. de acceſsionibus. ff. de diuerſis & temporal. præſcrip. Nec refert quod etiam id contingit in tacita hypotheca, in qua poſterior creditor cuius pecunia nauis empta, ſtructa, aut refecta eſt, vel domus ædificata, præfertur priori habenti expreſſam, & non præfertur doti, vt in d. §. his conſequens. quia reſpondetur quod lex conceſsit iſtud priuilegium doti cõtra tacitam hypothecam, non tamẽ contra expreſſam mutuantis ad rei emptionem, & ſic ſtandum eſt generali diſpoſitioni dict. l. licet, vt eſt videre in caſu l. aſsiduis. C. qui potior. in pignor. habea. vbi lex conceſsit priuilegium doti contra tacitas hypothecas anteriores, non tamen illud conceſsit contra expreſſas, iuxta gloſſ. d. §. fuerat & in dicta l. aſsiduis, & d. l. 33. titulo. 13. par. 5. Vnde in hoc caſu quod mutuans ad emendam rem cũ pacto quod illa ſit pro ſorte mutuata ſpecialiter & expreſſe hypothecata præferatur etiam doti, optime tenuit Baldus Nouell. de dote. 10. par. num. 3. Cæpola cautela 124. Antonius Neguſantius de pignoribus. 5. par. membro. 2. num. 17. vbi dicit hanc opinionem iure veriorem eſſe, eamque ſequitur Gregorius l. 30. gloſſ. verbo el poſtrimero, titulo. 13. part. 5. vbi dicit videri iuſtũ vt qui credidit pecuniam ad emendam rem cum pacto ſpecialis hypothecæ omnibus creditoribus anterioribus, etiam mulieri & fiſco in ea re præferatur, & quod hoc ſenſit lex Regia ibi, cum non excipiat iſtum caſum, prout exceperat lex præcedens, idem Gregorius l. 33. eodem titulo, & partita, gloſſ. verbo *Enpronce*, vbi dicit placere ſibi opinionem Baldi Nouell. vbi ſupra, eandem probauit Rebuf. ad leges Gallicas, tomo 2. titulo de cõſtitutione redituũ, artic. 1. gloſ. 8. num. 27. vbi inquit, ſe non ſubſcribere Bart. contrariæ opinioni: quia creditor hic ſua pecunia rem acquiſiuit, & ſine eius pecunia non fuiſſet quæſita. Nec poteſt conque-

queri vxor nec alius antiquior creditor; quod hic posterior ipsis præferatur in re empta eius pecunia prædicto pacto specialis hypothecæ: quia *huius pecunia saluam fecit totius pignoris causam*, vt inquit textus in l. huius enim. ff. qui potiores in pignore habeantur.

8 Secundo pro hac parte facit quia in hypothesi creditor pecuniam suã credidit ad emẽdam militiam. Sed in militia empta ex pecunia expressim mutuata ad eius emptionẽ, creditor tacitam hypothecam habet cum priuilegio prælationis, etiam si expresse id actum non sit, ita quod creditor non solum anterioribus creditoribus hypothecarijs, sed etiam vxori debitoris & eius filijs pro dote materna agentibus præfertur, vt est textus in l. fi. & in Authentica quod obtinet. C. de pignorib. Negusan. de pignorib. 2. membro. 5. par. num. 21. ergo à fortiori in hoc casu creditor, qui ad emendam militiam seu officium decurionatus pecuniam mutuauit cum pacto hypothecæ, & expressam hypothecam habet, præferri debet vxori & aliis creditoribus: quia expressa hypotheca potior est tacita.

9 Aduerte tamẽ quod istud argumẽtum contra dotem non concludit ex eo, quia quamuis mutuans ad emendam militiam absque pacto expressæ hypothecæ habeat tacitã & præferatur anterioribus creditoribus & doti posteriori, non tamẽ præfertur doti anteriori, vt post glossam & Baldum Nouellum tenet Negusantius vbi sup. concludit tamẽ quo ad alios creditores anteriores qui dotis priuilegium non habent.

10 Nec obstant textus in d.l. si ventri. §. in bonis. de priuilegijs credito. & l. si hominem. §. fi. ff. depositi, quatenus probant, quod creditor vsurarius non habet priuilegium: quia intelligenda sunt iura illa de priuilegio personali, & inter personales actiones, de quo loquuntur, non tamẽ de priuilegio reali hypothecæ expresse, quale est illius qui mutuat ad emendam rem cum pacto hypothecæ specialis, vt in dicta l. licet, nec de priuilegio reali tacitæ hypothecæ, vt est illius qui credidit ad refectionem nauis, vel alimenta nautarum vt in dicta l. interdum, & in d.l. huius enim. ff. qui potiores in pignor. habeam. Rursus illa iura loquuntur 11 in creditore mutuante simpliciter, non vero in eo qui mutuauit expresse ad refectionem nauis, vel ob restitutionem ædificiorum, vt in l. creditor. ff. si certum pet, nam tunc etiã si mutuet sub vsuris habet priuilegiũ inter personales actiones quoad sortem, vt post Decium aduertit Ripa in d.l. 1. ff. in quibus causis pignus tacite contraha. num. 7. Alciatus in d. l. creditor, num. 8. vbi dicit, quod solum deteriot est fœnerantium conditio in hoc quod priuilegia non habent quoad vsuras, seu pœnam, vt in d.l. si ventri. §. in bonis, & d.l. si hominem. §. fi. quod etiam tenuit Paulus supra relatus.

12 Si autẽ creditor vsurarius sibi cõsuluit mutuando ad rei emptionẽ cũ speciali illius hypotheca, nimirum si gaudeat illius priuilegio, quia dicta iura non agunt de reali hypothecæ priuilegio, & ita si creditor mutuauit ad emendum prædium ea lege vt super eodem prædio maneret reditus redimibilis constitutus pro sorte mutuata ad rationem quatuor decimæ, erit locus decisioni textus in d.l. licet, & creditoris in prodio suã pecunia empto pro sorte & pensionibus præferendus erit quibuscunque anterioribus hypothecarijs creditoribus, & ita censuit Senatus.

Sed

13 Sed quæritur, quid in creditore qui mutuauit pecuniam ad refectionem vel conseruationem rei eo pacto, vt pro pecunia credita constitueretur reditus ipsi creditori super re refecta vel conseruata ad rationem quatuordecimæ, donec redimeretur, an debeat hic creditor reditualis in illa re prioribus creditoribus anteferri. Et videtur præferendus ex textu in dicta l. interdum qui potior in pignor. habeant, etiam si priores creditores habeant expressas & speciales hypothecas. glos. 1. & ibi Bartolus & Salicetus in dicta l. interdū, præterquam si priores creditores essent etiam priuilegiati interpersonales actiones ex causis, de quibus in titulo de priuileg. credi. vt aduertunt gloss. & Salicet. vbi sup. Deinde, quia mutuans ad emendum fundum eodem pacto, vt super eo imponatur reditus donec sors mutuata restituatur præfertur prioribus creditoribus vt modo diximus.

Sed in cōtrarium vrget quod creditor hic non gratis pecuniam suam credidit sed pro reditu quatuordecimæ, qua ratione priuilegium illi denegandum est ex tex. d. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. l. si hominem. §. fi. ff. mandati. vbi probatur, quod mutuantes sub vsuris non habent prælationis priuilegium: accedat Bartoli doctrina in l. quodquis. ff. de priuileg. credit. vbi quærit, cur vendens rem habita fide de pretio non habet priuilegium in pretio, & mutuans ad refectionem habet priuilegium pro pecunia mutuata, & respondet, quod ille qui habet fidem de pretio non id facit ex mera liberalitate, sed propter lucrum quod habet ex venditione, at mutuans ad refectionem gratis & liberaliter mutuat, & ideo a iure illi priuilegiū cōceditur, vnde si gratis non mutuat, priuilegium non habet ex dictis iuribus, quam doctrinam sequitur Ripa ibi num. 9, & in l. 1. nu. 7. ff. in quibus causis pignus tacite contrahatur. Cum ergo in hoc casu credior non gratis mutuet, sed spe lucri, quod ex annuo reditu quatuordecimæ consequitur pro sorte, ad refectionem seu conseruationem rei hypothecatæ credita, non debet antelationis priuilegium consequi aduersus priores creditores. Nec obstat dicta l. interdum, quia loquitur in liberali creditore, qui gratis mutuauit ad refectionem. Nostra quæstio est de creditore redituali, qui propter lucrum reditus pecuniā concessit. Nec etiam obstant quę diximus in eo qui pecuniam credidit ad rem emendam cum simili pacto: quia ille priuilegiatur in re ex propria pecunia empta, quæ debitori sine creditoris pecunia quæsita non esset. & vt inquit textus l. 2. ff. de rebus eorum. *Cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio in hæsit*: nec de hoc alij creditores conqueri possunt, vt supra diximus: at mutuans ad refectionem sub pacto reditus annui vult priuilegiari in re quæ ante mutuum & reditum constituendum erat debitoris & creditoribus hypothecata.

Hoc autem limitandum videtur quoad pensiones reditus, in quibus creditor cuius pecunia fuit res refecta, merito non habet priuilegium: quia vsura post priuilegia est. d. l. si ventri. §. 1. dict. l. si hominem. §. fi. habebit tamē priuilegium quoad sortem & pro ea in creditorum concursu prę ferendus erit prioribus creditoribus in re ipsius pecunia refecta, vt in creditore faeneratitio post Decium dixit Alciatus in d. l. creditor nunc. §. ff. si cert. petat.

Ex quæst. sequent.

NOminis venditio vera & permissa est. n. 1.

Venditor tenetur de euictione. num. 2.

Reditus essentia consistit in hypothecis. n. 3. contra tamen. n. 6

Cedens nomen reditus non est liberatus si reditus nō soluitur. n. 4

Cessio habet tacitam conditionem quatenus cessionarius poterit solutionem consequi a debitore cesso. ibid.

Nomen si datur in solutum, & euincitur, cessionarius agit de euictione contra cedentem. n. 5.

Vendens reditum sibi debitum, videtur nomen vendere, & transferi vtilem actionem absque cessione. n. 6.

Nomine vendito, aut in solutum dato periculum nominis ad cessionarium, non ad cedentem pertinet. n. 7.

Nomine reditus acceptato, videtur cessionario satisfactum. n. 8.

Nominis venditor tenetur præstare esse debitum, non autem esse debitum exigibile. n. 9.

Venditor hæreditatis tenetur præstare se hæredem. nu. 10.

Venditor vectigalis solum tenetur præstare quod extet ius venditum. n. 11.

Periculum hypothecarum nominis vēditi ad emptorem pertinet ibidem

Nominis reditus venditi debetur euictio, siue reditus euincatur num. 12. & n. 19.

Nomen reditus qui vendidit non tenetur de euictione hypothecarum, nec ex eo quod debitor reditus soluendo non sit. numero. 13.

Et quid si venditor nominis reditus promisit reditum fore certum verum, & securum, & de defensione, & conseruatione indemnitatis. n. 14.

Vbi de mente contrahentium dubitatur, ad naturam contractus recurrendum est. n. 15.

Nomen reditus vendens non tenetur soluere, sed cedere ius reditus. n. 17.

Nomen quādo sit periculo cedentis num. 18.

Nominis venditor qui promisit hypothecas fore idoneas, tenentur si debitoris bona soluendo non sint, & hypothecæ sint exhaustæ. n. 20.

Nomen bonum, vel idoneum qui promisit, tenetur si debitor soluendo non sit. n. 21.

Nominis venditor tenetur si dolo versatus sit. n. 22.

Nomen minus idoneum ignoranter emens an sibi præiudicet. ibid.

Nominis emptor, aut ille cui insolutum nomen datum est, an debeat authori denunciare litē, vt contra eum euictionis recursum habeat. n. 23.

Quæstio. XXI.

De venditore reditus iam constituti, & an, & quando teneatur ad euictionem & nominis reditus periculum.

1 REditum iam cõstitutum vendi posse notissimum in iure est: vera est enim & permissa nominis venditio, vt per totum. C. & ff. de hæred. vel actione vendita, & diximus supra lib. 1. q. 8. Sed quid si pereant reditus hypothecæ, vel distrahantur in concursu creditorum pro soluendis debitis anterioribus, & debitor reditus non sit soluendo, an possit emptor reditus contra venditorem agere: Videtur, quod sic.

2 Primo quia venditor tenetur de euictione. l. libera, ¶ C. de sentent. & interlocutio. omnium iud. euictis autẽ hypothecis satis euincitur ipse reditus, qui sine hypothecis nõ subsistit: nã redit⁹ essẽtia cõsistit in hypothecis iuxta mot. propr. Pij V. super forma creãdi census, & cõmunem quam sequitur Grego. l. 28. tit. 8. p. 5. glo. verb. *à censo*, limitatione, ¶ 1. cum alijs adductis supra hoc lib. q. 19. nu. 11. igitur venditor reditus euictis hypothecis tenetur saltim ad reditum super nouis, & idoneis hypothecis cõstituendũ, vel ad reddendum pre-
4 tium cum vsuris.

Secundo quia quamuis vendens, vel in solutum dans reditum cesserit actiones personales, & reales, & omne ius reditus non ideo liberatus est, si reditus non soluatur: nam per cessionem reditus non dicitur soluisse gloss. magna ad fin. in l. legatũ, ff. de libera. lega. Bal. c. 1. in fi. de beneficio fratr. & cessio continet conditionem quatenus cessionarius poterit solutionem consequi à debitore cesso, vt tradit Decius cons. 99. num. 4. dicens quod nomen debitoris datum in solutum non est periculo recipientis, sed dantis, sequitur Surdus cons. 22. n. 11. Igitur si reditus non soluitur emptori cui nomẽ reditus cessũ est debet dari recursus aduersus venditorẽ.

Tertio quia vbi datur nomen in solutum, si euincitur, vel aliter impeditur exactio cessionarius agit de euictione contra eum qui dedit Bart. l. siquis aliam. ff. de solu. vbi Paul. dicit esse singulare, C epola cautela 123. Berous cons. 46. num. 10. lib. 1. Stracha de assecuratio. glo. 33. numer. 1. Nata. cons. 496. nume. 18. ergo idem in venditione nominis reditus vbi exactio impeditur.

In contrarium quia vendens reditum sibi debitum, & super alienis bonis constitutum videtur nomen vendere: quia si vendo, vel relinquo quod alius mihi debet, videor vendere, vel relinquere nomen debitoris, & datur vtilis actio. l. si sic, §. 1. vbi Bartol. de legatis. 1. Bartol. l. demonstratio. falsa. § quod autem de cond. & demostratio. Paulus. l.

ex

ex legato.nume.4.C.delega. Crotus cons.14.nu.29.& 70. vbi dicit quod eo casu trãsfertur vtilis actio sine cessione,sequitur Surd decis.265.n.34 & probat.l.pen.C.de hęred.vel actione vend.Barbosa.l.æstimatis.n. 8.solut.matrim.

7 Sed quando venditur,aut datur in solutum nomen debitoris, periculũ nominis contingens post cessionem spectat ad cessionarium, non ad cedẽtem.l.pupilli.§.sorori.ff.soluto matrim.vbi secundũ Paul.est casus menti tenendus. Cuman.cons.4.in fi.Facit,quia ex eo quod emptor accepta 8 uit nomen reditus videtur ei fuisse satisfactum,vt per Bald.in.l.pro debito.C.de bon. autho. iudicis possid. Alexan.cons.242. in fin.lib.6.& post Paul.Imol.Socin.Ruin. & Gozadin.. in terminis respondit Beccius, cons 105.n.18.vbi dicit in emptione, vel datione in solutum periculum nomi num non exactorum ad recipiẽtem spectare tanquam dominum : quia cessionarius succedit in ius cedentis decisio.Pedemonta.62.n. 10.& præ dicta refert,& sequitur Surdus cons. 22.num.33.lib.1.igitur dari non debet recursus contra vẽditorem nomi nis reditus.

9 Secundo facit,quia vendens , & cedens nomen satisfacit quando nomen est verũ,& solũ tenetur prestare debitum esse non vero tenetur præ- 13 stare quod sit exigibile.l.si nomen.ff. de hæredita. vel actione vend. ibi. *Locupletem esse debitorem non debere præstari: debitorem autem esse præstari nisi aliud conuenit.*l.si noxa,ff.eod. l.inter causas.§. abesse. ff. mãda.l.3. in fi.ff.de fideiuss.l.si plus §.fi.ff.de cui ctio.vndedixit Bald.d.l.si noxa,quod cedens tenetur facere bonum nomẽ de iure,id est obligatum,& nõ de facto,id est debitorem esse soluendo, idem Bald.cõs.72.lib.3.plures refert, 10 & sequitur Surd.decis.326.num.41. Similiter venditor hæreditatis tenetur præstare hæredem,& quod extet hæreditas:non tamen tenetur si inde damnum sit,non lucrum.l.cum hæreditatem.ff. de hæred. vel actione vend.Et venditor vectigalis ex natura,rei tenetur solum præstare, quod extet ius venditum,vt per Bart.in.q. incipit Publicanus vers.secundo sufficit,sequitur Surd.d.decis.326.n.42. Ergo in hoc casu sufficit vẽditori nominis reditus si præstet reditũ deberi,nec tenetur,si debitor soluẽdo nõ sit.

Tertio facit,quia non solũ periculũ nominis ad emptorẽ pertinet,sed 11 etiam hypothecarũ periculũ.l periculũ 30.ff.de pignorib.vbi Paulus inquit.*Periculum pignorum nominis venditi ad emptorem pertinere,si tamẽ probetur eas res obligatas fuisse.*

Quid dicendum? arbitror distinguendum esse, aut enim ius reditus vendit ũ euincitur, aut euincuntur 12 hypothecæ reditus, & debitor non est soluendo.Primo casu venditor tenetur de euictione:quia præstare tenetur nomen verum,& reditum sibi debitum,vt probatur in.d.l.si nomen & iuribus sup. relatis,vnde si tertius euincat ius reditus ex eo quod reditus non erat venditori,sed sibi debitus,venditor tenebitur de euictione Aut non euincitur ius reditus,sed hypothecæ euincuntur,aut distrahuntur pro debitis anterioribus,& debitor non est soluendo,& tunc venditor nominis reditus non tenetur,vt etiam probatur in.d.l. periculum. ff. de pignor. & in.d.l.si nomen , & in. d.l.si plus §.fina.ff.de euiction. cum alijs iuribus supra citatis, & in specie respondit Beccius.d.cons.105. num. 13.sequitur Surd.vbi supra. M. Ant. Eugenius.cons.73.lib. 1. Vincentius de Franchis decisione. 108. num. 1.

14 Amplia etiam si venditor promisserit nomen reditus fore certum verum & securum, & adiecta sit clausula generalis de defensione, & conseruatione indemnitatis: quia etiã tunc non tenetur venditor præstare debitorem idoneum, & soluendo, vt tenuit Paulus cons. 170. n. 2. lib. 2. Gozadin. cõs. 58. n. 17. cuius rei ratio est, quoniam illa clausula intelligitur secundum naturã contractus cui adijcitur, nec plus obligat, quã obligaret contractus si adiecta non fuisset. l. si ita stipulatus, ff. de vsuris. l. legati serui nomine deleg. 1. Paul. vbi sup. n. 3. sequitur Becci' vbi sup. n. 14. Facit quia

15 vbi de mente contrahentium dubitatur, recurrendum est ad naturam contractus Bald. cons. 182. n. 6. lib. 1. Socin. cons. 9. n. 18. lib. 1. & verba debẽt interpretari, prout verisimile est partes voluisse secundum naturam contractus, etiam si nihil alias operarentur. Rum. cõs. 81. n. 2. & cons. 109 n. 4. lib. 1. Roman. cõs. 509. n. 7. Nata, cons. 94. nu. 3. at secundum naturam huius contractus satis est, quod vẽditor præstat nomen verum, & sibi deberi; non tamen tenetur si debitor

16 soluendo non sit, vt supra probatum est. Non obstat, quod venditor tenetur de euictione: quia Resp. quod vẽdens nomen reditus, non vendit hypothecas, sed ipsum ius reditus & ita tenebitur de euictione ipsius iuris reditum percipiendi, nõ vero de euictione hypothecarum. Nec reditus substantia consistit in hypothecis: quia obligatio hypothecarũ, non est principalis sed accessoria ad obligationẽ personalem reditus, quę per emptis hypothecis adhuc manet, vt diximus hoc lib. q. 19.

17 Non etiã obstat quod cedens ius reditus non videtur soluisse: quia vẽditor nominis reditus, non tenetur soluere reditum, sed cedere ius exigẽdi pẽsiones reditus à debitore, & ita satisfacit cedendo reditum, & præstãdo debitorẽ esse eũ contra quẽ iura cessit. Nec tenetur de periculo nominis cessi: quia nomen tunc est periculo cedentis, quando cessio fuit facta simpliciter: non vero quando fuit facta titulo venditionis, vel insolutũ, tunc enim post factam cessionem, nomẽ est periculo emptoris, vel eius qui accepit insolutum. d. l. pupilli §. soror. vbi notat Paul. ff. solut. matri. & ita distinguit. Bal. qui loquitur in nomine in dotem dato in. l. promittendo. ff. de iure dot. Decius cons. 99 n. 4. & cons. 421. plene & subtiliter in vltimo dubio sequitur Ias. l. singularia. n. 27. si cert. pet. & alij quos refert & sequitur Beccius d. cons. 105. n. 35. Alex. l. si cũ emptore. nu. 4. vers. vnde teneas primam. ff. de pact. Rubeus in. l. non solum §. morte n. 409. ff. de oper. noui. nuncia. Surd. cõs. 22. num. 33. lib. 1.

Vltimo non obstat Bart. doctrina 19
in. d. l. si quis aliã ff. de solutio. quia verũ est, q; si nomen in solutũ datum euincatur cessionarius habet recursum cõtra cedentem, secus si nomen efficiatur, non soluendo, quia periculum post cessionem contingens spectat ad cessionarium, vt dictum est.

Limita tamen primo si vẽditor 20
nominis reditus promittit hypothecas fore idoneas: tunc enim ex pacto tenebitur, si bona debitoris soluendo non sint, vt probatur in. d. l. si nomen ff. de hæred. vel actio vend. ibi, *nisi aliud conuenit*, Paul. d. cons. 170. Fulgos. d. l. si nomẽ. Cõtractus enim ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. §. si conueniat. ff. depositi, vbi adest pactum intelligitur recessum à iure communi. Nata, cõs. 384. n. 11. & ita in specie tenuit Beccius, d. cons. 105. n. 16. de qua clausula diximus sup. hoc lib. q. 7.

Limita

21 Limita secundo si venditor nominis reditus non solum promisit facere nomen certum, & verum, sed etiam promisit facere nomen bonũ vel idoneum, quia si debitor non sit soluendo vẽditor tenetur: quia nomẽ bonum non præstat: nam idem reputatur nomen bonum non esse: & debitorem non esse soluendo, & ista æquiparat Bald. d.l. si nomẽ & proba si videtur in d.l. inter cautas. §. abesse ff. mandati, & ita iudicauit Rota Genuẽs. vt inquit decisio. Genuen. 156 n. 2. & 3. idem tenuit Neuiza. cons. 111. n. 10. & cons. 86. n. 18. quẽ sequitur Marcus Anto. Eugenius. cons. 73 n. 1. Boerius vbi sup. d. n. 16.

22 Limita tertio, si vẽditor dolo versatus est, quia cum sciret debitorẽ reditus soluendo non esse, emptorẽ decepit, aut induxit ademendum, d.l. si plus. 74 §. fin. de euictio. ibi, *& dolum præstare cogitur*, facit l. siquis domum §. 1. ff. locati ibi, *videlicet tenebitur, decepit enim conductorem*, qui, text. etiã locum habet in venditore reditum Cynum. l. 1. C. si pignus pigno. datũ sit: sequitur Surd. decis. 326. nu. 47 Si autem debitor reditus soluendo nõ erat, & emptum sit nomẽ reditus ab eo qui ignorabat debitoris inopiam an emptor sibi præiudicauerit: videtur, q. sic ex d.l. si nomẽ & dicit Paul. l. Mœuia. n. 4. solut. matr. Paul. l. mo. l. si cum dotem. §. si mulier, eod. tit. sed contrarium videtur verius ex l. promittendo. 42. §. si à debitore verbo, *sciens*, à cõmuni sensu ff. de iure dot. tenet Bart. l. si cum dotem. §. si mulier & ibi Alex. ex n. 4. ff. solut. matr. Bart. l. qui debitorem de ædilitio. cũ alijs quos refert & sequitur Barbosa. l. æstimatis. n. 11. solut. matr. vbi hoc intelligit si emptor allegauerit iustam, & probabilem ignorantiæ causam.

Sed quæro an cum cuincitur nomen reditus ab emptore vel eo cui an solutum datum est, liceat denunciari ei qui vendidit, vt cessionarius possit de euictione agere, vide text. in l. libera. C. de sentent. & interlocutio omnium iudic. l. qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg. 3. Bartol. l. siquis etiam minus. 3. ff. de solutio. Paul. cons. 170. num. 3. lib. 2. vbi circa quod cedens nomen debitoris ita demum tenetur soluere, si legitime requisitus non ostenderit debitorem verum, & quod cessionarius superdicta, non tenetur cedens non vocatus sicut in euictione, idem Bertrand. cons. 217. lib. 1. & idem dictum est quod cessionarius si quiret cedentem, vt exhibeat instrumenta quibus possit probare creditum, & assistat causæ, cum casum negationis præcesserit. vbi præsupponit, quod alias non potest agere aduersus cedentem, sequitur Marcus Antonius Eugenius cons. 73. num. 1.

Ex quæst. sequent.

Reditus seruatiuus qui sit num. 1.

Si concedo tibi rem in emphyteusim, & quidquid iuris habeo in ea, an sit reditus seruatiuus? n. 2.

Reditus emphyteoticus qui sit num. 3.

Reditus consignatiuus qui sit num. 4.

In reditu seruatiuo plenum dominium ciuilis, & naturalis possessio trãsferuntur & solum ius pensionis seruatur n. 5.

Vtile, & directum dominiũ in eadem persona non concurrunt ibidem.

In reditu emphyteutico solum vtile dominium, & naturalis possessio transferuntur. num.6.

In reditu cõsignatiuo nullum rei dominium nec possessio transfertur. nu.7

Reditum reseruatiuum, & cõsignatiuum soluimus de re nostra: emphyteuticũ vero soluimus de re aliena. numer.8.

Reditus emphyteuticus si non soluitur per biennium, vel triennium amittitur emphyteusis.n.9.

Reditus reseruatiuus, aut consignatiuus, etiam si mille annis non soluatur, non amittitur res censualis, nec reditus hypotheca.n.10.

Si in contractu census apponitur pactum commissi, reditus emphyteuticus in dubio iudicandus erit.n.11.

Pactum commissi in reditu cõsignatiuo non valet.n 12.

Reditus reseruatiui debitor, an cadat à iure contractus ratione periurij.nume.13. & seqq.

Iuramentum regulatur secundum naturam contractus. num.14.

Pœna priuationis non inducitur nisi in casibus à iure expressis.n.15.

Vassallus veniens contra iuramentum fidelitatis feudum non amittit nisi in casibus à iure expressis.n.16

Iuramentum non extenditur nisi ad expressa, & cogitata.n.17.

Emphyteuta qui iurauit pensionem soluere, an incidat in commissum ob non solutam pensionem vnius anni.n.18.

Censuarium ob periurium nõ incidere in commissum qui tenuerunt num.19.

Lex siquis maior C. de transactionibus declaratur.numero.20.

Emphyteutica res amittitur si alienetur absque domini consensu: secus si res sit reseruatiua aut consignatiua reditui obligata.n.21.

Res reseruatiuo reditui obligata an amittatur per alienationem si pactum sit de non alienando sub pœna cõmissi.num.22.

Laudemium debetur ex venditione rei emphyteuticæ. num. 23.

Laudemium quid sit, & quis solvere teneatur. nu. 24.

Laudemium ex venditione rei obligatæ reditui reservatiuo, aut consignatiuo non debetur. n. 25.

Si creditor reservatiui reditus pacisceatur de solvendo laudemio ex venditione rei censualis præsumitur emphyteusis. n. 26.

Pactum de solvendo laudemio in reservatiuo, aut consignatiuo reditu, an valeat. num. 27.

Gabella debetur ex venditione reditus consignatiui, non tamen debetur ex reditu emphyteutico, nec reservatiuo. n. 28.

Gabella, an debeatur ex contractu reditus reservatiui si pactum sit quod reditus possit redimi certa numorum summa. nu. 29.

Et quid si partes convenerunt de vendendo, aut estimando fundo certo pretio, & pro eo reditum redimibilem super fundo constituerunt. n. 30. & seq.

Gabella debetur ex redemptione pensionis reditus reservatiui. n. 32.

Maioratus fieri potest ex bonis reditui consignatiuo, aut reservatiuo obligatis. num. 33.

Maioratus, an institui possit ex bonis emphyteuticis, aut reditui reservatiuo obligatis quando ex eorum venditione debetur laudemium num. 34. & seqq.

Emphyteuta, an possit filijs in emphyteusi præiudicare num. 37. & seqq.

Emphyteuta, an possit prohibere alienationem emphyteusis in domini præiudicium num. 38. & seqq.

Reditus consignatiuus fructuarius redimibilis, vel ad vitam constitui non potest iure Regio. n. 40.

Reditus reservatiuus, etiam redimibilis, & ad vitam in fructibus, & alias quam in pecunia solvendus constitui potest. n. 41.

Legum Regiarum prohibitio de reditibus fructuarijs locum habet in consignatiuo non in reservatiuo reditu. ibidem.

Bona super quibus reditus cõ signatur, aut reseruatur sunt reditui hypothecata, & transeunt cum eo onere in quemcumque possessorem n. 42.

Etiam cum onere reddituum qui pro praeterito tempore debebantur, quod tamen limitatur. ibidem.

Bona emphyteutica, an sint pro canone hypothecata n. 43. quod limitatur triplici ter n. 44.

Bona emphyteutica, an sint pro laudemio obligata numer. 45.

Reditus consignatiuus sublata, vel restricta ab initio redimendi facultate, fit vsurarius nu. 46. Secus si reditus sit reseruatiuus, aut emphyteuticus n. 47.

Bona censualia, & consignatiuo reditui obligata possunt sine creditoris licentia amplius obligari debet tamen secundus creditor prioris hypothecae certiorari: alias sors duplicata restituitur num. 48.

Bona reditui cõsignatiuo obligata si vendantur, debet emptor hypothecarum certiorari: alias crimen stellionatus incurritur, & debitor cogitur priorem reditũ redimere si fuerit redimibilis, si tamen fuerit perpetuus potest emptor ab emptione discedere n. 49.

Bona censui reseruatiuo obligata similiter obligari, & alienari possunt, & in generali bonorum obligatione veniunt n. 50.

Bona emphyteutica, an possint sine consensu domini obligari n. 51. & numeris sequentibus.

Bona emphyteutica, an veniant in generali bonorum obligatione n. 52.

Reditus qualitas si non appareat, & dubitatur, an sit reseruatiuus, an consignatiuus, an emphyteuticus, an colonalis, ad coniecturas recurrendum est n. 54. & si adsint cõtrariae coniecturae secundum fortiorem iudicatur n. 55.

Reditus talis praesumitur qualem contrahentes nominarunt n. 56.

Reditus extempore iudicatur colonalis, aut emphyteuticus, vel reseruatiuus n. 57

Reditus

Reditus emphyteuticus præsumitur ex pacto commissi, etiam si nomen contrahentium repugnet.n.58.

Reditus emphyteuticus præsumitur ex pacto de soluendo laudemio.n.59.

Reditus emphyteuticus, aut colonalis præsumitur ex quãtitate pensionis.n.60.

Reditus reseruatiuus præsumitur, si fundus conceditur, vt recipiẽs possit de eo disponere sicut de re propria, vel si conceditur omne ius creditoris pensione reseruata.n.61.

Quod ampliatur etiam si contrahentes eo modo, emphytheusim appellauerint.nume.62.

Reditus emphyteuticus, vel reseruatiuus ex Regionis mora præsumitur.nu.63.

Reditus emphyteuticus, velcõsignatiuus præsumitur ex antiquo rei dominio.n.64.

Reditus in dubio qualis præsumendus erit, emphyteuticus, reseruatiuus, an colonalis.n.65. & seqq.

Nomen cẽsus æquiuocum est num.66.

Census dicitur reditus reseruatiuus, reditus emphyteuticus, reditus cõsignatiuus, reditus colonalis ibidem.

Reditus consignatiuus præsumitur si solutus fuit ex re quã constat ab antiquo fuisse debitoris, & suorum maiorum.n.67.

Reditus colonalis præsumitur si a principio fuit res ad modicum tempus locata quamuis postea colonus eam longissimo tempore possederit eandem pensionem soluens, & se colonũ perpetuum contendat.nume.68.

Ius colonia perpetua 30. annis non præscribitur cõtra Baldum.n.69.

Quod intellige nisi solutiones factæ sint iure colonia perpetua.ibidem.

Baldi opinionem de colonia perpetua præscribenda iure canonico defendi non posse num.70.

Baldi eandem opinionem in bonis ecclesiæ non posse obtinere.n.71.

Coloniam perpetuam non præsumi etiam si non constet de colonali ingressu, & longissimo tempore quis rem alienam

alienam possederit singulis annis pensionem soluens. num 72.

Colonia perpetua, seu emphyteusis perpetua præsumitur si res aliena possessa sit tempore immemoriali, quo fuit uniformis pensio persoluta. n. 73.

Colonus simplex præsumitur, qui longissimo tempore rē alienam possedit pensionē differmem modo maiorem modo minorem soluens. nume. 74.

Reditus reseruatiuus, non emphyteuticus in dubio præsumitur, quando longissimo tempore pro re aliena tanquam reditus perpetuus fuit persolutus. numero. 75.

Et si res sit ecclesiæ, an eo casu præsumatur reditus emphyteuticus, an reseruatiuus. num. 76.

Quæstio. XXII.

De reditu reseruatiuo, & emphyteutico, & quomodo a consignatiuo differāt, & an reseruatiuus, emphyteuticus, consignatiuus, aut colonalis reditus in dubio præsumatur.

1 REditus reseruatiuus est, cum rem meam in alium trānsfero, reseruato mihi iure certum reditum singulis annis percipiendi. Hoc autem dupliciter contingit. Primo quando omne rei dominium in accipientē transfertur, & dominus tantum sibi reseruat ius percipiendi pensionem, seu reditum singulis annis, vt in. l fi. C. de rerum permutatione glossa penul. & ibi. DD. in cap. constitutus de religios. domibus. Bart. l. 1. §. 1. ff. de publican. & vectigalib. hunc contractū reditum, seu censum reseruatiuum appellamus, vt per Dominicū à Soto de iustitia & iure lib. 6. q. 5. art. 2. col. 2. vers. reseruatiuus est. Menoch. lib. 3. præsumptio. in præsumptione. 107 2 num. 4. Amplia etiam si concedens dicat, concedo tibi talem rem in emphyteusim, & quidquid iuris habeo in illa: nam cum trāsferatur omne dominium, reditus est reseruatiuus, & contractus censualis, nec curandum est de nomine quo contrahentes vtuntur, si repugnat rei substantiæ. l. insulam. ff. de præcript. verb.

Ita tenuit Ioan. Faber §. adeo, instit. de locato sequitur Brunorus a Sole. q. 5. n. 14. plures refert & sequitur Menoch lib. 3. præsumpt. 106. nume. 10.

3 Secundo contingit quando in accipientem non omne, sed vtile tantũ dominium transfertur, & dominus rei immobilis directum dominium reseruat, & præterea ius percipiendi pensionem in pecunia, aut fructibus soluendam singulis annis, & tunc dicitur reditus, seu census emphyteuticus de quo in l. 1. & seq. C. de iure emph. explicat Valascus de iure emphyt. q. 1.

4 Reditus vero consignatiuus, seu constitutus, & impositus dicitur quãdo quis aliqua accepta quantitate vendit, imponit, seu constituit, & consignat super suis bonis annuam pensionem in pecunia, aut fructibus persoluendam, vt per Domin. a Soto vbi supra Cravet. cons. 217. numero. 4. & latius diximus supra lib. 1. quæstione. 2.

5 Ex prædictis satis patet differẽtia inter reditum reseruatiuum, consignatiuum, & emphyteuticum. Nam in reseruatiuo reditu vtrumque dominium vtile, & directum ciuilis, & naturalis possessio transferuntur, & nihil præter pensionem, seu ius percipiendi pensionem reseruatur, vt per Rosentalium de feudis. 2. part. c. 10. q. 34. num. 25. idem dixerunt glo. & alij in d. c. constitutus de religios. domib. sed male loquuntur: quia in censuarium non transfertur vtile, & directum dominium: imo est impossibile, quod quis simul vtile & directum habeat. sunt enim qualitates aduersæ, & qui habet vtile dicitur quasi dominus qui habet directum dicitur verus dominus quæ sunt diuersa & incompatibilia. l. 1. si ager vectigal. sic docet Speculat. titul. de locato §. nunc vero aliqua. q. 45. Boerius. c. 1. de restitu. in integ. n. 70. Igitur verius dicendum est quod in reditu reseruatiuo, seu censu reseruatiuo plenum dominium transfertur: quia licet vtile, & directum in diuersis personis reperiantur, non tamen coniunguntur, nec dari possunt in eadem persona sicut proprietas & vsus fructus humanis, vt in l. 1. & 2. diximus de verb. significat. l. vti fundi. ff. l. vlu. fructus pera. ibi, *quia qui habet proprietatem dicendi fruendi ius separatum non habet.* In emphyteutico reditu solum vtile dominium, cum possessione naturali in accipientem transfertur, directum autem dominium, & ciuilis possessio & ius percipiendi pensionem reseruatur concedenti. In reditu tamen consignatiuo nullum rei dominium nec possessio transfertur: quia consignans, seu vendens reditum super suis bonis, hypothecarũ manet plenus dominus, & possessor, & solum transfert ius percipiendi pensionem singulis annis, vt diximus supra libr. 1. quæst. 3.

8 Secundo differunt quia reditum, seu censum reseruatiuum, & consignatiuum, soluimus de re nostra, reditum vero, seu censum emphyteuticum soluimus de re aliena glos. d. cap. constitutus cum multis relatis a Menochio. d. lib. 3. præsumptione. 106. numero. 2.

9 Tertio differunt quia si reditus emphyteuticus non soluitur per biennium, vel triennium, emphyteuta cadit ab emphyteusi. l. 2. C. de iure emphy. cap. potuit de locato. l. 28. tit. 8. p. 5. Tamẽ si census reseruatiuus, aut consignatiuus non soluitur etiã mille annis, rescensualis, aut hypothecę reditus non amittuntur gloss. d. cap. constitutus de religios. domib. Capicius decis. 103. num. 6. Couatr. lib. 3. var. c. 7. nu. 1. Valasc. de iure empht. q. 32. nu. 32. & in reditu consignatiuo

natiuo diximus supra hoc lib. 2. q. 1. & q. 2.

11 Vnde quando in contractu fuit appositum pactum, quod censuarius non soluens reditum reseruatiuum per biennium amittat rem censualem & cadat in commissum, iudicandum est in dubio reditus emphyteuticus ex Decio cons. 138. n. 5. Bruno de Sole. d. q. 5. n. 15. In reditu vero consignatiuo non valet huiusmodi pactum, nec licet creditori sortem repetere quamuis debitor non soluerit pensionem pluribus annis, etiam si bona debitoris in concursu creditorum distrahantur: possunt tamen alij creditores distractis hypothecis reditum redimere, vel petere à iudice, vt earum pretio sortem cum reliquis creditori reditus persoluti iubeat. quod si pactum sit de commisso ob non solutam pensionem in reditu consignatiuo, aut reseruatiuo, in quo apparet creditore nullum dominium rei sibi reseruasse pactum censetur in fraudem vsurarum adiectum: quia adijcitur dationi quantitatis, Bald. l. cum allegas. 3. col. vers. septimo oppono, Valasc. de cons. consultatione. 35. n. 1. non tamen ex eo solum annullabitur contractus, sed pactum vitiabitur, vt dixi supra hoc lib. q. 1.

13 Secundo limitatur quando contractui census reseruatiui adiectum est iuramentum: quia ratione periurij censuarius cadit à iure contractus, l. si quis maior. C. de transactionib. vt ex Cassadoro scribit Menoch. d. lib. 3 præsumptione. 106. nume. 17. Roland. cons. 6. num. 41. lib. 1. Bruno rus. d. q. 5. n. 17. & seq. Sed hæc opinio vera non videtur. Primo quia cõtractus ipse censualis ex sui natura

14 non inducit caducitatem ob non solutionem canonis, vt diximus cũ glos. & communi. d. cap. constitutus. iuramentum autem debet regulari secundum naturam contractus. l. fin. C. de nõ numerata pecunia. l. fin. qui iussus dare, cogan. Igitur propter iuramentum non debet debitor priuari

15 recensuali. Secundo quia pena priuationis non inducitur nisi in casibus à iure expressis. l. at si quis. §. diuus. ff. de religiosis & sumptib. Funer. ibi. *Non recte facere pœnam tamen in eum statutum non esse.* Bal. l. nemo. martyres num. 1. C. de sacrosanct. eccles. text. in authen. de non eligendo secundo nub. §. cum igitur vers. *sicut enim.* Tiraquel. l. si vnquam verb. reuertatur n. 25. & sequent. de reuocand. dona. sed nulla lege cautum est quod debitor census, seu reseruatiui reditus non soluens pensionem, qua soluere iurauerat, rem censualem amittat. Igitur non cadet à iure suo censuarius non soluens, licet soluere iurauerit.

16 Tertio, quia vassallus veniens contra iuramentum fidelitatis non amittit feudum nisi in casibus à iure expressis cap. 1. § illud, ct. 2. quæ fuit prima causa benef. amittendi in vsibus feudorum, & docet Ilernia. c. 1. qualiter vassallus iurare debeat, quem citat Alex. cons. 103. n. 15. vers. nec enim pro omni. lib. 1. Curtius Iun. cons. 137. n. 17. similiter in hoc casu non debet censuarius à iure suo cadere ob non

17 solutionem pensionis quam cum iuramento soluere promisit. Quarto, quia iuramentum non extenditur, nisi ad expressa & cogitata, arg. text. in cap. clericus de iure iurand. cap. inter quos de renuntia. docet Ilernia. eumque referens Pars. de Puteo in tract. de re militar. vers. an miles captus & deuictus. n. 8. Hostien. d. cap. clericus vbi dicit odiosum & periculosum esse quod iuramentum extendatur. Aules in prohemio. c. prætoru glos. verb. en los casos. nu. 4. Sed in hoc casu non fuit actum, nec cogitatum de cõmisso, quia creditor nihil præterius percipiendi reditum quam

annis

ens reseruauit. Ergo iuramentum non potest pœnam cõmissi in casum non solutæ pensionis inducere, nec ad illam extendi debet, sed debet intelligi,& limitari, secundum limites,& naturam contractus. Quinto 18 probatur argumento sumpto à fortiori: quia emphyteuta qui iurauit pensionem soluere, non incidit incommissum ob non solutam pensionem ante lapsum biennij,vel triennij, ea quidẽ ratione quia ex natura emphyteusis non inducitur cõmissum ante lapsum biennij,vel triennij.cap. potuit de locato.l.2.C.de iure emphyt. hæc autem contractus natura, non tollitur per iuramentum,vt in simili dixit Bald.in.l.1.C.commodati, & ita in specie quod cẽsuarius ob periurium non cadat iure suo contra Baldum in cap. querellam de iure iurand Alexand. & plures alios tenuerunt Parisiens.Modernus in addi 19 tio.ad Alex.cons.85.in.2. additione lib.1.Curtius Iun.l.siquis maior. nu. 30.C.de transaction.Couarru. in. c. quamuis pactum.1.par.§.4.numer.5. vers sexto,hinc deducitur. IuliusClarius.§.emphyteusis.quæst. 8.num. 2. vb dicit quod contraria opinio quãuis communis nunquam sibi placuit & si casus contingeret de facili inclinaret in contrariam sententiã, quæ æquior est, & Senatus qui quotidie innitens æquitati dispensat contra caducitates, hanc opinionem amplecteretur:idem tenuit Andr.Basig. in cap.ex parte de reseriptis vbi eũ refert Ripa,numero. 20. qui tamen cogitandum relinquit.& eadem sententia videtur placuisse Aurelio Corbulo in tract.de causis emphyt. titulo de causa priuatio,ob non solutum canon.ampliatione.40. quamuis fatetur, quod difficile esset in practica contra cõmunem obtinere eandem veram opinionem censet, & defendit Alciat.d.l.siquis maior. num.21. & seqq.Rosentalius de feud.2.parte cap.10.quæst.34.num.44. Ergo à fortiori in contractu reditus reseruatini & censualis ex cuius natura non venit commissum vllo casu,id infligendum non erit ob iuramentum de soluenda pẽsione.Sexto quia iuramẽtũ non auget substantiam obligationis sed addit robur, Oldrad.d.cons.258. Surd.decis.3.n.9.igitur nõ extendit obligationem ad commissi pœnam.

20 Nec obstat text.in.d.l.siquis maior: quia secundum Alciat.ibi.nu.25.quãuis quo ad sacramenti obseruationẽ. l.illa generaliter obtineat in quocunque pacto, q; vero ad pœnas attinet. nõ est extendenda nec accipiẽda extra casum in quo loquitur,idẽ voluit Paris.Mod.in.d.additione ad consil. Alex.85.vbi cum Corneo Parpalio Riminal.& Alciat.dicit ibi esse casũ specialẽ,sequitur Cou.vbi sup.Gutierrez de iuram confir.1.p.c.61.nu.21. vbi dicunt quod quamuis. d.l.siquis maior extendatur ad omnes contractus,nihilominus iuramentum accipit omnes conditiones quas contractus à sui principio sortitus est,cũ ergo contractus hic reditus reseruatiui exsui natura nõ inducat commissum ob non solutam pensionẽ, nõ debet eius natura mutari ob iuramenti adiectionem,& cũ.d.l.siquis maior nimium rigurosa,& dura sit, vt inquit Roland.cons.57.nu.46.& seq.& quę vix obtineret in practica, vt inquit Corneus.cons.46.colum.1.in fi.lib.3 & curiæ Parlamentorum non obseruant rigorem illius legis, vt inquit Beccius consilio.106.numero. 24.& cum non habeat locum nisi interueniente dolo, & alijs de quibus per Beccium vbi supra, nume.25.& Gutierrez vbi supra,nu.22.quæ hic deficiunt, dicendum videtur eam missis sanctionem in nostro casu ex

audiendam non esse,& censuarium, quamuis periurus sit ob non solutam pensionem in termino, rem cẽsualẽ non amittere. Nec placet Rosentalij declaratio vbi sup. n. 45. dum dicit, q si emphyteuta iurauit se singulis annis certa die pensionem soluturum, si cessauerit, vno anno, incidet incõmissum: nam & hoc casu militant quæ relata sunt argumenta.

21 Quarto differunt quia emphyteusis amittitur si res emphyteutica alienatur absque directi dñi consensu. l. fi. C. de iure emphy. l. fi. tit. 8. p. 5. Res autẽ censualis, & reditui reseruatiuo, aut cõsignatiuo obligata, etiã si absq; creditoris reditus cõsensu alienetur, nõ amittitur, vt tradunt DD. d. c. constitutus, & Decius cõs. 164. Capicius, & Valasc. vbi sup. Brunorus à Sole. q. 5. n. 1. & diximus sup. hoc lib. q. 9. vbi egimus de pacto nõ alienandi in reditibus apposito.

22 Hoc autem quod diximus rẽ censualẽ non amitti, etiã si alienetur absque creditoris reditus reseruatiui consensu, limitatur, nisi in cõtractu dictũ sit, quod per alienationem res cadat in cõmissum: nã pactũ seruãdũ erit. l. 1. C. de iure emphy. reg. cõtractus de reg. iur. in. 6. l. 1. §. si cõuenerit ff. depositi. Deci°. d. cõs. 138. n. 5. vers. & sic duplici ratione sequitur Brunorus à Sole. dict. quæstione, 5, numero 16.

23 Quinto differũt, quia creditori reditꝰ emphyteutici, si res emphyteutica vendatur, debetur laudemium. l. fi C. de iure emph. l. fi. tit. 8. p. 5. Amædeus à Põte in tract. de laudemijs q. 5 Quod laudemiũ de iure est quinqua-
24 gesima pars pretij, vt probant præd. iura nisi de maiore parte soluẽda cõuentum sit, prout quoti die conueniunt de soluenda 20. aut. 10. parte quã soluit de iure nouus emphyteuta pro domini approbatione, & inuestitura, vt inquit glo. d. l. fin. & ibi Ias. notab. 15. & sequitur Greg. d. l. fi. ver. *non le deue tomar*, idque verũ etiã est, nisi aliter conueniant contrahentes.

25 At vero creditori reditus reseruatiui seu censualis, aut reditus consignatiui ex venditione hypothecarum nõ debetur laudemium, vt diximus sup.
26 lib. 2. q. 4. num. 14. Vnde si in contractu cẽsus reseruatiui creditor quoq; reseruat ius percipiendi laudemium ex venditione rei, quam censuario concedit, erit coniectura contractus emphyteutici, & quod res in emphyteusim perpetuam, non in cẽsum reseruatiuum concessa est, vt aduertit Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 105. num. 7.

27 Sed quid si conueniant contrahẽtes in contractu reditus reseruatiui, aut consignatiui quod ex venditione hypothecarum soluatur laudemium, an pactum valeat? Breuiter distinguendum est, aut reditus est consignatiuus, & tunc pactum vitiatur: quia creditori nõ licet vltra quatuor decimam stipulari, vt sæpe dictum est, quod limitandum censeo, si reditus emptus sit tãto pretio quod onus laudemij satis compensetur cum eo quod venditor vltra pretium reditus ad rationem quatuordecimæ receperit. Aut reditus est reseruatiuus, & tunc licet creditori laudemium reseruare: quia rei proprię potest quã velit legem dicere cum in ea sit moderator, & arbiter. l. fi. in re mandata. C. mandati. Imo si hoc pactum laudemij adiiciat censebitur rem in emphyteusim dedisse, eritque hæc emphyteutici reditus coniectura, vt supra diximus cum Menochio.

28 Sexto differunt quoad gabellam, quæ ex venditione reditus consignatiui persoluenda est, vt diximus hoc lib. 2. q. 4. Ea tamen non debetur ex cõtractu reditus emphyteutici, nec

reditus

reditus reseruatiui, in quibus vẽditio non contrahitur, nam in venditione omne dominium transfertur in emptorem si venditor sit dominus. l. cũ manu fata §. nemo potest. ff. de contrahenda emptio. Afflict. decis. 338. vel si nõ sit dñs transfertur vsucapiẽ di conditio. l. clauibus. ff. de contra. emptione: at vero in contractu emphyteurico solum transit vtile dominium in emphyteutam, directo penes concedentem remanente, vt supra diximus, similiter in contractu reditus reseruatiui, venditio non cõtrahitur, sed quædam donatio cũ pacto, vt aliquid menstruum, seu annuum persoluatur, ex quo præscriptis verbis agitur, vt dicit text. in l. fi. C. de rerum permutatione.

29 Quod amplia etiam si in censu reseruatiuo pactum sit, quod pensionẽ illam eõuentam liceat debitori redimere certa numorum summa creditori soluta: nam adhuc contractus is erit reseruatiuus reditus, non vero rei censualis venditio, quia nullum pretium rei est, sed pactum de soluẽda pensione cohærentia contractus. & rei traditione vestitum. Ideo non ex venditione agitur, sed præscriptis verbis, vt probat text. d. l. fi. C. de rerum permutatione & Paris. Moder. in consuetud. Paris. 1. p. §. 23. num. 56 vbi post Baldum, & Præpositum dicit quod si vasallus concedit feudũ suum ad certum reditum, nõ dicitur feudum vendere idem tenet Soto lib. 6. de iustitia & iure. q. 5. artic. 1. in princ. id etiam sensit Auend. respons. 29. vbi dicit solum deberi gabellam ex redemptione pensionis, non vero ex contractu reditus reseruatiui: eandem sententiam tenet optime explicans Lasarte de decima venditionis. cap. 10. numero. 48. & sequentibus.

30 Limita tamen. Primo si contrahẽtes ita conuenerunt, vt fundum venderent certo pretio, & pro pretio reditum super fundo constituerunt redimibilem ad rationem vnius in. 14 vel. 20. hic enim duplex est contractus venditionis: alter fundi, alter reditus consignatiui, vt probat Couar. lib. 3. variarum. cap. 11. numero. 5. & sequitur Lasarte. d. cap. 10. nume. 47. idem videtur dicendum si fundus datur æstimatus & pro æstimatione reditus redimibilis imponitur ad rationem quatuordecimæ. Nam æstimatio indubio facit emptionem. l. quoties cum materia. C. de iure dotium, secus est quando partes non conuenerunt de vendendo, nec æstimando fundo, sed de dando fundum certum reditum reseruatiuum redimibilem certa summa, tunc enim fundus non censetur venditus, sed datus cum reseruatione reditus, quia tunc nullum verbum de vẽditione fundi, & quæcũque fuerit velata intentio, dum illa non apparet verbis stãdum est. l. non aliter. ff. de leg 3. l. ille, aut ille. §. cum in verbis eod. tit. l. cõtinuus §. cum ita de verb. Nec sunt verba cauillanda. l. 2. §. fin. ff. ad Tertulian. & contractus talis præsumitur, & iudicatur, qualis ex verborum facie apparet. l. fideiussores magistratuum. §. 1. ff. de fideiussor. l. qui saxum. ff. de donation. cum relatis à Menochio, lib. 3. præsumpt. 105. n. 2. & ita primo casu, quia duplex est venditio, duplex debetur gabella, prout duplex debetur laudemium ex venditione facta cum pacto de retrouendendo, & sequuta retrouenditione, vt per Cagnol. l. 2. num. 237. C. de pact. inter empto. Tiraq. de retract. cõuent. gl. 1. n. 34. Thesaurũ decis. 75. nu. 3. vbi hoc intelligit etiã si pactum retrouendẽdi fuerit appositũ incontinenti. Imo etiã si nullũ sit verbum reuendendi, sed tantum dictũ quod restituto pretio res vendita restituatur. venditori

Secundo casu non debetur gabella ex censu, sed debetur expensionis re dēptione: quia in ea contrahitur pē sionis vēditio, & debetur gabellario illi⁹ tēporis quo fiet reditus redēptio: quia pensionis venditio sub cōditio ne cōtrahitur, si pecuniā debitor cre ditori soluerit, & pendente cōditio nę contractus gabella non debetur, vt resoluit Lasarte in d. tract. de deci ma venditionis. c. 5. n. 1. & ita ꝙ vna tantū debeatur gabella ex redēptio ne pensionis, & eo tēpore quo redēp ta erit, praxis cōmunis obseruat, vt ip se testatur. d. c. 10. n. 51. & n. 57. sunt itaque distinguendi prædicti duo ca sus, quando venditur fundus, & pro pretio cōstituitur super eo reditus redimibilis, & quando datur fundus reservato reditu redimibili, quāuis eos, vt similes proponat Coua. d. c. 11 in princ. vers. sic & eadē quæstio pro ponitur, & quāuis in utroque casu idē ius esse dixerit Matiençó l. 7. tit. 11. glos. 1. n. 24. lib. 5. recopil. vt bene ad- 34
uertit Lasarte vbi su. d. c. 10. n. 48. Gu tier. lib. 2. practicar. quæstione. 170. n. 3. & quæstione. 172. n. 6.

31 Secundo limita, nisi contractus re ditus reseruatiui fieret in fraudem ga bellæ, videlicet conuenit inter cōtra hentes, quod fundus. 1400. veniet, & ꝙ pro pretio. 1400. imponeretur redi tus. 100. super eodē fundo, & alijs bo nis redimibilis ad rationem vnius in 14. Sed ne gabella ex his cōtractibus exigatur, nomen vēditionis in instru mento supprimitur, & fundus conce ditur ad reditum reseruatiuum cētū annuorum, eo pacto, vt quandocūq; debitor. 1400. creditori dederit liber fundus maneat à solutione pensionis: tūc enim plus valet, quod agitur, quā quod simulatè concipitur, & detecta fraude gabella ex venditione fundi sōluēda erit: quia si appareat de frau de cōtract⁹ vēditionis iudicādus erit ex Paris. Mod. d. § 23. n. 58. in fine.

32 Tertio limita, vt quāuis nō debeatur gabella ex reditu reseruatiuo, debetur tamē ex redēptione pēsionis reserua tę: quia si debitor illā pecunia rede merit, purificatur cōditionalis vendi tio, quæ in pacto de redimēdo inerat, & debetur gabella, vt modo dixim⁹.

33 Septimo differūt reditus reseruati uus, & cōsignatiuus: quia debitor redi tus consignatiui potest bona reditui obligata vinculo maioratus subijce re & eorū alienationem prohibere & in maioratus successorem peruenient cum onere reditus consignatiui: Nam hypoteca reditus consignati ui non præstat impedimentum quo minus debitor reditus possit libere disponere de bonis hy, othecatis re- ditui vt diximus sup. hoc l. bro quę- stio. 4. Idem dicendum erit in debito re reditus reseruatiui inquem fuit translatum omne & plenum domi- nū absque pacto soluendi laudemiū.

At vero debitor reditus reseruatiui, qui ex pacto tenetur ad solutionem laudemij ex vēditione hypothecarū, & similiter debitor redit⁹ emphiteuti ci non possunt maioratum facere de bonis emphiteuticis, & reditui reser uatiuo hypothecatis prohibēdo eorū alienationem in præiudicium credi toris, & directi domini. quod proba- tur ex ratione text. in capit. 1 de alie natione feudi ibi. *Non valet ideo sci- licet quia nunquam reuersurum sit ad dominū, cum ecclesia non desinat es- se hæres.* vbi Bald. num. 3. notat quod quamuis feudum possit concedi ad perpetuū libellū priuato, nō tamē po test eo modo Ecclesiæ concedi, quia nūquam de facili ad dominum reuer tetur, cum ecclesia, & dominium eius non possit mori, & hoc est quod Gal li dicunt, amortizare, id est per- uenire ad manum mortuam. Vn- de inquit Speculator in titulo

de

de locato.§.nunc aliqua.q.116.quod emphyteuta non potest emphyteusim ecclesiæ donare, aut legare, si enim emphyteusis ad manũ mortuã perueniret, dominus directus defraudaretur iure suo: quia cũ ecclesia nõ possit alienare, nec cõditionem suã deteriorare, nõ posset dominus amodo habere laudemiũ, nec res de facili incideret incommissum. Idem Oldrad. conſ.17.n.17. plures refert, & sequitur Paris. Mod in consuet. Paris. 1. p.§.41.nu.57.& seq. vbi concludit, q; feudum & emphyteusis non possunt in manum mortuã transferri, idem Paris. Mod. in eisdem consuet. 2. p.§. 52.glo.2.nu.3.vbi dicit quod quãuis census semper integer, & saluus maneat: tamẽ laudemia perpetuo, & in totũ peribunt spe adempta: quia manus mortua non solet alienare, nec hæredes habere, & in d.§.41.nu.54. dicit manum mortuam vocari, ecclesiam, ciuitatem, vel collegium, vel aliud quodcunque corpus, siue sæculare, siue ecclesiasticũ bonorum capax, q; non moritur, nec mutatur, licet omnes personæ ex quibus consistit, moriãtur, vel mutẽtur, l. proponebatur. ff. de iudic. l. sicut.§ in decurionibus, q; cuiusque vniuersita. nom. c. quoniã Abb. de offi. delegat. similiter dicendũ videtur quod emphyteuta non potest de bonis emphyteuticis maioratũ cõstituere, & ipsorũ alienationẽ prohibere in præiudiciũ directi domini, & iuriũ laudemiorũ: quia si maioratus valet, bona emphyteutica satis in manũ mortuã vidẽtur trãsire, saltim quo ad laudemiorũ iura, licet adhuc ob emphyteutæ cõmissũ amitti possent, iuxta ea quæ scripsit Valasc. d.q.49.n.2. & ita in specie cõtrã Aretinũ respondit Alciatus lib. 6 responsorum. conſ. 8. n. 14. & seqq. & hanc partẽ tenuit Gamma decis. 70. vbi testatur ita fuisse iudicatũ in Senatu Iusitano, & idẽ Gãma decis. 214 vbi n. 1. dicit veriorem sententiam, & nume. fin. dicit pluries secundum eam iudicatum fuisse.

35 Contrariam sententiã tenuit Ripa. l. filius familias.§. diui. nu. 91. ff. de leg. 1. & ibi sequitur Alcia. n. 21. q; ex eo probant quia feudũ, & emphyteusis possunt infideicõmissum deduci, vt per Decia. conſ. 117. lib. 3. n. 23. & conſ. 23. n. 41. lib. 3. Igitur emphyteuta potest ei cui relinquit emphyteusim illius alienationẽ prohibere. Nec obstat q; prohibita alienatione emphyteusis directus dominus perdit iura laudemiorũ ex venditione debita: quia venditio emphyteusis nõ est in obligatione, sed in facultate emphyteutę, & ita emphyteuta nõ tenetur vẽdere ex doctr. Bald. c. 1.§. sed etiã res. nu. 1. per tx. ibi, cit. per quos fiat inuestitura, & pro hac parte quãdoque fuisse iudicatũ fatetur Gãma. vbi sup. qui in d. decis. 70. has cõtrarias opiniones ad cõcordiã reducit hac distinctione, aut loquimur de emphyteusi perpetua, & nõ potest emphyteuta in ea maioratũ constituere in præiudiciũ dñi directi, aut loquimur in emphyteusi ad vitas, & bene põst maioratũ cõstituere, donec vita cõcedẽtis duraverit, sed nõ video rationẽ differẽtię inter emphyteusim perpetuã & ad vitas: quia si possũ prohibere alienationẽ emphyteusis tẽporalis dũ vixero, similiter possũ prohibere alienationẽ emphyteusis perpetuę dũ vixero, nec de hoc dñs directꝰ queri potest, quia possũ dũ vixero, nõ alienare, ergo possum ei cui cõcedo alienationẽ dum vixero prohibere.

36 Pro huius dubitationis resolutione duæ quęstiones distinguẽdę sunt, quãuis Doctores eas cõfundãt. Primaquę stio est, an emphyteuta possit filijs in emphyteusi præiudicare. Secũda, an eo casu, quo emphyteuta potest filijs

præiudicare posit in emphyteusi maioratum constituere, sine consensu domini directi, & in eius præiudi-
37 cium. Primam quæstionem optime post alios absoluit Valascus de iure emphyteutico.q. 49. vbi plures casus distinguit, & cum communi resoluit quod si emphyteusis sit ex pacto, vel prouidentia cõcessa, videlicet Titio, & eius filijs, aut nepotibus absque hęredum mentione, non potest pater regulariter in ea filijs præiudicare: si autem emphyteusis sit hæreditaria: quia concessa pro heredibus, vel pro quibus patet dederit, aut pro certis vitis, aut vocibus quas nominauerit, tunc potest pater filijs præiudicare. & ad hanc quæstionẽ pertinent quæ scribit Molin. de primog. lib. 2. c. 10. n. 71. & duobus seq. Mantica de coniectur. li. 7. & tit. 9. & alij quos refert additio ad Gãmam. d. decis. 70. De secunda quæstione non meminit Molina licet ad eum pro illa multi cõsugiant. Igitur in. 2. quæstione, aut est
38 emphyteusis ex pacto, & prouidẽtia & non licet emphyteutæ in ea maioratum cõstituere, nec alienationẽ prohibere in præiudicium eorũ pro quibus concessa est, nec domini directi, posset tamen concedens ad vitã suam alienationem prohibere, vt prędiximus. Aut emphyteusis est hæreditaria, & tunc distinguendum censeo, ut agimus de filiorum, & hæredũ præiudicio, & potest emphyteuta in ea maioratũ constituere, dãmodo filijs nõ præiudicet vltra tertiũ & quintũ bonorum, iuxta. l. 27. Tau. aut agimus de præiudicio domini directi, & existimo nõ valere maioratum nec alienationẽ prohiberi posse, ne fiat laudimiorum iuri præiudicium.
39 Nec dicatur, q dominus cõqueri, non potest de maioratu eo q dispositio emphyteutæ alienationẽ prohibentis est iuri cõformis, iuxta. l. fi. C. de iure emph. quia. l. fi. non prohibet alienationẽ emphyteusis, sed illã permittit dũmodo accedat cõsensus domini: atque ita prohibitio emphyteutæ nõ est iuri cõformis, sed iuri aduersatur, quia si valida esset etiam cũ domini consensu nõ posset emphyteusis alienari, & ita dominus amitteret laudemiorũ iura. Nec etiã obstat, q alienatio emphyteusis nõ est in obligatione, sed in facultate emphyteutę quia si prohibetur alienatio maioratus cõstitutione, aut alias, iã alienatio nõ erit in facultate successoris in emphyteusim, q est manifestũ dñi prędiudiciũ. Igitur, quãuis prohibitio alienationis valeat in præiudiciũ filiorũ, nõ potest subsistere cõtra voluntatẽ domini directi, quã distinctionẽ colligo ex his quæ tradit Paris. Moder. in cõsuet. Paris. 1. p. §. 41. n. 60. vbi resoluit q feudũ & prædia cẽsualia libere in ecclesiã, vel simile corpus mortuũ quoquo titulo trãsferri possunt, & ab ecclesia acquiri, & possideri, donec dominus cõqueratur, quo casu nõ resoluitur, nec annullatur alienatio, sed cõpellitur ecclesia extra manũ suam ponere in manũ idoneã, nisi dominus malit æstimationẽ indemnitatis suæ, quã nõ tenetur inuitus accipere, idem Modernus. §. 52. glos. 2. nu. 3. Francis. Salsona in Lucerna laudemiorum. 2. part. clausula. 7. nume. 28. Similiter in nostro casu valebit concessio emphyteusis titulo maioratus donec dominus conqueratur de grauamine non alienandi, & dicat de eius nullitate: idem expresse voluit Alciat. in. d. cons. 8. lib. 6. n. 18. vbi dicit quod prohibitio alienationis tenet quo ad successores emphyteutę, qui non possunt contrauenire facto defuncti. l. cum à matre. C. de rei vẽdi. Sed non valet quoad dominum directũ, qui potest dicere de nullitate. Vnde infert quod tertius non pos-

set

fet opponere de tali nullitate. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vendicetur, & per ea quę tradit Bart. l. 2. de exceptione rei iud. & in. l. 2. ff. si ager. vectigal. quod videtur limitandum, nisi tertius causam habeat à domino directo, & dominus oppositioni consentiat ex Bartol. d. l. 2. num. 1. & Thesauro decis. 4. n. 3. vbi optime resoluit quando valeat opponi de iure tertij.

40 Octauo differunt reditus reseruatiui, & consignatiui: quia reditus consignatiuus fructuarius, redimibilis, vel ad vitam non potest constitui, vt soluatur in frumento vino, oleo, melle, lignis, carbone, sapone, lino gallinis, petasone, & alias quam in pecunia, vt probant. l. 4. tit. 15. lib. 5. recop. c. 47. in cõmitijs Matriti, anni 1590. & diximus sup. 12. lib. 1. quæstione. 12.

41 At vero reditus reseruatiuus, etiã redimibilis, & ad vitam in fructibus, & alias quam in pecunia soluendus constitui recte potest. Nam legum Regiarum prohibitio locum habet in venditione reditus fructuarij redimibilis, vel ad vitam constituti super rebus debitoris. Non tamen exaudienda est in reditu reseruatiuo super re à creditore in debitorem absque venditionis titulo translata, vt tenuit Couarr. lib. 1. var. cap. 15. nume. 11. quem sequitur Gutierrez, practicar. quæstio lib. 2. q. 170. num. 1. & sequent. vbi dicit quod si fundum alteri trado ad censum annuum in fructibus, seu victualibus soluendum cũ pacto redimendi, nulla fit venditio: quia non fit ipsius fundi æstimatio cum pro eo pretium non constituatur. §. pretium & §. item pretium. instituit. de emptione & venditio. nec pretium constitutum in pacto redimendi emptionem fundi; sed pensionis inducit, quia nõ profundo, sed pro pensione constituitur, ea de ratione videtur dicendum in reditu emphyteutico, qui rectè constitui valet in fructibus, aut alias quam in pecunia.

42 Nono differunt emphyteuticus reseruatiuus, & consignatiuus reditus: quia bona super quibus imponitur reditus consignatiuus, aut quæ traduntur reseruato tantum super aliis certo reditu, manent obligata & hypothecata ad pensionis solutionẽ, vt diximus sup. hoc lib. q. 9. Vnde bona censuata transeunt cum onere reditus in quemcumque eorum possessorem. Clem. 1. vbi glos. de censibus. l. a scripto. §. sciendum. ff. de muneribus & honoribus. Speculator in tit. de locato. §. nunc aliqua. q. 8. Corneus cons. 264. colum. 2. lib. 4. vbi loquitur in ecclesiis, Innocent. cap. verum. de foro comp. & non solum transeunt cum onere futurorum reditum, sed etiam eorum, qui pro tempore præterito debebantur, vt per Ancharan. cõs. 386. colum. 1. alios refert Crauetta, cons. 217. numer. 5. Surd. decis. 32. n. 9. Quod vltimum limitat Follerius in pract. censuali. vers. huiusmodi census, numer. 97. per ea quæ tradit Soc. cons. 275. lib. 2. si dominus qui poterat commode exigere reditus prætériti temporis fuisset negligens, idem Redoanus, & Amædeus à Ponte quos refert Petr. Surd. d. decis. 32. n. 9.

43 At vero bona emphyteutica, non sunt pro pensione, seu canone obligata: quia tacita hypotheca, non inducitur, nisi in casibus à iure expressis. iuxta titulos. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrahantur. glos. fin. in fine in. l. 2. ff. de priuil. creditor. Ripa. l. dabimus. num. 9. ff. eod. Surd. decis. 27. num. 11. & decis. 310. num. 9. & quamuis pro tributo publico sit obligatus fundus tributarius Imperatores. ff. de publicani. l. 1. & sequen. C. sine censu vel reliq. tamen quod emphyteutica bona sint pro ca

none obligata iure cautum nõ est, vt contra Bald. post Bart. Anton. Imol. Angel. & Alex. tenuit Negusantius de pignoribus. 4. membr. 2. part. nu. 127. Aurelius Corbul. de caus. emph. tit. de caus. priua. ob non solutum canonem. q. 6. n. 6. & post Paul. Alberi. Roman. Ias. & Afflict. hanc sententiã sequitur Pinel. qui receptam dicit in l. 1. C. de bon. mater. 2. p. numero. 72. vers. limitatur quinto & eandem sequitur Petrus Surdus. d. decis. 32. nu. 3. vbi dicit ita placuisse Senatui non obstante authoritate Baldi, quamuis Amædeus a Ponte in quæstione. 45. laudemiali, & Menoch. cons. 444 n. 20. dixerint contrariam communẽ: quia vt inquit Surdus longe plures, & grauiores authores hanc sequuti sunt.

44 Hanc opinionem limita primo, quando emphyteuta in emphyteusis instrumento pro obseruatione cõtractus se & sua bona obligauit, vt fieri solet, tunc enim etiam vtile dominiũ bonorum emphyteuticorum erit pro canone, & laudemio obligatum, vt inquit Gorbulus vbi supra num. 5. & Amædeus a Ponte. d. quæstio. 45. laudemiali. 2. colum. ad fi. Limita. 2. in bonis ab emphyteuta inuectis, & illatis in prædium emphyteuticum: quia illa erunt tacite obligata pro canone. Item quia. ff. de pactis. l. certi iuris. C. locati. l. in prædijs. §. 1 ff. in quib. caus. pigh. tacite contra: quia emphyteuticus contractus etiam dicitur cõductio, vt in §. adeo, instituti de locato, & ita tenet Negusant. vbi supra, nu. n. 127. in fine. Limita. 3. in fructibus rei emphyteuticæ. Nam quamus fructus rei obligatæ, qui nõ pendebant obligationis tempore, 47 non veniunt sub hypotheca, vel obligatione. Bart. l. asiduis. C. qui potior. in pigno. & in. l. 1. §. cũ prædium. ff. de pignor. Negusant. 2. membr. 2. p. num. 27. vers. tertio limita. Surd. d. decis. 271. nume. 11. tamen fructus rei emphyteuticæ pro pensione sunt hypothecati, ne dum pendentes, sed etiam à solo separati. d. l. in prædijs in prin. ff. in quib. caus. pignus tacite cõtra, quod intelligit Amædeus a Ponte. d. q. 45. colum. 1. subsistente actione personali, & postquam emphyteuta recognouit, vt parificentur termini emphyteusis, & locationis in qua loquitur. d. l. in prædijs.

45 Pro laudemio autem rem emphyteuticam obligatam esse tenuit Paris. Modernus in consuetud. Paris. §. 52. glos. 1. nume. 139. &. §. 53. glos. 1. num. 18. & seq. Franciscus Salsona in lucerna laudemiorum colum. 1. nu. 9. & 12. Amædeus à Ponte in quæstionibus laudemialibus, quæstio. 45. Menoch. cons. 444. num. 21. sed contraria sententia videtur verior: quia vt diximus, hypotheca tacita non inducitur nisi in casibus à iure expressis, sed in laudemio non reperitur iure cautum. Igitur pro eo non competit hypotheca tacita, & ita quod pro laudemio nõ sit obligata res emphyteutica tenuit Marinus Freccia de sub feudis lib. 2. tit. de authoritate Baron authoritate. 3. nu. 4. pag. 312. quem refert, & sequitur Surd. decis. 31. in fin.

Decimo differunt reditus reseruatiuus, & consignatiuus, & emphyteuticus: nam in reditu consignatiuo redimibili, facultas se liberandi ablata, vel restricta debitori ab initio facit contractum reditus vsurarium, nisi pretio reditus perpetui emptus fuerit, vt contra Ioan. Bap. Lup. diximus supra hoc libro. quæstione. 1. nu. 19. 46 At vero in reditu reseruatiuo libertas redimendi pensionem potest tolli, vel limitari ab initio, cum non sit de reditus substantia. Idem in reditu emphyteutico, in quo quidquid

vellint

vellint contrahentes,paciſci poſſunt l.1.C.de iure emph.

48 Vndecimo differunt: quia bona cenſualia,& reditibus conſignatiuis obligata,poſſunt deinde obligari,& hypothecari,tam ſpecialiter,quam generaliter, cum alienatio eorũ prohibita non ſit vt diximus ſupra hoc libro.quæſtione 9.oportet tamen,vt debitor reditus conſignatiui, qui ſecundo reditui hypothecas obligat, ſecundum emptorem priorum hypothecarum certiorem faciat:alias tenebitur ſortem duplicatam ipſi ſecũ doemptori reſtituere iuxta.l.2.tit.15

49 lib.5.Recopil.Similiter ſi rem cẽſui conſignatiuo obligatam vendat, debet emptorẽ de hypotheca reditus admonere,aliàs duplex damnum incurrit:primum quia crimen ſtellionatus cõmittit.l.3.ff.de crimine ſtellionat.ibi. *Maxime autem in his locum habet,ſiquis forte rem alij obligatam, diſſimulata obligatione per calliditatẽ alij diſtraxerit, vel permutauerit, vel inſolutum dederit, nam hæ omnes ſpecies ſtellionatum continẽt*: ſecundum quia tenebitur reditum redimere,& rem venditam liberare.Non tamen ideo licebit emptori à contractu diſcedere niſi reditus ſuper re vendita conſtitutus eſſet perpetuus,à quo res ipſa inuito reditus creditore liberari non poſſit:quia tunc poſſet emptor ab emptione diſcedere ex tx.in.l.63 tit,5.p.5.& reſoluit Gutierrez ,lib.2. pract. ad leges Regias. quæſt.169.

50 Bona etiam cenſui,ſeu reditui reſeruatiuo hypothecata non minus obligari poſſunt ,cum ea quoque alienare liceat,vt ſupra diximus,& ideo in generali bonorum obligatione bona cenſualia ſiue cenſus reſeruatiui,

51 ſiue conſignatiui comprehendi neceſſe eſt.Bona autem emphyteutica obligari nequeunt abſque conſenſu domini, quemadmodum non licet feudalia obligare.c.1.ibi, *vel pignorare* , de prohibita feudi alienatione per Federicum , vbi gloſ.Aluarot.& alij.Roſental.de feudis.1.p c.9.q.13. nume.1. & in emphyteuſi tenuit expreſſe,Romanus in.l.ſi conſtante.n. 32.ff.ſoluto matr. Pro quo facit,quia emphyteuta prohibetur emphyteuſim alienare abſq, cõſenſu domini.l. fi.C.de iure emphy.igitur & obligare emphyteuſim prohibetur.l fin.C. de rebus alien. non alienand.Vnde in generali obligatione bonorũ emphyteutica bona non comprehendi dixit Berous,conſ.127.nu.12.& ſeq. lib.1.& ſequitur Petrus Surd, deciſione. 160. quos citauimus ſupra libro.1.quæſtione.3.numero. 7. in fin.

Sed illa Romani traditio vera non videtur:quia non inuenitur iure cautum, quod emphyteuſim non poſsit emphyteuta obligare: imo cõtrarium probat tex.l.tutor.§.fin.ff.de pignoratitia act. vbi Bart.Bald. Paul. & alij.l.lex vectigali,ff de pignori. gloſ.d.l.fi.verb.vendere verſ.item,an pignorare,C. de iure emphyt. dixit communem Ripa.l.filius familias. §. diui.num.90.in fin,ff.de leg.1. magis communem Burſatus conſ.32.n.11. Rota deciſione.3.num.10.2.parte in nouiſsimis plures refert & ſequitur Corbulus de cauſis emphyt.de cauſa priuation. ob alienationem, limitatione.33.Surd.d.deciſione.160.Nec obſtat.d.l.fi.C.de iure emphyt.quia ibi nõ prohibetur emphyteuſis obligatio,ſed translatio in aliũ,quædiſpoſitio cũ odioſa ſit, non debet ad obligationẽ extendi. Nec etiãobſtat.d. l.fin. C.de rebus alien. quia quamuis appellatione alienationis veniat hypotheca,illud eſt improprie,& ex interpretatione , vt dixit gloſ. ibi,& ita quamuis in teſtamentis in quibus fit latiſsima interpretatio apellatio

ne alienationis veniat hypotheca: sed cus est in statutis & inalienatione in alterius odium prohibita, vt ibi notarunt Cyn. Bald. & Paulus quos sequitur Negusantius de pigno. 2. membr. 2. parte. numer. 31. cum ergo prohibitio. d. l. fi. C. de iure emphyt. odiosa sit, vt dicunt prædicti & Surd. vbi supra, numer. 1. extendi non debet ad obligationem, seu hypothecam.

52 Hoc autem tripliciter limitandum videtur. Primo, vt quamuis emphiteuta possit expresse obligare bona emphyteutica citra domini consensum: illa tamen generali bonorum obligatione non comprehendãtur, vt per Paulum consilio. 135. adfi. Beroum vbi supra quem sequitur Surdus. d. decisione. 160. numero. 2. Sed in hoc quoque dissentiunt Negusantius. d. 2. membro. nume. 28. Bursatus d. conf. 32. num. 10. Iulius Clarus. §. emphyteusis quæstione. 18. in fine, vbi dicunt emphyteusim contineri in omnium bonorum obligatione idem Afflictus decisione. 191. numero. 3. vbi dicit communem. Ripa, qui etiam dicit communem. l. 1. numer. 10. ff. de pignor. sequitur Vrsillus ad Afflictum vbi supra, numero. 5. Michael Grassus commun. opin. libr. 1. cap. 16. Rosentalius de feudis cap. 9. quæstione 13. numero. 2. in gloss. litera. C. in fi. Valasc. us consultatione. 136. n. 2. lib. 2.

53 Secundo limita. nisi emphyteusis obligetur pro tanta quantitate, vt verisimiliter non sit spes luitionis, quia tunc dicitur vera alienatio. l. legata. §. inutiliter, & ibi Bart. ff. de supellectili lega. l. qui habebat in principio. deleg 3. & ita tenent Negusant. vbi supra, numero. 30. Aleiat. & Redoanus quos refert, & sequitur Aurelius Corbulus. dict. limitatione. 33. numero. fi.

Tertio limita, quando adest pactũ quod res emphyteutica non possit alienari, nec obligari, aut hypotheca ri sine assensu domini: alias emphyteuta decidat à iure suo, quia pacto standum erit ex. l. 1. C. de iure emph. Sunt & aliæ inter reditum reservatiuum, emphyteuticum, & consignatiuum differentiæ quas facile colliges ex his quæ de reditu consignatiuo hoc lib. & præced. diximus, hastantum quia ad praxim vtiliores sunt libuit recensere. ¶ Illud tamẽ omittẽdum non est, quod si ratione alicuius fundi soluisti certum reditum annuũ de cuius qualitate non apparet, & dubitatur, an sit reditus reservatiuus, an emphyteuticus, an coloniæ, an consignatiuus, recurrendum erit ad coniecturas iuxta tx. c. cõstitutus de religiosis domibus, vbi reditus reservatiuus fuit iudicatus, quamuis contrahẽtes illum emphyteuticum appellassent, propter illa verba. *Et quidquid iuris tam in monasterio vestro quam in eis habebat sub annua octodenariorum vsualium pensione monasterio vestro concesit*, ad idem tex. cap. 1. de restitutione in integr. vbi Abb. & Berous notant. Et si plures adsint contrariæ coniecturæ iudicabitur reditus secũdum fortiorem coniecturam quæ aliam minorem vincit. c. tuam iuncta glos. de sponsal. l. quæritur de statu. hom. quod probat text. d. c. constitutus, vbi aderat præsumptio reditus emphyteutici, quia contrahentes ita appellabant, vt patet in text. ibi. *In emphyteusim sub annua octodinariorum vsualium pensione monasterio vestro concesit*, & talis præsumitur cõtractus qualis à contrahentibus nominatur, vt supra diximus: aderat etiam præsumptio reditus reservatiui, vt patet, in tex. ibi. *& quidquid iuris tam in monasterio vestro quam in eis habebat sub annua pensione mon-*

54

vio vestro concessit, & per eum text. ita docuit Berous quæstione. 14. n. 3. sequitur Valascus de iure emph. q. 32 num. 35.

56 Prima coniectura ex nomine reditus sumenda erit: nam talis reditus præsumetur qualem contrahentes nominauerint, iuxta. l. si alij. ff. de vsufru. lega. tradit Menoch. lib. 3. præsumpt. 105. numero. 1. & supra diximus.

57 Secunda cõiectura sumitur ex tempore, si enim cõcessio rei pro reditu sit perpetua, tunc non iudicabitur locatio, quæ ad certũ tempus fieri solet, sed emphyteusis vel census reseruatiuus, vt docent Bald. c. literæ de dillatio. columna. 2. versiculo modo ego quæro Angel. Iaso. & alij, quos refert Menoch. supra, numero. 3.

58 Tertia coniectura est ex pacto cõmissi ob alienationem, aut ob non solutam pensionem biennio, aut triennio, quia tunc præsumitur contractus emphyteuticus etiam si nomen contrahentium repugnet, quia effectus magis quam verba attendi debet, vt tradit Purpuratus. l. 2. num. 11. in principio si certum petatur. Nata, consilio. 49. nume. 13. lib. 1. & supra diximus.

59 Quarta coniectura prouenit ex pacto de soluendo laudemio quoties res concessa alienata fuerit: tũc enim præsumimus rem in emphyteusim concessam esse vt supra in hac quæstione notatum est: nam laudemium pro emphyteusi, non vero pro re locata, aut in censum reseruatiuum cõcessa præstari consueuit. l. fi. C. de iure emphyteutico, vbi DD. Menoc. vbi supra. n. 7.

60 Quinta coniectura prouenit ex quantitate pensionis, pro qua res concessa fuit, nam si illa rei fructibus correspondeat, locatio præsumitur, si autem sit tenuis, & modica respectu fructuum præsumetur emphyteusis, ita docuit Bart. l. 1. numero. 9. C. de iure emphy. vbi Ias. numer. 16. & numer. 35. & seq. plures refert Menochi. vbi supra, numer. 5. & numero. 6. Bald. d. c. literæ. nume. 2. de dillatio. Aretinus cons. 55. columna. 2. Andr. Barba. cons. 14. numero. 36. lib. 2. vbi dicit quod ad cognoscendum contractum, an sit locatio, an emphyteusis attendimus quantitatem pensionis, & quod ita infinitis vicibus consulsit & vidit iudicari, sequitur Bellonus, cons. 21. num. 8. dicens hunc esse verum modum distinguendi emphyteusim à locatione, Valascus de iure emphy. quæstione. 1. numero. 9. & quæstione. 29. numero. 18. Rota decis. 594. 1. p. in nouissimis. Berous, in. d. c. 1. de restitu. in integrũ num. 30.

61 Sexta coniectura est quando in contractu dicitur: concedo tibi prædiũ vt de eo possis disponere ad libitum tanquam de re propria, vel concedo tibi prædium & omne ius quod in eo habeo ea conditione, vt singulis annis mihi tot mensuras, aut numos persoluas, tunc enim præsumitur reditus reseruatiuus non emphyteuticus, cum creditor nihil præter pensionem reseruet, vt post Socin. & Decium respondit Craueta consilio 20. numero. 15. & sequitur Menoch. libro. 3. præsumptione. 106. numero. 8.

62 Quod amplia etiam si contrahentes eo modo contractum emphiteusis appellent, vt probatur in. d. capit. constitutus de religiosis domibus, & post Imolam & alios scribit Menoch. d. præsumptione. 106. num. 10.

63 Septima coniectura sumenda est ex regionis more, nam si in regione non frequentantur reseruatiui reditus

ditus sed potius emphyteutici cõtra ctus in dubio præsumitur emphyteu sis, vt inquit Iasl.2.nume.165. de iu re emph. Follerius in practica cẽsua li ver.huiusmodi census.numero.80 Valascus de iure emphi.quæst.32.nu mero.35.vers. item si in prouincia. Mascardus de probatio.lib.1.conclu sione.281.numero.7.Menoch.d.præ sumptio.196.n.14.

64 Octaua coniectura sumitur ex antiquo rei dominio,si enim proba-tur,quod res ex qua reditus soluitur creditori fuit ab antiquo in dominio debitoris,vel suorum maiorum præ sumitur reditus consignatiuus, si ve ro probatur rem fuisse creditoris cui pensio soluta est, vel suorum maiorũ, magis præsumitur reditus emphyteu ticus.

65 Sed quid si ratione rei census per solutus est pluribus annis,nec de pen sione est quæstio,sed de qualitate re ditus,& ambigitur,an sit emphyteu ticus,an reseruatiuus, an colonalis qualis in dubio præsumendus erit? quæstio difficilis est, nec dicatur, q̃ ex eo quod pensio nomine census persoluta est reditus reseruatiuus & non emphyteuticus, nec colonalis

66 præsumitur:quia nomẽ census æqui uocum est, nam sæpe numero cẽsus sumitur pro pensione, vt post Abb. inquit Berous in. d. c.1.de restitutio ne in integr.num. 54. pensio autem soluitur ex locatione, ex emphyteu si,& ex censu reseruatiuo & consig natiuo. Deinde probatur quia cẽsus dicitur reditus reseruatiuus, vt in.d. c.constitutus & ibi DD.Similiter re ditus emphyteuticus dicitur census vt probat.l.28.tit.8.p.5.ibi,*que es da da a censo señalado*,l.29. eod. tit.ibi, *aquel que la recibio a censo*. Reditus etiam coloniæ dicitur census, quia ex quo quis accepit rem cum onere soluendi annuatim certum censum colonus dici potest sicut in contra ctu locationis pensio dici potest,cen sus.c.fi.ne prælatiuices suas,& coloni seu inquilini censuarij appellantur.l. forma.§.siquis inquilinum cum glo. ff.de censibus Berous.d.c.1.num.65. vnde eo quod partes appellent cen sum non infertur necessario contra ctum esse reditum reseruatiuum,seu censum reseruatiuum,Abb. d. c. con stitutus.num.2.Rota decisione.703. numer.2.lib.1.in nouissimis Honde deus conf.81.ex numer.7.consignati uus etiam reditus census appellatur, vt patet ex extrauag.1.& 2.de empt. & vend.& motu prop.Pij.V.decrean do censu.

67 Igitur in hac quæstione distinguẽ dum videtur, aut census soluitur ex re quam constat ab antiquo fuisse sol uentis,aut suorum maiorum & tunc reditus consignatiuus iudicãdus erit: quia vt supra diximus reditum con signatiuum soluimus ex re nostra,aut constat rem fuisse creditoris cui cen sus persoluitur ratione rei, & tunc se quentes casus distinguendi sunt.

68 Primus casus est quando constat quod res à principio fuit titulo loca tionis concessa pro certa pensione ad modicum tempus soluenda singu lis annis, & deinde longissimo tem-pore colonus rem ipsam possedit eã dem pensionem persoluens quolibet anno,& cõtendit se ius coloniæ per petuæ præscripsisse, & tunc non præ sumitur colonia perpetua,sed lapsis singulis annis,aut terminis prioris cõ ductionis præsumitur facta recondu ctio.l.item quæritur.§.qui impleto.l. qui ad certum. ff. locati.l.legem.C. eod.Socinus Iun.conf.63.numer.20. lib.2.Aymõde antiquitate.4.p.§.ma teria ista.num. 104.Ancha.iunior fa miliarum quæstio.1.p.q.24.nu.11. in fi.decisio Florentina.2.numer.4. Hondedeus conf.85.numer.10. & à

primor

primordio tituli posterior formatur euentus l.1.circa finem C.de impo.lucratiua descrip.lib. 10. & ideo cum quolibet anno,aut termino fiat noua reconductio,finito eo, licet colono recedere,& domino colonũ expellere,l.siquis conductionis iuncta glos. C.locati,Ripa tracta.de peste titul. de remedijs præseruatiuis, numero 259.Bursatus consil.330.numer.73. libr.3. Hondedeus d.consil.85.n.11.

69 Nec obstat doctrin.Bald. numer. 4.versic.si vero conductio & Angeli in l.male agitur C. de præscription. 30.annorum vbi habent quod eo casu ius coloniæ perpetuæ præscribitur 30.annis,quia Bald.opinio.vera non est vt diximus dict.libr.1.quæstio.15 numero.51.& num.59. nam actus illi solutionum pensionis post primã locationem nihil probant,nisi quod ex eis necessario infertur vt diximus d.quæst.15.nu.3. & docet Bart. l.cum de in rem verso.col.fin.de vsuris.& cum ex tacita re conductione posset de termino interminum locatio prorrogari,non sequitur quod ex prorrogationibus & solutionibus lõgissimo tempore factis fuit concessum ius perpetuæ coloniæ, nisi quoque probetur solutiones factas iure perpetuæ coloniæ,vt scripsit Ruinus consil.61.incipit, quia facta locatio, lib.1.vbi respondendo doctrinæ Baldi dicit,quod vbi quis solutiones vult trahere ad titulum allegatum, nõ sufficit prõ inducenda probatione titulifola diuturna præstatio,sed est necesse ostendere quod illæ præstationes sunt factæ ex causa prælegata: quia alias probatio nihil certũ, vel necessarium concludit,secundum Salicetum,in.l.si certis annis C. de pactis,& in.d.l.cum de in rem verso. q.1.vbi testatur,hoc etiam esse de mente Bart.ibi in col.fin.& subdit Ruin. quod Baldi sententia non probatur, in c.1.§.siquis per triginta si de feudo fuerit contentio inter domin. & agnatos,quia potius ille tx.probat esse necessarium ad præscriptionem saltim primum solutionis actum ex prætenso titulo factum fuisse,vt patet in tex.ibi. *Per triginta annos rem, vt feudum possedit,& seruitium domino exhibuit*, quo probato præsumetur alias solutiones ex eadem causa continuatas ex notatis per Bart.l.triticũ. ff.de verborum & expresse dixit Bal. d.c.1.§.siquis per triginta,ver. vt feudum,dicens nota verbum quod possessio debet esse formis,id est tanquã feudalis,& hoc modo loquitur.l. cũ de in rem verso scilicet de præstatione formi,idest ex causa expressa.Subdit quoque Ruinus non sufficere solutiones vniformes & multiplicatas cum titulo generalis locationis, ad probandam perpetuam coloniã,sed oportere probare in specie solutiones factas ex causa perpetuæ locationis,alias non concluderet probatio in perpetua locatione cũ potuissent solutiones fieri ob tacitas reconductiones per singulos annos successiue occurrentes,idem Ruinus consil. 751.lib.5.decisio Florentina.2. n.4. Hondedeus.d. consil.85. ex,num.34. vsque ad fin.lib.1. & quod ius perpetuæ coloniæ isto casu non præscribatur longissimi temporis solutionibus contra Bald.probat.20.fundamentis Aymon de antiquitate temp.4 p.§. materia ista.n.100. cum seqq. Socin. Iun.consil.63.nume.20. & 21.lib.2.& ita iudicauit Senatus Neapolitan. vt inquit Vrsillus ad Afflict.decis.365. num.5.tenuit Mench.lib.1.quæstio. vsufreq.c.4.num.161.decisio.Perusina.106.n.28.Caualcan.decis.44.n. 80.Iacobuc.de Franchis tit.de hisqui feudum dare possl.n.16. Valascus de iure emphy.q.20.nu.12. Hõdedeus, vbi supra.

Et

70 Et quamuis Baldi opinio iure ciuili admitti posset, quia eo iure in præscriptione longissimi temporis non requiritur bona fides, iure autem canonico defendi non potest, quia nulla præscriptio cum mala fide admittenda est. c. fi. de præscriptio. regula possessor. de reg. iur. in. 6. & in specie notat Balbus de præscriptio. 4. p. 4. partis princi. q. 11. n. 3. vers. sed de iure canonico Menoch conf. 241. n. 34 & num. 35. lib. 3.

71 Nec etiam in bonis ecclesiæ Baldi doctrina admitti posset, quia eorum locatio vltra triennium non permittitur. c. nulli de rebus ecclesiæ, extrauag. ambitioso, eod. tit. & cum bonorum ecclesiæ perpetua locatio prohibeatur, non est dicendum actum dubium & æquiuocũ, qui in annuis præstationibus consistit hanc perpetuam locationem inducere contra iuris prohibitionem, & contra propriam qualitatem bonorum, præcipue cum tales sint actus, qui etiam citra ius perpetuæ coloniæ ex voluntariis reconductionibus fieri potuerunt vt in terminis dicit Ruynus conf. 75 num. 6. vers. secundo principaliter & num seq. lib. 1. & conf. 151. n. 14. vers. sed dato etiam lib. 4. Hõdedeus consilio 85. numero. 37. & 38. Menochius. consilio. 291. numer. 34. & num. 35.

72 Secundus casus est quando non constat de ingressu colonali, sed quis possedit longissimo tempore rem alienam, cuius ratione singulis annis rei domino soluit pensionem & contendit ius coloniæ perpetuæ præscripsisse, & idem dicendum est quod in primo casu diximus: quia si non constat solutiones factas iure coloniæ perpetuæ ex solutionibus factis ratione rei, nihil infertur. Nam cum factę sint ex causa generali, & vaga & solutiones potuerunt fieri ex titulo emphyteutico cẽsus reseruatiui, aut coloniæ tẽporalis nihil certum inferri potest, nisi quod soluit ratione illius rei certam pensionem singulis annis & quod eandem tenetur soluere dũ rem ipsam possederit iuxta doctrinã Bartol. & Saliceti. d. l. cum de in rem verso, col. fin. de vsuris, quod si creditor aut debitor contendant solutiones factas fuisse ex causa particulari reditus emphyteutici, census reseruatiui, aut coloniæ perpetuæ, portet illas speciali causa factas probare, vt in. dict. capit. 1. §. siquis per triginta, si de feudo defuncti, ibi, *Vt feudum possedit & seruitium domino exhibuerit*, vbi notat Bald. & Saliceet. d. l. cum de in rem verso. q. 1. & optime deducit Ruinus. d. conf. 61. & conf. 75. & post eum Rota Florenti. decis. 2. Hondedeus. d. conf. 85. nu. 35. Et quod non præscribatur ius coloniæ perpetuæ, siue constet de ingressu colonali, siue non in specie scripsit Ruinus. d. conf. 75. lib. 1. Valascus de iure emphyteutico. q. 20. num. 12.

73 Tertius est casus, quando quis rem alienam possedit, & similiter sui antecessores possederunt tanto tempore quod eius initij non extat hominum memoria, & pro ea semper & vniformiter certũ reditum soluerũt, possessorque contendit se iure perpetuæ coloniæ, aut emphyteusis perpetuæ possedisse: tunc colonia, seu emphyteusis perpetua præsumẽda erit: quia tanti temporis obseruatio habet vim constituti. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua. docet Abb. in. c. peruenit. num. 3. vers. primo casu de censi. & diximus sup. libr. 1. q. 15.

74 num. 59.

Quartus casus est quando quis lõgissimo tempore possedit rem alienam pro ea soluens singulis annis pẽsionem non vniformẽ, sed difformẽ

quan

quãdoquemaiorem, quandeque minorẽ: tunc simplex colonus præsumitur, vt post Cynum Bald & Salicet.diximus. d. quæst.15.nu.59.

75 Quintus casus est quando quis ratione alicuius rei reditum,seu cẽsum tanquam perpetuum longissimo tẽpore persoluit,& dubitatur de qualitate reditus, an sit census reseruatiuus,an census emphyteuticus: quia nec reseruatiui, nec emphyteutici adsunt præsumptiones, vel sunt ita oppositæ,quod sumus indubio,an res fuerit à principio in emphyteusim, an in censum reseruatiuum cõcessa, 76 tunc reditus reseruatiuus præsumendus erit, vt minus grauetur debitor qui soluit reditum. Nam in dubio quod minimum est sequimur. l. semper in stipulationibus ff.de reg. iuris & satis videtur probari ex text. in.d. c.constitutus de religios.domibusvbi cum essent præsumptiones emphyteusis, & census reseruatiui,fuit reditus reseruatiuus iudicat⁹,& ita tenuit Alberi.in.l.2. C. de iure emphyteuti co.nu.13.sequuntur Couar.& ab eo relati lib.3.var.c.7.num.1.Menoch. lib.3.præsumptione. 106.nume.3.& seq.vbi ampliat & limitat multis modis.Berous.q.14. vbi dicit communẽ idem Bursatus conf.56.num.8.Mascardus de probatio.lib.1.concl.281. Socin.conf.167. lib.2.Nata conf.3. ex numer.2.lib.1.Rosentalius de feudis.2.p.c. 10.cõcl.34.num.22. vbi.n. 27.hoc intelligit quando constat de voluntate creditoris volentis rem in alium perpetuo transferri, & idem dicunt præfati. DD.præsumendum, etiam si reditus ecclesiæ fuerit solutus,quod & tenuit Corbulus de causis emphy.de causa priuatio, ob non solutum canon,limitatione. 341. in fi. quamuis differentiat Berous. d.c.1. de restitutione in integrum. nu.72. & Valascus de iure emphi.quæst.32. num.35.

Finis libri secundi

Liber ter-

LIBER TERTIVS
DE ANNVIS ET menstruis reditibus.

Ex Quæstione sequenti.

Duplicem esse negotiationem, alteram rerum, alteram vsus, seu fruitionis ipsarum. num. 1.

Negotiationem vsus seu fruitionis rerum duplicem esse num. 2.

Agricultura primas obtinet inter acquisitionis species. num. 3.

Commutatio honesta. ibi.

Militibus quæ negotiatio prohibetur, & vbi conuenire possint. ibi.

Mercaturæ an odio an laude digna. ibi.

Quæstus fœneratorius omnium maximè execrabilis. numero 4.

Negotiatio fœneratoria merito odiosa. num. 4.

Numus inuctus vt sit medium in commutationibus, & quare medium dicatur. numero 5.

In vsura omnis ordo & natura, & artis, & instituti. numorum peruertitur. numero 6.

Numus est veluti fideiussor præsentis & futuræ indigentiæ. num. 7.

Leges vsurarias expectare ad vltimam speciem negotiationis æris alieni. num. 8.

Negotiationum differentia effectus. nu. 9.

Vsura vera quæ dicatur. numero 14.

Vsura interpretatiua quæ. numero 11. & 15.

Contractus in fraudem vsu-

raruim reducuntur ad vſuram interpretatiuam. numero.12.

Reditus annui vſurarum ſuccedanei ſunt, & ad vltimam negotiationis ſpeciē pertinent.num.13.

De ratione formalis vſuræ eſt quod debitor ſit obligatus, & cogi poſsit ad reſtitutionem.num.14.

Reditus annui alia fraude nō admixta no ſunt propriè vſura vera, nec interpretatiua, num.16.

Reditus annui luibiles in quibus conueniant cum vſura vera.num.17.& 18.

Et in quibus differant ab vſura. num.19.

Reditus annui perpetui pertinent ad ſpeciē contractuū commutatiuorum rerum. non ad materiam vſurariam.num.20

Et quid ſi reditus ematur ad rationem quincuncis vſura cum pacto tamen redimendi.nu.21.& 22.

Reditus perpetui in quo differant a triental vſura.n.23 & 24.

Quæſtio. I.

De diſcrimine negotiationis.

VLTIMO loco agēdum eſt de reditu vſurario & qualiter diſtinguatur a nō vſurario: pro cuius explicatione præmitto quod duplex eſt negotiatio, altera rerum abſolute, ſiue dominij & proprietatis rerum acquirendarū vel transferendarum: altera non rerum abſolute, ſed vſus vel fruitionis ipſarum rerum. Ad primam ſpeciē negotiationis ſpectant contractus qui proprie ſunt commutatiui, videl cer. permutationes & venditiones proprie ſumptæ, quæ facilioris commutationis gratia numo fabricato inuentæ ſunt, vt autumat Iuriſconſultus in l.1. de contrahenda emptione Ariſtoteles lib.1. Polyticap.5. Ad ſecundam ſpeciem non pertinent contractus proprie commutatiui, & momentanei ipſarum rerum, ſed ſpectant locationes emphyteuſis & ſimiles contractus ſucceſsiui inuenti ad habendum & cōpenſandum vſum, ſeu fruitionem rei alienæ nullo modo, vel non in totum, vel non perpetuo alienatæ: ex quibus non oriuntur obligationes momentaneæ tātum, vt in prioris ſpecie, ſed ſucceſsiuæ. Rurſus hæc poſterior negotiatio eſt duplex: quia quadam nobis comparamus vſum vel

vel fruitionem fundi, vel equi aut rei alterius similis, cuius salua manet substantia in dominio & possessione prioris domini seu concedentis, & vtrinque oritur obligatio successiua; & vt plurimum dicitur locatio, & conductio. Quadam vero comparare volumus vsum æris alieni, cuius dominium & possessio non possunt interim remanere penes priorem dominum, sed abeunt in creditum, debitor autem obligatur ad tantundem vel æquipollens, & aliquid vltra pro vsu siue interusurio pecuniæ, & ista propriè dicitur negotiatio fæneratoria, de qua Aristoteles libro 1. Politicorum, capite 7. vbi varias acquisitionis species à natura & arte deducit, & inter eas merito primum locum dat agriculturæ, cum sit acquisitio secundum naturam: de cuius laudibus late Tiraquellus de nobilitate, capite 32. Athenatus Copinus in tractatu de priuilegijs rusticorum, & subdit Aristoteles vbi supra commutationem non quamlibet, sed rerum quæ adsunt ad acquisitionem necessariarũ, vtiliumque desunt vsus non quæstus gratia æconomicam, eamque mercaturam secundum naturam esse, quæ ciuili iure neque nobilioribus neque militibus prohibetur: quia rebus suis superesse possunt, l. qui stipendia. C. de procuratoribus. l. fin. titulo. 21. partita. 2 l. filius. §. milites. ff. de procuratoribus. Non tamen intelligas de negotiatione mercatili, & quæstuaria, quæ est vetita militibus, vt C. negotiatores ne militent libro. 12. sed de negotiatione particulari eorum quorum milites egent in expeditione, videlicet pro emẽdis equis, vel pro victu & huiusmodi necessarijs. Ex quo intelliges rationem l. vnicæ. C. in quibus causis militantes fori præscriptione vti non possunt vbi probatur milites conuentos pro priuatis negotiationibus, non gaudere fori præscriptione & sub moderatoribus ciuitatum conueniri posse. Intellige inquam, de negotiationibus prohibitis, quæstuarijs videlicet. idẽ ius erat si cõuenirent pro publicis fũctionibus, vt probat textus ibi. Regulariter autem milites in ciuilibus magistri militum iurisdictioni subsunt. l. magisteriæ. C. de iurisdictione omnium iudicum. l. 11. titulo. 18. partita. 4. In criminalibus autem milites non habebãt fori præscriptionem si extra rem militarem delinquebant, & pro atrotioribus coram prouinciæ præside pro leuioribus coram locorum iudicibus conueniebantur. l. finali. ff. de accusationib. l. 1. C. vbi Senatores vel clarissimi. l. 2. vbi bonus textus. C. de priuilegijs scholarum. lib. 12. l. 3. titulo. 29 partita. 7. glos. & ibi Doctores in d. l. magisteriæ, de quo vide decis. 88. Vincentij de Franch. vbi intelligit dict. l. magisteriæ. Contrarium tamen hodie in criminalibus & ciuilibus vsu receptum video, nam indistincte milites de cõsuetudine gaudent fori præscriptione & coram eorum magistro conueniuntur, quod etiam testatur Boerius de custodia clauium, num. 29. Iulius Clarus in pract. §. fina. quæstione 35. num. 24. Si verò incidat quęstio, an aliquis sit miles, vel non, & an habeat fori militaris præscriptionẽ magistri militũ erit cognitio iuxta l. qui cum vno. §. reus de re militari, & facit c. si iudex, laicus, de sentẽtia excommunicatio. in 6. docet Faber in dicta l. magisteria in fine, sequitur Gregorius in dicta l. 3. titulo. 29. partita 7. glossa. 2

3 Commutationem autem, quæ quæstus gratia fit vituperat Aristoteles vbi supra, cum non sit secundum naturã, sed arte excogitata ad

augendas opes sine modo in aliorũ damnum. Vnde multa contra mercaturã exercentes congerit Tiraquellus de nobilitate, capite. 33. & mercatores non posse armari milites constituit l. Regia 12 titulo. 21. partita 2. & quod exercentes mercaturam amittant priuilegia nobilitatis vltra Tiraquellum vbi supra tradit Mexia in pragmatica panis in 6. conclusione, ex num. 24. vbi post Tiraquellũ hoc intelligit in eo, qui per se præsit mercimonijs, & ita loquitur dicta l. partitæ, secus si per exercitorem, aut si non ratione quæstus, sed modicè & pro vitæ sustentatione. Hic enim mercator nullam maculã incurrit ex mercatura, imò laudandus est ex multis quæ scripsit idẽ Tiraquellus dicto cap. 33. ex numero 13. non enim mercatores tanquam viles personas negligi oportet, vt inquit textus in l. eos. C. de decurionibus, & ipsis in dubio sanè dum esse respondet Alexander consilio 130. ad finem, lib. 7. facit l. 4. titulo. 7. partita. 5. dum inquit: *Las tierras, y lugares en que vsan los mercaderes a lleuar sus mercadurias son por ende mas ricas y mas abondadas è mejor pobladas, y poresta razon deue plazer a todos con ellos.* Vnde mercatorum causæ quandiu sunt in mercimonijs & extra patriam summarie expediẽdæ sunt, Rebuffus 2. tomo ad leges Gallicas, titulo de mercato. articulo finali, glossa vnica. num. 13. & censentur mercatores dum sunt in mercimonijs miserabiles personæ ex Innocentio, in capite, significantibus de officio delegat. Mexia in pragmatica panis conclusione 5. num. 138. ex quo infert eos habere casum curiæ, & posse in ea suos debitores cõuenire, iuxta l. 8. tit. 2. lib. 4. Recopil.

4 Sed vt reuertar omnium quæstuũ maximè Arist. insectatur fænus tanquam lõgius degenerans, in quo numus non solum præter naturam, sed etiam præter destinationem suam numum parit. Non enim ad quæstũ faciendum ex se ipso, sed ad alias necessarias rerum commutationes facilius expediendas, inuentus est, vtq; sit medium in commutationibus. Arist. dicto cap. 6. & latius lib. 5. Ethi. cap. 5. vbi inquit, quod numus est medium. Hoc autem modo est mediũ, 5 quia volens permutare triticum quo abundat cum vino, quo indiget, expeditius facit vendendo frumentũ certis numis, quibus vinum comparauit. Hoc modo numus est medius.

6 Sed in vsura omnis ordo & naturæ & artis, vel instituti peruertitur: quia ordinatur non vt sit medium commutationis, nec vt sit præsidiũ indigentiæ, sed immediate ad quæstum, eumque numorum, & sic numus contra naturam suam est primum & vltimum in hac negotiatione, eiusque vtrumque extremum facit. Vnde Arist. 4. Ethic. cap. 1. ad fin. fæneratores & lenones recenset inter illiberales artes, & turpia lucra exercentes. Sed quia hæc negotiatio male audit & merito lapidatur & prohibetur, & nimium crebra est necessitas vsus æris alieni, & sæpe vti le est alterum alterius pecunia vti, siue ad rem propriam tuendam vel augendam, vel quæstum honestum exercendum. Est enim numus secundum Aristotelem 5. Ethicorũ, 7 capite. 5. velut fideiussor, non solum præsentis, sed etiam futuræ indigentiæ, exoleta veteri forma, fænerandi successit, inualuit, & comprobata est alia diuersa forma, videlicet, redituum vulgarium. 8 Et sic patet quod ad vltimam illam speciem negotiationis æris alieni spectant leges vsurariæ, & omnis mate-

materia vsuræ, siue veræ, vel interpretatiue, explicitæ vel implicitæ, & omnium contractuum vsuris succedaneorum. Harum autem negotiationũ differentiæ & effectus magni sunt & manifesti: quia in prima illa & principali, quæ proprie & strictè commutatiua rerum dicitur obligatio mutua, actuque contrahitur, eaque momentanea. At in secunda principali, quæ pro vsu rerum fit, contrahitur obligatio non momentanea sed successiua, de qua agit Parisiens. modernus in nouis intellect in l. corruptionem. C. de vsufructu, & in huius priori specie pro vsu rerũ, quæ non abeunt in creditũ, hinc inde actu cõtrahitur obligatio successiua, cum concedens ad patientiam successiuam, recipiens pariter ad pensionem successiuam obligatur. In vltima autem specie pro vsu pecuniæ, quæ abit in creditum, nulla contrahitur obligatio passiua ex parte credentis, qui nullomodo saltem actu obligatur quod dico propter ea quæ dixi supra libro primo quæstione septima, sed solum ex parte recipientis, qui solus obligatur ad aliquod successiuum vsui pecuniæ, & temporis spacio commensuratum, præter quantitatem sortis, & hic semper est vsura, siue vera aut formalis, siue interpretatiua, vel alia contractus forma vsuræ succedanea: vera inquam seu formalis, quando obligatio sortis, & vsuræ clarè distinguntur, vel distingui possunt, putà quando recipiens obligatur ad duo separatim, videlicet primo ad restitutionem totius sortis simul, quæ est obligatio momentanea, & rursus ad menstruam, vel annuam, aut aliam successiuam prestationẽ pro vsu pecuniæ, quæ est obligatio successiua, vt in l. lecta, si certum petatur, vel aliam summam semel soluẽdam in fine termini, quæ cum sit distincta à restitutione sortis, & propter dilationem, vel vsum promissa, est vera vsura, vt in l. si tibi, in principio, de pactis. l. rogasti. §. si tibi. in fine, de rebus credit. Interpretatiua verò, quando vtraque obligatio non est separata, nec prompte separabilis, sed vel confla ta in vnam successiuam, quæ restitutionem sortis, & alicuius summæ vltra sortem pro cursu temporis implicat, vt in reditibus temporalibus, vel quando alia contractus forma excogitatur recidens in eundem effectum vel parum distantem ab vsura. Ad hanc interpretatiuam reducuntur omnes contractus facti in fraudem vsurarum, siue in totum vt in cap. ad nostram. de emptione & venditione, in capite, illo vos de pignoribus, & supra libro secundo, quæstione tertia: siue in parte, vt in capite, in ciuitate, de vsuris. Succedanea autem vsura, vt nostri reditus ad rationem quatuordecimæ, vel quindecimæ: sunt enim vsurarum succedanei, vt inquit Lafarte in tractatu de gabellis, capite 10. nume. 1 quamuis id non explicet. Omnes enim hi contractus fiũt ad habendũ & compensandũ per debitorẽ tẽporariũ vsum æris alieni, & in hoc cõueniũt, & ad hoc vltimũ sub diuisionis mẽbrũ rediguntur. Cũq; omnes fiãt ad habendũ, vel cõpensandũ per debitorẽ vsum pecuniæ, omnes de vsura plus minus participãt: sunt enim vel vere vsurarij, vel interpretatiue, vel quid succedaneũ. De rõe autẽ veræ & formalis vsurę strictè sumptæ est quod debitor sit obligatus ad restitutionẽ, & ad hoc cogi possit à creditore, siue pure, vt in l. fi. C. de iure dot. siue post tempus. l. item quia. §. fi. de pactis. l. 1. C. de condict. ex le-

9 10 11 12 13 14

ge, & ad aliquid vltra siue semel, vt in dicto §. si tibi, siue successiue, vt in d. l. lecta, idque propter vsum, vel
15 intervsurium pecuniæ. Tunc autem est vsura interpretatiua, quando ob vsum quidem pecuniæ, siue ad hoc numeratæ, & per debitorem receptæ, siue per eum retentæ aliquid penditur, ita vt non possit prima fronte discerni vsus à sorte, licet creditor propter concessum vsum pecuniæ non minus lucretur, nec minus in tuto sit de sorte recuperanda, quam in
16 formali vsura. Ex quo patet quod reditus nostri vsitati alia fraude non admixta non sint propriè nec vera nec interpretatiua vsura: quia sors perpetuo & absolute alienatur, nec tenetur debitor eam reddere

17 Conueniunt autem reditus cum vera & formali vsura. Primo in hoc quod pecunia alienata tamen perpetuo ex parte creditoris fructum pecuniarum pro rata sortis & temporis parit, sicut pecunia non perpetuo alienata in vera vsura. Secundò in hoc quod debitores temporali æris alieni vsu indigentes his reditibus vtun
18 tur, quemadmodum olim solebant vsuris vsum pecuniæ redimere. Et sic hæc via negotiandi non videtur in alium finem inuenta, quam vt hoc modo debitores vsum æris alieni tantisper dum velint, emere possint, vtque creditores de vsu pecuniæ collocatæ negotiari & ditari possint, & sic hi reditus videntur in hoc succedanei veterum vsurarum, nec possunt conferi proprie inter negotiationes commutatiuas, cum nulla res verè commutetur, & multo minus inter contractus, quibus comparatur vsus rerum, quarum salua interim manet substantia: & sic necesse est conferi inter contractus quibus æris alieni vsus redimitur. Hoc
19 autem commodi solum fert debitor alienũ veteribus vsuris quod potest habere vsum pecuniæ emptũ vel conductum, quandiu ære suo est & simul retinet veterem & liberam facultatem sese liberandi, forte cum reliquis oblata: quapropter hi reditus tollerantur, & necesse est tolli propter crebras huiusmodi necessitates æris alieni tempestiue fugandi. Et quæ dico de reditibus pro-
20 cedunt in venditis vel constitutis ad rationem duodecimæ, vel quindecimæ, vel etiam circa infra rationem vicesimæ partis annuæ sortis. Secus in emptis ad rationem quincuncis vsuræ, vel maiori pretio: quia hi non spectant ad materiam vsurariam, nec ad hanc vltimam speciem contractuum commutatiuorum vsus, sed expectant ad priorem illam speciem contractuum commutatiuorum rerum, sicut emptiones prædiorum. Ratio, quia in istis cessant prædictæ rationes fæneratitiæ redimendi, vel compensandi vsus æris alieni, & omnis proportio, & subrogatio loco veterum vsurarum, tàm ex parte debitoris, quàm ex parte creditoris. Contra verò ex parte vtriusque pariter habet locum eadem ratio & proportio iustificatiua, quæ in perpetua venditione & emptione fundi iusto pretio facta patet, siue emptio huius reditus sit facta simpliciter, & sic sine facultate redimendi prout nunquam (nisi de gratia emptoris) redimibilis est, cum legitima indicatura reddituum non redimibilium sit pensio annua vicesies multiplicata, vt diximus supra libro primo quæstione sexta, & tunc certũ est ex parte emptoris, quod non potest directo cogere venditorem ad redimendum, nec etiam per indirectum (videlicet, metu damni currentis reditus)

propter

propter magnã vtilitatem reditus. nec etiam volente venditore tenetur redemptionem pati: nec si emptor maxime cupiat & offerat, verisimile est vnquam redempturum. Itaq; emptor non potest vllo respectu dici vel censeri accipere talem reditum pro vsu temporario pecuniæ, vel in compensationem vsus temporarij: tum quia sors nunquam restituenda speratur, nec restitui potest inuito emptore, nec venditor restituere tenetur, nec emptor si indigue rit poterit ab alio sortem recuperare per venditionem nominis, quia non est verisimile quod illum tanti quanti emit vendere possit: sed lõge minus secundum communiter accidentia. Tum quia tan vilis iste reditus non esset condigna compensatio interusurij tãtæ sortis: & sic emptor iste dicitur percipere reditum non tanquam mercedem temporalis vsus pecuniæ, sed iure perpetuo, & incommutabili, tanquam fructus iuris perpetui & incommutabilis: nõ minus quam emptor fructus fundi iusto pretio empti. Pariter ex parte venditoris non debetur vsura, cum nihil soluat pro vsu pecuniæ, sed reditum incommutabilem, cuius iustum & integrum pretium recipit.

Siue autem ab initio data sit facultas redimendi, tunc multo minus vergit ad vsuram, cum eo magis accedat gratiæ: quia hæc facultas non erat debita, sed merè gratiosa: idem si ex post facto quocunque modo sine fraude fiat redimibilis. Secus si in continenti medianre restitutione dimidiæ partis sortis: quia tunc vel contractus est reformatus, & in reditum quatuordecimæ vel circa cõuersus, l. iuris gentium. §. adeo, de pactis, vel censetur prior contractus factus in fraudem duodecimę, quod in eundem effectum recidit.

Non obstat si dicatur hic reditus habet simbolum cum vsura quincunci, quæ tamen est vera vsura, dicta l. eos licet leuior, l. si legatum, in principio, de operibus publicis: quia respondetur, quod in dicta vsura quincunci potest debitor cogi restituere sortem ad libitum creditoris, text. l. fina. ad finem. C. de iure dotium. l. 3. in fine, de eo quod cer. loc. & sic non definit esse vsura licet leuior: sed hic nullo modo potest creditor nec directe nec indirecte repetere, nec si nomen venditioni exponat. Consequenter hic reditus nullum habet symbolum cum vsura quincunci, sed maxime discrepat. Ex his liquet vulgatos nostros reditus non esse speciem contractuum commutatiuorum rerum, sed nouam speciem succedaneam fæneratoriæ, in qua non minus vtile, quam iucundum erit paucis ostendere in quibus conueniant & disconueniant cum veteri legali vsura seu antiqua fænerandi arte, quod in sequenti quæstione expediemus.

Ex quæst. sequent.

REditus annui, & legales vsuræ cõueniunt in materia. num. 1.

Et in eadẽ materia differunt à pœna. ibi,

Reditus annui & legales vsuræ qualiter in fine conueniũt. n. 2.

Reditus annui an spectent ad negotiationẽ successiuã quæstuariã vsus pecuniæ sicut legales vsuræ. num. 3.

Reditus annui limites habent excessus, nõ defectus sicut vsuræ. n. 4

Sicut creditor vſurarius non erat certus de lucro ciuili iure, ita creditor reditus labilis. nu. 5.

Et neuter creditor vſuram vſurarum petere poteſt. num. 6.

Neutrius creditoris exceſſus vſucapione confirmatur. ibi.

Reditus annui & legalis vſura qualiter in forma differant. numero 7.

Reditus annui duplum excedunt, vſuræ vero legales minime. num. 8.

Reditus annui & vſura quoad repetitionem ſortis differunt. numero 9.

Reditus annui & vſura differunt quoad compenſationem. numero 10.

Reditus menſtrui eſſe poſſunt, ſicut vſura & vſura annua, ſicut reditus eſſe poterat. num. 11.

Traditur ſumma differentia inter legalẽ vſuram & reditus annuos. num. 12. & 13.

Quatuordecima, ſeu duodecima qualiter proportionẽtur beſsi legali. num. 14.

Reditui annui leuiores & commodiores ſunt legalibus vſuris. num. 15.

Vſuræ legales meritò reprobatæ & erectæ. num. 16.

Reditus annui meritò retenti & admiſsi. num. 17.

Vſura miſera debitorum ſeruitus. num. 18.

Reditus annui non ſunt veræ vſuræ, ſed verarũ vſurarum medicina. num. 19.

Reditus annui non ſunt fauorabiles, ſed odioſi. n. 20.

Quæſtio. II.

In quibus conueniant & diſconueniant reditus annui cum reditu vſurario & legali vſura.

1 EX dictis in q. præced. & præſertim li. 1. q. 2. & q. 4. ſatis colligi poteſt differẽtia inter reditus annuos & veteres ac legales vſuras: ſed plenioris elucidationis gratia ſciendum eſt conuenire primo dictos reditus & vſuras legales in materia: quia vterque reditus eſt incrementum ſucceſſiuum pro rata temporis & ſortis, in quo vterque differt à pœna, quæ eſt momentaneum augmentum, licet pœna ſit quædã ſpecies vſuræ im-

2 proprie tñ ſumptæ. Secũdò cõueniũt in fine: quia vterq; reditus fuit inuẽtus æris alieni tãtiſper fruẽdi gratia, & vterq; eſt pẽſatio ſeu taxatio inter uſurij, ſeu promiſcui vſus pecuniæ.

3 Tertiò neuter reditus ſpectat ad cõtractus proprie cõmutatiuos, ſed ad negotiationẽ ſucceſsiuã quæſtuariã vſus pecuniæ, & in hoc vterq; differt à reditibus fundarijs, & etiam ab impoſititijs cõſtitutis in cõpenſatiõnẽ

immo

immobilium, vel ex donatione, vel legato, vel etiam pecunia empris sed ad rationem 2.o pro vno vel maiori pretio tunc enim, quia non speratur redimi cum id non expediat debitori, apparet esse commutationem pecuniæ, & nihil minus quàm negotiationem vsurariam. Quarto vterque certos limites habet excessus, sed non defectus, vt ibi. C. de vsuris l. 6. tit. 15. lib. 5. Recop. dixi late lib. 1. q. 6. Quinto neutrobiq; creditor debet esse certus præcise de lucro, seu augmento futuro, quia in vtroq; necesse est debitori competere liberã facultatem luendi, seq; liberandi sorte cum reliquis præteritis oblata, in quo potissimum differt à redituem petuali. Sexto neuter reditus vsuram vsuræ admittit iuxta ea quæ dicam infra hoc dib. q. 4. Septimo neutrius excessus vsucapione, seu quantùuis longa continuatione cõfirmari potest in futurum. Differunt autem primo in forma: quia legalis vsura est mera accessio alterius principalis obligationis nostrates autẽ reditus sunt principalis quædam obligatio, & inuentum quodam cõsuetudinis hominum loco veterum vsurarum subrogatum, vt aduertit Couar. lib. 3. variar. cap. 7. num. 2. versic. 2. Secundo quia vsuræ legalis cursus non est perpetuus, sed ipso iure cessat cũ tantam summam attigit, quanta est fors: noster verò reditus, nec duplo, nec quadruplo, nec decuplo finitur, sed in infinitum currere pergit donec redimatur. Tertio, in vsura potest creditor nihilominus repetere sortem, congruo tamen spacio dato: sed in isto reditu creditor nullum ius, nullam actionem habet ad sortis repetitionem. Quarto, in illa fit compensatio ipso iure, etiam pro parte: secus in isto reditu supra libr. 2. quæst. 18. Quinto illa semper est menstrua, excepto solo casu nouellæ, 32. ne quis mutuum dans agricolis, vbi est annua, vt dicam infra. q. 4. quamquam iure non prohibetur esse annuersaria ad rationem menstruæ: noster verò semper est annuus reditus, quamquam & menstruus, vel trimestris esse possit ad rationẽ concessam, vel infra. Summa autem differentia est quod proprium, & peculiare legalis est, vt duplum nunquam excedat, & possit debitor cogi per creditorem ad sortis restitutionem: proprium verò, & peculiare nostratis reditus est quod in infinitum excedere potest, & nequit debitor à creditore cogi sortem restituere, vt post alios resoluit Soto de iust. & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 3. sequitur Lasarte de Gabellis cap. 10. num. 60.

Rursus hæc summa differentia mutuam quandam analogiæ, & cõpensationis proportionem implicat: vt enim in legalibus potestate creditoris est, vel purè, vel post tempus, sortem repetere, ita non poterat vsura in infinitum currere, sed ad certũ congruum limitem tantùm, videlicèt dupli. Et ediuerso in nostrati reditu, vt non est in potestate creditoris, sed solius debitoris quando sors reddatur, ita æquum est reditum in infinitum currere, donec redimatur. Tùm, quia hæc sublatio dupli, vel alterius limitati cumuli compensatur cum facultate sortis repetendæ perpetuo oblata. Et in specie hæc quatuordecima proportionatur bessi legali. Primò, quia vt de iure bessis est summa mera vsura, ita quatuordecima est supremus reditus. Quod autem bessis esset summa vsura, patet: quia iura non permittunt communiter grauiorem vsuram, nisi in traiectitijs, & creditore suscipiente periculum sortis marinum, & sic illa non videbatur me-

ra vsura, sed partim in compensatio
pericli sui cepti infra hoc libro quæ
stione 5. Secundo proportionatur
besis in quantitate, inf quod qua-
truordecima minor est aliquantu-
lum besse legali, qui parit annuatim
8. in 100. sed quatuordecima parit
septem, & partum vltra.

Et exacte ad amussim expenden
15 do legalis vsura non est notabiliter
maior quatuordecima, ex eo quod
besis non omnibus, sed iustis nego-
tiatoribus dumtaxat, at quatuordeci
ma omnibus permittitur. Secundo
quod besis, aut alia quæuis legalis
vsura nunquam progreditur vltra
duplum, in quo sors inest, sed nostri
reditus in infinitum, quod videtur
grauius. Verùm istud in effectu re
ctè considerando nihil est: quoniam
ob id quod de iure nunquam cu-
rrit vltra duplum, non solebant
debitores in aliquo releuari, sed ma
gis grauari: hinc enim fiebat vt ma
gis essent soliciti creditores, vt ma-
turius sortem cum vsuris exigerent,
prout de iure poterant. l. fin. in fine.
C. de iure dotium, & noti sunt fæne
ratorum mores qua sint vigila n-
tes & soliciti, ne quam contingat pe
cuniam manere sterilem, præser-
tim apud alium, & sic limitatio illa
dupli non tàm operatur releuamen
tum debitorum, quam eorum com-
pulsionem ad monitionem autem
& excitationem fœneratorum. At
more nostro licèt reditus in infini-
tum currere possit, tamen nunquam
potest debitor cogi reddere sortem,
sed reddere potest quandocunque
libet. Et sic omnibus deductis qua-
tuordecima est leuior, vtilior, & com
modior debitoribus, quam fuerit il-
la legalis vsura bessalis. Benè verum
est quod iure. C. per l. cos. C. de vsu-
ris in quantum vsuræ communes
sunt taxatæ ad semisses, illæ videban
tur leuiores quatuordecima. Sed ad
hue perpetua sortis alienatio, quæ fit
in quatuordecima præponderare vi
detur, Et sic non est verum simplici
ter legales vsuras leuiores esse nos-
tris & vsuratis reditibus. Imò etiam
16 si solum vtile ius attendas, iustè ex
oleuerunt veteres vsuræ: quandiu
enim tolerabantur omnes indiffe-
renter (illustribus exceptis) eliciе-
bantur ab omnibus vsuras, saltem
semisses exigere, vt sic nullus fæne tō
tractus nullum commercium vsuris
vacaret, mutuorum quoque libera-
litas, & officiosiras vbique frigebat,
& exolescebat, omnium domus, &
familiæ vsuris implicabantur, & di
uexabantur, quod & dedecorosum,
& detrimentosum erat, qua publicè,
qua priuatim in tota Republic. Vn-
de vsuræ illæ merito odio semper ha
bitæ, vt & naturali, & diuino iure
prohibitæ. Nostri verò reditus Iusti-
17 niani quoque tempore inuenti, &
probati, vt infra hoc libr. quæst. seq.
merito retenti sunt. Tùm, ob publi-
cam necessitatem. Tùm quod hæc
forma commodior est, & tollerabi-
lior multis nominibus, & absque pec
cato si summorum Pontificum de-
cretis & iure Regio statutis limiti-
bus contineantur. Primò, quia de-
cus illud publicum, & frequentia v-
suratum excluditur: nec enim possi-
bile est passim frequentari vsuras,
cum non sit locus fœnori, nisi forte
perpetuo alienata, vt nullus locus
fœnori relinquatur nisi prius desinat
esse vera vsura, & ita vsuræ peccatū
euitatur. Secundò consequenter ho
nestati, & puritati commerciorum,
& paci, & tranquillitati publicæ, &
familiarum consulitur, & mutuo sua
frequentia, & honestas conseruatur.
Tertium sufficiens medium passiuè
fœnerandi, & vsus æris alieni redi-
mendi, relinquitur egentibus in cō-
muni

muni. Quarto & rapacitati, & impressioni fœneratorum reprimendæ; libertati verò debitorum sufficienter consulitur. Certum est enim
18 quod misera illa est seruitus debitorum, iuxta illud prouerbior. 22. *Qui accepit mutuum seruus est fœnerantis* & pariter occasio rapacitatis creditoris non consistit solum in vsuris, quæ crescunt, sed in ipsius sortis, vel extorsione, vel fruitione, si sit in potestate creditoris exigere sortem cũ vsuris quoties volet, vel sinere debitorem frui quandiu creditor volet, & insidiari peristasi debitoris quadam angustia constituti, vt tunc ad sortem, & vsuras importunè vrgere possit, & omnis eius bona, & hæredia absorbere: sic demum pendere, & vera, & misera seruitus est. Idque seruitutis genus tollerari in Repub. non est aliud, quam cupidis hominibus (quæ magna semper turba est) indulgere, & reliquam plebem, imò Rempublic. prodere, & eorum direptioni exponere. Quibus malis
19 non est locus per nostros reditus ita (vt superflue satis, & abundanter supra dixi) temperatos: qui licèt sint quædam negotiatio fœneratoria, (vt clarè ostendimus) non tamen sunt veræ vsuræ, sed veterum, & verarum vsurarum medicinæ, non tamen sunt fauorabiles, sed odiosi vt supra libro, 1. quæstione. 6. ad finem.
20 Licèt tanto minus odiosi veteribus vsuris, quanto minus nociui. Quòd autem scripsit Cyn. in l. emptione. C. plus val. quod agi. Gallos legales quidam vsuras spreuisse, sed adinuenisse, & practicare quadruplo grauiores, non de his reditibus, vt supra, temperatis intelligi debet, quos etiã multi ignorant speciem fœnoris esse, sed de fraudationibus, & impijs illis vsuris Lugdunensibus, quibus nusquam gentium auditæ sunt, nec adhuc audiuntur grauiores, & detestabiliores magno magistratus, & principum flagitio, qui eas tollerant vt infra hoc libro quæst. 7.

Ex quæst. sequent.

An a legibus vsurarijs liceat arguere ad reditus annuos. numer. 1.

Sicut legales vsuræ non poterant vltra duplum currere, sic etiam incidentes, & impropriæ nequeunt duplum excedere numer. 2.

Annuus reditus potest vltra duplum, & infinitum currere num. 3.

Sicut vera vsura non currebat nisi pro rata temporis, & sortis ita impropria vsura ratione interesse debita. nu. 4.

In veris vsuris fiebat ipso iure cõpensatio, idem fiet in improprijs, si sors sit exigibilis numero. 5.

Sicut in vera vsura semper dabatur debitori liberandi facultas per sortis, & reliquorum solutionem, ita datur in impropria num. 6.

An reditus annui cogniti fuerint a legum ciuilium conditoribus numer 7.

Ostenditur reditus annuos l. Iustiniani fuisse comprobatos num. 8. & num. 12.

Explicatur tex. l, si bene ff. de vsuris

ris num.9.
Nouella Iustiniani constitutio.160. late declaratur num.10.

Iustianus non determinauit iustum pretium reditus annui. numero.11.

Quæstio.III.

An à menstruis reditibus argumentari liceat ad reditus annuos quatuordecimæ,& an reditus hi sint nouè inuenti,aut etiam iure ciuili cogniti.

ANTEQuam reliquã materiam expediã, supra scripta admonent prius inquirã, an,& quatenus a veteribus vsuris,& legibus vsurarijs licet hodie ad reditum vsitatum arguere, & an reditus quatuordecimæ sit noue inuentus, an verò etiam tempore iuris ciuilis cognitus.quoad primum breuiter dicendum quòd a veteribus vsuris, & legibus iuris ciuilis valet argumentum ad nostros reditus,quatenus est eadem ratio,& de reditu restringendo agitur.

2 Vndè quemadmodum legales vsuræ non possunt currere vltra duplum,siue vltra sortis summam, ita nec reditus incidentes,siuè in pactũ deducti siuè non,in quibus sors non est perpetuo alienata, & in quibus inter vsurij rationem habendam diximus in quæstione.7. infra eodem, quia tunc quantum ad quantitatem periodicam, siuè cumulum eadem est ratio, vt non debeant excedere duplum,cum possit, vel speret creditor sortem præter vsuram, etiam ab inuito debitore exigere; & sic ad summum nõn debet exigere vltra duplum:quia de iure etiam si vsura sit quincuncialis, trientalis, vel leuior, non tamen poterit excedere
3 duplum. Secus in nostro reditu annuo,in quo tota sors perpetuo alienatur:quia potest in infinitum excurrere:cũ enim sors sit perpetuo alienata,vt nunquam creditor eam petere,vel exigere possit,nunquam verè dicitur ipse petere,vel exigere duplum,videlicèt & sortem,& vsuram sed simplicem vsuram, vel reditum, & sic cessante ratione legis, cessat limitatio dupli,quæ etiam non potest quadrare,nec adaptari: quia non dicitur duplum deberi, nisi respectu sortis debitæ: sed hic nulla debetur
4 sors.Et quemadmodum iure ciuili nulla potest currere vsura nisi pro rata temporis,& sortis,ita & in nostris reditibus quibuscunque: quia quantum adhoc est eadem in omnibus ratio,patet,quia fœnus de iure ciuili erat

set erat compensatiuum vsus etis alie ni pro rata vsus, sic noster reditus quantumcunque improprijssimum quia est compensatiuus & restau ratiuus vsus aris alieni pro rata temporis, quo creditor sorte caruit. Non obstat quod diximus supra de vsuris temporalibus in vltimis annis: quia ibi non soli vltimi anni debent attendi, sed etiam priores, & sic nullus est ibi excessus pro rata temporis & sortis. 5 Pariter quemadmodum de iure in vsuris fit compensatio ipso iure in consequentiam sortis exigibilis; & compensabilis: ita & hodie in reditibus nostris, si sit eadem ratio, videlicet vbi sors exigi potest, & sic compensabilis vt supra lib. 2. quæst. 18. Secus si sors non sit debita, nec exigibilis, & sic non sit susceptibilis compensationis: quia tunc materia non est habilis, & cessat ratio legis, vt in reditu temporali; vel quatuordecimæ. 6 Rursus, quemadmodum secundum leges ciuiles vsurarias necesse est in omni fœnore liberam esse facultatem debitori quandocunque voluerit, sese liberandi sorte cum reliquis oblata vt nouè diximus supra libr. 1. quæst. 18. ita & in omni reditu nostro: quia semper est eadem ratio, & sic semper inest quod lui possit. Imò est de substancia vt sæpè diximus. Iam vides quam necessarius sit noster hic labor in præscrutandis legibus vsurarijs ad perfectam nostrorum redituum, & ferè omnium 7 contractuum intelligentiam. Quantum ad secundum vulgo aduſque putant vsum redituum vulgarium pecunia constitutorum diu post ius ciuile inuentum esse, nec absque probabilius coniecturis, cum eius nulla sit mentio in toto corpore iuris ciuilis, vt videatur moribus irrepsisse post veterum legalium vsurarum formam exoletam & abrogatam. Sed verius est horum redituũ vsum etiã tẽporibus Iustiniani non solũ inuentũ, non solũ practicatum (licèt rarius) sed etiã principali lege confirmatũ fuisse. Patet in nouella constitutione 160. quę non habetur in cõmunibus impressionibus, sed in authenticis Haloandri, & incipit Aristochrates. 8 Vbi Aphrodiensis Reip. pater, idest defensor, & patronus, vt in l. in defensoribus. C. de defens. ciui. & in Auth. eod. tit. cõstit. 15. & primores eiusdẽ ciuitatis, quæ secundũ Ptholomæũ sita est in Tracia non longe à Chersonesо Tratiæ, & litore Ægeo, magnã vim pecuniæ ex legatis eidẽ ciuitati factis collectæ, ne deperiret, & sterilis esset, sed publicis operibus, & necessitatib⁹ ciuitatis salua sorte subseruiret, tali forma collocauerũt, vt qui fortẽ recepisset donec eandẽ ciuitati restitueret, certũ æquabilẽ reditum annuũ ciuitati penderet, quę est ipsissima forma nostrorũ redituũ vulgariũ vbi sors respectu creditoris perpetuo alienatur: periculo autẽ debitoris, qui quãdocunq; sibi visum fuerit redimere potest, & interim certũ reditũ annuũ soluere debet. Quod autẽ hæc omnia concurrant, & expressè delineata sint in hypothesi d. consti. 160. patet attentè legenti. Primò ibi (*Ne quãdo ea deperiret*) & sic sors salua esse debet, non q, posset repeti à ciuitate: sed in eo quod pensiones reditus in eã nunquã imputarẽtur. Secũdò ibi, (*Vt quãdiu id auri resideret apud ipsum*) Ex quo duo colliguntur, vnũ tacitũ & vnũ expressum. Primũ expressum q, debitor liberã, & perpetuã facultatẽ luẽdi habebat sortẽ cũ reliquis offerẽdo. Secundũ tacitũ, q, recipiens, siue debitor nunquã poterat cogere, reddere, siue redimere, q, idẽ est, saltẽ quandiù reditũ conuẽtũ continuaret, hoc autẽ ita fuisse actũ probatur: quia ibi tota substantia cõ

uen-

uẽtionis narratur,nec exprimitur actũ q; recipiẽs,remaneret debitor sortis,nec q; posset ab eo sors exigi,sed quod data fuit simpliciter pro reditu annuo tãdiù soluendo,& continuãdo quandiù recipiens sortẽ retineret seu donec lucra mallet, cui formæ cõuentionis,& literæ textuali nihil extrinsecus adẽdũ,vt dixit Paris.Moder.in cõsue.Paris.§. 1.gl.4 n.9.ex ea aũt hypothesi nõ diuinãdo,nec addẽdo extrinsecus(vt decet)sequitur, q; nõ erat debitor sortis restituẽdæ,sed poterat ea frui quãdiù reditũ conuẽ
9 tũ mallet soluere.Cõsequẽter, quod sors respectu ciuitatis erat perpetuo alienata,nec obid deperisse creditori sors dicitur,sed benè,& vtiliter collocata ex eo q; reditus continuatur, nec vnq̃ in sortẽ imputatur,tx.in l.si benè.ff vsur.vbi pecunia publica nõ periisse,sed benè collocata dicit,licèt debitor vsuras soluẽs in sortẽ inquietari nõ dẽat.Porrò licet d.l.si benè loquat in fauorẽ publicũ, ne debitoris idonei cũ dãno publico temerè mutent,& sic non neget debitorẽ, etiã vsuras cõtinuare offerẽtẽ cogi posse sortẽ reddere si Reip.interſit, prout etiã nõ negat quĩ necessario exigẽda sit cũ vẽtũ est ad duplũ, ne deiteps pecunia ociosa maneat:tñ illud debitorẽ cogi posse sortẽ reddere necessario intelligendm est, qñ pecunia fuit mutuata sub vsuris, vel qñ aliàs actũ esset,vt sors aliquãdo repetipos set,secùs qñ pecunia simpliciter pro certo annuo,& ppetuo reditu datur: tũc enim licet expressè cautũ sit q; debitor quãdocũq; redimere possit,nõ tñ põt cogi sortẽ reddere, sed censet emptio perpetui redimibilis reditus,
10 vt in d.cõstit.Tertiò probat,quia debitores ibi ptextu cõstitutionũ ff du plo in vsuris excedẽdo inf.q.seq.detrectabãt cõtinuationẽ reditus,tãq; liberati,vel liberãdi mox, vt pẽsiones reditus cũmulatę duplũ sortis effecissẽt,&tñ non mandat debitores cõpellẽdos ad sortis restitutionẽ, prout mãdatũ fuisset,si hoc fieri potuisset conseqũter nõ fuisset periculũ peremptionis,nec sterilitatis sortis,quipe quæ cũ reliquis exacta aliis idoneis tũc fęnerari potuisset,& sic apparet q; debitores nõ poterãt cogi sortẽ reddere alioquĩ non fuisset opus ea quæri à Principe. Quartò ibi,(*Illa enim de creditoribus cõ scripsimus*) vbi se refert ad cõstit.125. vbi loquit ff creditore mutuatitio,vel alio cui fors debet, quiq; põt eã exigere,vndè ex eius dẽ cõstitutionis verbis & antithetis necessario apparet, q; in hypothesi d.cõstit.160.ciuitas nõ erat creditrix sortis,ergo ei fors nõ erat debita,neq; eã exigere poterat;alioquin verb. *Creditoris*,etiã vsurarij de ea verificatũ fuisset,q; ibi negat tx.Quintò, quia negãt hãc facti speciẽ attingere illã de qua in cõstit.121.ergo necesse est vt in hoc differat,q; fors hic alienata sit,nec repeti possit:alioquin in nullo differret quãtũ ad speciẽ facti. Sexto,quia dicit hãc speciẽ magis annuo reditui,q̃ vsurarũ prẽstationi similẽ,in quo tx.non omnino negat hũc cõtractũ nihil habere cõmune cũ fænore, nimirũ obid q; accipiens pecuniã sub hac forma,vtiẽ ea cõmodiùs vice fænoris secundũ notata sup.hoc lib.q.1. Negat tñ esse contractũ verè vsurariũ, sed aliã speciẽ cõtractus,videlicèt emprionis reditus annui redimibilis,& sic necesse est sortẽ fuisse perpetuo alienatan:Alioquin esset verus contractus vsurarius strictè,& nihil differret ab vsurarum prætatione propriè,& stricte sumpta, ad quæ non aduertit Decianus cons.2.lib.1.num.70. dum existimat quod in dict.nouella nulla intercenerat venditio, nec alienatio sortis, sed fallitur ex prædictis, & sic patet quod etiam tempore Iustiniani vulgati nostri reditus erãt in vsu licet

rariùs

rarius,præsertim a priuatis hominibus,eo quod priuati homines raro volebant sortem perpetuo alienare, & malebant formali fœnore tũc permisso sub omnibus iuris ciuilis modificationibus vti, & sic emptiones istæ redituum iam olim dicta constitutione 160. confirmatæ sunt, & legali præiuditio decissum non esse propriè contractus vsurarios,nec sub esse legibus vsurarijs de duplo non excedendo:ita tamen vt emptor nõ
11 accipiat maiorẽ æquo reditũ. Quis autem esset æquus reditus, text. nec ibi,nec alia parte iuris aperit,nec dicas quod ille tex propter illa verba intelligendus sit de non excedente semisses,quæ ciuitati,& fisco permittebantur:quia ille tex. separat hunc contractum ab vsurarijs,& legibus vsurarijs,meritò nõ debet ad eos fieri relatio, nec ab illis argui præcisè quantum ad quantitatem reditus: quia in hoc nõ est similis, sed dispar ratio:quoniam in hoc contractu, in quo sors perpetuo alienatur, iustum videri debuit eo iure paulo maiorẽ esse reditum,quam in mero fœneratitio,vbi sors repeti poterat: Puto tamen,quòd ad summum eo iure non excedebat ibi bestialem vsuram,quę de iure summa est,vt sup.d.q. 1. huius libri in fine,& lib.1.quæstion. 6.
12 Præterea, Iustiniani tempore cognitos fuisse reditus annuos probari potest ex text.in Authent. vt hi qui obligatas se perhibent,& quoniam autem vbi admonentur curatores emere minoribus suis reditus annuos, per quem textum huiusmodi contractus redituum annuorum aprobari dixit Soto lib.6.de iustitia & iure q.5.art.1.in 3.concl.idem per dictam nouellam 160.& per d.§.quomã autẽ dixit Ias Decius cons.2.n. 69.& 70.lib.1.cc. antea scripsit Covar.li 3.var.c.7.n.2.vers. quinto hæc pars.

Ex quæst. sequent.

REditus vsurarius naturali iure prohibitus,num.1.

Alexander seuerus quam præoculis habuit illud iuris præceptũ, quod tibi non vis alteri ne feceris,num.2.

Reditus vsurarius iure gentiũ prohibetur,num.3.

Et iure diuino quoque prohibetur, num.4.

Idem lege Pontificia, & iure canonum.num.5.

Pœnæ à iure canonico in vsurarios constitutæ.ibid.

Iure Regio Hispanorum damnari reditus vsurarios,num.6.

Idem apud Græcos & Persas, numer.7.

Vsuram centesimam fuisse apud veteres Athenienses, nu.8.

Vsura centesima vnde dicta fuerit drachmalis,ibid.

Gloss.in cap. quoniam multi, 47. distinctione improbatur,num. 9.& num.29.

Apud veteres Athenienses vsura centesima sortis dicta, & probrosa num.10.

Vsura sescupla & hemiolia in Nicena synodo damnata,nu.11.

Vsura sescupla & hemiolia quæ dicebatur,ibid.

Vsura centesima quæ.numer.12.& num.29.

Apud Romanos nulla vsura ma-

ior

ior centesima communiter licebat, num. 13.

Vsura maior centesima quando pēdebatur apud Romanos nume. 14.

Apud antiquissimos Romanos nullus fuit vsurarum modus num. 15.

Antiqui peiorem fœneratorem quā furem censuerunt ibidem.

Catò fœnus comparauit homicidio numer. 16.

Lege duodecim Tabularum vncia rium fœnus permissum numero 17.

Tribunicia rogatione fœnus ad semiunciam redactum nu. 18.

Inconstantia politiæ legumque Romanarum ibid.

Asselius Prator fœneratoribus aduersarius ab eisdem occissus num. 19.

Plebis a patribus secessio ob fœneratorum crudelitatem numero 20.

Nexus prohibitus num. 21.

Triplex vsurarum moderatio Romanorum magistratuum numer. 22.

Vsurarum vsuræ a Iustiniano in vniuersum abolitæ. numero. 24.

Anatocismus quis fuerit numero 25.

Legales vsuræ rei iudicatæ a Iustiniano moderatæ numero 26.

Vsurarum vsuræ non infamabant de iure ciuili nisi cum vsuris principalibus legitimum modum excederent nu. 27.

Et an vsurarum vsuræ de iure Canonico irrogent infamiam numero. 28. & 30.

Vsuræ vltra duplum exigi non poterant. n. 32.

Idem in vero interesse ibidem.

Vsurarum moderatio quoad duplum a Iustiniano absoluta numero 33.

Budæi error indupli computatione num. 34.

Vsura actuarij cum militibus non poterat semissem excedere. numer. 35.

Trenis vsura quæ ibid.

Iustiniani vsurarum moderatio. numero. 36. & sequentibus.

Explicatur tex. l. eos C. de vsuris ibidem.

Iustinianam in l. eos Taxasse vsuram lucratoriam, & punitoriam non verum interesse nu. 37.

Centesimas vsuras Tribus tantum casibus concessas a iure ciuili. num. 38.

Tutor qui pupilli pecuniam in suos vsus conuertisset, centesimam vsuram solue bat. ibidem.

Centesima soluebatur socio expendenti in refectionem domus communis nu. 39.

Et si non solueretur vsura post. 4. men-

menſes poterat ſocius partem ſocij vendicare ibidem.
Et quando ea dominij vendicatio obtineret, & quid hodie vſus obſeruet. ibidem.
Vſura rei iudicatæ centeſima numero. 40.
Ceſsionarius mercatoris, an poſsit beſsibus fœnerari. numero. 41.
Ceſsionarius pauperis, aut viduæ an poſsit in prima inſtantia debitorem in curia Regis conuenire. n. 42.
Et quid ſi creditor non priuilegiatus cedat pauperi, vel alteri habenti caſum curiæ, an ceſsionarius poſsit debitorem in curia conuenire. n. 43.
Ceſsio quando præſumatur fraudulenta. n. 44.
Cedi quæ iura poſsint. n. 45.
Cedens, an poſsit agere poſt ceſsionem inuito ceſsionario. numero. 46.
Agricolis quibus vſuris fœnerari poterat ſecundum Iuſtiniani. ll. n. 47. & n. 50.
Explicatur. text. in authentica ad hæc. C. de vſuris. ibidem.
Reijcitur intellectus Ioan. Baptiſtæ Lupi. a. d. d. authentica. ad hæc num 48.
Referuntur quinque ſingularia in vſuris agricolarum. numero. 49.
Fœnus annuum tempore Iuſtiniani inuentum ibidem.
Antichreſis prohibita exigi ab Agricolis. num. 51.
Mutuans agricolæ ſub vſuris immodicis ſortis dammo mulctabatur ciuili iure. numero. 52.
Vſuræ modus in agricolis metiebatur ex qualitate debitoris. numero. 53.
Vſura lucratoria, an fuerit ciuili iure prohibita. n. 54.
Vſuræ moderatæ ſecundum Iuſtiniani. ll. an exigi poſsint in vtroque foro. n. 55, & ſequentibus.
Iuris prudentia quare dicatur diuinarum rerum notitia. numero. 56.
Iuris Sacerdos non eſt niſi qui omnem encyclopediam abſoluit. num. 57.
Iuris prudentiam verſari principaliter circa iuſti, & iniuſti ſcientiam. numero. 58.
Scientia legalis quare iuris prudentia appellata. numero. 59.
Scientiam eſſe iuris ciuilis facultatē num. 60.
Scientiam legalem principem eſſe dominam ſcientiarum ex Ariſtotele. numero. 61.
Ciuilis ſcientia quantum præſtet arti militari. n. 62.
Ciuilis ſcientia & prud entia idē animi habitui, non tamen ean

dem vim, & naturam habent. nu. 63.
Iuris prudentia virtus in quo consistat. ibid.
Vsuraria quæstio, an pertineat ad Theologos, an ad iuris peritos. num. 64.
Leges vsurarias iniquas esse adeo, vt non possint summi Pontif. dispensatione suscitari. numero 66.
Alciatus Iustinianum vsuras approbantem qualiter excusauerit. num. 67.
Alciati lapsus. n. 68.
Leges de diuortio euangelio repugnãtes non posse Pontificis dispensatione suscitari contra Alciatum. n. 69.
Matrimoniũ consummatũ, an possit per summum Pontif. disolui. n. 70.
Iustinianus dum vsuras approbauit ex cap. ignorantiæ excusatur. num. 71.
Mutui large sumpti triplex vsus, num. 72.
Mutuare egenti quando teneamur. num. 73.
Explicatur tex. in c. ad fidem. 23. q. 1. numero. 74. & numero. 77.
Eleemosinam non deberi iure actionis, sed iudicis officio. numero. 75.
Omnis bona actio expectãs ad politiam, & economiam pertinet ad legislatorem externum numero. 76.
Vsura in mutuo dupliciter contingit. num. 78.
Leges ciuiles vsuras approbantes an intelligendæ sint de lucratorijs, an de compensatorijs veri, & probabilis interesse. numero. 79. & sequentibus.
Mutuans negotianti lucraturo, an possit partem lucri stipulari numero. 86. & sequentibus, & numero. 98. & numer. 102.
Leges ciuiles, & Iustiniani Vsuras lucratorias approbasse, & ipsis modum imposuisse. n. 81.
Easdem. ll. iniquas esse nec seruandas in vtroque foroi, ibidem.
Vsura & interesse maxime differunt. n. 82.
Interesse quasi vsura dicitur & quare. n. 83.
Interesse non subest vsurarum moderationi, nisi in hoc quod non potest duplum excedere sicut vsura. n. 84.
Lex eos. C. de vsuris non taxauit verum interesse, sed vsuram veram. num, 85. & seq.
Interesse nulla. l. nec regula definiri valet. n. 87.
Quando quis sit in mora non potuit l. definiri. n. 88.
Non omnium mutuantium interest pecunijs mutuatis caruisse numero. 89.
Lucri cessantis interesse quando dicatur ibid.

Diui Augustini querela de legibus ciuilibus vsuras approbantibus. n. 92.
Fr. D. à Soto intellectus improbatus num. 93.
Ioannes Baptist. Lupi intellectus reijcitur. num. 94.
Declaratur l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsuris. n. 95.
Iustinianus âmultis excusatus quod vsuras permisserit ad maiora vitanda mala. n. 96.
Vsura de se mala, & in quacunque quantitate reprobata. numero. 97.
Mutuans pro beneficio mutuandi nihil potest stipulari. num. 99.
Mutuans ex mutuatarij obligatione antidorali non dicitur factus locupletior n. 100.
Mutuans non ex conuentione tacite vel expresse, sed gratuito recipiens vltra sortem, an sit vsurarius. n. 101.
Vsura ob commune bonum permitti non potest. n. 103.
Vsuras etiam moderatas à Christiana Repub. relegandas. numer. 104.
Summus Pontif. non potest super moderatis vsuris dispensare. num. 105.
Idque etiam in præteritis & iam exactis vsuris locum habet. num. 106.
Vsura etiam in vno numo est illicita & contrarium asserens est hæreticus, & excommunicatus. numero. 107.
Hæreticus censendus non est, qui in aliquo casu vsuram non dari asserit, si contrarium non est decisum per ecclesiam. n. 108.
Domini inquisitores hæreticæ prauitatis non se intromittunt de quæstionibus vsurarum. numero. 109.
Vsuraria iniquitas ex multis conspicitur. num. 110.
Vsurarius fur dictus. n. 111.
Dulce est vsuram exigere. ibid.
Vsura peccatum contra naturam. num. 112.
Et principaliter in Deum committitur ibidem.
Vsura facultates exhaurit & animas deuorat. n. 113.
Vsurarij communiter moriuntur vt animalia bruta. n. 114.
Pœnam vsurarijs ciuili iure non fuisse nisi duobus casibus. numero. 115.
Pœna iure Regio vsurarijs constituta. n. 116.
Vsurarius occultus, an sit infamis. num. 117.
Casus in quo ciuili iure vsurarius sortis amissione mulctabatur. num. 118.
Vsurarius occultus, an sit sortis amissione damnandus. n. 119.
Vsurarius occultus, si eius crimen probatur, extra ordinem punitur. num. 120. & 129.
Et quid si semel tantum fuerit fœneratus. ibid.

Vsurarius præsumptus an puniri debeat.n.121.

Qualiter probetur vsura, & fœnerandi animus.ibidem.

Iudex competens causæ vsurariæ, an sæcularis, an ecclesiasticus. num.122.& seqq.

Quæstionem facti ad sæcularem, quæstionem iuris ad ecclesiasticum pertinere.ibid.

Quæstione iuris super vsura proposita coram sæculari iudice, an supersedendum sit in lite, donec ecclesiasticus definierit.n.123.& seqq.& n.132.

Causam vsurariam mixti fori. numer.124

Crimen ecclesiasticum, quod dicatur.num 125.

6 *Declaratur.l.58.tit.6.par.1.numero.126.*

Crimen vsurarium mixti fori.numero.128.

Vsurarius criminaliter puniri potest.n.129.

Et an torqueri possit stantibus indicijs vsuræ.n.130.

Iudex sæcularis de vsuraria quæstione iuris cognoscit.num.131. cum seq.

Iudex sæcularis, an possit cognoscere de contractu simulato in fraudem vsuratum nu.134.

Iudex sæcularis cognoscit de vsuris compensatiuis, & restauratiuis.nu.135.& de restituendis vsuris.ibid.

Quæstio, an cõtractus sit vsurarius an decidi possit ex legibus cuilibus.n.136.

Vsuraria causa, an possit in laicũ compromitti n.138.

Quæstio. IIII.

Quo iure prohibeantur reditus. vsurarij.

1 REditus vsurarij prohibentur. Primo naturali iure, id est æquitate, & ratione naturali communi, quæ nos docet ne alteri faciamus quod nobis fieri nolumus, hanc legem naturali

2 ter omnibus inditam esse velut librũ in corde scriptum ostendit Imperator Alex. Sæuerus, qui authore Ælio, Lampridio clamabat sæpius, & quotics aliquem castigabat per præconẽ dici iubebat (*quod tibi fieri non vis alteri ne feceris*) quam sententiam dilexit adeo, vt eam haberet pro foribus scriptam, quasi totius vitæ, & politiæ normam, & eam veluti naturalem regulam passim ore proprio pronunciabat, vt scribit Petrus Mexia in eius vita.c.2.col.3. dicẽs illam accepisse ex christianorum doctrina, & cõmunicatione, quod etiam commemorat Pinelus in rub. de rescind. vend. 1.p.c.1.n.21.

Hanc regulam ius naturale vocauit Gracianus in princip. decreti. dist. 1. dicens, *ius naturale est, quod in lege euangelica continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi non vult fieri*, quod etiam docet Euangelium Matthæi.7.& Lucæ.6. *prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter singuli*, & eadem. l. naturali, id est æquitate & ratione naturali

turali furtum prohiberi dixit tex.l.1. ff.de furtis,quamuis glos.ibi aliter interpretetur quam reprehendit Pinelus vbi supra.

Cum autem creditor mutuat sub vsuris, non facit quod sibi fieri vult, si enim ipse pecunia indigeret,nollet illam sub vsuris mutuari sibi,sed gratis,ergo reditus vsurarius est contra illam rationem naturalem, quæ dictat,quod tibi non vis,alteri ne feceris.Hanc sententiam alijs rationibus comprobarunt post D.Thom.2.2.q. 78.art.3.Gabriel.in.4.dis.15.q.2. Conradus de contractibus. q.22. Couarr. lib.3.variarum.c.1.nume.5. Ioannes Baptist,Lupus de vsuris commentario.1.§.3.num.20.cum seqq.Villaguta de vsuris.q.3.

3 Iure quoque gentium prohiberi reditum vsurarium,probatur ex tex. in.§.ius autem ciuile,vers.quod vero instituta de iure naturali gentium & ciuili vbi habetur,(*quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit id apud omnes populos peræque custoditur.vocaturque ius gentium,quasi quo iure omnes gentes vtuntur,*) sed naturalis ratio dictat,vsurarium reditum improbum esse,&ob id apud omnes gentes damnatum,igitur iure gentiū prohibitus censeri debet.

4 Iure diuino reditum vsurarium prohiberi constat. Exod.capit.22. *si pecuniam mutuatam dederis populo meo pauperi,qui habitat tecum,non vrgebis eum,quasi exactor,nec vsuras oppones.* Leuiticic.25. *pecuniam tuam non dabis ad vsuram.* Deuteronomij.23. *non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges nec quamlibet aliam rem,&* ibi *fratri tuo absque vsura id quod indiget commodabis,* vel secundum aliam trãslationem, *ne mox sum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ, aut fœnore alicuius esculentissimæ fœnore cuiuscunque rei,quæ mordere possit alienum mordebis fœnore.fratrem autem tuum non mordebis,* vt *feliciter & fortunate te Dominus.*) Quod autem text.dicit.*alienum mordebis*,aliqui intellexerũt,vt nec præciperé,nec permittere videatur,sed hoc innuere,& significare,quod siquem vsuris opprimas,iam non tractas,vt fratrem,nec officium proximo debitum impendis,sed pro extraneo habes, vel pro hoste,& ita intelligunt text.in.c.fi. 14.q.4.dum inquit,*abillo exige vsuram,cui merito nocere desideras*;quasi dicat,sicut nulli nocere debes, sic a nullo debes petere vsuras,prout explicat,gl.ibi verum sensus ille recte accommodari non potest tex.Deuteronomij,& eius literam violat,teste Villaguta de vsuris.q.4. notabili.1. vbi dentec,quod dissimulatione quarundam permissionum illa vsurarũ origa alicnos processit,ad maius malum vitandum,ne ob Iudæorum auaritiam fœnerius inter se ipsos exercerent,Hebræi sed in extraneos, vt è duobus malis minus malum tolleretur,quam ut aliquando meretrices non ex filiabus Israel tollerabantur, ad vitanda adulteria; Deuteronomij.23.vers.17. *non erit meretrix de filiabus Israel*,quem sensum asserit,communiter a Theologis & Canonistis receptum esse,a diũ intellectum vide per Azebedum in l.1.tit.69.tit.6.lib.8.recop.

Probatur præterea hæc reditus vsurarij prohibitio.Luc.6.ibi,*mutuum date, nihil inde sperantes*,quẽ tex.in hũc sensum,vt iure diuino,& euãgelico, sit reditus vsurarius,sub mortalis culpæ reatu,prohibitus,ecclesia Catholica interpretatur in c.cõsuluit.eo.quia in omnib⁹.c.super eo de vsuris,vt docet Couarr.lib.3.variarum.2.cap. 1.numero.5.in fine. Perez.in rubrica.titulo.2.lib.8.ordinamen.pag.24. Soto de iustitia & iure,lib.6.quæstione.1.articulo.1.pagin.470. quamuis

contendat id non probari ex Lucæ Euangelio, quod etiam voluit Alciatus, Parergon, lib. 6. cap. 20. sed cum interpretatio illa ab ipsa ecclesia, spiritus sancti dictamine fuerit recepta contrarium pertinaci animo asserere, hæreticum esset, vt ex Castro, & alijs scripsit Ioannes Bapt. Lupus commentario. 1. §. 3. numero. 33. de vsuris.

5 Lege vero Pontificia reditum vsurarium prohiberi, nemo est qui nesciat. cap. quia in omnibus. cap. super eo. cap. cum tu de vsuris Clemẽtina. 1. eodem & vndecim pœnas iure canonico constitutas aduersus vsurarios refert. Silb. in summa verbo vsura. 9. sequitur Soto vbi supra articulo. 1. ad fin. alias quoque congerunt Carrotius in tractatu de locato in rubrica de vsuris quæstione, 13. Lancelotus in institutionibus canon. tit. de vsuris. §. 1.

6 Iure Regio Hispanorum vsurarij reditus damnantur. l. 9. tit. 13. par. 1. l. 4. tit. 6. part. 7. l. 1. cum sequentibus tit. 6. lib. 8. Recopilationis Couarru. lib. 3. variarum. cap. 3. numero. 2. & hodie apud Italos damnari testatur Maranta in practica. 6. p. capite de Inquisitione à numero. 110. Menoc. de arbitrarijs casu. 398. numero. 45. Apud Gallos prohibiti scripsit Copinus de domanio Franciæ libro. 2. cap. 6. in fine eundem reditum vsurarium Græci & Persæ plurimum ab

7 horruerunt, nec secus, ac cauponandi quæstum existimarunt grauem intollerabilemque pauperibus, vt ex Apiano refert Ioannes Baptista de vsuris commentario. 1. §. 3. numero. 60.

8 Et quamuis apud veteres Athenienses, erat vsura centesima, quam drachmalem vocabant à peculiari suo more drachmas menstruas in singulas minas fœnoris nomine pendendi, vt ex Demosthene tradit Budæus d. lib. 1. asis. Mina autem apud Græcos centum drachmas valebat, & cũ Græci facilioris, & commodioris doctrinæ causa summam sortis ad minam redegissent. Hinc centesima vsura drachmalis dicebatur, id est, cum pars centesima sortis singulis mẽsibus pendebatur, vt explicat Pra-

9 reius in suo Lexico iuris verbo vsura centesima. Ex quo improbabis glos. in. c. quoniã multi. 47. dist. verbo centesimas, quæ dicebat centesimam vsuram esse, quæ in anno sortem adæquaret, & idem dixit glo. in. c. inter dilectos de excessibus prælatorũ ver. vndecim, de quo errore aduertunt Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gl. 6. num. 18.

10 Cou. lib. 3. var. c. 9. nu. 6. Villaguta de vsuris q. 7. n. 4. Verum apud Athenienses centesima vsura licet legibus permissa, sordida, & probosa habebatur, vnde verisimile est, nullomodo lege communi fuisse permissam, vltra centesimam, licet aliqui abuterentur.

11 Quod autem sub tempore Constantini Magni quidã negotiatores exercebant vsuras terrestres, nedũ centesimas, sed hemiolias, seu sesquicentesimas, erat legum transgressio, & abusus merito damnatus in Nicena sinodo, vt habetur. d. c. quoniã multi. 47. dist. vbi verba illa, *hemiolia & sesquipla* (quæ idem significabant) debent intelligi de sesquicentesima vsura, quã uis D. Thom. in tractatu de vsuris. c. 2 in fine, exponat illa verba pro vsura quæ dimidiã sortis parit in anno, sortique æquatur in biẽnio, & sic esset plusquã quadruplicata centesima, & prodigiosum videtur, & non admittunt verba illius text. nam verbum *hemiolia*, idem est quod totum semel, & rursus dimidiũ totius, latine secundum Ciceronẽ dicitur sesquipla, seu sesqui altera, idem ex Gellio, tradit Calepinus, ver. hemiolus.

Igitur

12 Igitur, vt cyronibus morem geram centesimam, seu drachmalem vsuram dicimus cum pro centum aureis, singulis annis duodecim pendantur, hemiolian vero, seu sesquiplam cum pro centum aureis singulis annis decem & octo solvuntur.

13 Cæterum Romanis legibus numquam fuit communiter licita vsura maior centesima, vt docet Nauar. capit. 1. 14. quæstione 3. numero 14. vnde Iuris Consultus in l. qui sine de negotijs gest. vocat hanc vsuram maximam, & Vlpianus in l. tutor qui repertorium. § idem solebat de administratione tutorum, vocat grauissimam. Verum est, quod ante l. 14 eos. C. de vsuris licebat de iure stipulari paulo supra centesimam, intra modum tamen, & ante Iustinianum, leges Romanæ duplicem centesimam infligebant debitoribus condemnatis, & post quadrimestre tempus non solventibus, vt probat text. in l. 2. C. de vsuris rei iudicatæ, quod ibi moderatum fuit ad illi tertiam duo tantum, (vsuras enim non inueni) speciales & singulares casus, vnus in vsura connexionali, alter in mutuo legali, & in vtroque videbatur subesse causa & specialis ratio excludens odium vsurarum, non vsurum, proprie & stricte sumptarum, quia in quibus eam creditor sortis periculum suscipiebat, secundo casu, debitor gratiosa legis beneficio in dutiarum quadrimestrium, abusus fuerat, quare iustum videbatur legum latoribus tantam contumaciam mora & inobedientiam grauiter punire, & sic vetus illa & singularissima duplex centesima non erat simplex, sed pœnalis vsura, & ad hunc vtramque, licet illam compensatoriam, hanc pœnalem vsuram reduxit Iustinianus ad centesimam.

15 Cæterum apud antiquissimos Romanos nullus erat vsurarum modus, nulla permissio, sed publica execratio, & punitio, vt constat testimonio prisci Catonis maioris in libro de re rustica in principio dicentis maiores nostri sic habuere, & ita in legibus posuere furem duplici condemnari, feneratorem quadruplo, adeo peiorem existimabant feneratorem, quam furem, idem censuit D. Augustin. in capit. quid dicam. 14. quæstione. 4. Vnde Cato ipse fenus comparabat homicidio, interrogatus enim (secundum Ciceronem officiorum lib. 2. in fine) quæ esset optima ratio parandæ rei familiaris, cum de agricultura respondisset, & alius interrogasset de vsuris, quid esset in quit hominem occidere: quod etiam tradit ex Plutarcho, & Herasmo Menochio lib. 2. de arbitr. casu. 398. in principio. Tempore autem procedente dum simul cum imperio, & diuitijs cupiditas, & luxus, opposita virtutibus augerentur, cæperunt alij dare, alij fœnus accipere. Hinc vt refert Tacitus lib. 5. annalium, vetus vbi fenebre malum, & seditionum discordiarumque creberrima causa, & primum quidem, vt ait Tacitus ibi lib. 5. cum fœneratores magna licentia pro arbitrio fœnerarent, legibus duodecim tabularum cautum est ne quis vncias fœnore (hoc est, quod centesimo demum anno sortem æquat) amplius exercet, mox tribunitia rogatione, ad semuncias redactum (hoc est dimidio minus, quo inducentis annis sortem æquat) idem Livius lib. 7. ab vrbe condita, & vt refert Alexand. ab Alexandro lib. 1. dierum genialium auctum est fœnus à semiuncia ad semissem, & sic indecuplum, mox ad trientem redactum demum legem Genucius tribunus plebis tulit ad populum ne vllo mo

do fœnerari liceret. Ex quibus videre poteris inconstantiam politiæ legumque Romanarum, plurima apud illos animose & ambitiose, sed inaniter, & sine effectu statuta. Illud vero satis constat apud Romanos, diuitum fœneratorum crudelitatem in plebem, & tenuiores impotentes, etiam aduersus leges & Prætores desæuisse, plurimasque seditiones excitasse, vt enim tradit Apianus, lib. 1. belli ciuilis Aselium Prætorem eis
19 aduersantem, in medio foro interfecerunt, quod facinus nec Senatus vindicare valuit. Quin prima illa plebis
20 a patribus secessio, anno, ab exactis Regibus decimo septimo de quo Pompo. l. 2. §. ijsdem temporibus, & ibi Zasius de origine iur. facta est, vt gente plebem fœneratorum crudelitate, qui debitores liberos homines. & concives propter vsuras obligatos prehendebãt, corpora videlicet, in seruitutem quo adsolutum esset prehendendo, nec hoc multis sufficiebat, nisi verberibus, & stupris innexos, qui non erant soluendo ab
21 uterentur. Tandem plebs sæpe conquesta diu delusa cum amplius pati nequiret in sacrum montem transAnionem (Siccinio authore) secessit post modum autem nexus ille (hoc est personæ captio, & abductio in seruitium, & ad operandum) vetitus est, idem prius apud Athenienses, Solon lege cauerat, ne videlicet corpora pro debitis pignori darentur, vt tradit Plutarchus in eius vita & lib. de vitanda vsura.

22 Non fuit igitur apud Romanos certus, & constans vsurarum modus vsque ad Iustinianum, qui certos & perpetuos fines constituit, in l. cos C. de vsuris, sed ante pro temporum, & locorum varia consuetudine, vel constitutione, modo grauioribus, modo leuioribus, fœnerabantur, semper tamen infra centesimam exceptis traiectitijs negotiationibus, vt patet: l. idemque. ff. mandati. l. tutor. qui repertorium. §. ex cæteris causis de administratione tutorum. l. 1. de vsu-
23 ris. Magistratus autem Romani (licet vsuras non omnino, vt oportebat prohibuissent) non solum præcæteris vicinis nationibus fœnus cohibebant, & leuiores vsuras tollerabant, sed insuper triplicem moderationẽ vsurarum inuenerunt. Primo vsurarum vsuras vetuerunt. Secundo non permisserunt passim centisimam, sed leuiores vsuras partim quibusdã constitutionibus, partim consuetudine, cuiusque Regionis. Quem modũ, nec pœnæ quidem nomine, nec alio colore fraudare voluerunt. Tertio vetuerunt exigi vltra duplum, in quo inest simplum, vt videlicet post quam vsuræ semel ad quantitatem sortis ascenderint, nequeant amplius currere, nec exigi, hæc tria ante Iustinia. statuta erant, sed minus plene: Iustinianus autem plenius, & circunspectius vsuris modum imposuerat. Circa primam moderationem, adhuc Ciceronis tempore vulgo exigebantur vsurarum vsuræ, & cum is Ciliciam administraret, eas permisit, etiam centisimarum vsurarum centisimas vsuras: non tamen in singulos menses, siue immediate à fine cuiuslibet mensis, nec in singulos trimestres, aut semestres, sed demum in singulos annos, scilicet casu quo debitor per annum integrum in solu-
24 uẽdis vsuris menstruis cessasset. Hãc Cicero vocabat fœnoris renouationem, vt patet lib. 6. epistola ad Athicnm epist. 1. 3. & 4. & lib. 5. epist. 21. aptissime vocauit annatocismum, vbi impudentiæ arguit Scaptium qui centisimis cum annatocismo, eoque anniuersario, id est in singulos annos renouando, contentus
25 non

non esset. Postea Principes Romani vsurarum vsuras generaliter, & omnino prohibuerunt, imposita pœna infamiæ ipsas exigentibus, vt probat tex. in l. improbum fœnus. C. ex quibus causis infamia, & in l. placuit de vsuris in l. si non sortem de cõdictione indebiti. l. præses de re iudicata. Similiter fructuum vsuras peti non posse constituerunt, l. nec eorum de vsuris Afflictus decisione. 291. num. 3. Hoctomanus de vsuris lib. 1. cap. 3 Sed quia ingeniosa est auaritia, hoc fœneratores interpretabantur, quando quis vsurarum vsuras per se, id est, tanquam de alia noua sorte separata à principali, stipularetur, vt tunc procederet legis prohibitio, quia noua hæc fors retineret nomen & originem meræ vsuræ, secus vero quando vsuræ in sortem principalem redigerentur, & deinceps totius summæ vsuræ stipularentur, fieretque verus annatocismus quasi tunc non essent vsurarum vsuræ, de quibus illa noua constitutio, sed vsuræ totius, & vnius sortis principalis renouatæ, seu ductæ, saltim quando hoc non fiebat à principio, sed in singulis terminis, noua pactione, quasi nouum esset mutuum summæ tunc debitæ, & exigibilis, veluti breui manu exactæ, & iterum mutuatæ, seu fœneratæ, huic fraudi occurrit Iustinianus, in l. fin. C. de vsuris vbi in vniuersum aboleuit vsurarum vsuras, siue præteriti, siue futuri temporis, siue in sortem redactarum, siue non siue vna ab initio, siue singulis terminis repetita noua stipulatione fœneratoria, & sanxit nullas omnino posse vsuras accedere, nisi pro rata primæ, & antiquæ sortis dũtaxat, & sic omnis radicitus sublatus est annatocismus, id est, singulorum annorum fœnoris renouatio, vt vsuræ vsurarum debeantur, ita enim interpretatur Prateius in Lexico iuris verbo annatocismus. Iustinianus autem in l. fin. in principio. C. de vsuris rei iudicatę, prædictam sanctionẽ extendit ad vsuras legales, & post nouationem necessariam, puta debitore in certam summam, tam pro sorte quam pro vsuris condemnato, & iudicatum detrectante vltra quatuor menses induciarum ei à lege gratis & sine aliquibus vsuris concessarum. Quamuis esset facta legalis nouatio totius debiti, & summæ, & iustum videretur debitorem contumacem legis beneficio abusum vsuris totius summæ nouatæ, deinceps mulctari: tamen vt penitus aboleretur annatocismus, & ei nullus alicuius iustæ causæ prætextu relinqueretur locus, censuit Imperator legales has, & punitorias vsuras, pro rata vetetis tantum sortis currere, & vetuit exigi vllas vsuras quantulascunque pro conflato ex veteribus vsuris incremento, etiam à debitoris, necdum priuato creditore, sed etiam magistratui contumacibus. Adeo enim annatocismũ exosum habuit. Et sic etiam legales vsuras rei iudicatæ dupliciter est moderatus. Primo duplicem concessumam ad simplicem reduxit Iustinianus. l. eos. C. de vsuris rei iudicatæ. Secũdo omnem etiam hic abolendo annatocismum. l. fin. in principio eodem tit. C. huius annatocismi licet non adeò exactæ explicauerit, meminit Cou. lib. 3. variarum resolutionum. cap. 1. num. 5.

24 25 26

27 Non tamen putauerim vsuras vsurarum quamuis prohibitas per leges ciuiles ipso iure infamare iuxta. l. improbum fœnus. C, debis qui notantur infamia nisi saltim simul cum vsuris principalibus legitimũ modum excedant, ex quo accipies extensionem text. in. l. fi. C. de vsuris rei iudicatæ quo ad nullitatem actus, quo promittuntur, vsurarum vsuræ, non

autem extensio illa facta videtur,
etiam ad infamiæ pœnam ipso iure
incurrendam, nisi modus quoque le
gitimus in quantitate excedatur; vt
28 in.dict.l.improbum fenus. At vero
cum vsuræ iure canonico in quacun
que quantitate sint prohibitæ, vide
tur fœneratores indistincte, & in qua
cunque quantitate fenus exercen
tes infamia notari pro quo solet alle
gari text.in cap.inter dilectos de ex
cessibus Prælatorum, ibi (*propter in
dignitatem & vilitatem ipsius, dixi
mus vtrit andum cum personis vilibus
& indignis, portæ dignitatis patere non
debeant.*) Sed text. ille parum vrget
quia loquitur de improbo fœnore,
quod maxime excedebat centesi
mam vsuram, (quæ erat vsurarum
ciuilium maxima;) vt iam dictum
est, quod probant verba text. ibi,
*qui vndecim denarios pro duodecim mu
tuauerat in ludo* itaque pro vndecim
29 denarijs vnum pendebatur breui tẽ
pore. Centesima autem vsura est, cũ
singulis mensibus vnum pro centum
pendit ur, licet aliter, & male fuerit
interpretata gl. dicit inter dilectos ver
bo vndecim quæ centesimam inuocaba
bat illam, quæ fert in anno ad æqua
batur, quod falsum esse patet ex his
quæ supra diximus in hac quæstione.
30 Nec etiam conuincitur vsurarios in
distincte infamia notari, secundum
ius canonicum ex cap. infames. & §.
porro. 3. quæstione 7. quia ibi tantum
referuntur verba text. d.l. improbum
fenus, & secundum eiusdem legis
dispositionem, videbatur intelligen
dus §. ille porro. Hæc tamen senten
tia admittenda est, quia cum leges
ciuiles improbum fœnus exercentes
afficerent infamia, & naturali, & ca
nonico iure vsuræ indistincte in qua
cunque, vel minima quantitate im
maximam Reipub. vtilitatem repro
bentur, oportet, vt leges in hac re sub

seruiant apud Christianos Pontifi
ciæ dispositioni, & prohibitioni, pro
vt Hispanorum iure constitutum est
in l. fin. tit. 6. libro 8. Recopilationis ibi,
*Y demas que el tal vsurario, o logrero
que de y, sinque inhabil e infame perpe
tuamente*, & ita post Salicet. & alios
in d.l. improbum fœnus vbi cõmunẽ
testatur Salicetus ipse resoluit Ma
tesilanus, & alij, quos refert & sequi
tur Couarr. lib. 3. variarum. cap. 3. nu.
2. vers. solet tamen controuerti, Di
dacus Perez in Rub. tit. 2. lib. 8. ordi
namenti, vers. restat vt videamus, qui
bus pœnis Greg. in l. 4. tit. 6. part. 6.
in glos. verbo, *Vsurarios*, vbi dicit post
Bald. vsurarios etiam post peractam
pœnitentiam, & vsurarum restitutio
nem, manere infames, ex quo infert
ad materiam text. in l. fratris. C. de
inofficioso testamento, & ad alia v

31 Secundam vero principalem mo
derationem centesimæ vsuræ, varie
minus tamen perfecte per constitu
tiones, & locorum consuetudines in
choatam Iustinianus plenissime, ve
dictum est, absoluit, vt in d.l. eos. C.
de vsuris, de qua infra eadem quæ
stione.

32 Circa tertiam moderationem cõ
stat ante Iustinianum principalibus
constitutionibus vsuras supra duplũ
exigi non posse, vt probat text. in d. si
non sortem in princip. vers. supra du
plũ de condictione indebiti. l. vsuræ
C. de vsuris, quam moderationem
l. C. etiam in nauticis negotiatio
nibus acceperunt. l. nihil interest,
vers. quod in singulos de nauti. fœno
re, & hæc erat magna & insignis mo
deratio, præsertim in nautico fœno
re, vt patet re ipsa, & hanc modera
tionem dupli, ad id quod interest ex
tendit Iustinianus, in d. l. C. de sente
tijs, quæ pro eo quod interest. Vnde
si fundum mihi centum aureis vendi
disti, habita de pretio fide, ego non

solui

solui,sed interim fundum per triginta annos possedi; tu agis ad id quod tua interest,probasque quod singulis annis prædicto pretio soluto potuisses septem super lucrari,atque ita vltra pretium ducenta decem, ratione interesse petis,non obtinebis, nisi in ducentis tantum: non enim potest interesse simul cum sorte duplum excedere,vt notat Aleiatus lib.6.Parergon.c.15.tamen ante Iustinia.induobus fuerat diminuta dupli moderatio.Primo, quia non habebat locum quando creditori fuerant data pignori,quod intelligitur quando erant ei tradita pignora, necdum pro sorte,sed etiam nominatim pro vsuris, l.per retentionem.C.eodem, quia tunc vsuræ semper currebant, etiam vltra duplum ad eum effectũ, quod etiam si creditor non habuisset actionem pro vsuris excedentibus duplũ, habebat saltim exceptionem, & retentionem pignoris. Nec istud carebat ciuili saltem commentitia ratione stante.l.vsuræ.C.eodem quia creditor habens pignus penes se videbatur potencialiter, & virtualiter habere,& quasi ipsi sibi soluere,& percipere omnes quantascunque currẽtes vsuras vsque ad valorem pignoris,& sic ciuili quadam fictione dici poterat,quod omnes præteritæ vsuræ vsque ad concurrentiam valoris pignorum a creditore possessorum censerentur perceptæ,vel solutæ,& consequenter non deberent computari induplo per d.l.vsuræ,sed istud durũ erat,& iniquum,inuitabantur enim creditores ad non mutuandum, nisi acceptis pignoribus,& lex magis faucbat duro, quam benigno fænerato ũ,patebatque via,qua posset immensum fœnus vltra triplum, vel etiam sesquiplum excurrere, & tandem omnia accepta pignora absorpere; vtq; illis per vsuras absortis noua exigerẽ

§ 3

tur pignora,pro infinita continuatione,& multiplicatione aliarum futurarum vsurarũ eiusdem sortis ne rursus propter pignora pro præteritis vsuris exigerentur,quare Iustin.emẽdauit.l.penultima.C.de vsuris vbi vetuit duplum excedi in vsuris, etiam si creditores pignoribus captis sibi cauissent. Secũdo diminuta erat moderatio dupli in hoc quod in dupli cumulo non veniebant, nec computabantur vsuræ iam solutæ,sed debitæ, & soluendæ,dum taxat.l.vsuræ C.de vsuris itaque vtile erat reliquatorẽ esse,& melioris conditionis erat debitor non soluens soluente,fruſtrator vel litigator verecundo,& fidem seruante, sic è contrario, melioris erat conditionis rigidus, & aceruus exactor, qui nulli termino pepercisset, quam benignus creditor, quod erat iniquum,& semper diligenter appellando poterat fœnus in infinitũ multiplicari,& sic liberum erat fœneratoribus duplum excedere, ad q.1.Iustinian.nec in.2.sui.C.emendatione animaduertit,donec querella, ad sedelata & re perspecta, districte sanxit omnes indistincte, etiam solutas vsuras duplo imputari,vt in nouella constitutione.121. cuius epithome reperitur in constitutione.138. vbi non deest(vt existimat Holoander) noua constitutio, sed cum librarij, errore dicta constitutio.121.bis in eodem libro scripta fuisset errore detecto, quæ superflue scripta erat, non fuit penitus inducta,sed relicta epichome,ne receptus iam numerorum ordo perturbaretur vnde.d.l.vsuræ.C.de vsuris est penitus correcta,quæ etiam post tempora Iustini. non videtur intellecta,vsque ad tempora Budæi, qui in annerationibus ad.lib.ff.ad.l.Iul.maiestati, præposteram.glo. & Doctorũ peruersionem detexit, & verum intellectum tetigit,

gir, sed cum non esset exercitatus in iure putabat in hoc duplo non inesse simplum, & sic posse vsuras currere vsque ad duplum sortis, sorte nõ computata, sed secundum hoc non esset
34 vsuris præfigere metam dupli sed tripli, & intellectus Budæi, necdum est contra regulam iuris, qua regulariter duplum, triplum & similia multiplicatiua nomina includunt simplum, vt post alios tradit Auiles in c. 1. correctorum glo. in verbo setenas. num. 1. per tex. & DD. in §. quadruplum in stituta vi bonorum rapt. sed etiam cõtra tex. apertum. d. l. vsuræ quæ manifeste probat, non licere vsuras exigere vltra sortis summam. Ergo in hoc duplo continetur simplũ, & clarius paret, in d. nouella cõstitutione. 120. ad hoc videndus est Alciatus libr. 1. Parergon. c. 35. vbi tex. d. l. vsuræ legit negatiue, videlicet, *non exigantur*; ita etiam legit Holoander, quæ lectio planior est, in vulgata autem lectione deest negatiua, *non*, sed tamen idem sensus resultat.

35 Vnum casum singularem in quo vsura non potest excedere, tertiam partem sortis vide in l. iubemus in principio vers. hoc videlicet. C. de erogatione militaris annonæ lib. 12. vbi permittebatur actuario negotiari cum militibus, ita vt singulos solidos amplius quam, vnum tremissem pro quocunque temporis spacio accipere non posset, tremis autem erat tertia pars solidi, ex Budæo in. l. quia vulgo de edil. edict. Prateio in l. exiocus iuris, verbo, tremis. Actuarij vero erant actorum scriptores, siue custodes, quique ratiocinia pertractabant, ex Prateio supra verbo actuarij. Ex prædictis constat quod cum primũ vsuræ per lapsum temporis sortem æquassent, siue fuissent solutæ, siue nõ statim ipso iure desinebant currere, & si de sorte continuaretur, solutio quidquid deinceps soluebatur in sortem imputabatur, & cum iterũ summam sortem, & sic eius duplum æquassent, ipso iure liberabatur debitor, & à sorte, & ab vsuris. Idem si postquam supra sortis quantitatem computando à prima solutione solui cepissent, debitor sortis residuum representare & offerre vellet, vt probatur in. d. cõstitutione. 121. in fine.

36 Illud præterea notandum est quod quamuis ante Iustinianum, esset alicui vsurarum modus, tam ex more regionis vbi gestus esset contractus, l. 1. de vsuris, quam ex constitutione Principum, l. constitutionibus sacris. C. de vsuris, tamen quia adhuc ille modus erat grauior, moderatus, & coarctatus fuit per Iustinianũ in l. cos §. 1. C. de vsuris vbi in principio, vsque ad versiculũ, *& eam quantitatẽ*, taxat vsuras, quæ ex vi stipulationis, & pacti tantum debentur, idque quadrupliciter, pro varia negotij, vel personarum qualitate, videlicet centesimas vsuras, in traiectitijs pecunijs & negotiationibus, tuentes illustribus, aut superioribus personis: besses iustis negotiatoribus, semisis promiscue cæteris hominib⁹. Secũdo loco, vers. *& eam quantitatem*, taxat vsuras quæ quocunque casu citra stipulationem vel pactum debentur, puta propter moram, & vniformiter ad rationem semissis vsuræ, vt non possit vltra exigi, etiam prætextu consuetudinis loci. Si enim de consuetudine loci debeantur minores semissibus illæ tantum peti possunt, prout alias in taxa sportularum tabellionum disponit. l. vna titu. 27. lib. 4. recop. vers. fin.

37 Est autem diligenter obseruandũ differentiam dari inter taxationem illam, quadriformem, & istam vniformem, de qua in vers. *& eam quantitatem*. Prima enim taxatio spectat, ad ipsum

ipsum negotium, seu commercium fænerandi, & contractus fænebres, qui sunt quædam negotiatio. Secunda vero taxatio incidit alij obligationi, non fænebri, & pertinet ad vsuã incidentem: in prima taxatione veniebat vsura ex sola prouisione hominis, in secunda ex legis dispositione. Prima spectabat ad tẽperãdũ lucrum fænerantium, secũda non pertinebat ad lucri moderationem, sed ad temperandam compensationem eius quod interest, propter moram fidemque non seruatam, & sic primo casu erat lucratoria & propria vsura vt probabimus infra hac quæstione. 2. vero casu magis videbatur punitoria, & etiam compensatoria & impropria. Primo casu non poterat fænerator aliud interesse consequi, etiam si vellet vsuras amittere, vel cõpẽsare: quia semel pro omni eo q̃ interest videbatur transegisse cum vsura conuenta, quãdiu vsura curreret: si enim fæneraßet vsque ad certum tempus tantum, præmonito debitore de dãno futuro si falleret, qui hac conditione acceperat, & fefellerat, ex tuncveniebat quod extrinsecus intererat. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco.

Secundo vero casu si creditor aliũ de probare poterat quãtum vere sua interesset poterat citra vsuras legitimas illud consequi. l. cum duobus alias incipit si fratres. 53. §. idem respondit. ff. pro socio.

37 Erat itaque Iustiniani moderatio constituta vsuræ lucratoriæ quæ citra pactum & prouisionem hominis nõ debebatur in mutuo. Si enim venditor re tradita stipularetur vsuras, quãdiu pretium non solueretur, posset eas stipulari vsque ad concursum valoris fructuum, etiam si vsuræ relatæ ad pretium excederent, rationem cẽtesimæ, etiam si vẽditor esset illustris (quod posset contingere si fundus magni reditus vili distraheretur) nec habebat locum taxa prædictæ. l. eos isto casu: quia hic non est vsura, sed indemnitas, & repensio eius, quod alias indebite abest. De quo dicam latius infra hoc lib. q. 7.

38 Nota etiam tribus casibus tãtum fuisse locum centesimæ vsuræ. Primus casus erat in tutore, seu negotiorum gestore pupilli, qui sua authoritate pupillarem pecuniam in proprios vsus conuertit. l. qui sine de negotijs gestis. l. tuter qui repertorium. §. pecunia. l. non existimo de administratione tutorum. l. curator. C. arbitrium tutelæ. l. 1. C. de vsuris pupillar. idem si dolo negasset se habere ad alendũ pupillum. d. l. tutor qui repertorium. §. idem solet, & iste primus casus ad huc est in viridi obseruantia (vt potè ratione iustissima fundatus) non quidem absolute respectu cotæ centesimæ, sed prout bonus & prudens iudex ex totius rei æquitate arbitrabitur, vt dicam infra hoc lib. quæst. 10.

39 Secundus casus centesimę erat in socio, qui solus necessarios sumptus fecit in refectionem domus communis, cui currunt vsuræ centesimæ expensarum à die refectionis perfectæ, vsque ad quatuor menses immediate sequentes dumtaxat, postquem terminum etiam si nihil sit solutum non currũt. l. si vt proponis. C. de ædificijs priuatis. l. cum duobus, alias incipit si fratres. 53. §. idem respondit ff. pro socio, vbi probatur socium qui communi nomine domum refecerit, ad sumptus pro tata posse agere, vel per quatuor menses expectare, intra quos si sumptus sibi pro rata nõ fuerint redditi, dominium totius domus sibi posse vendicare ad idem. l. fi. tit. 32. p. 3. de quo vide Cepolam de seruitute vrba. c. 59. Iaso. l. quo minus de flumi. num. 109. Chassaneum in cõsuetud. Burg. rub. 13. §. 1. num. 17.

quod

quod limitat laſ. vbiſupra & intelli-
ge dictos quatuor menſes currere ab
eo tempore, quo opus fuerit conſum
matum, & ſocius requiſitus, vt ſoluat
expenſas, vt probat. d.l. partitæ, & ibi
Greg. verb. *eles fuere demandado*, &
an oporteat ſociũ certiorare tempo
re refectionis, vel proteſtari ædificã
tem communi nomine reficere, &
quid in dubio præſumendum ſit, vi-
de Greg ibigloſ, verb. *faciendo ſelo ſa-
ber*: quod ſi reficiens mallet, poterat
omiſsis centeſimis quadrimeſtribus,
& vẽdicatione partis ſocij, agere ad
id quod intereſt, ex d. §. idem reſpon
dit. Hodie autem ſpecialis iſte caſus
centeſimę cum ſua pęna, & vindica
tione dominij, exoleuit, manſitque
communis pro ſocio actio in qua ha
benda eſt ratio eius quod intereſt.

40 Tertius caſus eſt centeſimæ in. l.
fin. in principio. C. de vſuris rei iud.
vbi condemnati poſt inducias qua
drimeſtres, ſortis in ſententia contẽ
tæ vſuras centeſimas pendebãt: is ca
ſus etiam exoleuit: quia condemna-
ti ſtatim rem iudicatam facere cogũ
tur, & ſententia paratam executio-
nem habet. l. poſt rem, de re iud. l. 1.
& 2. in fine. tit. 21. lib. 4. recop. His caſi
bus tribus exceptis non erat locus cẽ
teſimæ ſed ſemiſsi.

41 Circa. d.l. eos libet quærere quid
ſi mercator qui ad rationem beſſalis
vſuræ fœnerabat cederet nomen alij
non negotiãti, an poſſet ceſsionarius
beſſes vſuras exigere, vel ſemiſſes?
Nec dicas ocioſam quæſtionem &
inutilem, quia hodie ad multas quæ
ſtiones ſimiles erit neceſſaria, vt ſta-
tim videbimus. Et primo videtur, q
ſic ex regula, qui in ius alterius, de re
gulis iuris & quia omne ius & actio
omnis cedi poteſt. l. nominis in fine
C. de hæred. vel act. vend. hoc caſu
vſura beſsis eſt ius formatum, & de-
bitum ergo cedi poteſt, & beneficiũ

42 venditoris prodeſt emptori. l. empto
ri. ff. de actione, vel hæred. vendita.
Deinde initium & origo obligatio-
nis attendi debet. l. ſi procuratorem
in principio. ff. mandati. d. clam poſſi
dere in principio de acquirenda poſ
ſeſsione, & diſpoſitio perfecta non
vitiatur, licet poſtea perueniat ad ca
ſum, a quo incipere non poteſt. l. plu
ribus. §. 1. de verb. & ceſſante cauſa
non ceſſat effectus rei perfectæ, vt
per Din. in reg. factum legitime de
reg. iur. in. 6. Tiraq. de ceſſante cauſa
limitatione. 11. & 12. ſed hic obliga
tio beſsium ab initio valida & perfe
cta fuit. Igitur non vitiatur licet fene
rator deſinat, negotiari, nec ex con-
ditione ſucceſſoris ſolet obligatio
immutari. l. 2. §. ex his de verbor. His
tamen non obſtantibus in contrariũ
eſt veritas: quia ſi idem mercator de
fineret negotiari nomine non ceſ-
ſo, non poſſet beſſes exigere, idem
ergo ſi ceſsit vel hæredem reliquit
non negotiantem, nam quod merca
tor poſſet beſſes ſtipulari, priuilegiũ
erat, & ceſſante perſona, vel cauſa
priuilegij, ceſſat priuilegium. l. priui-
legia de reg. iuris, & lare Tiraq. d. tra
ctatu: & ita ſuccedebat prohibitio.
d.l. eos, ibi cæteros autem homines
dimidiam tantummodo.

Ex quo infertur ad quæſtionem
in ſenatu noſtro frequentem, an ceſ
ſionarius minoris viduæ, vel paupe-
ris, vel eius qui ſtipendia meruit a Re
ge, vel alterius priuilegiatæ perſonæ
cui fas erat ſuum debitorem in curia
Regia conuenire in prima inſtanria,
poſsit cedentis iure vti? Et videtur, q
nõ ex adductis modo contra ceſsio-
narium mercatoris, & quia ius perſo
nale cedenti competens non tran-
ſit in ceſsionarium, vt per Bal. l. per
diuerſas. C. mand. Bartol. l. ſi Titius. §.
ſiquis prius de aqua plub. Affli&tum
deciſione. 74. & ita decidit Saliceus

d.l.

d.l.per diuersas.nu.17.qui asumpsit à
43 Bald,ibi num.21.E conuerso tamen si persona non priuilegiata cedat actionem pauperi, viduæ, vel habenti priuilegium conueniendi suum debitorem in curia,magis dubitari potest,an cessionarius possit vti suo priuilegio. mouet quæstionem quia cessionarius agit iure, & actione cedentis non priuilegiati, & in eius locum succedit.vt per Riminald. cons.65. num.21.& cons.9.nume.13.Ioseph. Ludouic.tit.de cessionario conclusione vnica vers.declaro.9. Deinde quia hæc cessio videtur facta contra edictum de alienatione iudicij mutãdi causa,cui edicto locus est si alienatio fiat in duriorem aduersarium, qui reum fori diuersitate vexaturus sit.l.2.l.4.§.fi.ibi,(*item ad alium transfert, vt molestum aduersarium pro se subijciat*)ff.de alienatione iudic.mutandi causa.facit.l.30.tit.2.p.3.l.15. tit.7.eadem partita:cũ ergo hic cessionarius extrahat reum à proprio domicilio,& suo priuilegio illum in curia conueniat, merito durior aduersarius censendus erit, vt sit locus edicto.Pro quo etiam est tex.l.18.ti. 7.lib.1 Recopilat. vers.*Pero por quanto*,vbi prohibentur cessiones in Doctores vel scholasticos propter eãdẽ fori mutationem, & priuilegia ipsis competentia,vt in authentica habita.C.ne filius pro patre & per totum fere,tit.7.lib.1.Recopilation. Rebuffus de priuilegijs scholasticorum Perez.l.1.& seq.tit.10.libr.1.ordina.
44 Præterea cessionarius pauper, vel
45 minor habet restitutionis beneficiũ, (quod in forensibus cõtrouersijs magni momenti est) ff. de minoribus & C.de in integrum restitutione min. l.si procuratorem.§. ignorantes,in fi.
46 ff.mand.vbi Bartol.& ita hac ratione videtur durior aduersarius. Breuiter distinguendum videtur,aut enim cessio facta est pauperi,viduæ,vel priuilegiato in vltima testantis voluntate,aut in contractu.In testamento valet,& priuilegiatus poterit suo priuilegio debitorem cessum in curia cõuenire, quia hoc casu cessat omnis suspicio & foret impium fraudẽ præsumere incidentẽ in vltima voluntate.l.nomen.33. deleg.3.l. per diuersas.l.ab Anasthasio. C. mandati vbi glos.& DD. Secundo casu, aut interuenit fraus,& cessio admittenda nõ erit,ex.d.l.per diuersas & d.l.ab Anasthasio,est bonus tex. l.cum miles.de alienatione iudicij mutandi, cuius verba sunt. *Cum miles postulabat suo nomine litigare de possessionibus quas sibi donatas esse dicebat,responsum est si iudicij mutandi causa donatio facta fuerit,priorem dominum experiri oportere,vt rem magis quam litem,in mulierem transtulisse credatur*,ad idem.l.fi. ff.illo titul.c.fin.eodem tit. & sic reus exceptione repellet agentem cessionarium ex dictis iuribus & Odofredo Bartol.Bal.& Alberic. & Fulgos. d.l.fin.& in clerico cessionario scripsit Sahagum à Villasanctæ.d.c.fi.versic.inde etiam.At cessante fraude valeret cessio rei non litigiosę,vel actionis tit.donationis, vel quouis alio,& cessionarius posset suo vti priuilegio l.nomina.l. multum interest de hæred. vel actione vend. &.d.l. per diuersas.

Quibus autem casibus cessio præsumatur fraudulenta, ficta, vel simulata scribit optime Menoch. de præsumption.lib.3.præsumptione. 129. Anton.Gab.tit. de actione conclus. 5.inter communes,& quæ iura sint cessibilia,& quæ cedi nequeant, per Tiraquel.lib.1.retract.§.26.glos.1.2. & 3. Quod si cedens, non obstante cessione a se facta velit agere,& debitor velit eum repellere,proposita cessionis exceptione, vide.l. in causæ,

cum

cum.l.seq.l.procuratore. 55.de procurato.Osascũ decis.Pedemont. 62. vbi late.

47 Diximus vsuram cẽtesimam esse maximam vsurarum quam Iustini. approbauerit,cui conclusioni admodum aduersatur idem Iustini.in authen.nullum credentem agricolæ.§. sancimus itaque collatione.4.habetur in authen.ad hæc.C.devsuris vbi ab agricolis exigi annuatim permittit octauam modij partem in singulos modios mutuatos vsurarum nomine,quæ vsura nimis grauior est cẽtesima in qua, vt prædiximus singulis annis duodecima tantum pars sortis pendebatur.Cuius tex. difficultas insuperabilis videri poterit , si eum iudicio aduertas, quod octaua pars annua sortis excedit cẽtesimam,vna siliqua quolibet mense (quæ est.24. pars solidi,& quolibet anno excedit centesimam dimidio solido, id est duodecim siliquis. At Iustinianus,vt diximus nunquam permisit vsuram grauiorem centesima,& ad huc centesimam non permisit nisi intraiectitijs,vt.d.l.eos.C.de vsuris, non ergo est verisimile Iustinian.permisisse ab agricolis, quibus magis fauere volebat exigi centesimam, nec multo minus centesima grauiorem , qualis est illa octaua pars annua. Secundo, quia ante Iustini. centesima erat improbum fœnus extra traiectitiam, vt supra diximus igitur multo magis tẽpore Iustiniani,qui omnium Imperatorum fuit maximus vsurarum moderator.Tertio celeberrima illa Nicena Synodus circa annum domini. 324.centesimas damnauit, etiam inter negotiatores. c. quoniam multi. 47.dist.cuius decreta Iustinianus tanquam sacram scripturam complecti tur,&.approbat epistola inter claras C.de summa Trinitate,& in nouella constitutione.131,in principio igitur dicendum non est centesima grauiores vsuras eum approbasse. Quarto idem Iustini.communes vsuras ad semisses reduxit.d.l.eos igitur qui fieri potest,vt eas postea auxerit plus duplo? maxime in agricolis maiori fauore & misericordia dignis? Quinto vsura fructuum non magis excedere debet vsuræ modum,quam vsura pecuniæ ex tex.l.cum non frumentum C.de vsuris,sed Iustinia.in.d.authentica ad hæc expresse prefixit modum pecuniarum agricolæ mutuatarum vsuris,vt nequeant excedere siliquã, hoc est vigesimam quartam partem sortis, ergo coacta ratione dicendũ est eundem modum & metam vsuris fructuum constituisse. Vnde rem sæpius,& maturæ cogitanti videtur fatendum eum text' mendosum esse in vno verbo,videlicet,*octauã*. Nec dicas vim fieri literæ multis sæculis receptæ,ibi (*in vno quoque anno pro modio octauam partem modij*,) quia nulla vis fit veræ & natiuæ literæ nouellarum quam multis rationibus probauimus non sic. haberi potuisse nec vulgo receptæ literæ vim facimus,cum non propria,sed iurium & rationum authoritate ab ea receda mus. At interim prætereundum nõ est,quod Ioannes Bapt.Lupus incommentario primo de vsuris.§.3.nume. 57.dum temerarium censet violare seu potius corrigere literam illius tx. illam retinendam monet,dicens accipiendam prout iacet, & quod octaua illa pars redacta ad pecuniam nõ excedat vsuram vnius siliquæ pro solido, vult itaque Ioannes Bapt. quod octaua illa modij pars valeat ad rationem vnius siliquæ, quod nihil est, quia si octaua modij pars valet vnã siliquam consequitur modium,valere octo siliquas,& sic reincidimus in eandem difficultatem,quia in fructibus aridis agricolæ mutuatis permit

teret

teret Iustini. vsuram centesima grauiorem, cum in pecunijs eidem creditis leuissimam permisserit ad rationem vnius annui, in. 24. & secũdum eundem Ioan. Bapt. in vtrisque debuit vsura pariformiter limitari.

Ex quibus ad notare licet quinq; 49 singularia, quæ alibi non inuenies; primum de fœnore annuo à iure introducto, & approbato, in prædicta nouella, & authent. ad hæc, licet aliæ Romanæ ll. non meminerint, nisi menstrui fœnoris, videlicet centesimæ, & eius partium, ex quo conijcio fœneratores post. d. l. eos cepisse non iam in menses, sed in annos fœnerari, vt eo forsam colore vsurarum metas transgrederentur. Nec refert q̃ in nouella. 160. fiat etiam mentio fœnoris annui, ibi enim non agitur de proprio fœnore in quo fors saltẽ post congruum tempus, quo frui licuit exigi potest cum vsuris, prout loquitur. d. Auth. ad hæc, sed agitur de reditu pecuniæ constituto in quo fors est alienata, nec repeti vnquam potest per creditorem à debitore, licet debitor cum voluerit, & sibi expedierit, possit redimere prout in reditibus nostri temporis. Vnde licet hic contractus sit quædam species fœnoris negotiatiui, vt diximus supra hoc lib. quæst. 1. tamen proprie & strictæ non est vsura, nec fœnus, sed emptio reditus redimibilis, vt est casus. d. nouella. 160. Et prædictam auth. ad hęc intelliges in vsuris ex agricolarum pacto debitis, secus in his quæ ex dispositione legis incidenter veniebant, vnde si agricola emisset, & accepisset fundum, vel boues, & differret soluere pretium, tenebatur ad vsuras legales quæ erant semisses, nisi ex consuetudine regionis minores essent. d. l. eos. §. eamquantitatem & eodem modo licebat de eisdem indicto, vel simili casu pacisci, & hoc casu cessabat in agricolis primum caput. d. authenticæ non tamen secundum de prohibita antichresi. itaque secundũ singulare est, quòd communes vsuræ prædictæ l. eos reductæ ad besses, vel semisses nouissime per Iustini. in agricolis, & eorum fauore fere ad trientes reducuntur. Trientes enim in 25. annis sortem æquant, vsuræ autem ab agricolis ex pacto debitæ in 24. annis. Colligetertiũ singulare, quia quamuis antichresis esset permissa per tx. l. si ea lege. l. si ea pactione C. de vsuris prohibetur tamen in cõtractu fœneratitio cũ agricolis celebrato. d. auth. ad hæc. Quartum singulare, quia quamuis de iure ciuili fœneratori excedenti iuris metas, non esset imposita sortis amittendæ pœna, sed solum excessus rescindebatur cũ infamiæ nota improbo fœneratori tantum. l. placuit. ff. de vsuris. l. cum allegas. C. eodem. l. improbum fœnus C. de his qui notantur infamia. tamẽ mutuans agricolæ sub vsuris grauioribus quam ad rationem vnius annui in 24. vel sub antichresi sortis, & vsurarum amissione mulctabatur ex. d. authenth. Quintum singulare est, 53 quod in hoc casu vsuræ modus metitur expersona, & qualitate debitoris, quod intelligendum est ad restringendum non autem ad augendum vllo casu. Vnde illustri personæ non licebat agricolæ fœnerari ad rationẽ vnius annui in 24. si tamẽ hoc fecisset, modo nõ excessisset etiam rationem, non incidebat in pœnam nouellæ cõstitutionis, ob tam modicum excessum, sed fiebat reductio ad rationem vnius annui in 25. quæ erat ratio trientalis vsuræ illustribus permissæ. d. l. eos.

Ex prædictis infertur ad quæstionem 54 satis cõtrouersam, an vsurarius reditus lucratorius fuerit ciuili iure prohibitus, etenim Digestorum iure

constat fuisse permissum lucrum fœneratitium d.l. placuit. ff. de vsuris idem iure C. d. l. eos C. eodem titul. glo. in auth. ad hæc. C. eodem verbo cadat, tenuit vsuras iure authẽticorũ fuisse prohibitas idem glos. cap. quid dicam. 14. quæstione. 4. dicit communem Abb. cap. cum sit de foro comp. numero. 18. cum qua opinione transijt Nauarr. in man. cap. 17. numero. 208. & ab ea non esse recedendum asserit Iulius Clarus. §. vsura. numero 4. sequitur dicens communem Gutier. de iuramento 1. parte. c. 2. num. 2. Fortun. Garcia de vltimo fine iuris num. 97. per Concil. Nicenum. cap. quoniam. 47. distinctione, istudque Concil. seruare iussit Iustinianus in authen. de ecclesiasticis titulis in principio. igitur authenticorum iure prohibitæ sunt vsuræ, nam lex relata continetur in referente. l. esse toto, & ibi nota. de hæred. instituend. sed istud argumentũ facile vitari potest, quia licet Iustini. Concilium Nicenum admiserit, non expresse reprobauit vsuras, tacita vero reprobatio, siqua ex eo deducitur, non poterat expressis legibus & constitutionibus Iustiniani vsuras approbantibus derogare, ex notatis in. l. 1. de offi. eius cui mandata est iurisdictio, & quia expressa legis dispositio facit cessare tacitam resultantem ex admissione Concilij, vt notatur in. l. 2. C. de cõd. insertis Pariſ. Moder. in consuetud. Pariſ. 1. p. §. 22. quæstione. 10. numer. 50. in fine, nec argumentum à contrario sensu admittitur ad iuris correctionẽ. l. fin. §. filius autem. C. de bonis, quæ lib. Molina de primoge. lib. 3. c. 5. n. 34.

Alijs verius videtur. ll. ciuiles non prohibuisse vsuras, nec approbasse, imo permisisse vsuratios nullis plectẽdo pœnis, nec tamẽ ita fuisse permissas, vt qui promitterent, soluere cogerentur, ita Soto de iustitia & iure. lib. 6. quæst. 1. pag. 575. col. 1. allegat. l. 3. C. de vsuris, Sed tex. ille loquitur de vsuris in contractu stricti iuris nudo pacto promissi, quarum exactionem denegari mirum non est, quia ex nudo pacto ciuili iure non dabatur actio. l. iuris gentium. §. sed cum nulla. de pact. si vero vsuræ stipulatione promitterentur ciuili iure in iudicio exigi poterant. d. lecta in fin. vbi Doctores si cert. pet. per Bero. in rubr. de vsuris in decretalibus. nu. 79. imò etiam nudo pacto promissæ vsuræ in contractu bonæ fidei exigi poterant. l. idemque. §. siquis Titio. l. qui negotia. ff. mandati, de quo infra hoc li. q. 11. Ego arbitror vsuras, nec ciuili nec authenticorũ iure fuisse prohibitas, sed permissas, non vt licitas, sed vt non punibiles in foro fori, q etiam sensit Pardulphus Prateius in suo iuris Lexico ver. vsuris, Bero. d. rubr. de vsuris. num. 80. & seqq. Villagata plures referens tractat de vsuris. quæs. 7. num. 12. cum seqq. leges autem vsuras approbantes improbas, & iuri naturali, ac diuino contrarias existimo, easque nullas esse, & earum conditores excommunicatos declarat text. in Clem. 1. de vsuris in principio.

55 Sed quæritur an vsuræ saltim moderatæ secundum Iustin. in. l. eos. C. de vsuris exigi possint in foro conscientiæ. Nec dicas hãc quæstionem ociosam, aut saltem alienę, videlicet Theologicæ professionis: quoniã iuris prudentia diuinarum rerũ notitia, iusti atque iniusti scientia est. l. iustitia de iust. & iur. ex. in princ. inst. eod. & quamuis aliqui verba illa, *diuinarum rerum notitia*, referã ad veterem Romanorum paganismum, & profanos religionis ritus, & sacra ab hominibus inuenta, ea interpretatio non cõuenit menti, & religioni Iustiniani, qui suis legib. paganicas religiones,

56

& ritus

& ritus damnat.C. de paganis, & sacrificijs.C.de Iudæis,& cælicolis, profiteturque veram religionem aqua suum exorditur codicem; vt. C. de summa Trini.& fide Catholica: ergo verbum *diuinarum rerum* quo Iustin. vtitur.d.principio inst.de iust.& iure, de lege diuina intelligendum est,ni fi mauis interpretari cum Misingerio.§.iuris prudentia inst.de iust.& iure *diuinarum rerum notitiam* dici nostram iuris prudentiam non quatenus euangelium diuinam notitiam tradit,sed quatenus inter homines externis ritibus tractantur res diuinæ.Præterea.I.C.munus est, æquum ab iniquo separare licitum ab illicito discernere.l.1.ff.de iust.& iure, & secundum Aristot.lib.1.Æthicorum cap.13.*Ciuilis scientia hoc vult, hoc expectat, & ciues bonos efficere, & obedientes legibus.* Vnde si credimus Alciato,in oratione habita Auinione in laudem iuris ciuilis, non in curia iuris consulti Theologi appellantur, qui iustitiam collunt, qui diuina studia profitentur, qui vt pietate maxima superi collantur introduxerunt, & primo Iosuæ iubet Dominus omnẽ Reipub.Rectorem exemplar diuinæ legis habere,in eoque legere omnibus diebus vitæ suæ,vt discat in timore Dei legem eius custodire, & facere,nec ad dexteram, nec ad sinistrã declinare. Cum autem iuris ciuilis professores Reip.Rectores, & Gubernatores appellet Iustin.in proœmio. ff.veteris in fin.& in proœmio institutionum.§.fi.nõ immerito dixerimus Dei præcepto ipsis diuinæ.l.notitiã necessariam, & iniunctam esse longe igitur maius quid est iuris prudentem esse quam vulgo putant.

57 Vnde recte inquit Oroscius post Budæ.in.l.iuris prudentia.n.5.de iust. & iure:Caue pragmaticæ tãtum, qui es,proclamator formularius, ne iuris consulti nomẽ vsurpes:merito enim iuris sacerdos non est nisi qui encyclopẽdiam(id est omnium artium & disciplinarum perfectam scientiam) absoluit.

58 Aduerte tamen q; I. C. in.d.l.iustitiam non dixit iurisprudentiam esse diuinarum,& humanarum rerũ scientiam,sed notitiam,iusti vero,& iniusti scientiam appellauit,non obscure ostendens scientiam legalẽ nõ versari circa diuinarum rerum, aut humanarum cognitionem: illarum enim sciẽtia pertinet ad Theologos. istarum ad phificos, & philosophos, Versatur autem iuris prudentia principaliter circa iusti & iniusti scientiã qua.I.C.iustum ab iniusto secernit,& æquum ab iniquo separat: oportet autem.I.C.habere diuinarum, & humanarum rerum notitiam, vt iustũ, & iniustum cognoscat, & separet, vt notat Oroscius.d.l.iustitia vers.iuris prudentia.

59 Illud tamen dubitationem habet quare I.C.scientiã legalem iuris prudentiam appellauerit,quod DD. nostri non explicarunt.Mouet quæstionem,quia, vt inquit Vlpianus.l.1.de iust & iure,ius nostrum ciuile est ars boni,& æqui, ergo iuris prudẽtia dici non potest,quia ars est habit' faciẽdi vera cũ ratione,vt dicit philosophus lib.6.Æthicorum.c.4.& differt à prudentia, quæ est habitus agendi vera cum ratione,circa ea quæ sunt homini bona atque mala,prudentia, quæ ars esse non potest: quia aliud est actionis,aliud effectionis genus,prudẽtia versatur circa actum,seu actionẽ, ars circa effectionem ex eodem philosopho.d.c.4,& seq.

60 Rursus ciuilis facultas est scientia iusti,& iniusti, vt inquit. d. l.iustitia, idem probat.l.2.§. iuris ciuilis de origine iuris.l.si seruũ.§. sequitur de verborum,& ciuilem sapientiam dixit

tex.l.1.verſ.proinde de varijs cognitio.vbi Vlpianus hanc ſcientiam rẽ ſanctiſsimam appellat, & ius canonicum,& ciuile ſcientiam eſſe contendit Chaſſaneus in Cathalogo gloriæ mundi.p.10.conſideratione. 18. & artem & ſcientiam eſſe probat Corraſ.in tractatu.de iure ciuili in artẽ redigendo.c.14.ad idem eſt text.l.8. tit.31.p.2.cuius verba ſunt, *la ciencia de las leyes es como fuente de justicia è aprouechaſe della mas el mundo que de otra ciencia*, quod prædixerat Imperator in authent.habita.C.ne filius pro patre ibi, *quorum ſcientia totus mundus illuminatur, & ad obediendũ Deo,& nobis eius miniſtris vita ſubiectorum informatur*, & ciuilem ſcientiam appellat Ariſtot.lib.1. Æthicorum.c.13.& eodem lib.c.2.

61 Vbi non ſolum ſcientiam dixit, ſed dominam & Principem omniũ ſcientiarum,atque etiam facultates illas,quæ in maximo honore ſunt,& pretio,vt rem militarẽ,vt rem familiarẽm,vt rethoricem,legali ſcientię ſubiectas eſſe aſſerit,vnde legem omnium rerum Reginam, & principẽ dixit Philoſophus ſummus Stoicæ ſapientiæ Chryſippus,vt refert Martianus.l.2.ff. de legibus.

62 Ex quo obiter aduertas quantum ciuilis ſcientia præſtet arti militari, quamuis enim alterum alterius auxilio ſemper eguit,vt inquit.l. 2. C. de Iuſtinianeo codice confirmando: tamen domina & princeps eſt iuris prudentia : neceſſarium eſt enim ſecundum Philoſophum lib.7.Politicorum.c.8.habere in rebus publicis arma,quibus & magiſtratibus parere inobedientes compellantur, & vis propulſetur externa.Et ita iuris prudentia propterſe,arma propter aliud expetenda videntur, aut propter incolumitatem retinendam, & conſeruandam,aut potentiam, & imperiũ amplificandum.Vnde magnus Alexander teſte Aulogellio que.inur de Ariſtotel.quod libros de pluſico auditu publicaret, dicens, *egre feroquod ea quæ ate hauſi,& dedici in publicum profitearis.Ego enim non tam cupio & delector opibus,& potentia alios excellere quantũ literis,& doctrina præſtare.* Nec ſd mirum videri debet cum ſapientiæ.7.habeatur,*omnibus nobilibus nobilior eſt ſapientia.*Cum itaque ciuilis facultas ſcientia ſit,non poteſt eſſe prudentia : quia ſcientia omnis demonſtratione adquiritur:demonſtratio autem ad ea nulla adhibetur, quorum principia ſecus euenire poſſunt.Quæ autem neceſſario eueniũt non cadunt in deliberationẽ, verba ſunt Ariſto.lib.6.æthicorum.capit.5. prudentia tamen verſatur circa ea, quæ cadunt ſubactione , quod autem ſubactione cadit aliter ſeſe habere poteſt,teſte Ariſto.dict.lib.6. æthicorum.cap.5. ergo ſcientia dici non poteſt. Iacobus Spiegel. in epithome iuris cõſultorum.cap.5. ideo cenſet iuris ciuilis diſciplinam iuriſprudentiam appellari,quia ad cognitionem,& interpretationem æquitatis,opus eſt quatuor maximis rebus, ingenio,iudicio, eruditione variarũ rerum vſu,atque experientia(ne quã uis egregium atque excellens ingenium) nouitatte rei fallatur, & notitia antiquitatis quæ prudentia adiuuatur.

Sed magis veritati acceſsit Ariſt, 63
inquit enim libro.6.æthicorum. c.8. *ciuilis ſcientia & prudentia ſunt idem animi habitus:ijs autem non eſt vis eadem,nec natura,eius quidem quæ in publicis rebus verſatur vna pars & quaſi architectonice prudentia eſt,legum ferendarum ratio dicitur. Altera quæ priuatim in rebus ſingulis verſatur commune ciuilis ſcientiæ nomen obtinet eius opus omne eſt in agendo,& conſu-*

lendo

lendo,maxime vero prudentia videtur, qua vni sibi quisque,rebusque suis consulit, quæ eadem iam habet commune nomen prudentiæ, illarum autem alia domestica,alia ars legum ferendarum alia ciuilis nominatur,atque huius alia pars ad deliberationes, alia ad iudicia pertinet,ac genus quidem prudentiæ in in eo quodam est,vt quod ære cuiusque sit intelligatur. Hactenus Aristotel. ex cuius dictis satis comprehendes cur scientia iuris ciuilis, iuris prudentia appelletur.Præterea secundũ Aristote.lib.1.æthicorũ.c.6. in fi. omnes artes duobus modis considerari possunt,quatenus enim pręcepta tradũt intuenter vniuersale,quatenus vero agunt spectant particulare. Virtus autem iuris prudentiæ tota consistit in applicatione vniuersalium partilaribus,vt docet Bald.per tex.ibi.l.nõ 64
solum.§.qui primipilium de excusatuto:vnde iuris prudentia non iuris sapientia appellata est: quoniam sapientia est habitus speculatiuus vniuersalia tantũ considerans,quę scientiarum sunt fundamenta: prudentia vero est habitus cum ratione actiuus consistens in apta applicatione vniuersalium ad particulatia, & ea quæ contingentur eueniunt circa hominum bona,aut mala vt supradiximus ex Arist.Hinc dixit Bart.in tract. de testimonio.n.73. quod licet constet aliquem esse magnum iuris peritum non tamen ideo sequitur necessario: ergo est prudens,& prudenter cõsultus respondet, & vt inquit Quintil. lib.6.c.fi.nihil est in vita prius, quam prudentia:hęc autem maxime necessaria in aduocato,nam quid dicẽdũ, quid tacendumquo ordine quid proponẽdum,quid denique spectandũ, qua ratione ad causam omnia applicanda consilij est,& prudentiæ,& vt inquit Arist.lib.1.Retho. quid & quale, & quantum sic se habent,vt prudentia affirmauerit,ideoque prudentia indiget consultor:foret enim inutile ingenium nisi prudentia mala, & bona ab eo inuenta deligeret,quod proprium munus prudentiæ est,longius enim prospicit quam ingenium & quæ nocere, vel prodesse possunt diligenter perpendit: prudẽtis enim est determinare circunstantias,quod maxime ad officiũ consultoris pertinet, ideo nostra hæc ciuilis facultas iuris prudẽtia appellatur,hinc prudẽtes consulti & prudentum responsa dicuntur.Quod autem Vlpian.d.l.1. de varijs cognitio.dixit,*ciuilẽ sapientiam*,intelligendum est,prout ipse loquitur,de sapientia iuris professorum in scholis qui vniuersalia cõsiderãt,& speculãtur,nec versantur in foro,vbi vniuersalia particularib⁹ applicãtur.

Cum autem(vt reuertamur) iuris consultorum sit iustum ab iniusto secernere,videri nõ debet alienæ professionis proposita quæstio, an vsura moderata secundum Iustini. leges exigi possit a creditore sana conscięntia,cuius quæstionis decisionem solis canonistis arrogat Ancharranus in disputatione incipienti antiquis,quẽ refert Anan.c.in ciuitate.n.14.devsuris Alex.cons.1.n. 10.lib.2. Albertin. de hæreticis.q.10.n.10. plures ad id refert,& sequitur Ioan. Bap. de vsuris cõmen.4.§.4.in fi.Tiberius Decia.in tract.crimin.lib.2.c.18.n.5. & consi. 43.n.4.lib.1.eandem quęstionẽ ad se limitant Theologi,vt per Conradũ de cõtractibus.q.49.quia prohibitio vsurarum (vt diximus)trahit originẽ à iure diuino,cuius interpretatio pertinet ad Theologos, sed parum sibi constat: nam in.q.34.col.pen.fatetur ad ius ciuile spectare decisionẽ dubij an contractus sit vsurarius, vel non, aliter sensit Dominicus à Soto lib.6. de iust.& iure.q.1.art.1. concl. 1. vbi scriptum reliquit,quod respõdere de

iure exteriori deque vsurariorum pę nis discernere, relinquitur iurisperitis vsurarum autem natura de suis principijs enucleare Theologorum est: quod ante eum dixerat diuus Antonin. 2.p.summæ tit. 1.c.7.§.4. verum longe dissentit Decius qui cons. 111. nu.6. respondit in materia vsuraria potius standum esse canonistis, quã Theologis, quia interpretatio iuris diuini, quatenus spectat ad moralitatem, quæ actus nostros in Deum dirigit pertinet ad Canonistas, qui ex cõstitutionibus canonicis, & decretis sanctorum patrum debent ius diuinum adiuuare, & supplere iuxta notata in c. quæ in ecclesiarum de constit. quod patet in lib. decretalium titul. de decimis, de baptismo, de voto, de matrimonio, de simonia, de furtis, de vsuris, in quibus declarantur dubia quæ indictis materijs originem trahentibus a iure diuino insurgebant.

65 Nec etiam ociosa quæstio videri potest, cum imperator Iustin. qui vsurarum moderationem tradidit, Christianus fuerit (vt diximus) & inter claras sapiętiæ ac humilitatis suæ laudes puriore luce tanquam aliquod sydus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edoctus ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reuerentiam conseruat, vt de eo scripsit summus Pontif. in epist. inter claras. C. de summa Trinitate.

66 Igitur in proposita quæstione consulamus iuris peritos decretorũ. DD. & Theologos, quandoque omnes ad eius decisionem se sufficientes iactãt Alciat. vt a legum professoribus incipiam in lib. 6. Parergon. c. 20. Iustin. ll. de vsuris latas adeo reprobas existimat apud Christianos, vt nec summi Pontificis, vel ecclesiæ dispensatione suscitari, seu approbari valeãt: quia cum fænus exigere, peccatum

67 sit, non potest Pontifex dispensare, vt quis peccet. Iustinianum autem nitiatur excusare, ex eo quia seculi sui sapientia, contentus non vltra cogitauit, sed conuenientes tempori leges proposuit, nam (vt ait Alciatus) illud euangelij mutuum dantes nihil inde sperantes; veteres interpretabantur esse consilium, ad perfectiorem vitã præstitutum, iuxta tex. in c. quod debetur. 14. q. 1. ideo Nicena Synodus vsuras prohibens non generaliter de omnibus, sed de clericis tantum loquebatur, vt in c. quoniam multi dist. 47. ibi, (*deijciatur a clero & alienus existat a regula*) quæ pęna non videtur laicis sed clericis tantum, quibus solis conuenit, imposita. At vero postea Greg. 9. & Clemens 5. dicit placuisse locum euãgelicum ad præcepti necessitatem trahere.

68 Hotomanus autem in tractatu de vsuris lib. 2. c. 3. miratur Alciatum in hoc asserens abussum fuisse suo singulari ingenio, eruditione, atque eloquentia, quam à Deo acceperat, vt honesta studia adolescentium adiuuaret, non vt eius scripturæ maiestatem, authoritatemque minueret, dũ mandata Dei quasi plumbeam ædificationis læsbiæ regulã arbitratu hominum, huc, & illuc flecti posse iudicauit. Nec solis clericis tempore Nicenæ Synodi fuisse prohibitum fænus exercere censet, cum inter constitutiones ecclesiasticas Leonis Papæ primi extent decreta, quibus apertissime huiusmodi quæstus reprobantur omnibus Christianis vt refert Hotomanus, ibi. Sed debuit aduertere Hotomanus Leonem Papam primũ non præfuisse tempore Niceæ Synodi, sed postea elapsis iam 115. annis vt constat ex Onufrij Panuini Cronologia ecclesiastica.

69 Præterea subdit Alciatus vbi supra leges humanas de diuortijs recte tan

quam

quam euangelio repugnantes aboli tas,rursus à Summo Pontif. restitui posse, allegat glossam in.c. ex publico de conuersione coniugatorum; in quo etiã errat Alciatus:quia Mathæi c.19. habetur, quos Deus coniunxit
70 homo non separet, ergo non licet Pontifici Iustini.ll. de diuortijs latas suscitare. Nec obstat glos.d.c.ex publico,quia quamuis Socinus Decius & Gratus illam sequantur, & non solum matrimonium non consummatum,sed etiam consummatum Pontificis dispensatione solui posse clientibus suis assentantes audacius respõderint,eorum tamen opinionem, vt falsam confutant Couarr.in. 4.2.p.c. 7.§.4.Soto in.4.dist.27.art.4.M. Anton.Cuchi libro.5.institutionum canonicarum tit.12.de impedimento matrimonij ex num. 271. & dictam Alciati doctrinam reprobat Barbosa 2.p.rubricæ.ff.soluto matrimonio.n. 16.De matrimonio non consummato,an solui possit Pontificis dispensatione disident Theologi, & iuris periti,vt per Marcum Anton.sup.tit.2. de summo Pontifice.n.57.de quo vide Gutier.in qq.canonicis.li.1.q.17.

71 Sed reuertamur ad quæstionem, Alciatus aperte docet Iustiniani. ll. quantumcunque vsuras moderantes non esse seruandas inter Catholicos vult tamen Iustinianum excusare ex e.ignorantiæ, quia nesciebat vsuram peccatum continere,& ante eũ ita Iustinianũ excusauit Fulgosi.in.l.1.n, 10.ad finem.C.de summa Trinitate.

72 Pro clariori tamen resolutione distinguendus est triplex mutui large sumpti vsus.Primus est per modum eleemosinæ,videlicet cum mutuum damus indigenti, etiam si nunquam reddere queat,& absque spe restitutionis nisi quatenus melioremsortẽ adeptus commode reddere poterit: Secundus per modum simplicis offi ciositatis temporariæ,& gratuitæ, vt quando mutuas tantundem receptus & ad hoc debitor præcise obligatur.Tertius per modum negotiationis quãdo gratis non mutuas, sed de certo quæstu, aut lucro,vltra sortem recipiẽdo,pacisceris. Primus modus magis accedit dono, quam mutuo, non tamen est merum donum,si nõ datur absolute,sed cum spe recipiendi si contingat recipientem diuitem fieri,& reddere posse. Interim tamẽ creditor veram eleemosynam facit & domino fæneratur prouerb. c. 19. Secundus modus est verum mutuũ, vt pote tria mutui substantialia habens,iuxta ea quæ dixi lib.1.quæst.4. Tertius modus non est proprie mutuum,cum non sit gratuitum,sed verum fænus.

73 Quoad primum modum notandi sunt casus,in quibus proximorũ charitas exigit liberale mutuum, donũ seu præsentem eleemosynam,de quo vide plura per D.Thom.2.2.q.32. & in.4.dist.15.q.2.Gabriel.in.4.dist.16 q.4.D.Antoninus in summa.2. p.tit. 1.c.24.§.3.&.4.Angelũ Sylvest. ver. eleemosyna, Mexiam in pragma. panis conclu.1.num.6.&.7. Villagutam de vsuris.q.1.n.57.cum sequen. Conradum de contract.q.19. vbi loquitur de mutuo,& hoc casu mutuãs non potest damnum emergens, aut lucrum cessans stipulari,imo sorte cõtentus esse debet, vt post D.Antoninum & Conrad. dixit Palatios Rubeos,in c.per vestras de donat. inter virum notabili.6.n.5. Hunc autem
74 mutui vsum & generaliter omnem gratuitam beneficentiam,vulgo putant non spectare ad legem externam,sed conscientiæ,& ecclesiastes, quia vt inquit tex.c.ad fidem.23.q.5. leges humanæ bene facere non cogunt,licet male facere prohibeant.

75 Sed quamuis eleemosyna nullo iure

actionis positiuæ debeatur, nec ad hoc pauperes iure ordinario, ciuili, vel canonico agere possint. Bene tamen superiore adito & extra ordinem (vt aiunt Iure Consulti) iudicis ad hoc implorando officium, quod misericorditer impartitur, vt inquit glos. in rubr. ff. de interroga: actio. & in specie glos. c. sicut hi. 47. dist. verbo esurientium, & in. c. Domino sancto. 50. dist. verbo necesse, sequitur Specula. de instrumentorum editione. §. nunc aliqua. n. 66. Albericus in dictionario verbo eleemosina vers. 3. Anania. c. 3. de furtis Alexan. l. 1. in princ. de offi. eius Felinus. cap. sicut testium ad finem de testibus. & in. cap. 1 de offi. iudicis, num. 2. Couar. lib. 3. variarum. cap. 14. numero. 5. Mexia vbi supra conclusione. 1. n. 5. & seqq.

76 Imo omnis bona actio spectans ad subuentionem & conseruationem politiæ, & æconomiæ saltem in quãtum externam, spectat etiam ad legislatorem externum. Alioquin primum iuris ciuilis præceptum honeste viuere esset ociosum, vel impertinens, quod nefas est dicere, vel ad certa crimina legibus damnata restringendum, & sic esset superfluum sequens præceptum alterum non lędere. & Arist. lib. politicorum recte dixit magistratum politicũ tenuiorũ, & paupertum curam habiturum, nec illud Deuteronomij. 15. & omnino indigens & mendicus non erit inter vos, spectat solum ad singulos, sed præcipue ad magistratus, quorum officium est non cauponatoria, sed liberalis æquitatis, & iustitiæ distributio, & omnium subditorum præcipue pauperum subuentio. Tenetur igitur penuria afflictis etiam non petitus occurrere & ad congruam eleemosinam sui exemplo a se incipiens

77 alios exhortari, & si opus sit compellere, text. autem in. d. c. ad fidem pertinet non loquitur, de quibuslibet humanis legibus, sed certis coerciuis: partim loquitur de bona actione interiori, vel quatenus est opus fidei, quod spectat ad Regnum Dei spirituale & internum, ad quod. ll. humanæ non pertingunt, licet subseruire debeant. Tota autem quæstionis nostræ difficultas versatur circa tertiũ modum seu vsum mutui.

78 Aduerte igitur ex communi Doctorũ traditione dupliciter posse in mutuo versari vsuram. Primo propter officium ipsum mutuationis dum taxat, quo casu omnes fatentur dari veram vsuram, quam iure naturali, & diuino improbatam diximus. Secundo modo propter moram in casu moræ, vel citra moram in compensationem veri, vel probabilis interesse, propter carentiam pecuniæ mutuatæ. Primum modum quidam modernus phantasticum, &

79 veluti somnium esse dixit, quia existimabat nullibi in iure ciuili vnquam propter mutuationis officium vsuram permitti: sed semper in compensationem, vel damni incurrendi, vel vtilitatis cessaturæ: quia fere semper interest creditoris pecunia non caruisse. Atque ita arbitratur ll. ciuiles & Iustiniani vsuris modum imponentes exaudiendas esse in secundo casu quando propter moram & in casu moræ, vel citra moram in compensationem veri, & probabilis interesse vsuræ permittuntur. Vnde infert, quod cum modus traditus à Iustiniano in. d. l. eos. C. de vsuris, non sit vsurarum proprie, sed interusurij erit licitus etiam in foro conscientiæ, & ita arbitratur se ius ciuile in hac parte, & Iustinianum ipsum ab omni nequitia, & impietate vendicasse. Nec ab eius opinione videntur longe dediasse Hotomanus. de tractatu de vsuris lib. 1. c. 6. 7. & 8. eo-

dem

dem lib.c.5. dicens vsuram proprie nihil aliud esse, quam id quod interest circunscriptum, & determinatum & Iacob. Spiegel in Lexico iuris
80 verbo vsura. Idque maxime verum censent, quando mutuatur negotianti, qui cũ mutuata pecunia lucratur. Tunc enim æquum existimant moderatam partem lucri secundum Iustiniani.ll. posse creditorem stipulari: tum quia, vt post Modernum illum inquit Baeza in tracta. de inope debitore.c.5.nu.29. creditor mutuando dat causam propinquam & efficacem huius lucri, ergo lucrum dare videtur. Igitur partem lucri saltẽ in euentum lucri stipulari potest pro beneficio mutuandi: tum quia vsura lege diuina prohibetur, quatenus est contra charitatem, & proximo damnum infert, ergo si mutuatarius pecunia credita super lucratur, creditor licite vltra sortem recipiet, & a principio stipulabitur cum recipiat ex lucro debitoris cui causam dedit, & sine ipsius incommodo.

81 His tamen nõ obstantibus verius est. ll. ciuiles & Iustiniani indistincte etiam citra verum interesse, vsuras quas lucratorias dicimus approbasse, & ipsis quoque modum imposuisse. Rursus vsuras lucratorias quantumcunque moderatas, etiam a debitore negotianti & ex eius lucro exigi non posse, nec in foro exterioti, nec in foro conscientiæ.

82 Quod ll. ciuiles & Iustini. vsuras lucratorias approbauerint, & ipsis modum imposuerint, probatur. Primo de iure ciuili vsura & interesse maxime differunt, vt constat ex l.3. §.fin.ff. de eo quod certo loco, ibi, (*quod interfuit venire, & quidem vltra legitimum modum vsurarum*) vbi probatur debitorem non soluentem loco, & tempore conuento, post moram teneri ad interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, etiam si legitimas, & à lege ciuili approbatas vsuras excedat, ergo aliud vsura est, aliud interesse. Patet præterea, quia quod penditur pro eo quod interest, propria vsura non est, sed debiti compensatio. l. 1. l. socium qui in eo. §.1. ibi, *vsuras quoque præstare debet labeo ait, sed non quasi vsuras, sed quod socij interfit moram eum non adhibuisse*) ff. pro socio facit tx. in l. illud. ff. de edilitio edicto ibi, *an & vsuras pretij consequatur quasi quod sua interfit.*

83 Dicitur autem interesse quasi vsura, non quod sit vsura, sed quia est accessio sortis sicut vsura. c. vsura. 14. q. 3. & ideo interesse iuste exigitur, nec subest vsuratum moderationi ex. d. §. fi. Albericus in. l. cunctos populos. n. 31. & ibi Paulus. n. 15. Fulgos. n. 12 Ias. n. 50. C. de summa Trinitate, & diximus sup. in hac q. in explicatione. l.
84 eos. C. de vsuris. Quod intelligo quoad moderationem cursus vsuræ, non tamen quoad moderationẽ finis vsuræ, qua huic suberat interesse, nam quemadmodum vsuræ peti nõ poterant vltra duplum in quo inerat sortis simplum, ita quoque interesse simul cum sorte duplum non excedit l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo quod interest, & sup. diximus, & hãc differentiam in ter ciuiles vsuras, & id quod interest, agnouit Baldus. l. 1. C. de summa Trinita. n. 4. ita intelligens. tx. d. l. socium qui in eo, & docet insignis Naua. in. c. 1. 14. q. 3. n. 51. & quod non sit vsura illud quod interest etiam in mutuo exmultis probat Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. gl. 18. n. 71. Cum autem. ll. ciuiles & Iustiniani vsuras approbantes, & moderantes de vsuris simpliciter loquãtur, intelligendæ sunt de vera & propria vsura, quam lucratoriã appellamus: verba enim legis accipienda sunt in

potiori significato.l. 1.§.si his qui nauem.ff.de exercitoria,ibi,(*in re igitur dubia melius est edicti verbis seruire,*) l.non aliter deleg.3.

85 Secundo probatur quia si totam l.eos.C.de vsuris perlegeris, non inuenies verbum vllum de interesse, & quamuis vsurarum quantitatem ex creditorum qualitate metiatur,& taxet Iustinia. non tamen ad earum exactionem, eius quod interest creditorum probationem exigit, ergo etiam nõ dato vllo vero interesse creditorum vsuras permittit,vt adnotauimus supra in hac quæstione ad eius.l.explanationem, quod si.l.illa aliud voluisset.dixisset, c. ad audiendiam dedecimis, nec tam notabile de cessionis illius fundamentum & requisitum omitteretur, & cum sit omissum neglectum censeri debet.l. item apud Labeonem.§.ait Prætor vers.ea enim de iniurijs: facit quia interesse nec peti, nec adiudicari potest vllatenus etiam post moram, nisi probetur damnum illatum, vel lucrum certum, hoc est certum esse creditorem illo tempore lucraturũ tantundem, iuxta ea quæ dicam infra quæstione sequen. cum ergo Iustiniani,nullo dato nec probato interesse moderatas vsuras permittat,exaudiẽdus est de vera, & lucratoria vsura, non de impropria,& vero interesse.

86 Tertio probatur, quia Iustinianus non solum negotiantibus, & mercatoribus vsuras permisit, sed etiam illustribus,licet minores concesserit,& alijs quibusuis personis,vt patet in.d. l.eos:ergo de lucratorijs vsuris intelligendus est: patet tum quia non omnium mutuantium interest mutuatis pecunijs caruisse, & tamen omnibus mutuantibus permittit vsuras maiores,aut minores,ergo non curat de creditorum interesse ad earum exactionẽ:tũ etiã quia si Iustinian.in d.l. eos circunscriberet verum interesse creditorum æqualiter & sine personarum delectu illud taxaret,nõ ex personarum qualitate, sed ex lucro cessanti, aut damno emergenti creditori,prout taxandum esse dicemus infra quæstione sequenti, igitur de vero interesse non egit ibi Iustinianus.

87 Rursus si Iustinia. ageret de vero creditorum interesse compensando non taxaret nec moderaretvsuras:credo enim quomodo Iustinia. in omnibus causis,&personis potuit interesse incertum, & ex futuro euentu & varijs circunstantijs pendens taxare:interesse quidem nulla regula, nec lege diffiniri valet, sed probandum,& iudicis arbitrio, ex negotij qualitate, & circunstantijs taxandum est, nec recipiens mutuum confestim est in mora à principio contractus:nec statim creditoris interest,aut forte interit,aut multo minus quam taxatũ esset,vt notatur in.l. quod te mihi si certum petat. cum ergo non possit sciri interesse non potuit prætaxari, vt inquit Ambrosius de Vignate,in c.salubriter nu.88.&.nu.253. de vsuris Ancharran.cons.148.& cons.150 Purpurat.l.vinum.nu.6. si cert. petat. Cagnol.l.curabit.n.56.C. de action. empt.Mascardus de probationibus, lib.2.concl.933.n.26.& satis probat tx.d.l.3.§ fin.de eo,quod certo loco. Nam quantum creditoris pecunias mutuantis interfit,magis est facti quã iuris,& ita prætaxari, aut decidiné potest lege,aut constitutione.Quem

88 admodum de mora dicimus, quod lex ipsa non potuit definire,quando debitor censeatur in mora.l. mora ff.de vsuris, ibi, (*an mora facta intelligatur, nec constitutione vlla, nec iuris authorum quæstione decidi posse, cum sit magis facti quam iuris.*) Vnde vt text. ibi subijcit,

apud

apud iudicem examinabitur, idem omnino, & eadem ratione dicẽdũ est, de interesse. Igitur coacta ratione dicẽdum, ll. Iustiniani vsuras moderãtes de vsuris & proprijs vsuris intelligendas, non de vero interesse.

89 Nec me mouet, quod modernus ille fœneratorum causam agens dicebat, quod rarum erat nullo modo interesse frequenter autem solitum interesse creditorum mutuantium ob notabilem dillationem mutui, & leges quod frequentius accidit, respexisse. Nam potius regula in contra- 91
rium constituenda erat, etenim nõ omnes mutuãtes sunt mercatores, & negotiatores, nec dum mutuant etiã negotiatores statim eis damnũ emergit, vel lucrum cessat: quia vt lucrum dicatur cessare oportet, quod re vera creditor iam firmus pecuniam quã mutuat negotiationi exponere constituisset, vt notat Soto, lib. 6. de iustitia & iure q. 1. art. 3. in. 5. conclusione. Oportet etiam lucrum esse certum, vel quasi, vel saltim verosimile ex Paulo. d. l. 3. §. fin. de eo, quod certo loco. num. 3. Roman. singul. 631. Affricto decis. 2. n. 2. probat tx. in. l. quemadmodũ. §. plane. ff. ad l. aquil. & diam in. q. seq.

90 Hæc omnia non passim in omni creditore mutuante cõcurrunt, imo rarissime contingunt, nõ enim adeo abundat charitas, vt ille cui damnum imminet, seu emergit, vel qui præmanibus lucrum habet, pecunias easdem quibus damnum euitare, seu lucrum quærere poterat, mutuet, atque ita consequitur, quod si Iustini. ll. ad ea quę frequentius accidunt, respexerunt (quod verissimum censemus) non compensatorijs veri interesse vsuris, sed veris & lucratorijs vsuris modum imposuerunt. Quod si Iustini. in. d. l. eos rationem deduceret à vero interesse creditoris saltim eo casu, non taxasset, nec concessisset vsuras, quando creditor nihil lucraturus fuisset, aut non esset solitus lucrari, cum mutuatis pecunijs. l. si sterilis. §. si per venditorem de actionibus empti, Abb. & Anania in c. conquæstus de vsu. Conar. lib. 3. var. c. 4. n. 2. nam cessante interesse vero & iusto, non subest alia causa accessionis, quam propter officium mutationis, & sic quidquid accederet sorti, vera vsura esset, vt agnoscit modernus ille.

Præterea quod leges ciuiles, & Iustiniani veram vsuram lucratoriam approbauerint, & illius exactionem concesserint, probatur ex. d. l. eos. C. de vsur. ibi, (*interdicta licentia creditoribus ex pecunijs fœnori dandis aliquid detrahere*) vbi patet Iustinianum imposuisse modum creditoribus dantibus pecuniam ad fœnus, & sic vsuris lucratiuis, nõ punitiuis moræ, aut veri interesse compensatiuis tantum.

Probatur etiam ex tx. in. §. tua, instituta de mandato, vbi ociosa pecunia, ex qua quis nullum consequebatur commodum, fœnori dari poterat, ergo eo iure licuit veras vsuras stipulari propter lucrum petentium, & citra moram, & quod vsuræ dequibus loquebantur iura digestorum, a cõmuniter accidentibus, erant lucratiuæ, scripsit Senator doctissimus Barbosa in l. quæ dotis. num. 47. ff. soluto matrimonio, & quod deberentur quãdoque etiam sine mora, quia ita expresse conuentum esset probat text in. l. lecta, in fi. ff. si cert. petat. vbi Alexand. numero. 10. Curtius Iunior, numero. 11. Alciat. in fine quos sequitur Barbosa in. l. si mora. numero. 81. ff. soluto matrimonio. Iure Codicis probat. d. l. eos. §. 1. vbi in quocunque contractu etiam non negotiatori tertia pars centesimæ stipulari permittitur.

Vnde

Vnde merito conqueritur D. Aug: 92 de legibus ciuilibus, & iudicibus sęcularibus eas exequẽtibus pro vsurarũ exactione in c. quid dicam. 14. q. 4. *quid dicam* (inquit Aug.) *de vsuris quas etiam ipse leges & iudices reddi iubẽt: an crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem fœnore.* Quod non dixisset vir sanctus, si leges loquerentur de vero interesse vt supra relati existimabãt.

Ex quo infertur lapsum fuisse fra- 93
trem Dominicum à Soto de iust. & iure. lib. 6. q. 6. art. 1. in resp. ad 3. arg. vbi dum explicat quatenus extendatur iuris ciuilis permissio circa vsuras distinguit inter vsuras licitas, & illicitas, licitas vocat eas, quæ propter moram soluendi ratione damni emergẽtis, vel lucri inuito domino cessantis soluuntur. Has nõ solum lege permissas, verum ad earum solutionem cogendos debitores asserit, & de huiusmodi vsuris censet intelligendas leges iubentes vsuras persolui, pro quo allegat tx. in l. 1. C. de vsuris. Illicitas autem & iniquas vsuras, (quas fœnus vocat) arbitratur nunquam sic fuisse permissas ciuili iure, vt qui permitterent eas cogerentur pendere, proquo expẽdit tx. in l. 3. C. de vsuris, equidẽ miror doctissimum virũ ita allucinatum: nam vsuræ illæ (quas vocat licitas) licet sorti accedãt, vsuræ nõ sunt, sed verum interesse (vt sup. diximus) nec tanquam vsuræ, sed tanquã sors exiguntur, vt docet Bar. post glossam in l. 1. C. de summa Trinitate male intellectus à Soto vbi sup. vers. quare bene ait, nec de ijs loquitur l. 1. C. de vsuris, sed de vsuris lucratorijs, quæ propriæ, & veræ vsuræ dicũtur, easq; deberi asserit Imperator ibi iure optimo id est ciuili iure si per solemnem stipulationem fuerint promissæ, quę stipulatio nõ esset necessaria, nec tx. eius meminisset si loqueretur de eo, quod creditoris mutuantis interest (vt existimabat Soto) quia interesse verum citra stipulationem peti poterat l. 3. §. fi. ff. de eo, quod certo loco. l. 2. C. de vsuris. Fallitur etiã doctissimus vir dum existimat ciuili iure non ita fuisse permissas vsuras lucratorias, vt eas permittentes cogerentur soluere nec eius opinionem probat l. 3. C. de vsuris: quia Imperator ibi solũ respondit vsuras pacto nudo permissas peti non posse, non quod vsuræ essent eo iure improbatę, sed quia ex pacto nudo nõ oriebatur actio efficax ad agẽdum, & in contractibus stricti iuris, non debebantur vsuræ citra vinculũ stipulationis, quod etiam probant l. vsuras. l. pignoribus. l. pro retentione. C. eodem. Hotomanus. lib. 1. de vsur. c. 8. DD. in l. rogasti. §. si tibi vbi Dec. col. 2. si cert. pet. l. eos vers. in traiectitijs. C. de vsur. in contractibus autem bonæ fidei, propter morã debebãtur vsuræ iudicis officio, l. mora. §. in bonæ fidei de vsur. & vsuræ pacto nudo promissæ quandoque debebantur, vt notatur in l. etiam. ff. de vsur. debebãtur etiam vsuræ post morã ex pacto nudo vestito coherentia contractus bonæ fidei, vt docet Paul. in d. l. 3. C. de vsur. n. 1. Creditori igitur vsuras solemniter stipulanti ciuili iure dabatur actio ad earum exactionẽ vt probant d. l. 3. & l. 1. &, l eos ibi (*suam stipulationem moderari*) & ibi, *nullã penitus de superfluo habet actionem.* C. de vsuris & probat tx. in d. c. quid dicam. 14. q. 4.

Magis etiã miror Ioãnẽ Baptistam 94
Lupum in eundẽ errorẽ incidisse in tractatu de vsuris in. 1. cõmentario. §. 3. nu. 37. & 65. vbi secure affirmat leges ciuiles augustorũ, & Iustiniani, nullatenus vsuras lucratorias approbasse, nec de ipsis loqui, sed de vsuris improprijs morosis videlicet, & punitorijs, seu restauratiuis dãni, easque tantum

tãtum approbasse,quod dicit expres
se indicasse Paulũ.l.C. in.l.cũ quidã
95 §. si pupillo ff.de vsuris.Certe arundi
neo nititur baculo nam tx. in.d.§.si
pupillo dum habet vsuras non prop
ter lucrum petentiũ,sed propter mo
ram non soluentium infligi,non lo-
quitur de lucratorijs vsuris,in stipula
tionem deductis,sed loquitur de vsu
ris non promissis,nec cõuentis, quas
pupillo,cui fideicommissum debeba
tur ante moram debitoris,deberi ne
gat ea ratione,quia citra cõuentionẽ
partium, & solemnem stipulationẽ,
vsuræpeti non poterant,nisi post mo
ram debitoris. Vult ergo text.vsuras
restauratorias,vel punitorias citra mo
ram non deberi, non tamen negas
eo iure potuisse creditorem vsuras
stipulari,& quantũcumque lucrato-
rias ex stipulatione deberi, quod sen
sit Accursius vno quidem verbo ind.
l.cum quidam.§.diuus gl.ver.vsurarũ
ibi,*ex mora dedit, vel ex stipulatione*,
& in.d.l.cum quidam.§.ex locatover
bo debere, melius eadem gl. in.l.ait
prætore in prin.verbo vltra vsuris.ff.
de minor.vbi intelligit tx.in.d.§.si pu
pillo in vsuris ex iudicis offi. petẽdis,
quæ citra moram peti non possunt,
non tamen loquitur de vsuris per sti
pulationem promissis,eæ enim quan
tũuis lucratoriæ peti poterant vt pro
bat tex.in.d.§.tua instituta demanda
to,& d.l. eos & ita ea iura intelligit,
& conciliat Albericus in.d.§.si pupil
lo,& ibi Fulgosius in fine circa glo fi.
vbi vsuras ex conuentione, seu stipu
latione debitas intelligit dari prop-
ter petentium lucrum, ita accipiens
tex.in.d.§.tua, & idẽ Christophorus
Porcus in eodem.§.tua.ad glo.verbo
vsuris,& ibi Ang.n.2. resoluens vsu-
ras ex conuentione,seu stipulatione
debitas propter lucrum petentiũ in
uentas esse,& sine aliqua mora exigi
potuisse ciuili iure. Vsuras vero, quæ
veniunt offi.iudicis propter moram,
vel ex stipulatione collata in tempus
moræ,(vt si promisisti centum hinc
ad annum,& si non solueris, vsuras
etiam promisisti) principaliter in pę
nam,secundario propter lucrum pe
tentium deberi, easque dicimus, pę-
nam,seu punitorias:quia non veniũt
nisi à tempore moræ, itaque non po
test Iustinianus excusari, ex eo quod
vsuras lucratorias nõ permisserit, cõ
trarium enim satis euicimus.

96 Ideo alij etiam Iustinianum excu
sabant,quod vsuras non vt licitas per
misserit, sed ad deterius vitandum,
sicut Lupanaria,ita D.Tho.2.2.q.78.
art.1.in resp.ad.3.& in tract. de vsur.
c.4.in fin. gl.pen.c.1.10.dist.Bart.Bal.
& alij in l.1.C. de summa Trinitate
Anchar.in reg.peccati venia.q.2. de
reg.iur.in.6.Villaguta de vsur.q.7.n.
12.Soto de iust. & iur.lib.6.q.6.art.1.
agnoscunt enim vsuram desemalam
naturali & diuino iuri contrariam.

77 Igitur quantumcunque moderata sit
a Iustiniano,peccatum habet & im
proba est:nã Ezechielis.18. c. inter
ea,quæ ad hominis iustitiam requirũ
tur refertur illud,(*si vsuram & super
abundantiam non acceperit*) vbi nomi
ne superabundantiæ,omnis res com
prehenditur,ex tx.in.c.putant. 14.q
3.c. plerique eadem causa,&.q.ibi,
*nec vsuram escarum accipies, nec om-
nium rerum*, & ibi *esca vsura est*, &
vestis vsura est, & *quodcunque
accedit forti vsura est*) idem docet
Ancharranus,in.d.reg.peccati venia
quæstione.3.numero.8.dicens vsura
rum prohibitionem esse ita rigoro-
sam iure diuino,vt nequeat modifica
ri per leges, etiam in casibus,vbi ver
setur publica vtilitas,aut comunebo
num,quod probat text in cap. super
eo de vsuris,ibi,*nec etiã pro redimẽda
vita captiui vsurarũ crimine inuoluatur*
& quod vsura lucratoria,in nulla quã

titate

titate sit licita, docent Soto. d. quæst. 5. art. 2. Couarr. lib. 3. var. c. 3. num. 2. vers. sed tamen contraria sententia, & vers. solet tamen Rebuffus in. l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest glos. verbo proferuntur. nu. 99 30. Bald. in authentica ad hæc, col. 5. vers. sed dubitatur. C. de vsuris Afflictus decisione. 291. nu. 3. idem Paulus in. d. authen, ad hæc Ioannes Bap. in tracta. de vsuris commentario. 1. §. 5. n. 100. nullus est enim vsurarum modus diuino iure, iuxta illud *mutuũ dantes, nihil inde sperantes*, vt inquit Rebuffus vbi supra glos. 1. nume. 61. quod probat tex. in. d. c. super eo ibi *dispensationem aliquam posse fieri non videmus* de vsuris, vbi etiam summo Pontif. non licuit ob publicam vtilitatem vsuras moderatas permittere, quem tex. ad hoc allegat Beroius in rub. de vsur. numer. 84. idem probat tex. in. cap. consuluit de vsuris, ibi, *cum omnis vsura & superabundantia prohibeatur in lege*, nã qui totum dicit nihil excludit. l. Iulianus, alias incipit, testatorẽ, deleg. 3. vnde rectedixit Sarmiento lib. 7. selectarum cap. 1. numer. 10. vers. & vt clarius, quod vsuræ labes, ita in paucis cõsistere potest, sicut in multis, quia quę differũt secundum magis & minus, non differunt in substantia. l. fin. ff. de fundo instructo.

98 Nec obstat quod creditor mutuãdo dat causam propinquam & efficacem lucro ex pecunia mutuata quæsito per debitorem, ergo saltim ex eo poterit creditor aliquid moderatum saltim secundum Iustiniani leges stipulari: quia respondeo, quod cum creditor mutuat pecuniã. eius dominium confestim transit in debitorem l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. Vnde lucrum postea ex ea quæsitum, non prouenit ex pecunia crediditoris, nec creditoris industria, sed ex pecunia, & industria mutuatarij: si igitur creditor sortem exigit, & vltra sortem vsuram, pro vsura nihil dedit, quid ergo est, quod sibi parit vsuram.

Nec dicas, quod potest creditor vsuram stipulari, pro beneficio mutuandi, nam pro isto beneficio de iustitia non plus debetur creditori quã ipse dederit si mutuauit decẽ aureos, hi non plus valent, quam decem aurei, arg. legis numis. ff. de in litem iurand. ibi, (*cum certa sit numorum æstimatio,*) quare si creditor plus exigit, iniustè exigit nec replices, q̃ pro vsu decẽ aureorũ exigit, quia vsus pecuniæ nõ valet, nisi quãtũ res ipsa, quæ vsu consumitur, vt docet D. Anto. 2. p. summæ tit. 1. c. 6. §. 1. & post sanctum Thom Soto de iustitia & iure lib. 6. quæst. 1. art. 1. vers. deducitur ergo conclusio, vbi habet ex mutuo deberi beneficium mutuanti ex honestate, sed tamen gratis, nec debitorũ officium, & egregiam referendæ gratiæ voluntatem improbamus, imo debitorem ingratum impium censemus: non tamen ex hoc sequitur creditorem ea ratione posse aliquid stipulari.

Vnde mutuans pecuniam, ex illo 100 beneficio, quo afficit mutuatarium, non dicitur factus locupletior. l. sed si lege. §. cõsuluit, ibi, *nec si donauerint, locupletiores facti videbuntur, quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerunt*, vbi gl. notat eã naturalẽ obligationẽ, ex puris & meris moribus animi cuiusque descẽdente: omnis enim creatura mouetur naturaliter ad benefaciendum benefacienti, procedit que ea obligatio ex naturæ instinctu: nec est similis ei quę nascitur ex pacto nudo, quæ si ex ea debitũ soluitur, impedit repetitionẽ, nec tamen dicitur donatio. l. hoc iure. §. pen. de donat. q̃ si obligat° ex naturæ

na nunc instituta, aliquid soluerit debitor erit, quæ remuneratio nomen aliquid habet remunerandi. Sanè de quo Bart. ol. l. ex hoc iure, numerorum. & ioi Doctores de iustitia & iure.

101 Ex quo sequitur quod si mutuans non conuentionis nexu, vel tacitè, vel expressè, sed gratuito aliquid a mutuatario, non mutui ratione accipiat, vsurarius censendus non est, ut per D. Anton. vbi supra tit. 1. c. 6. §. 1. colum. 3. Sotum. d. quæst. 1. art. 2. in 2. conclusione, & post Bald. Gomecius, in. 2. tomo. capit. 5. n. 5. vers. verum tamen est.

102 Nec etiam obstat quod vsura diuina lege prohibetur, quia est contra charitatem & proximo damnum infert, ergo licere debet creditori mutuanti, saltim ex lucro futuro, aliquid stipulari, cum id fiat sine damno debitoris: quia respondeo in quacunque, papeluceri, quæ sorti accedat versari damnum debitoris, nam omne lucrum per debitorem ex mutuo quæsitum est ipsius debitoris, vt pote eius pecunia, & 104 industria quæsitum. Igitur quidquid ob eo creditor exigat, alienum exigit, & mutuatario damnum infert, vt docet D. Anton. vbi supra & probatur, ex tex. in cap. nauiganti de vsuris, vbi vsurarius censetur, qui mutuat mercatori diuiti, & negotiatori, recipiens aliquid vltra sortem, etiam si in se periculum suscipiat. Igitur non solum peccat, qui mutuans egeni, & suscipienti ad propriam sustentationem, & non lucraturo aliquid 105 exigit vltra sortem, sed etiam peccat mutuans diuiti mercatori, & ad negotiandum, & luctandum recipienti, si ab eo aliquid exigat vltra sortem, quem nexu optime ad hoc expendit. Nauarr. loc. numero. 71. itaque non solum iniquè agit, qui mutuans stipulatur aliquid vltra sortem

siue lucrum, siue damnum contingat debitori, captans lucrum quod nondum in rerum natura est, imo an futurum sit incertum, quasi certum, sed etiam illic, qui ex lucro futuro stipulatur quia ex re (vt diximus) aliena, sterili, in fœcunda ex arte nulla legitima, & probabili, denique ex alterius opera & labore quæstum aucupatur.

103 Nec obstat illud commune bonum quod circa pauperum subsidia, & humana commercia multa effundens considerabat dict. Modernus, quia quod est prohibitum ex diuina institutione, & diuino iudicio non potest ratione humana permitti, quia talis ratio nō est ratio, sed abusio, cū non esset conformis diuinæ voluntati, & ideo non oportet aliam rationem quærere, ex quo ita Deo placuit verba sunt Baldini auth. ad hæc numer. 2. C. de vsur. vbi inquit etiam in vno numo nō esse leges licitas nec valida statuta quæ vsuras permittūt.

Concludamus ergo leges ciuiles & Iustinianum vsuras quantumuis moderatas approbantes improbas esse, & naturali, & diuino iuri contrarias, nec vllo modo in Christiana Repub. admittendas: quia, vt inquit tex. in capit. non licet. 10. distinctione, *non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra diuina præsumere mandata, nec quicquam, quod euangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obuiet, agere.*

Nec dicendum est, potuisse Iustinianum vsuras moderare, & moderatas permittere, cum summus Pontif. in hac super eo de vsuris, dicat etiam pro bono publico & captiuorum redemptione se non posse aliquam, in exigendis vsuris dispensationem facere: ponderanda verbum *aliquam*, quasi dicat, in nulla quantumcunque moderata quantitate,

Quod

Quod Modernus Parisiens. agnouit in consuetud. Parisiens. 1. p. §. 1. glo. 9. num. 19. Couar. lib. 3. variar. c. 1. nu. 8. Villaguta de vsur. q. 9. nu. 4. Perez ad tit. 2. lib. 8. ordinam. pag. 24. col. 2. Greg. l. 22. tit. 12. p. 5. glo. *a algun Iudio*, Alciat. lib. 6. Parergon. c. 20. in fine, cum enim vsura diuina lege prohibeatur, non potest inferior legi superioris derogare Clementina ne Romani de electione, Rebuffus. 2. tomo ad. ll. reg. tit. de constitutione. reditus glos. 1. n. 4. art. 1.

106 Quod non solum in vsuris futuris locum habet, sed etiam in præteritis, & iam extortis, vt per Rebuff. in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest in præfatione, numer. 31. & glos. 1. numer. 58. Vnde recte

107 dixit Baldus in d. auth. ad hæc, quod etiam in vno numo, non est licita vsura, & quod tenens contrarium sapit hæresim, & tanquam hæreticus damnatur, qui pertinaci animo dixerit vsuras esse licitas, Clementina vnica. §. fin. de vsur. Castro aduersus hæreses, lib. 14. cap. fin. adnotans ex Guidone Carmelita, in summa de hæresibus Græcorum aliquos in hunc errorem incidisse, & præterea asserentem vsuras permitti excommunicatum esse, absolutione summo Pontifici reseruata, sequitur Mexia in pragmatica panis conclusione. 2. numero 69. Couarruu. lib. 3. variar. cap. 1. numero. 6. Menoch. de præsumptionib. lib. 5. præsumptione. 6. numero. 11. Villaguta de vsur. quæstione. 5. ad finem Nauarrus. cap. 1. 14. quæstione. 3. num. 7.

108 Hoc autem intelligendum est, quando quis generaliter & indistincte vsuram peccatum non continere dixerit: is enim hæreticus censendus erit. Secus si aliquo casu particulari vsuram non dari affirmaret, nec casus esset per sanctam matrem ecclesiam in contrarium decisus, is quidem hæreticus iudicandus non esset, nec eius punitio ad inquisitionem prauitatis hæreticæ pertineret, vt per Abb. & Bero. numero. 73. in

109 rubrica de vsur. Etenim domini inquisitores hæresis de quæstionibus vsurarum non se intromittunt, ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur, capit. accusatus. §. de quæstionibus de hæreticis in. 6. Simancas in Enchiridione iudicum violatæ religionis titulo. 8. numer. 6. Lucerna inquisitorum verbo inquisitor. numero. 3. & numero 27. Simancas de Catholicis institutio. titulo. 66. numero. 3. & 4. Albertinus de hæreticis quæstione. 3. numero. 9. Azebedus. l. 1. tit. 6. lib. 8. recop. num. 64.

100 Ex supra adductis satis apparent rationes quibus prohibentur vsuræ, quarum iniquitas ex effectu conspicitur propter multa quæ vsuratibus circunueniunt incommoda, & eorum exitus infelicissimos eleganter scribit Iodocus Damoudérius in patrocinio pupillorum titulo de pupillorum interesse, numer. 39. dicens vsuras esse vndique infelicissimas iniquissimas, Deo odibiles, & proximo perniciosissimas, & charitati Christianæ inimicissimas, ideo-

101 que ex Repub. exturbandas, tanquam latrocinia, & furta. Est enim vsurarius fur, seu spoliator similis, vt post Abb. dixit Bero. in rubric. de vsuris numero. 10. & vsurarius idolatra quoque dicitur, quia numum tanquam Deum veneratur. capit. sicut hi. 47. distinctione, & capit. omnis eadem distinctione, quod prouenit ex vsurarum dulcedine: nam dulce est vsuram exigere, vt dixit Iuris Consultus. l. ait. §. siquis. ff. quæ in fraudem creditor. glos. 1. capit. 1. de vsuris. in 6. verbo voraginem.

Et

& vsurarius peccatum contra naturam committit, nam contra naturā est, vt pecunia pecuniam germinet, & ideo vsura appellatur ars nequissima, dict. cap. sicut hi, & dicitur peccatum, quod in Deum principaliter cōmittitur abutendo vsurerum contra naturam, Clementina. 1. de vsur. ibi: *Inofficiosam Dei & proximi.* Vnde dicit text. in l. 1. titul. 6. lib. 8. Recopil. *El logro es muy gran pecado, y vedado, assi en la ley de natura, como de Escriptura y de Gracia, y cosa que pessa mucho à Dios, y porque vienen danos y tribulaciones à las tierras do se vsa, y consentirlo, y juzgarlo, y mandarlo entregar es muy gran pecado.* Vnde vsura dicitur vorago quia vt inquit tex. in d. cap. 1. de vsuris in 6. *Facultates exhaurit, & animas devorat.* Et quamuis immortalis sit anima quoad viuere, quia illud nunquam ammittit, est tamen mortalis quoad bene viuere, quod perdit per mortale peccatum, & ita vsuris deuoratur, vt explicat Beatus Gregorius in quarto dialogorum sequitur Afflictus in constitution. Neapolit. lib. 1. Rub. 6. num. 2. vbi multa in detestationē vsuræ refert, & d. l. 1. tit. 6. lib. 8. Recopilat. inquit: *Vsura es gran quebrantamiento y destruymiento de los algos, y de los bienes de los moradores de la tierra do se vsa.* Imò & vsurarij bona exhaurit quandoque: conturbat enim domum suam, qui sectatur auaritiam Prouerb. 15. Diu. Chrisost. 1. Chorint. 5. sæpè exiguum lucellum fraude quæsitum, magnas opes rectè partas euertit. Et communiter vsurarij moriuntur, vt animalia bruta, vel aliquo terribili iudicio, de eis contingenti, rapti aliquando à Dæmonijs notoriè, de quo refert exempla mirabilia, D. Antonin. 2. par. summæ tit. 1. 6. c. §. 3. Vnde Hesiodus inquit: ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.

ii4

ii5 Cum autem ciuili iure vsura moderata, & intra legis metas non solū damnata non esset sed etiam permissa, nulla erat fœneratoribus pœna cōstituta, sed tantum excessus rescindebatur, vt probant. l. placuit. de vsuris. l. cum allegas. C. eodem, hoc tamen duobus casibus limitandum erat. Primo in improbo fœnore, in quo fœnerator infamiæ notam incurrebat: l. improbum fœnus. C. de his qui notā. infam. Secundo in mutuanti agricolæ sub vsuris maioribus, quam ad rationē vnius annui, in 24. vel sub Antichresi, qui sortem & vsuras amittebat, vt in dict. Authent. nullum credentem agricolæ. §. sancimus collatione. 4. Authen. adhæc. C. de vsur.

ii6 At iure nostr Regio quilibet fœnerator quantumcunque moderatis vsuris notatur infamia, & sortis duplicatæ amissione mulctatur, primū probat text. l. 4. tit. 6. part. 7. ibi. *Otrosi son infamados los vsureros*, qui text. in omni vsurario occulto, & manifesto, & in omni vsura etiam moderata, secundum iuris ciuilis metas, locum habet, cum hodie iure canonico, & Regio omne fœnus sit improbum, vt adnotat Gregor. ibi gloss. vsureros, & Couarr. dicens communem lib. 3. variar. cap. 3. num. 2. versic. solet tamen controuerti, Paz in praxi 1. tomo. 8. p. cap. vnico num. 26. Perez in titul. 2. lib. 8. ordin. pag. 26. versic. Amplia tur etiam, Ioan. Bapt. de vsuris commentar. 4. in præfatione num. 2. Menoch. casu. 398. num. 30. de arbitrar.

ii7 Oportet tamen, vt occultus vsurarius hanc infamiæ maculam incurrat, quod sit pro eo crimine iudicis sententia damnatus, aut declaratus in illud crimen incidisse, quo subsequuto non ex sententia, sed ex delicto infamis erit, vt explicat Paulus dicta. l. improbum fœnus. C. ex quibus causis infamia, &

sequitur Greg. vbi supra, & ita accipienda l. fin. titul. 6. libr. 8. Recop. ibi: *Y demas que el tal vsurario ò logrero quede, y sinque inhabil, è infame perpetuamente*, quamuis contrarium tenuerit Salicetus dict. l. improbum fœnus, num. 4. & cum eo transeant Couarr. & Paz modo citati, dicentes vsurarium occultum immunem esse a macula infamiæ facti, & iuris, quod maximi momenti est, quia si talis occultus vsurarius fuerit hæres institutus, poterit testatoris frater quæstionem mouere de inofficioso, iuxta l. fratres C. de inofficios. cum traditis à Mencha de succes. sio. creat. lib. 1. §. 10. ex num. 553. & aget quidem vt declaretur vsurarius, & ex eo testamentum inofficiosum, quod non obtineret si vsuraria turpitudo non esset orta ex delicto occulto, quia ante latam sententiam declaratoriam hæres persona turpis non esset, ita aduotarũt Antonius, & Matheſilanus, quos refert & sequitur Perez vbi supra, versic. ex qua conclud. in cetur Greg. dict. glos. verbo, *Vsurero*, Ioannes Baptist. dict. comment. 4. in præfatione, numer. 3.

118 Secundum de sortis amissione, probant l. 4. & 5. titul. 6. lib. 8. recop. nec fuit nouæ earum legum inuentio, vt existimauit Nauar. consil. 10. num. 2. titul. de vsuris, dicens quod iure ciuili, & canonico vsurarius non amittebat sortem cum contrarium probauerimus in mutuante agricolæ, ex d. Authent. ad hæc. C. de vsuris.

119 Sed quæritur an sortis amittendæ pœna locum habeat, in vsurario occulto. Acuedo in dict. l. num. 6. scribit eius l. & sequen. pœnam obtinere in vsurario manifesto non tamen in eo qui occulte feneratur, quod dicit probari ex verbis tex. ibi: *Desuergonçadamente dan à vsura*. Verum hæc opinio admittenda non est, tùm, quia fauet vsurarijs, & præbet ansam fœnus occultè exercendi: tùm, quia quamuis vsurarius occultus non puniatur pœnis, de quibus in cap. quam pernitiosum de vsuris, & cap. quamquam eodem tit. in 6. vtpote dolenter vsuratios manifestos confitentes: punitur tamen amissione cuplicatæ sortis quod probatur manifestè ex verbis dict. l. 4. ibi: *Y porende mandamos, que qualquier Christiano ò Christiana que diere à vsura, que pierda todo lo que diere ò prestare, y pache otro tanto*. Idem probatur ex l. fin. illius tituli, ibi: *Y demas damos, que qualquier Christiano que diere à vsura, o hiziere, o hizieren quales quier contractos con fraude de vsuras, que caya è incurra en las penas, &c.* Quæ verba generalia sunt, & generaliter intelligenda in quolibet vsurario manifesto aut occulto. l. 1. §. generaliter. de legat. præstand. Nec obstant illa verba: *Desuergonçadamente dan à vsura*, quia quamuis Legislator in legis proœmio in verecundiam fœneratorũ referat, & ea forsam causam dederit ædicto, & pœnis nouè constitutis omni vsurario, non tamen legis dispositio generalis ad in verecundos tantũ fœneratores coarctanda est, ex tex. in l. 1. §. secundo loco de postulãdo vbi improbissima Calphurnia in verecũ de postulans & magistratum inquietans, causam dedit ædicto generali, quo omnis fœmina etiam verecunda prohibetur postulare. Similiter verecundus vsurarius quantumcunque occultè fœneretur, lege Regia punietur si fuerit conuictus de delicto, & ita non semel iudicatum vidi.

120 Hic etiam occultus vsurarius iure canonico criminaliter, & extra ordinem iudicis arbitrio punitur, vt contra Docium, & Rolandum post Corneum & alios comprobat Menochius, libro secundo de arbitrarijs, casu 398. numero trigesimo quarto, & sequentibus, sequitur Ioannes Bap.

Baptista de vsuris, commentario quarto in præfatione, numero decimo octauo, dicens: quælibet vsurarium siue manifestum, siue simplicem, siue occultum, siue eius crimen detegatur, & probetur posse puniri pœna stelionatus, tam per Ecclesiasticum, quàm per secularem iudicē. Quod iure nostro Regio ampliandum censeo, vt locū habeat, etiam si quis occultè & semel tantùm fuerit fœneratus, quia quamuis iure communi vnus solus actus nō efficiat quem vsurarium cùm verbale nomen in vno actu solo non verificetur, ex notatis per Ripam, & alios, capite primo de iudicijs, Menochius de arbitrarijs casu. 235. numero decimo. Tamen leges Regiæ quemcunque actum vsurarium puniri voluerunt, vt constat ex dicta l. quarta, ibi: *Qualquier Christiano que diere à vsura* & pro secundo actu fœneratorem dimidiæ bonorum partis, amissione dānant, ibi: *Fuere hallado que dio otra vez à logro pierda la mitad de sus bienes*, & pro tertio actu vsurarius omnibus bonis exuatur, ibi: *Y si despues que fuere condenado en esta pena segunda fuere hallado q̄ dio otra vez à logro que pierda todos sus bienes*; idem probatur ex dicta l. 5. ibi: *Qualquier Christiano que diere à vsuras, ò hiziere qualesquiera contractos en fraude de vsuras.* Imò ex vno actu vsurarium appellat, & infamia notat, vt patet ex dicta. l. quinta, ibi: *Y demas que el tal vsurario ò logrero quede inhabil è infame perpetuamente.*

Sed an ea pœna iure Regio, statuta aduersus vsurarios locum habeat in vsura præsumpta. Azeuedo in dicta l. quarta, numero secundo, videtur sentire, quod vsura præsumpta non debet puniri pœna dictæ legis Regiæ, sed minori, idem videtur voluisse Perez ad titulum secundum, libro octauo Ordinamenti, pag. 16. versic. Secundo vsura stricte.

Sed contrarium probatur ex dicta l. quinta, titulo sexto, libro octauo Recopilationis, ibi: *O hiziere qualesquiera contractos en fraude de vsuras, caya è incurra en las penas que en las dichas leyes y ordenanças son contenidas.* l. vigesima nona, titulo quarto, libro tertio Recopilationis, ibi; *Tengan special cuydado de castigar à los que dellos hizieren contractos illicitos, ò en fraude de vsuras.* Aduerte tamen, quia aliud est contractum fœneratitium esse: aliud contrahentes, ita fœnus exercuisse, vt pœnis contra vsurarios statutis puniri debeant, nam licèt contractus quandoque fœneratitius iudicetur, non tamen eo ipso contrahentes, vt vsurarij puniuntur, patet in dicta. l. quarta, versiculo: *Y porque algunos no dan derechamente a vsuras*, vbi ex pacto reuendendi post certum tempus, & pacto lucrandi fructus interim perceptos contractus in fraudem vsurarum iudicatur: non tamen punitur eius legis pœnis, nam vt quis tanquam vsurarius puniatur, inspicitur & consideratur, qualis eius fuerit animus, capite consuluit de vsuris, vbi Doctores. l. si quis nec causam in principio, si certum petatur. Si adfuit animus fœnerandi: tunc vsurariæ pœnæ locum habent, ita in contractu verè, & manifestè vsurario, sicut in fraudem vsurarum celebrato; & ita intelligo dictā l. quintā, & l. vigesimā nonā ibi: *En fraude de vsuras*, at si fœnerandi animus non adfuit, non punitur contrahens, quamuis contractus fœneratitius censeatur, & ita intellige quæ tradit Parladorius, libro secundo rerum quotidianarum capite secundo numero finali, dicens, pœnis vsurariorū, non puniri eum, qui reditum ita paululo pretio emerit, quod nullus & vsurarius censendus sit contractus, aliàs

periculosa esset eius opinio,nec eam probat Bart.quē ipse refert, l. quis sit fugitiuus.§.apud Iabeonem,de edili tio edicto, quia loquitur in contractu bona fide celebrato,eo quia communiter & in vulgi opinione censebatur iustus,latebat tamē vsura in eo quo casu contrahentes excussantur a pœna d. §. apud Iabeonem ibi: *Qui id facit quod publicè facere licere arbitratur*,plures in idem refert Tiraquellus,de retractu lib.2.ad finem, nume. 129.Mexia in pragmatica panis,conclusione.3.numero.25.facit,quia consuetudine defendi potest contractus aliàs illicitus,Decianus consilio secundo,libro primo,numero 80.& sequētibus.Qualiter autem constare possit fœnerandi animus consule Menoch. libro tertio, præsumptione. 123. numero octauo. An autem testibus singularibus probetur vsuræ crimen vltra dict.l.4. & Azeuedum ibi: Couarruuias,& Menoch. ab eo relatos,vide Mascardum de probationibus conclusione.1419.numero vndecimo,& sequentibus Ioannem Baptistā, dicto commentario.4.de vsuris in præfatione,numero 27.& numer.sequent. instruit aduocatos in probāda vsura manifesta,& quando vsura probatur testibus singularibus qualis fieri debeat condemnatio,vide Couarruuias dict. libro tertio variarum cap.3.numer.5. versic.ex quibus Regij iudices,Azeuedum dicta.l. quarta,numero secundo.

122 Ex prædictis infertur ad quæstionem frequenter in foro ventilatam, quis sit iudex competens causæ vsurariæ?Si enim in iudicio controuertitur,an contractus sit vsurarius, quia agitur de puniendo fœneratore, vel de impedienda executione instrumēti reditus,vel alterius contractus, quē vsura maculatum asserunt,compluresque voluerunt huius rei cognitionem ad iudicem Ecclesiasticum,non ad secularem pertinere,nisi tātum facti quæstio discutiatur.Quæstionem facti appellāt, si tantum sit dubitatio,an contractus fuerit hoc modo celebratus, quo altera pars proponit,& ambę partes conueniunt, quod si eo modo gestus fuerit,vsurarius est censendus. De hac facti quæstione secularem iudicē interlaicos cognitur̄ existimant: quod si iuris quæstio sit, videlicet, an contractus eo modo,quo constat celebratus,vsurarius sit,ad Ecclesiasticū iudicem eundem putant:ita docuerunt Bartolus.l.Titia.numer.8.soluto matrimonio,in l. quoties ad finem. C.de iudicijs in l.2.numer.4, de iurisdictione omnium iudicum, Alexander consilio.29.numero sexto, libro quarto:sequitur Couarruuias in quarto,secunda parte,capite octauo.§.fin. numero tertio,& quarto, Auendañus de exequendis mandatis,secūda parte,capite.28.numero primo, versiculo,de quo crimine, plures refer & sequitur Barbosa in dicta.l.Titia,numero.48.

Mouentur primò, quia quando agitur an contractus sit vsurarius, ad vsuræ punitionem, vel ad impediendam eius executionem agitur de peccato, & ad solum iudicem Ecclesiasticum pertinet declarare, vtrum sit peccatum,capite nouit de iud. capite per venerabilem, qui filij sint legitimi.

Secundo, quia crimen vsuræ est Ecclesiasticum, probat textus in Clementina dispendiosam, vbi glossa & Doctores de iudicijs, ergo eius cognitio ad solum Ecclesiasticum iudicem spectat,capite secundo de iudicijs.

Tertiò, quia iudex Ecclesiasticus laicos vsurarios excommunicationis pœna persequitur,cap.1.&cap.2.cap. cum tu,cap.præterea.de vsuris.

Quartò

Quartò, quia vsuræ non fuerunt prohibitæ de iure ciuili, vt supra probauimus: ius autem canonicum vsuras prohibuit, ergo ad Ecclesiasticum iudicem pertinet de vsuris discernere.

Quintò, hanc sententiam probat l. 58. titul. 6. part. 1. vbi probatur lites super vsuris in iudicio Ecclesiastico decidendas esse.

Ex quo inferunt, quod si coram laico petatur executio instrumenti guarentigij, & reus excipiat de vsura contractum vsurarium esse asserens, supersedendum est in lite, quousque iudex Ecclesiasticus quæstionem vsurariam determinauerit, iuxta regulã textus capite tuam. de ordine cognitionum. ita Bartolus dicta l. quoties Couarruuias vbi supra numero quinto, Gutierrez, & alij quos sequitur Doctissimus Lusitanus dicta l. Titia, numero 48. in tertia columna illius numeri.

Sed contrariam sententiam, imò quòd causa vsuraria, sit mixti fori, & vterque iudex sit competens, inter suos subditos, non solum in quæstione facti, sed etiam ad puniendum vsuræ vitium, & ad pronunciandum contractum vsurarium, tenere voluerunt Archidiacon. in capite quid dicam. 14. quæstione 4. Salicetus, Calderinus, Barbatia, Ancharranus, & Parisien moder. quos refert & sequitur Couarruuias, qui sententiam mutauit & diligenter hanc opinionem defendit, libr. 3. variarum cap. 3. numer. 1. eandem sequuti sunt Olascus, decisione. 137. numero 10. Ioannes Baptista Lupus in commentario 4. de vsuris. §. 4. numer. 66. Peguera decisione criminali. 30. numer. 23. in hanc sententiam videtur inclinare Antonius de Butrio, quem refert & sequitur Beluga in speculo Principum, in §. de vsurarijs, numero nono, & sequentibus.

PROBATVR primò, quia nullus est textus in toto iure Pontificio, qui dicat vsuræ crimen merè Ecclesiasticum esse, & eius cognitionem secularibus iudicibus prohibeat, ergo delictum hoc merè Ecclesiasticum censendum non est, hoc argumentum infirmum non esse in iure, dixit Soto de iustitia & iure, libro sexto, quæstione prima, articulo tertio. Nam si hoc crimen merè Ecclesiasticum esset, alicubi ius canonicum hoc dixisset, & laicis eius cognitionem prohibuisset, vt capite tuam. de ordine cognitionum, capite primo, capite lator, qui filij sint legitimi. capite Inquisitionis. §. inhibemus. de hæret in 6.

SECVNDO, quia quamuis iure canonico Summi Pontifices rectè voluerint coerceri homicidia, adulteria, stupra, raptus, furta, vt in titulis de homicidio, de adulterijs, de raptoribus, de furtis: non tamen sequitur ea delicta esse merè Ecclesiastica: ergo idem in hoc vsuræ crimine dicendum est, vt non dici possit Ecclesiasticum, ex eo quod iure canonico sit prohibitum.

TERTIO probatur ex l. quarta, titulo octauo, libro tertio Ordinamentis, l. prima, titulo vigesimo primo, libro quarto Recopilationis, quibus constat iudicem laicum posse cognoscere de vsurę exceptione, vt contractũ vsurarium, & exequendum non esse pronunciet, quo iure vtimur ex Roderico Xuarez, l. post rem iudicatam in declaratione legis Regiæ, versiculo circa iudicem numero decimo quinto & sequentibus, & apud Gallos peræque obseruatur, teste Copino. de domanio Franciæ, libro secundo, titulo sexto in fine, vt dicam infra numero. 132.

125 QVARTO Crimen Ecclesiasticum dicitur ex eo quod sit ab intrinseco vetitum lege supernaturali, vel lege tantum Pontificia, aut naturali, & Pontificia dumtaxat prohibitum, iuxta ea quæ docet Nauarrus capite. nouit. notabili. 6. de iudicijs, corolario septimo. Sed nulla harum qualitatum vsuræ crimini aptari potest: quia lege supernaturali non prohibetur cum non sit contra ea, quæ per Deum, aut Ecclesiam supernaturaliter sunt inducta & reuelata. Nec etiam vsuræ sunt lege tantũ Pontificia vetitæ, cum etiam prohibeantur iure naturali, necsolo iure naturali, & Pontificio vetantur, cum eas iure Regio, & quandoque ciuili Romanorum prohibitas fuisse probauimus: ergo crimen hoc mere ecclesiasticum non est; alia huius opinionis fundamenta scripserunt Couarr. dict. lib. 3. variar. cap. 3. Ioannes Baptista Lupus, d. commentario. 4. §. 4. n. 66. & Peguera vbi supra, vbi vide, & adde quæ infra dicam numer. 131. & sequen.

126 Nec obstant quæ pro contraria opinione adduximus 1. quod ad ecclesiam pertinet declarare, an sit peccatum fateor quando casus non est decisus & quæritur an sit peccatum, at in vsuræ crimine apud catholicos, iam non cadit ista quæstio, cum satis decisum sit iure naturali, diuino, canonico, & Regio, vsuram prohibitã & peccatum continere, itaque argumentum hoc obtinuisset tempore Digestorum, & Codicis, quo vsuras moderatas permissas fuisse diximus, si eo tempore in dubium verteretur quæstio vsuraria. At vero postquam Christiani Principes vsuras multis pœnis in earum exactores cõstitutis prohibuerunt, iam delictum hoc ex lege & pœna crimen ciuile est, ex notatis per Cynum & Baldũ in Authentica clericus qui. C. de Episcopis & clericis, & merito crimen mixti fori dicendum erit, vt per Bellugam vbi supra numer. 18. & sequentibus. Non obstant Clementina dispendiosum, & alia iura canonica, quæ in causa vsuraria procedi & vsurarios coerceri iubent, clericos officij & beneficij suspensione, laicos excommunicatione. Id enim Pontifices pro officio statuerunt, quemadmodum alia crimina, & maleficia adulterij, raptus, furti, & similia coerceri recte voluerũt, non tamen ex eo sequitur, ea omnia
127 delicta esse ecclesiastica. Non etiam obstat dict. l. 58. tit. 6 part. 1. quia quãuis dicat iudicem Ecclesiasticum cognoscere de delictis ibi enumeratis non tamen negat seculari iudici cognitionem super delictis mixti fori. Patet, quia l. Regia enumerat ibi inter alia delicta, de quibus Ecclesia iudicat periuria & sacrilegia, quę etiã ciuili iure puniuntur. l. qui falso vel variè. ff. de testibus. l. si quis in hoc genus. C. de Episcopis & clericis, & sunt delicta mixti fori, vt Abba. & Doctores, cap. cum sit generale. de foro cõpetenti. Gregor. dict. l. 58. verbo. *Perjurio*, & verbo *Sacrilegio*, Iulius Clar. in practica, quæst. 37. num. 6. ergo l. Regia noluit omnia delicta ibi relata esse mere Ecclesiastica, alàs magnum iurisdictioni seculari inferret præiudicium si secularibus iudicibus de omnibus delictis ibi expressis cognitionem denegaret. Vult igitur. l. Regia demonstrare, de quibus delictis possint Ecclesiastici iudices cognoscere, non tamen quod sint mere Ecclesiastica.

Ex quibus infertur primo, quod si agatur criminaliter ad puniendum vsurarium laicum, erit competens iudex secularis, similiter, & Ecclesiasticus, eritque præuentioni locus, quod praxis obseruat quasi

quasi crimen huic licet merè ecclesiasticum non sit, non immeritò dici possit ecclesiasticum, ex eo quòd ab initio illud iura Pontificia prohibuerint, legibus secularibus, id permittentibus, imò approbantibus vt supra diximus, & in specie probat Couarruuias dicto capite. 3. versiculo 3 quartò non est. de eadem praxi testatur Iulius Clarus vbi supra numero. 2. sequitur Peguera dicta quæstione. 30. numero. 23. ad finem.

129 Potest autem vsurarius criminaliter puniri, ex Iacobo Butriga. l. improbum fœnus. C. ex quibus causis infam. sequuntur Cornæus. consil. 19 lib. 3. Alciat. c. n. nu. 54. de offic. ord. Ofasc. decis. 137. n. 12. & decis. 161 n. 17. plures referens Menoch. libr. 2. de arbitr. c. 398. vbi n. 22. dicit hanc veram & receptam Doctorum sententiam, quam accipiendam existimat, ex iurisconsultis dispositione in improbo fœnore. De quo ind. l. improbũ fœnus, sequitur Fortunius de vltimo fine iurisillatione. 5. ad fin. Auend. 2. p. de exequend. mand. c. 28. nu. 1.

Vndè vsurarium torqueri posse con
130 sulùit Socin. cons. 219. in fi. lib. 2. contra Angel. in disputatione incip. Asternis col. 5. cuius opinio verior videtur iure nostro Hispano quo pœna corporalis vsurarijs indistinctè non imponitur, & ita etiam si adsint vsuræ indicia ad torturam deueniendum non est, vt aduertit Auen. supr. nu. 4. Franc. Viuius decis. Neapo. 251. n. 8.

Infertur secundo, quod si agatur ci
131 uiliter de vsura, nõ solum in quæstione facti cognoscet secularis iudex inter laicos, vt omnes fatentur, sed etiã in quæstione iuris, quando quæritur an contractus sit vsurarius. Probatur primo ex fundamentis, quæ pro Archidiaconi opinione adduximus. Secundo probatur, quia in quæstione facti potest secularis iudex cognoscere, vt omnes asgoscunt: ergo etiam cognoscet in quæst. iuris. Patet consequẽtia, quia nulla datur differẽtia realis inter quæstionem iuris quæstionẽ facti: non enim potest dari quæstio facti, quin sit de iure, cum vna ab alia separari non possit, & inter se habeãt connexionem, vt per Fulgos. consil. 134. circa finem, & ex facto ius oritur l. si ex plagijs. §. in eliuo ad legem Aquil. et ratione connexitatis ab vno iudice vtraque quæstio expedienda erit. Tertio probatur ex eo quod si retineas Doctorũ differẽtiam inter quæstionem iuris, & facti non rebus, sed verbis legem imponis contra l. 2 C. communia de leg. nam qui voluerit causam vsurariam trahere ad iudicium ecclesiasticũ, mouebit quæstionem iuris, & ita verbalis est hæc differentia, vt inquit Iaso. l. quoties nu. 6. C. de iud. Ioan. Bapt. vbi supra. Quarto probatur, quia si proponitur quæ-
132 stio vsuraria, tàm facti, quàm iuris per viã exceptionis, potest iudex secularis de ea cognoscere, & contractum vsurarium declarare, vt est communis Canonistarum & Legistarum eõ sensus secundum Guidon. consi. 180 n. 2. & ita vidisse seruari testatur Iuli. Clarus vbi supra, num. 2. in fin. Peguera vbi supra, nu. 23. in fi. Humada ad Greg. d. l. 58. gloss. 2. nu. 2. ad fin. Cephalus conf. 402. nu. 26. lib. 3. Rimin. consi. 399. n. 21. lib. 4. Salicetus. l. eos. §. fin. in fin. C. de vsur. Rodericus Xuarez quem refert & sequitur Couarruuias in 4. 2. part. capit. §. §. 12 numero. 5. & in dicto lib. 3. variarum capite. 3. numero. 1. versiculo. vtcumque sit, dicens iudicem ecclesiasticum non posse inhibere iudici seculari, qui instrumẽtum guarentigiũ executioni mãdauit, quamuis ecclesiasticus velit de vsuræ exceptione cognoscere. Si ergo secularis iudex potest proposita exceptione vsuræ

contractum vsurarium pronunciare, & de quæstione iuris cognoscere, non est incapax cognitionis vsurariæ etiam si iuris quæstio verratur, alias si incapax esset huius cognitionis super hac incidenti quæstione, supersedendum esset, & oporteret Ecclesiasticum adire c. tuam. de ordine cognit.

133 Nec obstat quod ius canonicum priùs vsuræ crimen prohibuerit, quàm ius ciuile, quia etiam concubinatus priùs cæpit prohiberi per ius canonicum, quàm per ius ciuile, Clementi. ad nostram de hæret. l. in concubinatu, vbi DD. ff. de concubinis Couar. in 4. 1. par. cap. 4. num. 8. & tamen est delictum mixti fori, de quo vterque iudex cognoscit contra laicos, postquam legibus Regijs delictum hoc pœnis in concubinarios statutis prohibetur, quo iure vtimur. Et quod iudex Ecclesiasticus possit concubinarios laicos punire cum communi resoluit Iulius Clarus in practica quæstion. 37. numer. 4. probat. S. Cõcil. Triden. sess. 24. cap. 8. ergo idem in vsura dicendum erit, idem in sacrilegio patet, quòd quamuis lege canonica prohiberi cœperit, & postea legibus secularibus fuit vetitum, est mixti fori, vt supra dixi. Vltimo facit text. in cap. post miserabilem. de vsuris, vbi secularibus Principibus permittitur de vsuris iudicare, tradit Villagura de vsuris. q. 11. quod neutiquam fieret, si delictum esset merè ecclesiasticum, quia decretum est, vt laici Ecclesiastica negotia tractare non præsumant, vt probat text. capit. decernimus. de iudic.

134 Infertur tertio, quòd si agatur de simulatione contractus in fraudem vsurarum iuxta textum in capite ad nostram. de emptione & venditione, quia res fuit vendita paruo pretio cũ reuendendi pacto, poterit secularis iudex de ea causa cognoscere contra laicum: hæc enim cognitio mere temporalis est, & de rebus temporalibus, vt ex multis scripsit Veroius in Rubrica de vsuris, numer. 85. Belluga, in speculo Principum, dict. §. de vsurarijs, numer. 9. & ita obseruat Senatus noster, quamuis contrarium cum Paulo, Iasone, Rolando & Cagnolo voluerit doctissimus Lusitanus dicta. l. Titia, numero. 48. colum. 4. illius numeri soluto matrim.

135 Infertur quarto, quod si agatur de restitutione vsuræ, vel de ea compensanda cum sorte iuxta caput. 1. de vsuris. Et denique si agatur de vsuris compensatiuis, aut restauratiuis, quæ tàm ciuili iure, quàm canonice sunt permissæ, iuxta l. curabit. C. de actionibus empti, capite salubriter, capite conquæstus, vbi glossa & Doctores. de vsuris, iudex secularis absque dubio cognoscit, notant Baldus & Salicetus. l. 1. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, Cagnolus, dicta l. curabit. numer. 45. Doctissimus Barbosa, dict. l. Titia, nu. 50. in fin. Belluga vbi sup. nu. 12.

136 Infertur quinto, quòd cũ iam dubitari non possit an vsura sit peccatum & delictum: imò hæreticus sit censendus, qui pertinaci animo contrarium affirmauerit Clementina vnica de vsuris, si emergat quæstio, an contractus sit vsurarius, non minus recurrendum erit, ad ius ciuile quam ad canonicum, nam quamuis ciuili iure, etiam vsuræ lucratoriæ permittebantur, & in hoc merito ipsi standum non est, tamen leges ciuiles nos docent discernere contractum vsurarium, à non vsurario, quid sit vsura, quæ sit lucratiua quæ compensatiua, seu restauratiua eius quod interest. Vndè dixit Contadus in tractatu de contractibus quæst. 34. columna penul. ad ius ciuile recurrendum

137

138

dum esse pro decisione quæstionis, an contractus sit vsurarius, quamuis eam ad se limitant Theologi, vt per eundem Conradum in eodem tractatu q. 49. & supra in hac quæstione diximus.

137 Ex quibus non videtur necessaria concordia, de qua per doctissimum Regiumq; Senatorem Barbosam, d. l. Titia, nu. 52. quod communis opinio quæ habet iudicem secularem nō posse cognoscere de vsura, si veratur iuris quæstio, locum habeat, si ea quæstio decretis canonicis decisa non sit, at vero contraria opinio admitti debeat, si quæstio vsuraria & proposita in iudicio coram seculari sit sacris canonibus determinata: quia quod iure determinatū est certū & indubitatū dicitur, l. ornamentorum, vbi nota, de auro & argento legato, & tunc secularis iudex nihil determinat, sed determinatum dete git: non enim solis decretis canonicis, sed etiam Iurisconsultorum & Imperatorum responsis & ciuilibus cōstitutionibus, quatenus iuri canonico non contrariantur quæstiones in vsurarum materia decidendæ sunt, cum sacri canones non dedignētur leges imitari, & vsurarum tractatus ampliorē sit ciuili iure quàm canonico, & quamuis Legislatores erraueritint in vsurę lucratiuę approbatione eius tamen substantiam diligenter explicauerunt. Vnde secularis iudex deficiente canonica decisione recte iuris ciuilis documentis vsurarium contractum, aut non vsuratium pronunciabit.

138 Vltimò infertur ad eandem quæstionem, an causa vsuraria compromitti possit in laicū, de qua egimus supra libro 1. quæst. 16. nam satis patet ex prædictis laicum prohibitum nō esse de huiusmodi causa cognoscere, etiam principaliter & in iudicio ordinario, etiam si agatur de quæstione iuris: ergo à fortiori poterit cognoscere, vt arbitrator, qui summarie & extraordinarie cognoscit, ex Abbate & alijs in cap. quintauallis, de iure iur. Summaria autem & extraordinaria cognitio non est laico prohibita, etiam in spiritualibus ex Speculatore de primo decreto, §. restat, verse, sed quid si agatur Bald. l. ei qui iurat. C. de bonis author iud. possid. Romano consil. 173. vbi Mādos. in addit. 2. dixit communem, idē in arbitrio dicendum erit, cum arbitria sint redacta ad instar iudicioru̇ l. penultima. C. de arb. potest igitur vsuraria causa in laicum arbitrū cōpromitti.

Ex quæst. sequent.

An & quando mutuāti liceat vltra sortem recipere. num. 1.

Omnes casus quibus licet mutuanti vltra sortem recipere ad vnū vertit interesse reducuntur. numero 2.

An liceat mutuanti moderatam panam stipulari, si mutuū statuta die non restituatur. numero 3.

Pœna mutuo adiecta an præsumatur in fraudem vsurarum. numero 4.

Et quid si pœna adijciatur facto, seu dationi speciei num. 5.

Et quid si adijciatur pœna in promissione quantitatis. num. 6.

Et quid in solito fœnerari. num. 7.

Et quid si pœna adijciatur per diem

meratione mensium, vel annorum. num. 8.

Fr. Dominicus a Soto reprehensus a Sarmiento defenditur. numero 9.

Pœna conuentionalis quatenus mã detur executioni. num. 10.

Pœna adiecta contractui an & quãdo liceat moram purgare. numero 11.

Interesse propter quod pœna in mutuo exigi potest vnde oriatur. num. 12.

Interesse metiendum esse ex parte creditoris, non ex parte debitoris. num. 13.

Mutuum obligare accipientem ad antidora. num. 14.

Pactum indemnitatis an liceat adijciatur in mutuo. num. 15. & num. 20.

Si creditor suscipiat mutuatæ sortis periculũ an possit aliquid vltra sortem stipulari. num. 16. & num. 52. & seq.

Cambia realia & cambia sicca an sint licita. ibi.

Suscepto sortis periculo an contrahatur mutuum, an societas. numero 17.

An liceat mutuanti antidoralem obligationem mutuatarij deducere in ciuilem. num. 18.

An mutuãs possit obligare mutuatarium vt mutuet si indigeat. num. 19.

Interesse creditoris non solum ex dãno incurso, sed etiam ex cessante lucro considerãdum fore num. 21.

De damno incurso aut cessante lucro prius constare debet quàm creditori adiudicetur. nu. 22.

Quid debeat probare creditor vt lucrum cessans possit exigere numero 23.

Hanc probationem posse fieri coniecturis. num. 24.

An oporteat probari prædictum lucrum fuisse in potentia propinqua. num. 25.

An æstimatio cessantis lucri sit restringenda ad homines solitos negotiari. num. 26.

Quoad interesse lucri vel damni considerandum nihil interest mutuata sit pecunia, an vinum oleum, vel alia species, in qua mutuum potest consistere. numero 27.

Explicatur textus l. sisterilis. §. cui per venditorem, de actio. empt. num. 28. & seq.

Vbi de extensione, seu restrictione eius quod interest agitur, solũ attenditur, an sit circa rem. num. 29.

Nullum venire interesse damni, aut lucri nisi post moram. numero 30.

Mutuatarium cõstitui in moralap su certæ diei, vel interpellatione absque litis contestatione contra Socinum. num. 31.

Imo in foro cõscientiæ mutuatarius constituitur in mora, signis age-

egestate, vel reuerentiali metu creditoris. num. 32.

An mutuatarius teneatur in foro conscientiæ soluere id quod creditoris interfuit ante moram. num. 33.

Qualiter mutuatarius obligetur ad antidora. num. 34.

Notantur aliqui casus quibus debitor citra moram in foro conscientiæ tenetur ad interesse creditoris. num. 35.

Debitor qui propter egestatem non soluit in termino, an teneatur creditori pendere lucri cessantis interesse. ibi

An valeat pactum adiectum mutuo de rependendo eo quod creditoris interfit pendente dilatione & ante moram. num. 36.

Mutuans iustè stipulatur se indemnem seruari. num. 37.

Hoc tamen fallit quibusdam casibus. num. 38.

Quatenus valeat pactum de certa summa nomine interesse soluenda per debitorem. num. 39

In mutuo non statur pacto vel confessionibus partium, durante causa prohibitionis & suspicionis. num. 40.

An probato interesse teneat prædictum pactum. num. 41.

Traditur communis doctorum resolutio Theologis & iuris professoribus recepta circa validitatem pacti. prad. num. 42.

Pactum pœnale moderatũ, & absque mutuantis intentione praua validum esse ex Theologorum sententia. num. 43

Apud iurisperitos crebrior obtinuit opinio eam pœnam dationi quantitatis appositam præsumi in fraudem vsurarum. numero. 44.

Valere tamen prædictum pactum ad conseruandum, seu æstimandum interesse creditoris etiam ante moram. si probetur. num. 45.

Doctores in effectu non faciunt differentiam inter pactum pœnale, & pactum de refundendo interesse mutuantis. num. 46.

Pactum de rependendo eo quod interest, non valere, & nihil operari in mutuo contra communem. num. 47.

Pactum pœnale sine fraude appositum non esse contra naturam mutui. num. 48.

Pactum de refundendo eo quod creditoris interfit post tempus appositum mutuo, aut post moram debitoris, non esse contra naturam mutui. num. 49.

Posse taxari partem honesti lucri arbitrio boni viri soluẽdam post moram debitoris, dummodo creditor probet sua tantum interfuisse. num. 50.

An compulsus à Principe, vel Republica mutuare, iustè aliquid vltra sortem accipiat. numero. 51.

Esse-

Assecuratio an sit pecunia æstimabilis. num. 53.

Assecuratio facta inter mutuantem & extraneum an sit licita. num. 54.

Agitur de intellectu, cap. nauiganti, de vsuris. num. 55. & sequent.

Si creditor non ratione mutui, sed sponte cum mutuatario pacisci tur de periculo sortis iusta mercede an sit vsura. numero 58.

Defenditur communis intellectus, cap. naviganti. num. 60.

Resolutio quæstionis. num. 61.

An ex interuallo & post contractũ mutui liceat mutuãti cum debitore pacisci de suscipiendo periculo sortis, iusta mercede constituta, num. 62.

Leges ciuiles de nautico fœnore, an sint correctæ per ius Canonicũ num. 63.

Pactum assecurationis mutuatæ sortis, an sit licitum cum extraneo. num. 64.

Et quis contractus fiat in assecuratione. ibi.

Pactum assecurationis inter duos extraneos recidit in aleam, & nen est validum. num. 65.

In pacto assecurationis traiectitiæ pecuniæ, an locum habeat remedium l. 2. C. de rescindenda vend. num. 66.

Quæstio. V.

An aliquo casu liceat vsurarium reditum exigere.

QVIXIMVS vsurarum reditum iure naturali, diuino & Canonico prohiberi: quæritur modo, an aliquo casu liceat hunc reditum exigere? Et primò circa mutuum, quia incidenter venit non immorabimur, sed summariè expediemus. Panorm. in cap. conquestus, de vsuris post Hostiensem in Summa eodem titulo. §. in aliquo casu vsque ad duodecim casus numerat, in quibus licet recipere vltra sortem: infinitas quæstiones cumulant Summistæ, & Doctores in cap. consuluit, & in cap. nauiganti, de vsuris, Anchar. in repetitione, cap. peccati venia non datur de regul. iur. in 6. Purpura in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. D. Antoninus, Socinus, Conradus, Chassaneus, quos refert Rebuf. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest, in præfatione, nu. 28. Alexan. de Ales. 3 par. quæst. 66. ponit quatuor casus, in quibus vsura in vero mutuo est permissa, quos Scotus in. 4. Sententiarũ distin. 15. reducit ad duos, scilicet, ad pœnam, & ad interesse. Ego verò sequutus

quutus iuris profeſſorum traditiones reduco ad vnum, videlicet ad iuſtũ, & verum intereſſe, non quod Legiſtæ vel Canoniſtæ melius in hac materia ſenſerint quàm Theologi. Vera eſt enim Theologorum ſententia, poſſe moderatã pænã ſtipulari, & exigi etiã in mutuo, non in fraudẽ proximi, ſed ne creditor ipſe ſpõſione fraudetur, & pecunia ſua careat in termino, & cum à creditore recipitur ſine intentione vſuræ, imò ipſe magis affectet pecuniam ſibi exolui, quàm pænam recipere, nec id videtur contra ius diuinum, nec contra conſcientiam, vt poſt Angel. de Clauaſ. tradit Rebuffus l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, gloſſ. proferuntur, num. 23. Soto de iuſtitia & iure. lib. 6. quæſt. 1. art. 3. in 1. concluſione, verſic. ſed vtrum explicat. Nauar. in Manuali. cap. 17. n. 215. reſoluit & probat Villaguta in
4 tractatu de vſuris. quæſt. 20. Sed quia iure mutuum debet eſſe gratuitum, omneſque leges vſurariæ in mutuo improbæ ſunt, vt diximus in quæſt. præcedẽti ſit vt omnis pæna mutuo apposita (niſi quatenus de tanto vero aut verisimili intereſſe conſtet) in fraudem veterum vſurarum apposita ceſſeatur. Nam quamuis pæna adiecta facto puta promittis 100. ſi domum non ædificaueris, ſi arbores non plantaueris, in fraudem vſurarũ non videatur apposita, vt tradit Romanus conſilio 510. Crotus conſilio 86. Capra conſilio. 70. nu. 28. idem ſi adijciatur dationi ſpeciei ex Romano ſupra, & Maſcard. de probationibus. 2. parte concluſione. 1167. nu.
6 23. Tamen ſi adijciatur dationi quãtitatis in fraudem vſurarum adiecta præſumitur, & ideo peti non poteſt, gloſſ. in l. cum alegas, C. de vſuris, ſequuntur Crotus & Romanus vbi ſu. Angelus & Alexander in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. num. 11. de verborum. Butrius & Fulgoſ. per textum ibi in l. pecuniæ. §. 1. de vſuris. & poſt Purpuratum & Rebuſum & alios reſoluit Menoch. de arbitrar. libro. 2. caſu 260. num. 42. quam concluſionem quinque modis ampliat Rebuf. dict. l. vnica, gloſ. 1. num. 58. & ſequentib.
7 Verum prædicta limitanda videntur vt procedant in ſolito fænerari: is enim præſumitur pænam adieciſſe quantitatis promiſsioni in fraudẽ vſurarum: ſecus ſi non ſit ſolitus fænerari, quod tradunt Romanus & Crotus vbi ſupra & prius Innocent. cap. 2. de pænis, Bart. Alexan. & alij in dicto §. alteri, & eſt communis opinio ex Benedicto Capra vbi ſup. quam probauit l. Regia. 34. iuncta l. finali, titulo. 11. partita. 5. & ibi notat Gregorius gloſ. verbo, *Vſura*, ſequitur Gutierrez de iuramento confirmator. 1. parte. cap 36. num. 10. Ioannes Gar. Gallæcus in ſuo eleganti tractatu de expenſis & meliorationib. cap. 9. num. 66. Et quamuis prædictã diſtinctionem inter ſolitum fænerari & non ſolitum in mutuo reijciendam putent gloſſ. l. rogaſti. §. ſi tibi, ſi certum petat Baldus l. cum allegas. C. de vſuris Rom. dict. conſ. 510. nu. 13. quos ſequitur Maſcard. in 2. part. de probationibus, concluſ. 1167. n. 21. Rebuf. dicta l. vnica gloſ. 1. num. 60. Tamen prædicta l. fin. titulo. 11. partita. 15. indiſtincte in omni promiſsione quantitatis videtur probaſſe opinionem Innocentij, & aliorũ vbi ſupra, & in mutuo expreſſe probat l. 70. titulo 18. part. 3. vbi Gregor. ver. *Sopena del doble*, adnotat pænam dupli, dationi quantitatis adiectam exigi poſſe à non ſolito fænerari, & in mutuo etiam probat dicta l. final. titulo 1. partita 5. Nec obſtat textus in cap. plerique. 14. quæſt. 3. ibi: *Et quodcumque ſorti accedat vſura eſt,*

quod

quod velis ei nomen imponas, vsura est) cuius verba pro cõtraria sẽtẽtia expẽdit Romanus vbi sup. nam textus ille procedit quando ratione mutui & cum intentione vsuræ, mutato tantũ nomine recipitur: nos loquimur quãdo pæna adijcitur ne creditor sponsione fraudetur & sua pecunia careat in termino, & ipse magis affectet pecuniam sibi solui, quam penã recipere. Quæ tamen intelligenda videntur quando pæna promissa est 8 vna, secus si adijciatur quãtitati per dinumerationem mensium, vel annorum: quia tunc semper redderet contractum vsurarium ex Bart. l. cũ stipulati sumus, num. 3. de verborum Annan. cap. fin. num. fin. de vsuris, sequuntur Gregorius Lopez & Gutierrez vbi sup. & Villaguta de vsuris, q. 20. num. 10. versic. tertia conditio. Et secũdum prædicta intelliges, quæ tradit F. Dominicus à Soto, dicta q. 1. art. 3. in 1. conclusione, vbi scriptũ reliquit licere mutuanti stipulari aliquid pænæ nomine à mutuatario, si non soluerit statuto die, quamquam eum reprehendat Sarmiento lib. 7. Select. cap. 1. num. 35. per l. si tibi decem, de pact. l. 3. §. fin. de annuis legatis, l. pænam. l. pecuniæ fœnebris. ff. de vsuris, quę iura non prohibent pænę nomine aliquid stipulari si statuta die non restituatur mutuum, sed tantum volunt quod nec prætextu pænæ vsurarum modus legitimus excedatur. Non est etiam omittendum 10 prædictam conuentionalem pœnam de qua agimus ex vsu forensi apud suprema tribunalia non mandari executioni, nisi quatenus interest stipulantis creditoris, vt ex Matthæo de Afflictis, decis. 135. tradit Ioãnes Garcia dicto cap. 9. num. 63. vbi refert Gregor. & Modernum Paris. & alios idem Osascus decis. Pedemon. 70. num. 11. & num. 13. Rebuf. dicta l. vnica. glos. 1. num. 52. & seq. vbi n. 55. dicit id obtinere etiã in foro cõscientiæ, & in glos. ver. dupli. nu. 16. dicit ita seruari in Regno Franciæ, Antonius Thesaurus decisione Pedemontana. 79. num. fi. & decis. 98, quibus locis Thesaurus agit de pæna adiecta quantitatis promissioni à iudice vel ab statuto, an debeatur & exigi à reo possit, & quid si non parti sed fisco soluenda sit, de quo Villaguta de vsuris, dicta quæstione, 20. tradit etiam Gutierrez d. ca. 36. post Auẽd. in dictionario, verbo, pœna cõuention. vbi habet eam peti non posse, nisi quatenus interest, quod Gutierrez vbi supra. nu. 10. notat pro clausula quæ solet adijci in contractibus videlicet, quod si debitum statuto tempore non fuerit solutum mittatur nuncius certis taxatis expensis ad exigendum, cuius clausulę meminit textus in pragmatica de Madrid anni. 73. de instrumentorum executione lata, de qua vide supra lib. 2. q. 6. ad fin. Imò etiam post moram debitoris, si creditoris ius non sit factũ deterius & ipsius non interest purgata mora non licere creditori pœnam exigere tradit Azeuedo ad l. 10. tit. 16. lib. 5. recop. num. 5. cum enim creditoris ius deterius factum non sit, licet debitori moram purgare, ex l. mancipiorum de optione leg. Alex. l. si insulam. num. 33. limitatione. 11 de verb.

Ex antea dictis (vt ad rem reuertamur) constituitur conclusio, quod ad hoc vt liceat aliquid exigere vel stipulari supra sortem in mutuo vnica est causa dum taxat, quæ est verum & iustum interesse ipsius creditoris. Nam vt nuper diximus iure obtinuit pœnam mutuo appositam, nisi quatenus de tanto vero & verosimili interesse constet exigi non posse. Istud autem interesse oritur aut pro

pte

prer damnum emergés, aut propter lucrum cessans, quod (vt alios præreream) explicat eleganter Iodocus Damhoudesius in patrocinio pupillorum, tit. de pupillorum interesse. num. 9. cum sequentibus.

13 Hanc conclusionem declaro primò, vt interesse non possit metiri nisi ex parte creditoris, non autem ex parte debitoris, nec ex eius necessitate, vel lucro: quoniam cùm mutuũ debeat esse gratuitum & in vtilitatẽ recipientis non credentis, quantumcumque constet debitorem superlucraturũ ex mutuo, vel damnum maximum euasurum, non est iusta causa, vt quicquam exigere possit creditor vltra sortem, quod etiam aduertit Sarmiento Selectarum interpretation. lib. 7. cap. 1. num. 40. versic. septima conclusio, & dixi in quæst. præ-
14 cedenti. Fateor illam esse iustam causam, vt debitor obligetur ad antidora, iuxta legem sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peritio. hæred. cap. cum in officijs, de testam. vtque creditor à debitore sponte nec beneficium remunerante, & liberaliter aliquid offerente recipere possit. Nec ista antidoralis obligatio reddit contractum vsurarium, quamuis mutuans velit mutuatariũ antidoraliter obligare: nam debitum quod non est legale, sed antidorale non habet vim pretij, ex diuo Thoma 2.2. quæst. 78. art. 2. ad 2. quemadmodum non redditur simoniaca resignatio beneficij facta ab eo, qui intendit resignatariũ obligare antidoraliter, vt respondit Navar. consilio 9. titulo de simonia. Paris de resignatione benefic. lib. 5. quæst. 7. num. 16. sed tamen illud lucrum antidoralis obligationis, non est iusta causa, vt tacitè vel expressè quicquam vltra sortem reddi pacisci possit mutuans, vt per Mexiam in pragmatica panis, conclusione 2. nu
7 nquia esset contra naturam mutui vsurarium & sorti imputandum, solam autem indemnitatem sibi tantum pacisci potest. Hoc enim pactũ
15 indemnitatis non prorsus tollit gratuitum officium mutuationis, nec illud excludit, sed restringit: quia tanto minus officiosus est creditor. Verum alia iusta causa à simplici officio sit ate mutui accedente, puta si
16 creditor contra naturam mutui recepit in se periculum totius sortis vel partis, non videtur vsura: quia tunc sicut in damnũ creditoris huiusmodi mutuũ excedit terminos mutui, ita in eius cõmodum excedi potest à non suis terminis, l. Lucius in 1. ff. depos. l. in naue Saupheli, ff. locati. l. periculi pretium de nautico fœnore, & sic contemplatione suscepti oneris potest aliquid stipulari, nec vsura videtur: quia non recipit propter officium mutuationis, sed propter onus susceptum, cui & non sorti nec mutuo correspondet pactum, vt notat Baldus l cunctos populos, num. 4. C. de Summa Trinitate. Imo dico eo
17 casu, quando creditor suscipit in se periculum sortis non esse propriè mutuum, sed societatis contractum, vel do vt des, aut facias: & sic cessat subiectum vsuræ: de quo tamen vide infra latius.

Vnde excusantur ab vsura & licita videntur cãbia realia, cũ quis dat pecuniã mercatori hic Merymnæ, vt secure Romæ restituat, pro assecuratione aliquo recepto. Secus dicendũ est de cãbijs fictis, quæ cambia siccа appellantur, vt si centum aureos mutuo roges à mercatore, is verò dicat se cambio dare pro eo quod Romæ valeãt, vel alibi vbi multo plus valent pecuniæ, quod illicitum & vsurarium est, vt per Bartolum à Medina in Summa confess. §. 24. decis. gen. 37. num. 11. vbi cambiorum sic

corum interesse peti non posse asserit, cambia tamen realia ab omnibus approbari firmat.

Ex quo infertur ad cambia an sint licita vel vsuraria, de quo per Laurẽtium de Rodulphis in tract. de vsuris. 2. par. q. 26. n. 8. & 3. par. quæst. 1. num. 1. Palatius Rubios in Repetitione cap. per vestras notab. 6. §. 9. n. 13. Nauar. in cap. fin. de vsuris. num. 21. & num. 78. & in Manuali. cap. 17 num. 283. Menchaca lib. 3. controu. vsufrequen. cap. 60. à num. 7. Sed distinguendum est: quia cambia sunt in duplici differentia. Quoddam est cambium verum & reale, quoddam cambium fictum, seu cambium siccum. Reale cambium est quando cãpsor prius accipit pecuniam, quàm det. Cambium siccum dicitur cambiũ fictum, & non verum, & fit quando cãpsor prius dat quàm accipiat. Vt autem cambium reale sit oportet quod literæ mittantur extra Regnum vbi soluenda pecunia est, alias dicetur cambium siccũ & vsurariũ censendũ erit. l. 8. tit. 18. lib. 5. Recopilationis, & tenent Mercado. lib. 4. de contract. cap. 7. fol. 178. 2. par. ver sic. *Algunas vezes* Thomas de Vico in tractatu de Cambijs, cap. 1. num. 4. Ludouicus Lopez in instructorio negotiantium, lib. 2. cap. 12. Soto de iust. & iure lib. 6 quæst. 13. art. 1. & ita à principio inter contrahentes conueniendum est quod literæ cambij dirigantur extra Regnũ & illic fiat solutio in primis nundinis vbi celebrãtur, si verò nõ celebrantur ibi nũ dinæ pro primis terminis, nec enim pro secundis nundinis, nec terminis exercenda sunt cambia, vt habetur in Motu proprio Pij V. anni 71. & tradit Curt. Iun. l. vnica. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest, versi, alia etiã quotidiana. Bertaz. consi. 254. n. 3. & consi, 255. nu. 26. Nauar. consil. 31. de vsur. n. 5. & probat pragm. Regia inf. cit. aud. Vnde in cãbio reali vtræ monetæ interuenit, altera quę datur ad cãbium loco contractus, altera recipiẽtis, quæ soluẽda est in loco destinatę solutionis. Et si vtraque moneta non interueniat, dicitur cãbium fictum, siccũ, & vsurarium, vt tenet F. Francis. Gar. de cõtract. 2. p. c. 13. pa. 417. Ludo. Lop. vbi su. li. 2. c. 12 fo. 341. col. 2. in prin. Merca. d. li. 4. c. 7 fol. 177. ver. *La primera*. Sylues. ver. vsura. cl. 4 q. 9. in fi. Angel. ver. vsura. n. 54. F. Fabia. Genuẽ. in tract. de cãb. n. 57. Mencha. vbi su. n. 12. Nau. d. c. 17. n. 283. & n. 298. vers. aduertãt, & cõsi. 31. tit. de vsur. n. 5. li. 5. Hie. Gab. cõsi. 158. n. 7. li. 2. Ex quo sequitur nõ sufficere scribere pecuniã solutã in libris eius cui solui debet, vt per Ioan. Baptis. Lup. de vsur. in cõment. c. nauigãti. §. 2. n. 19. Hie. Gab, vbi su. n. 5. & 7. Vnde inquit Sarmie. li. 7. Select. c. 7. n. 7. quòd si pecunia verè non soluitur est cõmentũ, & color quærendi ad tegẽdã vsurã: quia solutio quę per literas cãbij faciẽda est, intelligitur de vera & naturali in pecunia numerata. l. solutã. 59. in prin. ff. de solutio. cũ traditis à Bar. in l. solutionis. ff. eo. tit. Rip. l. 4. §. soluisse, n. 1. ff. de re ind. Soci. cõsi. 65. n. 3. lib. 4. Rursus vt cambiũ reale sit, necessariũ est q; in loco destinatæ solutionis sit persona, quæ literas cãbij recipiat & soluat: in cambijs enim realibus interuenire debẽt quatuor personæ: duæ in loco cõtractus vbi recipitur pecunia, persona videlicet dans, & persona recipiens, & duæ in loco destinatæ solutionis, alia soluẽs & alia cui soluit, vt tenuit Merca. vbi su. c. 7. vers. *Demas desto.* vbi dicit, quod illi quibus mittũtur literę cãbij nõ possũt sibi soluere, alias vsuris pateret via: quia eadẽ pecunia fierẽt plura cãbia. Pro quo facit: quia quemadmodũ in emptione seu permuta-

mutatione, cui cãbiũ cõparatur, vt per Bald. cõs. 190. n. 4. li 2. Nau. d. c. 17 num. 289. Rotam Genuens. decisione. 31. numero. 4. & 5. requiritur pecunia, & res, quæ vendatur, vel species quæ pro alia specie permutetur, ita in cambio duæ monetæ sunt necessariæ, altera dantis ad cambium, quæ est loco pretij, qua emitur pecunia recipienti in alio loco soluenda, quæ habetur loco rei vẽditæ, vel vtra que habetur loco speciei permutatæ, vt post Tom. dicit Caietan. 2. tomo opusculorum tit. de cambijs. c. 4. vers. secundum. Fabian. Genuens. vbi sup. 2. p. c. 5. num. 56. & 57. Nauarr. sup. n. 298. & ita etiam requiritur persona quæ soluat in loco destinatæ solutionis, vt diximus, & probatur in Motu Prop. Pij. V. incipit in eam pro nostro ibi. *Nec quis quam est, qui in nundinis, aut locis supradictis huiusmodi literis receptis, solutionem faciat*, alias autem cambium siccum est, & sub nomine cambij palliatur vsura, vt per Caietan. sup. c. 1. Syluestrum verb. vsura el. 4. §. 9. Soto lib. de iustitia & iur. q. 10. art. 2. Nauar. d. c. nauiganti. n. 25. vbi num. 29. loquitur in Dominis qui dum egent accipiunt pecunias ad cambium soluendas Lugduni, vel Methymnæ vbi correspondentes non habent, nec pecunias quibus soluere possint, & dixit eiusmodi cambia sicca & ficta, & illicita esse & omni iure reprobata idem Nauarrus d. c. 17. nu 290. in tertio requisito. Ioann. Bap. Lup. in d. §. 2. num. 23. Caualca. decis. 2. numer. 22. 23. & 24. 2. p. Sarmiento. d. lib. 7. capit. 2. numero. 7 Peguera. quæstione. 33. nu. 4. versic. oportet enim.

Cambia sicca illicita sunt & vsuraria, vt ex supra dictis patet & probat d. l. 8. tit. 18. lib. 5. Recopilatio. Mot. Prop. Pij. 4. anni. 1564. & Pij. V. anni. 1570. supra. d. & pragmatica Matritij anni. 1598. vbi dicit esse cãbia sicca & pœnis vsurarijs plectanda quoties recipientes pecunias ad cambium non habuerint pecunias, eredita, aut correspondentes extra Regnũ in nundinis, & locis destinatæ solutionis, & quod cambia sicca sint omni iure reprobata vltra prædictos tradit Berthaçolus consilio criminali. 254. numero. 3. Medina vbi supra.

Cambia tamen realia licita vidẽtur, & vt prædiximus excusantur ab vsura ratione incertitudinis & periculi, vt inquit Roman. cons. 238. Vnde in cambijs cautio fideiussorum vsuraria est, vt tradit Osascus consil. 51. numer. 4. Hieronymus à Luca de cambijs. §. fi. num. 4. Cardin. Toleta. in summa, lib. 5. c. 52. cum enim ex vna parte æstimatior certitudo appareat in iustitia, quia iam magis onerat vna quam altera pars, & sic non potest esse contractus consistens in æqualitate. l. Labeo. §. contractus de verbo sign. Toletus vbi supra, & cessat illa Aritmetica proportio quę est fundamentum iustitiæ commutatiuæ Aristotel. lib. 5 Æthicorum. c. 4. D. Thom. 2. 2. q. 68. & 77. art. 1. Vnde quando omnia pacta adijciuntur ad fauorem creditoris, & nullum ad fauorem debitoris inducitur euidens præsumptio vsuræ Card. Clement. 1. §. cæterum. q. 3. de vsuris Bald. consi. 311. num. 9. lib. 5. Nata, cons. 198. numero. 13. Surdus cons. 182. nume. 21 lib. 2.

Ex quo etiam patet illicitum, & vsurarium esse apud campsorem deponere pecuniam sub nomine ficti cambij, vt postea in eodem loco, vel alibi cum lucro persoluatur, vt probatur d. Motu Prop. Pij. V. supra. d. ibi, *cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ siue depositi, siue alio nomine ficti cambij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituãtur,*

& post alios tenet Berthaçolus. dict. cons. 255. num. 14. Nauat. d cap. 17. num. 18 in titulo de peccato circa depositum. Nec dicatur, quod cõtractus hic defendi potest ex eo quod sit societas, quia tria requiruntur ad societatem coeundam, vt inquit fr. Ludouicus Lopez in instructorio negotian. lib. 1. c. 65. vers. postquam cõtractum. Primum, quod sit licita negotiatio, non iniusta, aut vsuraria. Secundum, quod pecunia in societate exposita sit periculo ponentis. Tertium, quod æquitas seruetur in omnibus, & ita damna & lucra sint communia, intellige proportionabiliter, vt qui plus posuit pecuniæ, vel operæ, plus habeat de lucro. l. si non fuerint. l. quod enim. ff. pro socio, quæ omnia hic desunt. Nec etiam exponens pecuniam obligat accipientem ad negotiandum cum ea.

Nec defendi poterunt huiusmodi cambia sicca consuetudine, aut statuto, aut lege, vsurarius enim contractus, neutiquam consuetudine, statuto, vel lege confirmatur. Clemen. 1. in fine princip. de vsuris. c. inter dilectos de excessibus prælato. l. fi. §. super vsurarum vers. nec liceat. C. de vsur. vbi Bald. notab. 4. Paul. num. 2. Beroius cons. 167. lib. 1. Achiles Pedrocha, cons. 36. num. 227. Fabianus Genuens. vbi supra, num. 42. Couar. lib. 3. var. c. 1, num. 8, Peguera. quæst. 34. per totam plures refert Caualca. decis. 1. in fin. & decis. 2. nume. 40. & decis. 13. num. 19. & decis. 32. n. 55. 1. p. quam consuetudinem expresse reprobat Motus Prop. Pij. V. vbi sup. nec statuta valent huiusmodi contractus confirmare. l. 1. in fi. ff. de vsuris Bald. l. 1. num. 26. de summa Trinitate, & ibi Ias. num. 48. Bald. in authen. ad hæc num. 8. C. de vsur. nec principes ecclesiastici, vel sæculares possunt permittere cambia vsuraria cũ sit prohibita vsura iure diuino, & naturali, vt satis probatũ est supra hoc li. quæ. 4. & tenet Bald. d. l. 1. C. de summa Trinitate. num. 17. Ioan. Bapt. Lup. ad legem curabit. C. de adue in pri. §. 4. num. 1. & 2. Afflict. dec. 180. 22. num. 2. Ofascus decis. 137. nume. 18. Thesaurus, decis. 57. in consilio filij. 161. posito. num. 10. Grego. l. 12. tit. 12. p. 5. gl. 1. vbi exclamat contra dicta cambia, & est bonus textus in l. 1. tit. 6. lib. 8. Recop. ibi. *Y todas las vezes fueros y priuilegios que les fueren dados hasta aqui, porque les fue consentido de dar a logro en ciertas maneras nos los tiramos y reuocamos y damos por ningunos con consejo de nuestra corte, y tenemos por bien q̃ no valãde aqui adelãte, como aquellos que no pudieron ser dados, ni deuen ser mantenidos, porque son contra ley segun dicho es.*

18 Ocurrit autẽ illa quæstio an liceat mutuanti obligationem illam antidoralem, qua mutuatarium obligat pacto deducere in ciuilẽ, & sic alio modo quam tacite insit. & communis est sententia tam Theologorum quam nostrorum non licere, & licet fateantur licere stipulari beneuolentiam vel amicitiam in genere, negãt licere in specie, etiam similis beneficij mutuãdi, nisi hoc adiecto, quod permittẽs non plus obligetur, quam alias tenebatur cessante pacto, ita fert sit D. Tho. 2. 2. q. 28. art. 2. in respõ. ad 3. & expresse glos. fi. in. c. si fœneraueris, & ibi Archidiach. 14. q. 3. gl. Clem. 1. in principi. ver. onera & ibi Anchar. & Card. q. 20. Ray. Gofred. in summ. eodem titulo Calderinus repet. c. consuluit & ibi Annan. de vsur. Couar. lib. 1. variar. c. 20. nu. 4. ad fin. Bald. in rubr. C. de vsuris in numer. 1. vbi dicit remunerationem huius beneficij non esse taxatam a iure naturali, vel aliqua ratione intellectus, atque ita deducere voluntatem

sem ac necessitatem, & obligationem informem ad obligationem formem non esse secundum metam iustitiæ naturalis, nec ex debito iustitiæ licet sit ex debito amicitiæ, ex quo non inducitur necessitas, sed spontanea voluntas idē Salicetus in auth. ad hæc. quæst. 18. C. de vsuris Anchar. in repet. regulę peccati venia q. 8. de reg. iur. in. 6. Rom. in cōs. 500. Laurentius de Rodulph. in repet. c. consuluit col. 1. in. 2. oppositio. de vsuris & ibi Cardi. & Anna. col penult. & Abb. in fin. Gabr. in. 4. Sentētiarum. d. 15. q. 2. D. Anton. in summa. 1. p. c. 7. §. 5. Barb. in. c. illo vos col. 2. de pignoribus Ias. in. l. ex hoc iure. n. 65. de iust. & iur. Silvest. verb. vsura. 1. q. 2. & q. 3. Decius. in. l. rogasti. § si tibi. n. 5. ad fin. si cert. petat. Purpura. ibi in. 3. columna. verum est, q. Angel. in summa in verb. vsura. 1. §. 4 & ante eum. Host. in sum. eod. tit §. fi. dixerūt licere & valere pactū mutuo
19 adiectum, vt vicissim mihi si indigeā & comm*ie possis mutues. Satis est enim quod non plus nec alio casu obligaris quam naturalis ratio & charitas ipsa exigant, tametsi alio modo & efficacius quo ad forum humanū & externum obligaris, ciuili videlicet vinculo addito: verum eorum opinio defendi non potest ex supra dictis & ex glos. in. c. 1. 14. q. 3. Decio in. d. §. si tibi in. n. 5. in fi quamuis id non improbet Purpur. ibi. n. 16. & ita contra Ang. tenet fr. D. Soto. d. libr. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 2. vers. ad. 4. ergo Nec obstat in tali contractu nullum mutuatario inferri damnum, quia vt supra notauimus ex verbis Bald. licet beneficium mutuandi officium sit liberalitatis, & misericordiæ, tamen obligario ad mutuandum est æstimabilis pecunia, vnde si forte accedat redditi contractum vsurarium.

Redeundo ad conclusionem quā supra constituimus declaratur. Secūdo dum modo illud interesse non recipiatur vsuræ prætextu, nec vt negocietur, vel locupletetur creditor ex mutuo, sed dumtaxat, indemnis seruetur debet ergo serio fūdari in causis veris efficacibus, & propinqui, q. etiam sentit Decius in reg. *quatenus*, in fin, ff. de reg. iur. in c. cum venerabilis col. 5. de excep. 20

Declaro tertio, vt verū interesse creditoris non tantum ex damno incurso, sed etiam ex lucro cessante æstimetur nam vtrumque proprie venit appellatione interesse vt diserte explicat. l. C. in. l. si commissa. ff. rem ratam haberi, ibi *in tantum competit in quantum mea interfuit, id est quantū mihi abest, quantumcunque lucrari potuit*. tex. in. l. 3. in fin. ff. de eo quod certo loco. l. vnica ad fin. C. de sentētijs quæ pro eo, quod interest l. quidquā. C. arb. tutel. l. si in leg. §. colonus. l si fundum. §. fin. ff locati circa, quod cō siderandum est quod regulariter tō est pars ratio lucri & damni. l. fin. C. de codicil. l. proculus in fin. ff. de dān, infect. l. qui autem in princ ff. quæ in fraudem credi. l. si is cui. §. fin. ff. de furtis, quod etiam in hac disceptatione eius quod interest habet locum, d. §. fin. vnde in plurib⁹ & procliuius habetur ratio damni incursi quā lucri cessantis. Dānum autem emergens peti non potest nisi concurrentibus septem requisitis, de quibus Cōrad. de contract. q. 30. conclu. 1. Rebuff. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. n. 23. & 24. Primū q. vere dānum, non ficte emergat. Secundum quod ex eo mutuo resultet illud dānum, & non ratione alterius rei. Tertium, quod exactum non excedat dānum. Quartum, quod passus damnū maluisset retinere sortem quam nāc vltra eam damnum exigere. Quintū quod fuerit mutuum consilij, non prę-

cepti. Sextũ, q exactio nõ infamtet actorẽ nec aliquẽ scãdalicet. Septimũ quod iam passus fuerit interesse damni: nam pro eo quod non est passus non potest agi eadẽ requisita refert, & comprobat Villaguta, de vsuris. q. 19. per totam.

Oportet tamen agentem ad interesse damni probare quod ex causa sibi expedienti propter non restitutam pecuniam in termino, tantumdem sub vsuris accepit: vel aliud certum damnum passus fuit, vt per Alexan. cons. 141. lib. 5. numero. 2. Ioan. Baptistam Lup. de vsuris ad l. curabit §. 6. num. 16. vbi dicit quod debet creditor capitulare & probare, quod propter non reditam pecuniam in tempore statuto, ædes quas ruinosas parauerat restituere, fuerint colapsæ, vel quod annonam quam in æstate ad totum annum emere proposuerat, coactus fuit postea carius emere, vel pecunias sub vsuris accipere ad debita persoluenda, sequitur Mascardus de probatio. concl. 933. n. 8. Cesar Vrsillus ad Afflictum decis. 20. n. 5. idẽ Conrad. & Villaguta vbi supra Pala. Rubios in c. per vestras notab. 6. §. 6 n. 1. Mascardus concl. 472. n. 8. Moedanus decis. 103. Peguera. q. 32. n. 22. & q. 34. n. 1. Hondedeus cons. 50. n. 30. lib. 1.

22 Si igitur de damno incurso cõstare debet antequam adiudicetur, vt tradit Bald. in l. etiam col. 2. C. de exequut. rei iud. Pala. Rubeos. in repet. c. per vestras. §. 6. inferrur de donatio. inter virum & vxor. quãto magis de lucro cessante. Vnde recte post Bartol.
23 scripsit Paul. in l. 3. §. fi. ff. de eo quod certo loco & in l. numis de in litem iur. q nõ sufficit aliquẽ esse cõsuetũ negotiari & lucrari vt exmora præstetur ei interesse lucri cessãtis, nisi lucrũ illud sit certũ hoc est certũ sit q illo tempore lucratus fuisset ex re debita si illam recepisset, idem Bart. in l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo q inte. n. 25. Iaf. in l. 1. C. de sũmi. n. 50 vers. limita. Rom. singul. 631. Præpositus in c. iuuenis. nu. 6. de sponsalibus Afflict. decis. 20. Neapol. n. 2. vbi docet quid debeat probari in iudicio ad petendum istud lucrum cessans, quod etiam late tradit Dida. Per. ad tit. 2. lib. 8. ordina. pag. 21. vers. quę aut ẽ sint requisita per tx. in l. quemadmodum vers. planè si culpa nautarũ ibi, *non piscium qui ideo capti non sunt fieri æstimationem cum in certum fuerit an caperentur*. ff. ad l. aquiliã, tradit etiã F. D. à Soto in d. q. 1. art. 3. ad fin. in. 3. concl. dicens tunc posse lucrum cessans in pactum deduci ab articulo mutuationis dũ re vera cesset & non fiat in fraudem vsurarum, vere autem cessare existimat non quia creditor poterat negotiationi in pecuniam committere: sed quãdo re vera iam firmus exponere constituerat, atque eandem pecuniam negotiationi destinatam mutuauit. Nõ tamẽ dico quin pro ratione materiæ
24 subiectæ per coniecturas probabiles interesse probari possit, vt notat Bar. in d. l. vnica. C. de sententijs quę pro eo quod interest in fi. Bart. & alij in l. si traditio. C. de actionib. empti. tradit Mascard. de probatio. vol. 2. con
25 clus. 929. n. 2. & concl. 933. n. 21. Sed quod probari debet lucrum certum & probabile, & vt pulchre inquit Paul. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loco. n. 3. nõ sufficit lucrum fuisse in potẽtia incerta vel remota, sed oportet fuisse in actu vel potentia certa, vel propinqua sequitur Iaf. ibid. & in l. numis in fin. de in litem iur. Decius cons. 322. ad fin. in. 4. sententia distin. 15. q. 2. colu. 5. Sylvest. ver. vsura. 1. q. 19. Curtius Iun. l. 2. §. mutui datio colu. 6. vers. vltimo interminis. ff. si cert. peta. Crauetta, cons. 320. n. 3. Purpu. l.

rogasti

rogasti.§ si tibi.n.4 si cert.pet.Rolan. cons.35.n.5.lib.1.Burs. cons 68.n.1. lib.1.vbi testatur hãc magis commu munẽ.Barbosa.l.de diuis.n.27 &.28. solut.matrim Rota Genuẽ.decis.37. n.11.& decis.139.n.11.Gutier.de iu ram..1.p.c.2.n.8.Berthazol.cõs.235. n.13.Moedanusdecis.28.n.2.Molin. de iust.& iur.2.tom.disput.315.in fi. Balascus cõsulta.108.ex.n.6.

Verũ alij plures & grauissimi DD. arbitrantur petentẽ huiusmodi interesse non teneri probare prædictũ lucrũ fuisse in potẽtia certa & propinqua,sed satis esse si probet se fuisse,& esse negotiatorem eiusmodi qualitatis,& conditionis,quod verisimiliter lucraretur tantum,quia similiter lucrantur,& consueuerunt lucrari similis qualitatis mercatores cum tot pecunijs ita Paul.l.1.n.15.C.de sum.trinit.Aretin l.continuus.§.cum ita colu.2.de verb.Alex.cons.141.n.2.li.5. Cagnolus.l.curabit.nu.68.C. de act. empt.idem Cagnolus in.l vnica.n. 42.C.de senten.quæ pro eo quod interest Bursatus.d. cons.68.nu.31. vbi testatur hanc etiã cõmunẽ,eandẽ tenuerunt plures quos refert Mascard. d.2.vol.cõcl.993.n.19.vbi n.22.post Menoch.& alios quos refert, voluit iudicis arbitrio relinqui,qui rediligẽter inspecta iudicet quomodo interesse lucri cessantis sit probandum, q; videtur probare tx.in.l.1.C.de colon.Illirican.lib.11. ibi, *cuiusmodum in authoritate iudicis collocamus*, facit d.l.3.§.fin.de eo quod certo loco & tradit decis. Rot. Genuẽ.117.n.5.

26 Aduerte etiã quod licet DD.post Bart.d.l.3.§.fi.de eo quod certo loco &.d.l.vnica de sentent.quæ pro eo q; interest.n.25.soleãt restringere æstimationẽ lucri cessantis ad homines solitos negotiari,vt restringit Cardi. Clementi.vnica.§.sane.q.4.de vsuris ita:vt hæc qualitas debeat articulari & probari secundũ Alex. l.diuortio in prin.n.25.& in.l.insulam.§.vsuras n.3.&.4.solut.matri.& cons.141. in prin.lib.5.Decius.c.cum venerabilis col.5.n.58.de exceptio.Gom.§.actio nũ.n.17.in fin.instituta de actio. Decius cons.39.col.3.sub nu.4. & cons. 116.n.2.& cons.441.post.n.13. vers. venio ad secundũ vbi testatur cõmunẽ,refert plures Antonius Gabr.lib.3 cõm.opin.in tit.de solution.concl.10 Gutier.de iur.cõs.1.p.c.2 n.4.Barbo. d.l.de diuis.n.25. solut.mat. Mascar. vbi sup.cõcl.933.n.1 & Perez ad tit. 2.lib.8.ordin.pag.21. vers. quæ autẽ sint requisita & videtur probari l.3. §.fi.de eo quod certo loco,ibi,*quid si merces solebat comparare*.Hoc tamen non videtur perpetuo, sed causa maioris frequentiæ accipiendum:quoniam fructus amissi damno magis quam lucro cessanti adscribuntur,vt per Paris.Mod.in consuetud.Paris.1. p.§.6.glos.7.nu.18.atque ita in iustis negotiationibus & mercatoribus lucrũ cessans,vtpote fructus operę &industriæ vicinius est dãno emergenti & merito,oleum enim & impensam perdit mercator,videlicet(etiam de ducto sumptu)operas,laborem, & industriam,nisi lucretur:non tamen sequitur in alijs personis prorsus negari,sed latius considerari,atque ita cẽseo iudicẽ probabili ratione, etiã ad reliquas personas lucri cessantis exẽplũ quandoque acõmodare posse.q; etiam sentit Ancharr.in clem. vnica de vsuris Gabr.vbi sup.q.11. colu.5. Conrad.in tract.de contractibus. q. 30.& 35.& Anch.in cons.150. nu.3. Couar.lib.3.var.c.1.n.3.illat.6.ad fi. & Cagnol.& alij quos refert & sequitur Mascar.de proba.lib.2.cõcl.933. n.24.& Palaz.Rub.in rep.c. per vestras notab.6.n.8.verb.idẽ esset,oportet tamen creditorem lucrũ cessans petentẽ probare separatũ habuisse vẽ

ditorē prædij, aut reditus annui, aut alterius rei in cuius emptione lucrari posset iuxta ea quæ scribit Lup' in comm. 1. de vsur. §. 6. n. 117. Mascar. in d. n. 24. Verum quamuis hæc opidio iure cōmuni attento vera videatur iure Regio difficultatem habet propter tx. l. 8. ti. 3 p. 5. ibi, *Estos mesnoscabos dezimos que se deuen entẽder por los daños que vinieron, porque la cosa no fue tomada quãdo la pidio no mas de lo que pudiera auer ganado por ella*, & ibi sentit Greg. verbo *ganado*, approbari primam opinionem secūdū quam intelligit. l. illam: praxis tamen hanc opinionem passim admittit vt etiam non solito negotiari soluatur lucri cessantis interesse, etiam si nō probetur habuisse præmanibus lucrādi occasionem propter frequentes reditum annuorum venditiones.

27 Declaro. 4. vt quantum ad interesse tam lucri quam damni non sit differentia siue mutuati fuerint numi siue alię species: nec an actio ratione loci solutionis sit arbitraria, vel non: vnde quemadmodum & quo casu si pecunia mutuata sua die redita non fuerit, venit omne interesse immediatum & propinquum, quod ob cā morā creditor passus fuit, siue in dāno, puta si tantam pecuniā sub pęna debuit, vel sub pignore, quod distractum fuit, vel pęna commissa eoquod debitor cuius fidem sequutus erat, fefellit. l. numis de in litem iur. l. 3. §. penult. ff. de eo quod certo loco, siue in lucro cessāte, vt quia merces solebat comparare & comparaturus & lucraturus fuit si debitum in termino recepisset. d. l. 3. in fin. idem dicendum in vino oleo frumēto mutuato, aut alijs speciebꝰ, & in hoc valde errarūt quā plures scribentes dum nudam paucarum legum literam magis quam sensum omnium & naturalem rationē sequuti restrinxerūt d. l. numis, & d. l. 3. ad numos, siue ad pecuniam strictissime sumptam contra æquitatem & mentē iuris. Idque metu apparentis cōtrarij in l. si sterilis. §. cū per vēditorē de actioni. empti. quē tx. ad omnem contractū extendūt, imo ad omnem obligationem in qua aliud quā pecunia strictissime sumpta debetur atque ita vno incōuenienti admisso plura sequūtur, nouas voces diuisiones intrinseci, & extrinseci interesse cōfinxerunt quæ prorsus non habentur in iure vt inquit Alciat. in tract. eius quod interest. c. 4. nu. 13. & ante eū Fulg. in l. 1. in prin. col. 1. de actio
29 empti. Plus dico quod etiā sunt contra veritatē & mētē iuris, quia recte iura pensando vbi de extensione, vel restrictione, eius q, interest, agitur, nō curatur, nec attēditur an aliquid interesse sit intra rem, vel ex ipsa re an vero extra rem, sed solum, an sit circa rem, vt inquit tx. in, d. §. cum per venditorē, id est prope nō longe, seu propinquū coniunctū, & immediatum, & ita intellige illū tex. cum Fulg. qui solus veritatem in hoc summis digitis attigit, sed nō explicuit, alio modo cuitabat Alciatus in d. tract. de eo q, interest. c. 9. n. 16. argu. q, DD. sumpserunt ex. d. §. cum per venditorem vide eum ibi.

30 Declaro. 5. vt nul' ūveniat interesse nec damni nec lucri nisi post morā l. lecta vers. sed cū sortis petitio dilata sit, & vers. nō enim in mora. ff. si cert. pet. l. in hac in si, ff. de conditione trītica. l. 2. §. si nauis ad l. Rhodiā D. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. Scoto in. 4. dist. 15. ar. 3. q. 2. Soto libro. 6. de iust. q. 1. art. 3. col. 3 Gabr. lib 3. comun. opinio tit. de solutio. concl. 10. Decius, c. cū venerabilis de excep. n. 61. & ibi Feli. n 8. Ondedeus cons. 50. n. 21. lib. 1 Barbosa l. de diuis. n. 67. soluto matrim Anton. But, & alij in. c. salubriter de vsur. Paul. in. l. Iulian. §. exvendi. ff. de

actionib

actionib.empt.& in.l.3.§.nũc de officio.ff.de eo q̃ certo loco Crau.cõs. 87.in fi.& cõs.320.n.2.Cou.li.3. var. c.4.n 2.& n.5.vers.6.ad fi.refert Gab. vbi supr.in.d. cõcl. 10.tradit Masc. d.cõs.933.n.34.idẽ tenuit decis.Rotæ Genuens.193.n.10.& decis.30.n. 70.decis.89.n.3.Caual.decis.2.n.28 Greg.l.31.tit.11.p.5.gl fi. ad mediũ & Ioan.Lup.de vsuris.1.cõmen.§.5. n.109.& prædictã opinionẽ videtur probasse tx.in l.8.tit.3.p.5.ibi (*estos menoscabos dezimos que se deuẽ entender por los daños que vinieron, porque la cosa non fue tornada quãdo la pidio*) quãuis in interesse dãni incursi cõtra riũ firmauerit Soto vbi sup. Rebuf.& alij relati à Cou.d.n. 5. vers.6.ad fin. Quod amplia, vt interesse lucri cessantis solito negotiari non debeatur absq; vera mora etiã si interuenerit mora irregularis, vt dicit Paul.in.l.Iulia.§.si per vẽditorẽ ff.de actio. emp. Salic.l.2.C.de vsuris Soci.l. de diuis. ff soluo.mat.Ruin.cõs.56.n. 11.l.2. vbi dixit sec⁹ esse in fructib⁹ legitimẽ quos absque vlla mora deberi probat.

31 Et aduerte q̃ licet mutuũ sit cõtractus stricti iuris, tamen mora cõmittitur citra litis cõtestationẽ perdiei cessæ lapsum, & cõgruã interpellationẽ extraiudicialẽ ex cõmuni opinione glos.& DD.l.vinũ vbi late Ias.& Purpu.si cert.pet.quæ opinio naturali, & ciuili ratione subnixa tenẽda est, q̃uis Soci.ibi,n.8. cui Decius ibidẽ subscribit.n.3.& 13.quædã verborũ, & sylabarũ aucupia cõtra cõmunẽ aducat, a qua tñ nõ recedit, nec recedẽdum est, quicquid scripserint Gom.§ actionũ n.19.& 20.de actio.instit Alciat. d.l.vinũ.n.6.& 8.faciẽtes differentiã in hoc inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris, & male, quod etiam aduertit Mascard. vt statim referam.

32 Fortius tradũt Theologi & bene etiã citra vllã expressam interpellationẽ in foro cõsciẽtiæ ex signis. egestate, vel reuerẽtiali metu creditoris morã cõmitti, vt p Ricar, in.4.sentẽ. d.35.ar.5,q.1.D.Th.22.q.33.in fi.primi articuli Ang.Claua.verb.mora.§. 1.idẽ.Bart.l.1.in prin.ff.de oper.noui nun.Batt.Alex.l.si quis mihi bona.§. sed quid si mãdaui de acquir.hæred. Ias.l.vinũ si cert.pet.vbi Decius.n.12 Purpu.n.37.sequitur Mascar.d. cõcl, 933.n.35.& 36.& Ioan.Bap.Lup.de

33 vsuris cõmen.1.§.6. n.110. Sũt autẽ qui opinãtur debitorẽ teneri in foro cõsciẽtiæ respõdere creditori, q̃ eius interfuit etiã ante morã, & pẽdẽte terminovt Ioan.Turrecrem.1.q.13 insũma, & septẽ requiri ad obligationem soluẽdi interesse in foro cõsciẽtiæ scribit Cõrad.de cõtract.q.30.cõcl.1.Re

34 buf.d.l.vnica in præfat.n.24. Ego fateor debitorẽ vltra restitutionẽ sortis naturaliter obligari ad antidora, sed antidoraliter pro modo accepti beneficij, & sic quãto magis creditor officiosior, & beneficientior fuit & subuẽtionẽ proximi proprijs commodis præposuit nõ tñ puto hãc antidoralẽ sufficere ad obligãdũ debitorẽ etiam in foro cõsciẽtiæ ad aliquid soluẽdũ vltra sortẽ etiã ratione dãni per creditorẽ mutuationis causa interim ante morã incursi (licet quidam hoc incaute scripserit citans Cõrad. de cõtract.q.3.qui hoc nõ dixit) sicut neq, is quidonũ accepit, tenetur repẽdere donatori dãnũ, seu diminutionẽ patrimonij ab eo incursã propter donũ, alioqui nõ staret donũ. Tũ hoc esset cõtra act⁹ naturã, & finẽ: ipsa enim experiẽtia docet sæpe vsu euenire, vt qs vix possit serio erga proximũ officiosus esse nisi in aliquo sibi officiat. Tũ nõ potest debitor cẽseri efficacẽ dare causam dãni, sicuti nec donatarius ex quo vterque pariter habet spõtaneã volũtatẽ domini gratis mutuantis vel donantis, & sic cessant omnia argumenta contrariũ opinantiũ, & hanc sententiam probauit Mexia in

35 pragmatica panis cõcl. 2. n. 73. Et hoc
nisi debitor, sit dives, creditor autem
propter officiũ impensum ad notabi
lẽ egestatẽ sit redactus. Tũc enim cessat, & venit dies obligationis antido
talis, & beneficij efficaciter repẽdẽdi
q̃ sine vitio ingratitudinis, & graui
noxia prætermitti nõ potest. Item si
quid debitor dolo, aut callide fecerit,
puta dũ se iret imminẽtẽ necessitatẽ
vel lucrãdi occasionẽ, præuenit & ce
lauit creditorẽ, qui si scisset nõ esset
mutuaturus cũ dãno, vel omissione li
citi lucri. Itẽ nisi minus, vel metu, aut
importunis precibus, aut alia quadã
machinatione, siue vi, siue arte mu-
tuũ extorserit, sed & his casibus non
dãnificatur creditor propter officiũ
mutuationis, sed propter impressio-
nẽ vel calliditatem debitoris. Vnde
etiã citra morã indẽnis seruare debet.

Declaro. 6. vt nõ sit locus petitioni
lucri cessãtis cõtra debitorẽ in penu
ria, vel egestate cõstitutũ, adeo, vt ne
quiuerit soluere statuto termino, vt
per Rebuf. l. vnica. C. de eo, q̃ interest
gl. fi. n. 32. & seq. q̃ in praxi maxime
notãdũ est. Hic occurrit quæstio vtrũ
36 etiã in foro iudiciali valeat pactũ tẽ
pore mutui appositum de repẽdẽdo
eo, q̃ creditoris, siue in dãno, siue in
lucro intererit pẽdẽte dilatione, &
ante morã facile erat vno verbo quæ
stioni respõdere, sed plenioris doctri
næ gratia cũ quæstio sit fundamẽtũ
totius huius tract. placuit communis
scholæ rationes, & sentẽtiã dilucide
excutere, & depromere. Omnium
37 traditio est q̃ aut illud pactũ fit in ge
nere (hoc est) nõ expressa certa quãti
tate soluẽda, & est validũ, qui cũ libe
raliter mutuet, vel det dilationẽ solue
dę pecuniæ suę, vel sibi purę debitæ
iuste stipulare potest se indẽnẽ serua
ri tã in lucro, quã in dãno, pro quo fa
ciunt, quę tradit Rota Genue. decis.
210. & Cou. lib. 3. var. c. 4. n. 5. vbi re
fert D. Th. & plures alios, nemo enim
tenetur cõtra vtilitatẽ de proprio fa
cere beneficiũ. c. præcariæ. 1. 10. q. 2
38 Tamẽ excludũt casꝰ in quibꝰ ex lege
charitatis aliquis tenetur indigẽti sal
tẽ, mutuare: quia tũc nõ poterit indẽ
nitatẽ stipulari, nec quãdoq; fortè ni
si in euentu quo recipiens cõmode fa
cere poterit, de quo videdus est Con
rad. de contract. i. in. q. 19. Rebuf. d. l.
vnica gl. fi. n. 14. & hoc quãtũ ad cõs
ciẽtiã, in foro autẽ iudiciali excludẽ
di forẽt ea: sus in quibus ex testamẽto
forte eius, cui successit valida dispo si
tione, quis tenetur ad mutuãdũ, vt in
l. si seruus lega. 111. § Aufidiꝰ ff. de
39 legat. 1. Autvero mutuans paciscitur
de certa sũma nomine interesse solu-
ẽda, & dicũt DD. pactũ in se valere
ad hoc, vt possit peti interesse si q̃ sit
citra morã vbi alias peti nõ posset, vt
dictũ est, nõ autem ad probandũ, q̃
interfuit neq, quãti interfuit, sed nihilo
minus probãdũ erit q̃ verè tãtiq, in-
terfuerit, q̃ etiã in interesse pro dote
statuta die nõ soluta promisso censet
40 Rebuf. sup gl. fi. n. 41. de quo dicã in
q. 7. infra, & ratio manifesta est: quia
in mutuo tãquã in materia prohibita
nõ statur pactis, vel cõfessionibus par
tiũ durãte causa prohibitionis, & sus-
picionis, videlicet ante restitutionẽ
mutui, sed aliũde probãdũ est rẽ ita
se habere, arg. l. cũ quis de eẽdẽs. §. co
dicillis, & §. Titia, & ibi Bart. & DD.
ff. de leg. 3. l. si forte & ibi Bar. de Cas.
peculio. l. qui testamẽtũ & ibi Bal. de
prob. gl. Paul. Bart. & Ang. & alij in. l.
per diuersas C. mãdati. l. si donatio,
C. de collatio, & ita decidit Bald. in
l. rogasti §. si tibi. 2. col. vers. extra no-
ta. ff. si cert. pet. dicens, q̃ nullus est ac
ctus in quo ita de facili præsumatur
simulatio inter prohibitos, sicut in cõ
fessione & ibi late Purpur. n. 39. di-
cens id procedere, etiã si cõfessio fue
rit iurata iuramẽto assertorio, & in
specie Roman. cõs. 520. n. 11. Tiraq.
lib. 2. retract. ad fi. n. 152. Decius in. c.

cum

cũ venerabilis de exception.nu. 65. Cagnolus in.l.cuabit ſub.n. 56.cum ſeqq.C.de actionib.empti.& in.l.vnica C.de ſẽt.quæ pro eo q̃ inter.n.49 Alex.Reb.& alij quos refert Maſcar. d.concl.933.n.26.&27.vbi ampliat nu.28.etiã ſi talis cõfeſsio iurata ſit, idẽ Rom.conſ.220.ex n.9. Caual.de cif.2.n.31.& 32.2.p.Decius conſ.116 n.6.in fi.& conſ.166.n.1.& cõſ.182. n.3.Ruinus conſ.104.n.8.li.4.Tiber. Decian.conſ.2.n.59.lib.1.vbi idẽ dicit in tenũtiationibus, & confirmationibus partiũ,Auẽd.de exeq.mãd. 2.p.c.29.n.5.& Greg.l.31.tit.11.p.5. gl.fi.ad mediũ. Hinc etiã eſt,q̃ quãuis debitor dicat, q̃ illud q̃ creditor eſt vltra ortẽ recepturus illi donat, adhuc non erit valida donatio,quia materia prohibita eſt,& videtur color quæſitus in fraudẽ canonũ Bal.in c.clerici de vita & honeſtate cleri.& vbi eſt color quæſit' ibi eſtfra' Cyn. in auth.ad hęc C.de vſuris Bald.in.l. ab Anaſtaſio.C.manda. Paul.l.rogaſti §.ſi tibi in fi.ff.ſi cert.pet. Alex.cõſil.80.n.13.lib.3. Tamẽ ſi illud intereſſe ſit in qualitate perſonarũ, & veriſimilibus coniecturis,ſuſtineri poterit tãquã quædã tranſactio de futuro intereſſe certo in ſe,ſed in certo reſpectu ſolius quantitatis,& ſic non valebit pactum in vim pacti ſed in vim probationis reſultantis ex veriſimilibus coniecturis, quod etiam ſenſit Bald.in.d.§.ſi tibi columna. 2.faciũt, quæ tradit Decius dict.capit.cum venerabilis columna.6.ibi tamen non loquitur in mutuo, ſed in venditione,in qua minus eſt dubium,& idem tenuit Couar.lib.3.variarum cap.4. numero.5. ad finem ſenſit Maſcard. de probat.2.p.cõcluſione.933.n.30, Itaque ſecũdum prædictos Doctores pactum ſiue in genere, ſiue de certa quãtitate,hactenus valet, vt quod ex die mutui intererit(dummodo probetur)peti poſsit,vbi alias etiã probatum non veniret:niſi a tẽpore mo ræ,& in hanc ſententiam itum eſt a Theologis Canoniſtis,& Legiſtis,in prædict.locis,neque in hoc videntur diſſentire:ſed ſolum in pacto pœnali, quod omnes Theologi valere tenẽt dummodo non ſit immoderatum,& abſit praua intentio mutuantis,vt per Conrad.q.31.concl.1. Legiſtę vero & Canoniſtæ diu in varias opiniones diuiduntur:ſed tandem crebrior obtinuit opinio apud eos, vt omnis pœna dationi quantitatis appoſita præſumatur in fraudẽ vſurarũ, vt per Alexand in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri de verbor. obligation. & ſupra tradidimus ad notando quid iure Regio ſtatutum, & ſic dicunt non valere pactum pœnale quantum ad promiſsionem pœnæ: bene tamen quo ad alios effectus ſubſtineri vt tradit Bald..n.dict.l.rogaſti.§.ſi tibi columna.2. verſiculo extra quæro. ff.ſi certum petatur & Doctores in.l.cum allegas.C. de vſuris,vt ſcilicet ſtipulatio pœnæ, quæ non valet præciſe quantum ad ſuæ taxationem:valeat tamen primo ad conſeruandum & æſtimandum, quod intereſt, etiam ante moram,ſi probetur ſicuti ſtipulatio de refundendo intereſſe in genere,vt dictum eſt. Secundo,vt ſi veriſimiliter ex qualitate perſonarum, & totius negotij tanti, aut pluris interſit, tunc poſsit ſubſtineri promiſsio pœnæ vice cuiuſdã tranſactionis prout de prædicto pacto refundendi intereſſe dictum eſt, quod etiam dicunt plures quos refert Maſcard. vbi ſupra, numero 30. & ſic in effectu Iuriſtæ non faciunt differentiam inter pactum pœnale, & prædictum pactum de refundendo intereſſe.

Sed verius videtur ſimpliciter prædictũ nõ valere,nihilq̃ operari, pactũ aut eni agitur ꝺ intereſſe caſuali,ſeu momẽtaneo,& non ſufficit illud ſim

plex pactū, niſi forte debitor præmonitus ſit, & cū hoc onere ſine fraude acceperit, aut vero agitur de intereſſe promiſcui, & ſucceſsiui interuſurij pecuniæ, & iſtud eſt vera, & propria vſura in mutuo. Vnde pactū etiā nō valet: nō enim in mutuo licet paciſci de vſura, cū ſit officiū liberale, & gratuitū, & ita oportet, vt mutuans nec vendat, nec cōpenſet vſum pecuniæ, ſed liberaliter illū donet, ſaltē ad tēpus: alioquin non eſſet verū mutuum: q̄ cōprobabis ex ijs quæ tradit fr. D. à Soto li. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 3. cōcl. 4. & in ſpecie ſcribit Greg. in l. 11. ti. 11. p. 5. gl. fi. ad mediū. Pactū vero pēnale ſine fraude appoſitū nō eſt contra naturā mutui, quia ineſt tēpus infra q̄ debitor frui libere poteſt pecu
48 nia, & ſimplici ſortis reſtitutione liberari. Eadē ratione ſi fieret pactū de refundēdo intereſſe nō ſimpliciter, neque ex die mutui ſed ex eo, q̄ interierit poſt tēpus mutui appoſitum, vel
49 poſt morā debitoris, nō eſſet cōtra ſubſtantiā, vel naturā mutui. Et ita conſiderata qualitate, & cōditione perſonarū ex dubio euentu, videtur, q̄ poſſit taxari aliqua pars honeſti lucri arbitrio boni viri ſoluenda poſt morā quidē debitoris, dūmodo tū per creditorē poſtea probetur, eius vere rātū
50 intereſſe, probatione enim illa ſubſequuta ſubſtitueretur conuentio in vim probationis deducta ex veroſimilibus cōiecturis, vt per Alex. in cōſ. 200. n. 2. lib. 6. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. n. 5. illat. 7. vbi refert Bald. Purpu. Pariſ. Mod. dicit communem Ioan. Bap. quē refert & ſequitur Maſcard. vbi ſup. n. 30. de pacto iſto & ſimul de penali, ne hic multum remoremur, dicemus aliquid infra hoc lib. q. 8.

51 Quod ſi quæras an ei qui Principi vel reipub. cōpulſus eſt mutuare liceat aliquid vltra ſortē recipere vide Paul. l. ſiquis nec cauſam in fi. princ. ſi cert. per. qui dixit licere & ſequūtur Laurētius a Rodulph. & Crotus quibus acceſsit Mencha. de controuerſijs illuſtri li. 1. c. 6. n. 7. vbi q̄ mutuo pro militū ſubſidijs pro quib⁹ omnes ciues cōpellūtur mutuare ex multis ibi relatis & de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 6 n. 21. & ſeq. dicens in mille caſibus ſe idē reſpōdiſſe. adde Franciſcū Marcū deciſ. 889. 1. p. Carrociū in trac. de depoſito in tit. quid veniat actione depoſiti in rub. acceſsione. 4. n. fi. 1. p. Sed hoc ita indiſtincte accipiendū nō eſt ſed eo caſu, quo nec mutuātis nec mutuatarij intērio deprauata eſt quia mutuans nullū lucrū principaliter intendit, nec mutuatarius propter mutuū principaliter, ſed propter dānū incurſum a mutuāte. & ex mutuo cauſatū, vel ex mera liberalitate lucrū cōcedit, vt explicat ipſe Laurētius. d. tract. de vſuris. 3. p. q. 1. n. 27. & ſeqq. & ita in caſu quē refert Mench. ſolū negotiatoribus propter dānum ab eis incurſum ex mutuato auro, & argento fuit lucrū ab inuictiſsimo Rege cōceſſum. Itaque oportet q̄ mutuare cōpulſi interſit nō mutuaſſe, licet autē alias hoc intereſſe ante moram non debeatur, vt diximus: debetur tū ante morā illi qui coactus mutuauit vt per Ioan. Bap. Lup. comment. 1. de vſuris. §. 6. n. 111. & hoc ſpecialitatis
52 habet coacta mutuatio. ¶ Sed dubitatur an propter ſuſceptū a creditore mutuate ſortis periculū, liceat aliquid accipere vltra ſortē mutuatā & videtur licere. Primo, quia huiuſmodi vſura non præſtatur propter officium mutuationis, nec propter nudū vſum pecuniæ, nec propter interuſurium temporis, ſed propter aliam iuſtam cauſam videlicet periculi contra naturam mutui ſpectantis ad creditorem, cuius periculi pretium de iure ciuili erat centeſima vſura. l. periculi preti. ff. de nautico fœnore: ergo hic omnis materia & ratio vſuræ deficit. Secundo probatur ex doctri-

na Bald.l.1.C.de sum.trinit.n. 4.vbi habet quod quãdo aliquid præstatur vltra sortem non propter mutuationem vel dillationẽ,sed propter aliã iustam causam ex qua resultat, facio, vt des,vel do, vel trado,vt des,videlicet propter susceptum periculum non est vsura,idem Butriga in.l.1.C. de nautico fæno.& notant Theologi in.4.sent.dist.15.vbi Gabr.Biel.q. 11.D.Tho.in tracta.de vsuris c.9.Diuus Anto.in suma.2.p.c.8.tit. 1.§.14. cum seq.Ang.in summa ver.vsura.1
53 q.37.Conrad.de contract.q, 39. Tertio facit,quia susceptio periculi vel assecuratio est pecunia æstimabilis, ergo & pensabilis.l.periculi pretium sup.d.Nau.in.c.fi.de vsuris.n. 5. idq, verũ videtur non solũ quando creditor susc ipit in se periculũ marinũ, sed generaliter si suscipiat nundinarũ,vel aliud terrestre periculum vt si eundum sit per loca latronibus infesta,quod ex eo probatur.quia.d.l. periculi pretium generaliter loquitur, & generaliter est inteiligenda.l.1.§. generaliter deleg.præst.& cum eadẽ & non minor sit periculi ratio, idem ius esse debet,vt expresse docet Bal. d.l.periculi & in rub.C.de nautico fęnore Paul.l.1.C.eod.Ang.verb.vsura.1-q.38.in fi.Couar.lib.3.var.c.2.n. 5.vers.1.Ioan.Bapt.Lup.de vsuris cõment.3.in præfat.n.11. Quarto facit
54 doctrina Paul.l.in naue Saupheli col.1.ff.locativbi habet valere pactũ factum cũ tertio quod si merces saluæ veniant ad portum,habebit certam summam procentenario:si vero pereant,tenebitur emendare dãnũ. Idem Laure.de Rodulph.in.c. consuluit.3.p.q.3.de vsuris. Anan.c.fi.q. 13.eod,tit.Pala.Rub.in.c.per vestras notab.6.§.9.n.5.sequitur Couar.d.li. 3.var.c.2. n.5.in prin.Si autem cum tertio valet istud pactum,ergo,& cũ creditore fraude cessante, & pretio non excedenti æstimationem periculi habita ratione ad eius qualitatẽ, & magnitudinem,quia tertius nihil
55 mutuat,nec dat de suo, ergo officio sior est creditor quam tertius.In contrariũ est tx.in.c.nauiganti de vsuris vbi *Furariæ prauitatis damnatur exigens aliquid vltra sortem ex eo quod sortis periculum in se susceperit*,in cuius tx.intellectu non modice laborarunt.DD.quidam dicunt eum tx.nõ loqui de periculo marino,autde alio quocumcunque vero & probabili periculo,sed quando citra dubiũ probabile,& periculum prætexitur susceptio ipsius,vt hoc colore quęsito creditor,qui nullum iustũ metum damni habet certus sit de cõuento lucro patet ex text.in prin.qui simul loquitur de mutuante eunti ad nundinas(vbi cõmuniter nullum imminet periculũ,alioqui homines vt plurimũ non conuenirent,& inanes essent nundinæ,quæ publicam securitatẽ habent in corpore iuris.l.2.de nũdinis.l.vnica.C.eod.) & de mutuante nauiganti:ergo per notata in.l.1.de reb' dub. quod ibi dicitur simultanee,de nauiganti intelligendum est de nauigante in flumine,vel ita tuto,vt cesset iustus metus periculi.Rursus patet per totum tx.vbi ab omni labe vsuræ excusat eum,qui propter repræsentationem pecuniæ,& dillationẽ traditionis rei minoris emit,velcum nõ esset tãcitovẽditurus,pluris vẽdit propter repræsentationẽ rei,& dillationẽ solutionis pretij,& hoc propter probabile dubiũ valoris futuri tẽpore solutionis,oportetigitur improbabiléominofuisse metũ periculi in. 1. resp. d.c.& minoris æstimationis quã sit repræsentatio,veldillatio in odici tẽporis,alioquinæquè ibi, excusaretur creditor atq, in. 2. respõso imo multo fortius,quãto susceptio dubij periculi toti' sortis maior est, & grauior

quam

quam dubium cadens in parte pretij aut valoris rei,quem intellectum sen sit Adrianus in tract.de vsuris super.4 sent.in.c.occurrunt ad . 1. Sed istum intellectum reprobat Couar.d.c.2.n. 5.vers.primum equidē & Ioan Bapt. Lup.de vsuris cōment.3.§.1.n.13.ea potissimum ratione quia tex.in.d.c. nauiganti expresse loquitur de credi tore suscipienti in se periculum naui gationis,quo casu non de velato,sed de vero periculo intelligendum est: quia verba tex.sunt accipiēda in pro pria significatione. l.1.§.si is qui nauē ff.de exercitoria ibi,*in re igitur dubia melius est verbis edicti seruire*, facit.l. non aliter delega. 3. Deinde cum iu ra adaptentur ad ea quę frequentius accidunt.l.nam ad ea de legibus, & tx.ille loquatur de periculis marinis illaque frequenter maxime immi neant nauigantibus,& pecunia traie ctitia multis subiaceat incommodis dubitandum nō est de ipsis loquutū
57 fuisse summum Pontificem. Alij vero intelligunt,quod sit vsurarius ille,qui nauiganti,vel eunti ad nundinas eo pacto mutuat,& mutuatarius teneatur itidem cum creditore paciſci,vt in se suscipiat periculum sortis,&pro pterea aliquid habeat vltra sortem alioquin nō mutuaturus,quasi in hoc casu ratione mutui,& periculi simul aliquid vltra sortem capiatur. Cū au tem ratione mutui cogatur debitor cum creditore dē suscipiendo pericu lo,& ob id aliquid vltra sortem cōue-
58 nire,merito contractus vsurarius iudi catur. Quod si debitor sponte & nō ratione mutui paciscatur cum credi tore de suscipiendo periculo sortis certa & iusta mercede, non erit vsu ræ labes,& ita intellexit D.Anto. in summa.2.p.tit.1.c.7.§.21.pluresquos refert & sequitur Couar. lib.3. var.c. 2.n.5.vers.secundo tx.vbi hunc verū & proprium sensum illius decisionis esse asserit,idem Nauarr. in manu.c. 17.n.221.Ioā.Bap.Lup.de vsuris cō
59 ment.3.§.1.n.15.Villaguta de vsuris q.26.in,1.&2.concl.verum hic intel lectus licet in se verus sit (quod non dubito)longe alienus videntur à mē te summi Pontificis,cuius responsum accipiendum est in casu dubitabili, nō in casu indubitabili.l.quod labeo de Carbon. edi.l. 1. ad municip. ibi (*nec enim debuisse caueri,vt vulgo quæ situs matris conditionem sequeretur, quā enim aliā originē hic habebit*) ar se cundum istum intellectum quæ po terat esse dubitādi ratio? nō enim du bitandū erat illā obligationem, qua mutuatarius tenebatur cōuenire cū creditore de suscipiēdo periculo sor tis certa mercede,esse pecunia æsti-
60 mabilē.Præterea si ea fuisset mēs Pō tificis non dixisset(*eo quod suscepitin se periculum recepturus aliquid vltra sortem*)(sed dixisset)*vt susciperet in se periculum.*) Igitur probabilior vide tur intellectus glo.d.c.nauiganti ver bo periculū quē sequūtur Host.Ioan. Andr.Panor.& alij communiter ibi dem qui intelligunt mentem S.Pōti ficis eam fuisse,mutuantem pecuniā nauigāti vel eunti ad nundinas, etiā si periculū suscipiat,si vltra sortē ali quid exigat vsurarium iudicandū fo re,qui intellectus conuenit & verbis tx.& ipsorū significationi & mēti nō enim dicit summus Pontifex credito rē eo casu pro eo q̄ suscipit in se pericul̄ aliquid vltra sortē recipientē esse vsurariū,sed vsurariū cēsendū es se,quę longe differūt:nā primū sonat veritatē secūdū fictionē,seu ptęsump-
tionem iuxta notata Bart.& aliorū l.si is qui pro emptore de vsucap.qua si dixerit tx.q̄ in casu illo possibile est creditorē vsurariū nō esse quoad Deū & tñ in iudicio ecclesię vsurariū cēsē dū esse & ita verba illa (*vsurarius est cēsendus*) stant proprie,at vero secūdū

præ-

præcedentem intellectum starent impropriè: quia illo casu creditor vere vsurarius esset, non præsumptus. Secundum istum glo. intellectū erat maxima dubitandi ratio ex his quę diximus de vsuris nauticis, quæ non dantur ratione mutui, nec propter vsum pecuniæ, aut propter temporis interuallum, sed propter causam iustam periculi contra naturam mutui in creditorem reiecti, quod est quid æstimabile. d. l. periculi pretiū. At verò decidendi ratio quæ Gregorium Nonum mouit in d. c. nauigāti fuit obuiare vsuris palliatis, in quibus vani periculi susceptio prętexitur, vt hoc colore quæsito creditor citra iustum damni, aut periculi metum, certus de lucro vltra sortē recipiat. Creditores enim scientes vsuras reprobari generaliter per leges canonicas, quæ de nauticis non loquebantur, cōueniebant cum mutuatarijs, vt propter susceptum sortis periculū aliquid promitterent, modo adesset periculum, modo non, tam in pecunia per mare traijciēda, quam in ea, quæ per terram ad nundinas asportaretur. Habuit se Grego. in medendo huic morbo more periti medici, qui vt putridum abstrahat aliquid etiam ex sano concidit, atque ita vsurarium censet in extertori foro quemcumque mutuantem nauiganti vel eunti ad nundinas & aliquid vltra sortem recipientem pro eo quod in se periculum susciplat: fingi enim poterat periculum, vt eo prætextu palliatentur vsuræ veræ, non propter periculi susceptionem, sed propter mutuum exactæ, facit singularis text. in l. cum hi. §. transactiones. ff. de transactionibus vbiquamuis super alimentis vertatur lis non licet ab ea per transactionē discedere incōsulto prætore, ne circunueniatur oratio Diui Marci, cuius rei rationem satis ad propositum

61

62

63

conuenientem reddit tx. in illis verbis (*fingi enim lites poterunt, vt transactio etiam citra Prætoris fiat authoritatem*) ita in nostro casu fingi poterit periculum, vt mutuans vltra sortē aliquid accipiat ex mutuo.

Ex quibus patet quæstionis resolutio, aut enim loquimur in foro exteriori, & mutuans quamuis in se susciplat sortis periculum, vt propterea aliquid vltra sortem exigat, vsurarius cēsendus erit. Aut loquimur in foro interiori: & tunc si periculum non prætexitur & non propter mutuum, sed propter periculi suspicionem vere & æquialens, vel iustam mercedem susceptī periculi recipiat creditor non est vsurarius.

Ex quo etiam infertur, quod nec in foro exteriori vsurarius censēdus erit creditor, qui post perfectū mutui contractum, nulla conuentione tacita, vel expressa præcedente, & omni cessante fraude cum mutuatario pacisciturquod in se susciplt probabile sortis mutuatę periculum & propterea mutuatarius iustam mercedem sit repensurus, & ita limitari potest tex. in d. c. nauiganti ex mente eorū, quos sup. citauimus, & ex vera illius tex. interpretatione & decidendi ratione supra assignata, & in terminis ita expresse limitauit Sarmiento lib. 7. selectarum. c. 1. n. 10.

Infertur quoque ex prędictis illius fatis cōtrouersæ quæstionis resolutio an ciuiles leges de nautico fœnore sint correctæ per ius canonicū cōmuniter enim existimarunt. DD. leges ciuiles in hoc corrigi per. dict. c. nauiganti. à qua sententia steterunt Faber. in Rub. C. de nautico fœnore. Guido Pap. de contract. illicitis n. 18. Salicet. in auth. ad hæc. n. 3. C. de vsuris Anchar. cap. peccati venia. q. 5. de reg. iur. in. 6. Annan. d. c. nauigantū, nu. 3. Petrus Santerna de assecuratio

in

In principio.n.27.dicit communem Nau.d.c.nauiganti.n.4.alijs autē placuit leges ciuiles de nautico fęn.agētes adhuc essein viridi obseruātia& seruandas fore,ita Butrigar.l.1.C.de nautico fœnore Pala.Rubios in.c.per vestras notab.6.§.9.nume.17.ad fin. sequitur Couar.lib.3.var.c.2.num.5. vers.secundo constat,quorum sentētia admittenda erit in foro interiori quādonon ratione mutui,sed ratione probabilis periculi susceptj, creditor iustam mercedem stipulatur, vel etiā in foro exteriori si hoc fiat post perfectum contractum mutui nulla tacita,aut expressa conuentione prę cedente & omni fraude cessante.

64 Infertur etiam pactum assecurationis non ratione mutui exactum, nec cum creditore, sed cum alio tertio initum prohibitum non esse vt supra diximus cum Paulo,& voluit Villagnta.d.quæ.26.ad fin.tenēt plures quos refert & sequitur Parladorus lib.2.rerum quotidian.c.2.nu. 15.Cuius rei ratio est:quia hoc casu non potest esse mutuum, nec simile mutuo.Si enim mercator, qui merces quantumuis mutuata pecunia cōparauit, paciscitur cum extraneo,q̄ si perdat,refundetur sibi dānum ab eo,siue in totum,siue vsque ad talem summam, & si lucretur dabit ei tantam summam superlucri,non est hic mutuum inter mercatorem,& extraneum,nec venditio,nec societas,nec alea,sed actus negotiationis, estque contractus innominatus, do sub vna conditione,vt des sub oppositā conditione,sed hoc nudum pactum sine stipulatione iure communi non est efficax ad agendum:non enim mercator in eiusmodi conuentionibus se obligauit ad nauigandum,vel negotiandū,sedhoc positū est in conditione,quę non sufficit pro implemento licet sufficiat hoc casu pro causa implenda,& in hoc differt casus iste à casu l.periculi pretium ff.de nautico fœnore,vbi valet pactum sine stipulatione:quia præcessit implementum creditoris numerantis sortem.In alio etiam differunt quia in isto casu totū illud quod dandum est extraneo est periculi pretium, & non datur pro vsu sortis,& licitum est pactum si fiat à mercatore,vel negotiatore in negotiatione: quia est actus negotiatio 65 nis licitæ.Si vero fiat cōuentio inter duos extraneos,tunc recidit in aleā, vel vanæ sponsionis speciem,& non valet etiam cum stipulatione,vt in l.quibus.ff.de aleæ lusu, & aleatoribus,& ita sunt limitanda quæ scripsit Paris.Modernus in.l.cum ad præ- 66 sens si certum petatur,& in.l.à Titio de verb.in nouis intellectibus,& de intellectu.d.l.periculi pretium vide Ioann.Baptistam Lupum commentario.1.§.3.num.41.& an remedium l.2.C. de rescindenda locum habeat in contractu assecurationis vi de Menesium.d.l.2.n.25.

Ex quæst. sequent.

AN testator possit vsurarum reditum legare numero.1.& seqq.

Reditus annuus valide in testamēto constituitur.n.2.

Reditus annuus donatione creari potest contra Felician.numero.3.

Extrauagantes de reditibus non pertinere ad reditum testamento constitutum.n.2.& 4. vbi limitatur.

Reditu

Reditu testatori debito legato, an debeatur legatario per fionis vi uo testatore decursa. n. 5.

Et an pensio reditus eius anni quo moritur fructuarius ad eius hæredem pertineat ibid.

Distinguuntur tres casus quæstionis principalis. n. 6.

Quando legata quantitas nunquam peti potest, sed reditus legatus, an sit vsura, num. 7. & seq.

Quando summa principaliter, & reditus vtrumque semper exigi potest, an sit vsura, num 9. & 10.

Pœna quantitati legatæ adiecta, an sit vsura. numero. 10. & seq.

Alciati intellectus ad. l. 3. §. fina. de annuis legat reprobatur numero. 12.

Explicatur tex. d. §. fin. num. 13. & seqq

Nomen vsura analogum. numero. 14.

Vsura non solum dicitur, quod ex pacto a principio accedit sorti, sed etiam si accedat ex post facto vsque ad tempus quo soluitur propter mutuum, vel eius dilationem, numero. 17.

Vidua cui maritus legat vsuras dotis dum ipsius solutio differtur, an possit vsuras exigere, num. 18.

Si pensio legata non sit vice vsurarum, an exigi possit a legatario, numero. 19. & sequent.

Quando reditus principaliter legatur, & certa summa extingui potest, an sit vsurarius, ibidem.

Quando quantitas & reditus legantur alternatiue. an sit vsura, num. 20.

Quando pensio legatur accessorie. non veluti vsura, sed pro iusta causa compensanda, an exigi possit. n. 21.

Si legatur reditus accessorie ad quantitatem, & non apparet de iusta causa quem testator voluerit compensare, censetur vsurarius. n. 22.

Si sors legata peti non potest vsque ad certum tempus, reditus interim legatus non est vsurarius. n. 23.

Si testator fatetur in testamento vsuras extorsisse, an ipse vel hæredes ex confessione conuenni possint, numero. 24.

Si legatur certus reditus ex tali fundo, an legatum inducat conditionem, an demonstrationem. num. 25.

Quæstio.

De annuis reditibus

Quæstio. VI.

De reditibus testamentarijs à testatore legatis.

HÆc quæstio quotidiana est,& iam olim disputata, an valeat testatoris dispositio,qua legauit.500.aureos& iussit hæredes suos quandiu differrent eorum solutionẽ 40.pendere legatario singulis annis, ita quod hæredes haberent facultatem fruendi dicta summa soluendo pensionem 40. singulis annis. Non agam hic de reditibus legatorum, qui non ex dispositione testatoris, sed extrinsecus,& ratione moræ propter legatarij interesse veniunt,de his enim dicturus sum in quæstione,seq. Nec etiam agendum erit delegato reditus annui quando testator in te
2 stamento legauit Titio decem annua soluenda:quia indubia res est licere testatori in suo testamento reditum creare ad libitum nec tenebitur seruare leges, aut extrauagantes super reditus creatione latas,quæ agũt de reditu emptione,& venditione constituto, qui odiosus est & facile in vsuram cum magno incommodo debitorum recidit. At in reditu legato nullus est vsuræ metus,cum nullũ sit mutuum nulla pactio, nulla extorsio,nulla negotiatio,nullum legatarij opus intercesserit. Et eisdem rationi
3 bus idẽ ius erit si reditus annuus donatione fuerit constitutus. Potest enim reditus creari donatione, vt probat tex.in.l. sancimus.§. fin.C.de donatio.quæ loquitur de reditu perpetuo & ad vitam,de quo reditu perpetuo donato,& qualiter æstimetur vide.l.si quis argentum.§.1.&.§. secũdum autem donator.C.eod.qui text. non est intelligendus de reditu ad vitam donato, vt male ibi intellexit Accursius,sed de reditu perpetuo,vt dixi supra lib.1.q.6.num.28. & latius explicat Lara,in.l. si quis a liberis.§. sed si filius.n.114.& seq.& quod reditus donatione creari valeat, probarunt Aymon Craueta,cons.217.n.4. Menoch.præsump.107.n.8. Soto de iust.& iur.lib.6.q.5.art.1.colu.3 quod verum est quamuis contrarium voluerit Felician.de censib.lib.2.c.5.n.
4 18. Intellige tamen quod dixi reditum in testamento constitutum, ad extrauagantes de reditibus editas non pertinere, quando legatur reditus:secus si testator vendat in testamento reditum(potest enim contractus fieri in vltima voluntate glos.fi. in fi.in.l.hæredes palam de testam. Tiraq.ad leges connubiales glo.5.n. 101.& seq.Gutier.in.l.nemo potest n.254.deleg.1.Mieres de maioratu. 1.p.q.31.n.7.)tunc equidem testator teneretur omnino seruare leges, & conditiones huiusmodi contractus, nec posset reditum minoris vendere quam lege Regia constitutum est, cum non possit facere quin leges in suo testamento locum habeant, nec vsuris consentire, vt statim probabimus. An autem legato reditu testato
5 ri debito,pensiones decursæ viuo testatore,& non exactæ pertineant ad legatarium, aut ad hæredẽ vide per

Via

Vincentium de Franchis decis.254 & quod legata sorte reditus debeantur eiusdem reditus pensiones legatario, facit tx.l.nomẽ.83.deleg.3.& ibi DD. sed tu distingue, aut pensiones cesserunt vivo testatore, & pertinent ad hæredem, quia sunt corpus separatum a sorte, & habentur pro exactis vt dixi supra lib.1.q.3.n.11. aut cesserunt post mortem testatoris & debentur legatario tanquã accessio sortis legatæ.d.l.nomen. Ex quo infertur ad quæstionem, an pensiones reditus annui illius anni quo moritur vsufructuarius ad eius hæredẽ an ad proprietarium pertineant, quamuis enim fructus naturales vsufructuario nõ acquirantur ante separationem, ciuiles tamen quales sunt pensiones istę, statim cum deberi incipiũt acquiruntur, de quo vide Vincent.de Franch. decis.168. ex num. 7.vsque ad finn.21.

6 Vt autẽ propositæ quæstioni principali satisfaciamus distinguẽdi sunt tres diuersi casus. Primus quando legatum principale nunquam peti potest, sed tantum reditus. Secundus quãdo legatum & reditus vtrumque semper peti, & exigi potest per legatarium. Tertius quando ad certum tempus reditus tantum peti potest, & non legatum principale: post tem
7 pus autem vtrumque exigi valet. In 1.casu consuluit Aretin.cons.151.dicens reditum esse vsurarium, & forti imputandum quem sequitur Iaso.in l.cunctos populos in.1.lectura.n.60. C.de summa trinitate & in.l.vnica. num.2.C.de his quæ pœnæ nomine Cagnolus.l.2.col.1.C.de pact.inter empto. Crotus in.l.nemo potest.nu. 3.deleg.1.Pala.Rub.(qui Aretin.corrupte allegat.)in cap.per vestras notab.6.numero.9.de donatio inter vitum, idem in simili consuluit Barba. cons.66.lib.2. Sed falsa est eorum opinio: quia in his non datur mutuũ nec pactio, aut extorsio, aut negotiatio aliqua legatarij, ergo impossibile est esse vsuram veram. Nec etiam excogitari potest vsura interpretatiua etiam post acceptationem legatarij: quia hæres non est obligatus ad summam principalem, nec legatarius potest vllo modo illam exigere, & sic iste casus longe abest a terminis vsuræ, sed est reditus perpetuus, qui certa summa extingui potest, & ita quamuis debitus esset ex contractu negotiatiuo, non esset vsura iuxta ea quæ dixi supra lib.1.q.4.
8 Potest etiam hic considerari legatum alternatiuum, cum etiam summa principalis sit posita in dispositione, & data electio debitori, igitur cũ data sit electio hæredi, & non legatario, legatum vere alternatiuum est, nihil commune habens cum vsura, ex Baldo.d.l.vnica.C. de his quæ pœnæ, num.quæst.3. & Paulo in Rubr. eiusdem tit.& in.d.l.cunctos populos C. de summa trinitate quamuis Aretin.vbi supra.Bald. reprehendat, & Aretini reprehensionem sequatur Iaf.d.l.vnica.num.2.colum. 3. & ita in terminis propositæ quæstionis cõtra Aretinum tenuerunt Rip.d.l.nemo potest.n.23.Couar.lib.3.var.c.1. numer.9.vers.eadem profecto ratione Ioan.Bap.de vsuris comment.1.§ 4.num.73.Mencha.de success.creat. libro.1.§.6.numero.24. Felician. de cens.libr.2.cap.5.numero.3. Peregrinus de fideicommiss.articulo.8. nu. 78.dicens sic Paduæ obtinuisse. Fundamentum autem Aretin. & sequacium sumitur ex tx.l.3.§.fin.de annuis lega. qui tamẽ non loquitur hoc casu quãdo summa principalis peti nõ potest, sed in casu oppositoquãdo sũma principalis legata peti potest qui est secũd⁹ cas⁹ ad quẽ transeam⁹.

In secundo igitur casu quando

vtrumque tam summa legata quam reditus exigi semper potest, videtur, quod non cadit vera vsura nec formaliter, nec secundum intentionẽ, nec interpretatiue, cum hic non sit mutuum, nec simile mutuo, aut reducibile ad mutuum, legatarius enim, qui creditor est, nihil numerauit, non pepigit, nec aliquid extorquet, sed ex testãtis liberalitate & sponta nea voluntate recipit, & sic omnis materia, forma, effectus, & odium vsu 10 iæ cessant. Nihilominus doctores cõmuniter distinguẽdum censent: aut enim testator hæredi non soluenti apponit simplicem, & semel committendam pœnam. & valet etiam in defectum quantitatis legatæ, nec præsumitur in fraudem vsurarum adiecta quia in vltimis voluntatibus non facile fraus præsumitur. l. ex hoc edicto §. 1. de alienatione iud. Aut vero testator pœnam apposuit hæredi, si nõ 12 soluisset per dinumerationem tẽporis, & tunc est vera vsura modo quantitas principaliter legata esset aliàs debita legatario, modo non, & hoc casu quãuis ciuili iure deberetur pœna intra legitimum modum vsurarũ cum de iure canonico nullus sit vsurarum modus, vt dixi supra hoc libr. q. 4. nõ valebit, nec exigi poterit eius modi reditus, ita docuerunt Bart. l. cum stipulati de verb. Bald. l. cũ alle gas oppositione. 10. & ibi Salycet. 2. col. C. de vsuris Anchar. cons. 33. & cons. 230. Paul. cons. 101. lib. 1 Alex. cons. 27. lib. 4. Socinus, cons. 56. lib. 3 vbi dixit communem Purpur. l. rogati, §. si tibi col. 8. si cert. per. Aymon. cons. 80 plures in eandem sententiã refert Mandosius ad Roman. cons. 510. litera E. qui hanc opinionem sequitur idem Couar. in lib. 3. var. c. 1. n. 9 Alij vero in distincte tenuerunt nec in testamento valere pœnam dationi quantitatis adiectã vt Ias. d. l. 11 cunctos populos Ioann. de Monte Ferrato. l. nemo potest col. 2. de leg. 1. Bened. c. Raynutius ver. si absque liberis moreretur in. 2. n. 325. Pauci tamen reprobata sententia Bar. & communi tenuerunt, quod si testator legauerit quantitatem & interim dum hæres soluere distulerit pœnam, seu pensionem, etiam per tẽporis dinumerationem non esse vsuram, sed licitum, & validum legatum, ita Roman. d. cons. 510, n. 14. Paulus in rub. in fin. C. de his quæ pœnæ nomine & in. d. l. cunctos populos. n. 14. Gerson. tract. a. de contract. col. ante pen. Hotoman. de vsuris libr. 2. c. fin. Beroius in Rubr. de vsuris num. 39 quorum sententia verissima videtur Feliciano dicens lib. 2. c. 5. num. 5. qui non recte pro hac opinione refert Mesiam, eandem sententiam tenet, & defendit Mencha. d. lib. 1. §. 6. nume. 19. & sequentibus. Alciatus vero lib. 5. Paradoxorum in hoc secundo casu de quo agimus distinguendum putat, aut testator dicit illum annuum reditum soluendum, dum differtur legati solutio pro vsuris, & tunc nõ valet, quia est vsura reprobata, aut nõ expressit soluẽdũ pro vsuris & tunc non est vsura, & valet relictũ. Sed hæc commentitia euasio videtur, nec placet: tum quia diuinat, tum quia hæc non est mens Iuris Consulti. d. §. fina. tum etiam quia Alciati distinctio legem verbis imponit, quod in materia vsurarum, vel suspecta de vsura reprobat. l. fin. C. de vsuris. Quod autem Alciati distinctio non conueniat text. d. §. fin. patet, quia eo iure vsura non erat reprobata, vt diximus supra hoc lib. quæstione. 4. Si enim. I. C. intelligeret de vsuris reprobatis, respondisset non valere legatum, non ex ratione Alciati, sed ex eo quia legata impossibilia, vel legibus interdicta, aut pro-

brosa

brosa non valent. § fin. instit. de leg. dicta l. vnica. in fine. C. de his quæ pœnæ nomine. Quid dicendum? 13 certe hic secundus casus difficultatē habet non leuem: nam textus dict. §. fin. qui pro communi adducitur, non probat isto casu dari veram vsuram; sed quasi vsuram, quod constat ex textu ibi: (*veluti vsuras*) quæ verba denotant improprietatem l. 1. de leg. 2. l. 2 §. hęc verba de interdictis, at verò ius canonicum dum vsuram prohibet, & omni iure diuino, & naturali prohibitam nos docet, loquitur de vsura stricte & propriè sumpta, quæ tantum in mutuo verò vel præsumpto contingit, & ad eam 14 restringuntur pœnæ & sanctiones cōtra vsurarios latæ. At verò vsuræ nomen analogum est: nō solum enim stricte accipitur, vt pro eo quod in mutuo propter officium mutuationis accedit forti, sed etiam large, vt in l. curabit. C. de action. empt. & largissimè pro quocumque incremento quod accedit forti, & hæc dicitur quasi vsura, vt in l. socium, qui in eo in principio. ff. pro socio, & in dicta l. 3. §. finali. de annuis legat. quam ita intellexit Beroius dict. Rubrica de vsuris. num. 39. Nec obs- 15 tat, si replices, quod Iuris consultus subdit vsuras in dicto §. finali, legatas subiacere vsurarum moderationi: quia cum testator non principaliter, sed in consequentiam legati, & in pœnam successiuam, & lucratiuam, vel compensatoriam dillatæ solutionis, & ad instar vsurarū principalis summæ reditum legauerit, Iuris consultus interpretatur eiusmodi legatum accessorium non debere excedere probabilem modum vsurarum: quia habet simbolum cum pœna, & vsura, imo est vsura quodā modo. Et quia cōtenti esse debemus pœnis legibus statutis. l. si ita stipulatio. de verb. l. vnica. C. de sentē. quæ pro eo quod interest. ideo I. C. interpretatur eam pœnam & quasi vsurā ad instar vsurarum impositam non debere excedere modum à iure ciuili vsuris constitutum. Nec ex eo offenditur testatoris voluntas, quia testator non voluit principaliter legare reditum, sed accessorie in consequentiam principalis summæ, & in 16 pœnā dillatę solutionis. Nihilominus nō audeo à cōmuni recedere, eo casu quo legatarius potest sortem principalem legatam statim exigere, vel concedēdo hæredi dillationem certam pensionē singulis mensibus, vel annis percipere: tunc enim cum sit electio legatarij petere sortē, vel data dillatione reditum sortis, quātuis illum capiat ex iudicio & voluntate testatoris, videtur reditus vsurarius & sorti imputandus: ex eo, quia quāuis creditor à principio nihil cum testatore pepigerit de vsuris, nihil q̄ extorserit, tamen postea dū eligit sortis exactionē differre (quam confestim potest petere) videtur eam breui manu recepisse, & hæredi sub vsuris mutuare. Vsura autē nō solū dicē quod 17 sorti accedit ex pacto vel intētione præcedenti, ca. p. consuluit de vsuris sed etiam si ex post facto vsque ad tēpus quo soluitur, datur aliquid vltra sortē, si illud detur ex pacto tacito vel expresso, & intentione lucrandi propter mutuationis officiū, vel dillatā solutionē: iura enim indistinctè loquūtur, vt patet ex tx. c. 1. & 2. c. pleriq̄. 14. q. 3. notāt Laur. à Rodul. & Bero. n. 30. d. rub. de vsur. igit̄ in nr̄o casu cū legatari⁹ reditū recipiēs videatur tacitè sortē mutuare, & tacitè pacisci tur ꝺ recipiēdo vltra sortē ob dillationē, vsurari⁹ est cēsēdus: facit, quia certus taxat⁹ reditus persoluit, & cū aliquid taxatum datur dicitur solui ob malam intentionem recipientis, c.

dilectus in 2. de simonia, Facit etiã doctrina Ancharrani, consilio 93.

18 qui in vidua cui maritus in testamen- 21
to vsuras dotis legauerat, dum hæres sorti solutionem retardaret, respondit vsuras sorti imputandas, quamuis dissentiat Menchaca dicto. §. 6. num. 24 ad finem, quod temperant Doctores quando vidua fuit diligẽs & quod potuit fecit, vt dotem exigeret, & non habet aliunde vnde se alat, vt per Surdum de alimentis, tit. 8. priuilegio 29. num. 6.

19 Prædicta limitanda videntur, si pensio legata non sit vice vsurarum: tunc enim vsura censenda non est, sed ex iudicio & voluntate testatoris persoluenda, quod multipliciter contingit. Primò, quando pensio, seu reditus principaliter legatur, & solus reditus est in obligatione, licet certa summa extingui possit, putà testator legat tibi decem annua, vel ad vitam, ita tamen quod si hæres soluerit simul centum liberetur à reditu pro futuro tempore: tunc enim 22
valet totum legatum, nec potest dici vsurarium, cum non sit reditus vi
20 ce vsurarum relictus. Secundò quãdo pensio seu reditus est æquè principaliter in obligatione cum quantitate legata, vt si testator leget Titio centum, vel septem annua, si 23
hæres eligat illa persoluere singulis annis: tunc enim est legatum alternatiuum, & electio hæredis debitoris, & non potest esse vsura, vt supra dixi. Tertio idem dicendum videtur si testator legat Titio ducenta annua perpetuo, vel mille ad eius electionem soluenda: ita tamen quod si elegerit reditum possit vsque ad decem annos, vel ad 24
vitam eligere dictam summam sine restitutione vel deductione reliquorum: tunc enim reditus æquè principaliter debetur, & non est relictus.

accessoriè, & quasi vsura, vt in casu dict. §. fi.

21 Quarto etiam idem erit quamuis pensio sit legata in consequentiam, si tamen veluti vsura legata non sit, vt quando apparet de alia iusta causa & specifica compẽsanda, propter quam legatur reditus, non vero ad compensandum interusurium: verbi gratia, si testator legauerit mille pro dote, & quandiu hæres post tẽpus nuptiarum legatariæ distulerit solutionem, centum annua, vel si legauerit ad aliud onus requirens sumptum, vel ad modum in fauorem legatarij), vt si negotiatori leget mille ad negotiandum vel ad ponendum in societate cum mercatoribus, & quãdiu differetur solutio 100. annua. His casibus & similibus non videtur esse vsura, & totũ debebitur, vt etiã agnoscit Couarruuias dict. lib. 3. Variarum, cap. 1. num. 9. vers. quod si legatarius, quidquid dicat Pãlacios Rubios in d. ca. per vestras. nota b. 6. n. 9.

22 Alias autem quando accessorie legatur reditus, & non apparet de alia iusta & specifica causa, quam testator voluerit compensare, reditus vsurarius præsumendus erit, & non valebit, & in hoc textus d. §. fin. correctus videtur per iura canonica.

23 Supereſt tertius casus principalis de quo egit Soci. in l. 2. col. 3. C. de his quæ pœnæ nom. cuius resolutio satis patet ex prædictis. Nã si legatarius ad certũ tantũ tẽpus potest petere vsurã & nõ sortẽ, id permissũ & absq; vsurarũ labe cẽsendũ est, ex Socin. sup. quẽ sequitur Coua. d. c. 1. n. 9. vers. sed vbi legatarius. Per. Sur. in tract. de alimẽ. tit. 8. priulleg. 29. n. 6. idem consuluit ipse Surdus consil. 23. num. 4. & seq. libro 1.

24 ¶ Sed quid si testator in testamẽto fatetur se vsuras extorsisse, an confessio eidem, aut hæredibus suis præiudicet, & possint

ex ea

ex ea conueniri? Vide Bartolum & alios, l. cum quis decedens §. codicillis, deleg. 3. Auendañum de exequēdis mand. 2. p. c. 29. nu. 12, Menoch. lib. 2. præsumptione 60. Gregorium l. 2. glossa. verbo, de vsura. t. 15. par. 6

Sed quid si legatus certus reditus soluendus ex tali fundo, an fundi adiectio conditionem, & limitationē an verò demonstrationē inducat? Effectus quæstionis est, quia si inducitur conditio, aut limitatio, hæredes dimisso fundo, aut cessis actionibus non tenentur, nec reditus debetur, si fundus pereat. Secus si demonstratio inducitur, de quo vide decisionem Rotæ in antiquis, titulo de testamentis, quæ incipit: Lego pro aniuersario Cacialup. de pensionibus, quæst. 16 Couarru. cap. Rainuncius §. 10. numero. 8. optime Ioann. Garde expensis, cap. 4. ex num. 34. & sequentibus, qui reprobat Rotæ distinctionem inter duplicem & vnā orationem, dicens, solum attendendum esse ad dispositionem & executionem, videlicet, an post legatū perfectum addatur legati executio, seu demonstretur vnde sit soluendū legatum. Vide apud eum & optimè per Paris Mod. in consuetud. Paris. 1. par. §. 11. num. 15. melius. §. 52. glos. 2. num. 22. Balascum de iure emphyteu. quæst. 32. num. 7. & an legādo censum, quem testator percipit super tali fundo, cēseatur legare fundi directi dominium. vide Brunorū à Sole, q. 5. n. 25.

Ex quæst. sequent.

Interusurij ratio an habenda sit. num. 1. & seq.

Debitor obæratus soluens ante tempus an dicatur fraudare creditores. num. 2.

Soluens ante tempus an possit cōdicere. num. 3.

Iura ciuilia non indistincte interusurij rationē habendam dicūt. n. 5

L. aut si mutua de eo quod certo loco, declaratur. n. 6.

Interusurij rationem habendam nō esse. n. 7.

Interusurium & interesse, quid. n. 8.

Interusurium & interesse quomodo differant. n. 9.

Interusurium & interesse casuale in quibus conueniant. n. 10.

Interesse casuale nihil commune habere cum re, cui accedit, nec cum fructibus eius. num. 11.

Accessio est multiplex. ibi.

Vsuræ cur vicem fructuum habeāt num. 12.

Æstimatio quātiplurimi quid. n. 13

Accessiones in quibus rebus versari possint. num. 14.

Vsuræ quando exigi poterant de iure ciuili. num. 15.

Interesse casuale non deberi nisi post veram moram & iusta & propinqua causa. num. 16.

Interesse casuale an possit excedere duplum. ibi.

Interesse casuale in omni obligatione versari. num. 17.

Titulus de eo quod certo loco explicatur. num. 18. & 20.

Actio stricti iuris cur dicatur arbitraria non tamen actio bonæ fidei. num. 19.

Interesse casuale omni iure exigi potest. n. 21.

Et an tempore mutui, & cessante mora possit in pactu deduci. numero. 22.
Interesse casuale frequenter ex bono & æquo æstimari. num. 23.
Iure ciuili habenda erat ratio inter usurij, & vsurarum contra Couar. num. 24.
Hodie inter usurii ratio in mutuo habenda non est. num. 25.
Extra mutuū in alijs obligationib. an inter usurij ratio habenda sit. num. 26. & sequen.
Interesse alterius interesse & inter usurium inter usurij an peti possint, num. 27. & seq.
Inter usurij ratio an habenda sit in re vendita ad creditum. numero. 29. & seq.
Declaratur textus cap. in ciuitate, de vsuris. ibi.
An inter usurij ratio haberi possit vendita re non fungibili ad creditum. n. 31.
Et quid si res venditæ sint eiusmodi quod non soleant vendi nisi ad creditum. num. 32.
Et quid si sit dubium an res vendita ad creditum plus vel minus sit valitura tempore solutionis. num. 33.
Et quid si venditor subeat periculum, egeno aut forensi credendo pretium. num. 34.
Et quid si dillatio cõcedatur ad vtilitatem emptoris. num. 35.
Et quid in mercibus marinis in magna copia adductis. numero. 36.
Vsurarius, an & quando sit censendus in foro exteriori, qui rem carius vendidit ob dillationem datam ad soluendum pretium. num. 37. & seq.
Ob damnum emergens vel lucrum cessans, an liceat rem carius vendere ad creditum. numero. 39.
Et quid si res venditur carius ad creditum, sed intra limites pretij riguros. num. 40.
Interesse dotis genero promissæ an exigi possit. numero. 41. & sequent.
Et an fructus rei pignoratæ pro dote debeant in sortem imputari num. 43.
Et an possit promitti certa pensio, dum differtur dotis solutio. numero. 44. & seq.
Et quid si non fiat pactum de lucrãdis fructibus rei pignoratæ, sed gener accepto pignore dedit dillationem soluendæ dotis. numero. 46.
Et an valeat pactum de lucrandis fructibus rei pignoratæ pro dote, data dillatione soluendi socero. num. 47.
Almaini sententia improbata. ibi.
Si maritus minus expendit in supportandis oneribus matrimonij quam sint fructus pignorum, an excessus sit imputandus in sorte. numero. 48.

Dispo-

Dispositio textus capit. salubriter an trahenda sit ad alios casus extra dotem. n. 49.
Declaratur textus cap. 1. de feudis. num. 50.
Dominus emphyteusis quæ in pignus accepit, an teneatur fructus in sortem imputare. numero 51.
Textus in cap. salubriter an locum habeat in dote ab extraneo promissa. num. 52.
Interesse dotis non solutæ an exigi possit per viduam soluto matrimonio. num. 53.
Vidua soluto matrimonio an teneatur imputare in dotem fructus pignorum? num. 54.
Vidua dives an possit exigere dotis non solutæ interesse, & an possit petere interesse augmenti dotis, seu arrharum. ibidem.
Vidua an possit pacisci ut sibi solvatur reditus certus, dum differtur dotis solutio? numero. 55.
Vidua cui debentur alimenta ab hæredibus mariti, potest ab eis stipulari quantitatem alimentarum non excedentem. nu. 56.
Interesse dotis non solutæ peti potest a secundo marito cum nupsit vidua constituta dote primo marito promissa. num. 57.
Vidua soluto matrimonio an possit dotem marito promissam & non solutam, & illius interesse exigere absque cessione hæredum mariti, num. 58.
Cessionarius mariti an possit exigere interesse dotis non solutæ? num. 59. & quid in uxoris hærede. ibi.
Interesse dotis non solutæ an possit prætaxari à contrahentibus, vel statuto. numero 60.
Maritus non exigens dotis usuras pluribus annis an videatur eas remittere. num. 61. & num 65.
Interesse dotis promissæ nullis acceptis pignoribus ante moram regularem, vel irregularem exigi non potest. num. 62.
Mora irregularis non solutæ dotis quando committatur. numero 63.
Et an oporteat maritum petentem interesse probare se onera matrimonii sustinuisse. ibi.
Interesse dotis promissæ exigi non potest pro eo tempore, quo quis onera matrimonii non sustinuit. num. 64.
Maritus si dum vixit non petiit dotis promissæ usuras, an videatur eas remisisse. numero 66. & sequentibus.
Pater, qui passus est filium fructus aduentitiorum percipere, an videatur eos remittere. ibi.
Dominus emphyteusis an videatur caducitate taciturnitate

dam vixit remittere. numero. 67.

Filius, cuius mater secundo nupsit, an taciturnitate dum vixit videatur illatam iniuriam remisisse. num. 68.

Declaratur l. cum oportet. § sin autem res. C. de bon. qualib. ibi.

Maritus dotem recipiens absq; vsurarū debitarū protestatione an videatur eas remittere n. 69.

Ignorans sibi deberi dotis vsuras non videtur eas taciturnitate remittere. num. 70.

Pro dotis interesse an competat mulieri hypotheca sicuti pro dote competit. ibi.

Interusurij ratio an habenda sit emptore in mora regulari vel irregulari constituto? num. 71. & seq.

Et quid in venditione rerum fungibilium? ibi.

Et quid in venditione rei sterilis. num. 72. & 84.

Vendito fundo non sterili & tradito quatuor postulant, vt pretio non soluto interusurij ratio habeatur. num. 73.

Interusurij ratio habenda quantūcunque fructus excedant, etiā centesima rationem ad pretiū. num. 74.

Interusurij ratio habenda, etiamsi venditor dominium absolute transtulerit. num. 75.

Declaratur textus l. sicut emptio. ff. locati. num. 76.

Re vendita & tradita perempta, an interusurij ratio habenda sit non soluto pretio. ibi.

Si venditor rei dominium non trāstulerit, sed detentationem pretio non soluto, an interusurij ratio habeatur? num. 77.

Interusurij ratio habenda si venditor rem tradiderit, data vel non data soluendi pretij dilatione. num. 78.

Interusurij pretij non soluti rationē habendam non esse si ob dilationē res catius venierit. numero. 79.

Si venditor fundum traditum accipiat in pignus, vt lucretur fructus dum soluitur pretium an sit vsura. num. 80.

Panormitani consilium reprobatur. num. 81. & seq.

Dominus quando possit rem propriam emere, vel conducere? num. 82.

Vsura non est quod datur ob dilationem pretij, quatenus cum fructibus rei traditæ concurrit. nu. 83.

Venditor pacisci potest de interusurio vsque ad concursum fructuum pro rata pretij restantis. n. 85.

Ampliatur etiam si emptor velit probare venditoris non interfuisse. num. 86.

Cessionario debetur interusurium sicut cedenti. n. 87.

Interusurij ratio habenda est etiam in ven-

in venditione rei mobilis, aut incorporalis, nu.88.

Et quia si res mobilis vendita facile perire potest, an interusurij non soluti pretij ratio habenda sit numero 89.

Interusurij pretij non soluti ratio haberi non debet in venditione mercium minutatim ad vsus hominum venditarum, nu.90.

Mora regularis & irregularis, num.91.

Mora irregularis solum operatur vt morosus non locupletetur cum iactura aliena, non tamen vt vsurarum ratio habeatur, ibidem & sequentibus, & numer. 100.

Ampliatur etiam, si creditor sit minor, num.92.

Mora irregularis non facit haberi rationem interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, num.93.

Mora regularis efficit, vt habeatur ratio, non solum fructuum, sed etiam interesse extra rem ex lucro cessanti, vel damno emergenti, num.94.

Interesse casuale non pertinet ad vsurarum moderationem, nu.95.

Declaratur l.fin. de periculo, & commodo rei venditæ, nu.96.

Declaratur l.Iulianus. §. ibidem, de actio.empti, nume ro.97.

An venditor fundo tradito possit repetere fructus & vsuras a moroso emptore, nume.98.

Declaratur l.vsuræ vicem de vsuris, nu.99.

Interesse excedens fructuum rei traditæ quantitatem, an & quando a venditore exigi possit, nu.100.

Si venditor non tradidit, sed obtulit rem emptori, an pretij vsuras possit exigere, nu num.101.

Declaratur l.fructus in principio.C. de actio.empti, numer.102.

Emptor qui obtulit pretium, a moroso venditore exigit fructus rei venditæ non habita ratione inter vsurij ipsius pretij.nu.103.

Et quid si emptor eo casu cū pecunia lucratus sit, numero, 104.

Venditæ rei parte tradita an

vsura pretij pro parte exigi possint, num. 105.

Declaratur tex. l. fin. in fin. de fundo dotali, num. 106.

Ratio decisionis l. curabit. C. de actio. empti nu. 107.

Effectus qui emergunt ex eo quod venditor recipit partem pretij rei venditæ, numero. 108.

Vsura ex mora emptoris in quo hodie differant à ciuilibus vsuris. num. 109.

Promissione vendendi intercedente, & re tradita emptor pro rata pretij soluti facit fructus suos, nu. 110. & sequent.

Alexandri responsa improbata, num. 113.

Libera facultas redimendi iusto pretio non reddit contractum pignoratitium, nec simplex pactum de vendendo, etiam cum Antichresi, & lucro fructuum pro rata pretij numerati, num. 114.

Pretij inter usurium an debeatur rescissa venditione remedio. l. 2. C. de rescindenda venditione.

Vsura legatorum an debeantur ciuili iure, & quatenus hodie exigi possint, numer. 115.

Mons pietatis an sit licitus, num. 116.

Quæstio. VII.

De reditibus qui veniunt iudicis officio propter moram, & an interusurij ratio de iure habenda sit.

1 HÆC Quæstio valde vtilis & necessaria, sed non minus difficilis & intricata est. Et videtur absolutè quod interusurij ratio haberi debeat, vt passim habetur in iure in omni materia præsertim vsuraria, non enim aliud videntur vsuræ, quam pensatio eius quod interest, & veniunt in omnibus bonæ fidei iudicijs, & legatis ex mora regulari, vel irregulari, vt in l. curabit. C. de acti. empti. l. mora. §. 1. de

de vsuris.l.in minorum.C.in q ibus cauſ.in integ.reſtitut.non eſt neceſſaria.l.Titia.Scio.§.vſuras. delegatis 2.& huiuſmodi vſuræ debentur ſine diſpoſitione hominis,ſimiliter ex diſpoſitione hominis reditus vſurarij debentur quandoque infra limites.Leos.C.devſuris.Præterea in alijs materijs,veluti cum debitor in diē eo quod de ſoluendo ſua die ſatis dare non poteſt,cogitur repręſentare, & ante diem ſoluere: hoc enim fit, deducto interuſurio, ſeu commodo medij temporis.l.ſi conſtante.§.quoties,ſoluto matrimonio.Idem æquitas ſuadet, vbicunque debitor ſine ſua culpa ante tempus exigitur,vt in l.1.C.de condictione ex lege,ſecundum communem intellectum. Secus ſi culpa ſua,vt in dict.§. quoties. Item vt valeat diſpoſitio, quæ aliàs non valeret. Valet enim legatum creditori factum ob ſolam vtilitatem interuſurij.l.debitor. de legatis 2. & generaliter quoties de nomine in diem,puta de pecunia in diem debita æſtimanda agitur,tanto enim minus propter illud interuſurium medij temporis deficiens æſtimatur.l. circa.l.in ratione.§.in diem.l.quiquadringenta,in fin.ad legem Falcidiā. l.niſi dolo.§.hæc cautio,& §.quoties ſi cui pluſquam per legem Falcidiā, & contra,quanto ante tempus prærogatur,vel exigitur,tanto pluris æſtimat.§.plus autē inſtit.de acti. ſic tā tominus debere,&tāto min⁹ grauari quis dicitur quanto tardius ſoluere tenetur.l.generaliter.§.ſi cui legatū 2 de fideicommiſſar.libert. In tantum vt debitor obæratus ſoluens vni creditori ante tempus dicatur fraudare reliquos creditores, quibus pure debetur, ita vt reuocatoria agere poſſint,l.ait Prætor.§.ſi cum in diem.l. omnes in fin.ff.quæ in fraudem credito.quod eſt intelligendum quando tempus reſtās eſt notabile, ſecus ſi modicum.Secūdo intellige, quod ante tempus illud lapſum, poſſunt creditores reuocare pecuniam, vt commodum & interuſurium medij temporis habeant in ſolutionem cedendum pro rata, ſi vero tempus ſit lapſum,aut propè lapſum, vt poſsint repetere interuſurium pecuniæ ab eo qui pecuniam recepit non ſimpliciter,ſed probandum eum interim ſuperlucratum & locupletiorē non aliàs,niſi probent eum participaſſe fraudem,vel niſi fuerit in mora iniuſta & peruicacia, vt inde poſſit eſſe actio arbitraria,& per iudicē, vel bonum virum æſtimari, & adiudicari quaſi quod interſit, non propriè quaſi vſura,nec ex propria via& poteſtate actionis, ſeu huius iudicij reuocatorij,quod eſt ſtricti iuris. Et quod dixi eum teneri poſt tempus quatenus locupletior probatur, debet intelligi ad limites communis, & ſolitæ vtilitatis huius interuſurij inter homines eiuſdem conditionis dumtaxat: non autem in quantum propter id ex ſingulari quadam circunſtantia,vel induſtria locupletatus eſſet:quoniam hoc interdicto ſatis eſt fraudatos creditores indemnes ab alienatione ſeruari:non autē quod ſuperlucrentur de alieno.

3 Eodem modo intelligendum quod denegatur conditio indebiti ſoluti ante tempus certum.l.indiem de condictio.indeb.ſcilicet quando tempus certum eſt modicum, ſecus ſi maxima tēporis intercapedo per errorem ommiſſa ſit. Ita poſſunt conciliari opiniones, de quib⁹ per Iaſ.d. l.indiem & in l.cum quis ad fi.C. de iuris,& facti igno. Ex quibus videtur, quod interuſurium,vel commodum medij,vel anticipati temporis vſus pecuniæ,ſiue poſt tempus ſolutæ,ſiue repręſentatæ, vtilitatem habet

æſti-

æstimabilem & considerabilem in iure. Hinc dicit text. l. quid ergo. §. vsuras. de contra. & vtili act. tu. quod etiam tutori contra pupillum suum non debet pecunia sua vtiliter impensa esse sterilis, etiam ante morã.

5 Tamen non indiscriminatim iura ciuilia disponunt hanc æstimationem deberi. Nec enim infinitè, sed dumtaxat infra legitimum modum vsurarum, & adhuc infra hunc modum non semper, nec quocumque casu spernunt enim in modico tempore, vt in d. l. diem. de condict. indebit. & generaliter non omnibus stricti iuris iudicijs, etiam post moram. Imò etiam post litem contestatam secundum communem, & veram glos. & Doctorũ sententiam in l. 1. C. de condict. indebit. in l. lite. de vsuris: quamquam ex dispositione hominis infra metas legum caueri nõ prohibeant.

6 Non obstat. l. aut si mutua. de eo quod certo loco: quia non loquitur de simplici interusurio, vel eius æstimatione, sed de eo quod casualiter interest eo quod sua die & loco, quo præmonitus erat, & promisserat debitor, nõ reddidit mutuum, qua propter actio fit arbitraria: idem si ob niminiam pertinaciam fiat. In contrarium quod interusurij ratio habenda non sit videtur probare text. in c. in ciuitate. de vsuris, vbi probatur q. si vendidi merces, quæ tunc vltra quinque libras non valebant, non possum propter dilatam solutionem pretij aliquid vltra dictas quinque libras exigere ab emptore, ergo interusurij ratio habenda non est, si enim interusurium pecuniæ pones emptorem existentis æstimari posset, liceret venditori præducto casu aliquid pro eo vltra quinque libras stipulari. Imò etiam post veram moram, nullibi apud iuris vtriusque sanctiones statutũ est licere creditori interusurium pecuniæ non solutæ exigere, vt affirmat Couar. lib. 3. variarum, cap. 1. num. 3. versic. Sexto ante finem.

8 Ante quam propositam quæstionem resoluamus necessario aduertendum erit, quæ sit differentia inter interusurium, & interesse casuale, & momentaneum: quoddam est enim interesse casuale & momentaneum, quod simul eodem tempore totum incurritur, seu committitur, non quod contingat semper vno puncto temporis mathematico, sed aliqua certa temporis intercapedine, vt in l. 1. in l. Iulianus. de action. empt. Quoddam interesse promiscuum, & successiuum, scilicet, quod totum non incurritur simul, sed successiuè pro rata temporis, & istud vocatur a iure interesse vsurarium. l. debitor. delegat. 1. l. socium pro socio, & pro rata temporis æstimatur. l. circa ad legẽ Falcidiam. l. nisi dolo. §. quoties si cui

9 plusquam per legem Falcidiam. Differunt autem plurimum, quia primũ interesse casuale, numquam committi, & deberi potest, nisi post moram, culpam, vel dolum debitoris, & causa iusta, & quantitas probanda est, nisi in quantum pacto, vel iuramento difficultati probandæ quantitatis subuenitur, vt postea dicam secundum interesse etiam citra morã, & culpam debitoris deberi potest de iure ciuili ex pacto, vel etiã quandoque citra pactum, ex iusta causa compensationis, nequis cũ alterius iactura locupletetur, vt dixi supra. q. 5. hoc lib. Primum interesse cadit in omni re, siue speciebus, factis, vel pecunijs. Secundum non cadit, nisi in pecunijs strictè sumptis. l. 3. in fin. de vsuris. Primum versari potest in omni obligatione, siue bonæ fidei, siue stricti iuris. Secundum verò non habet

ber de se locum in obligationibus stricti iuris, nisi expacto. Primum habet in iure temperamentum, & limites proprios, de quibus in l. Titius cum l. sequenti de actio. empti, & in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo quod interest Interusurium vero habet alios limites in l. eos C. de vsuris. Primum nunquam gerit vicem fructuum, sed bene secundum quodam modo. l. qui quadringenta. §. fi. ad legem falci. l. generaliter. §. si cui legetur de fid. libertatibus. l. vsuræ vicem de vsuris. Quandoque vtrumque ex eadem obligatione, & reste ctu eiusdem sortis deberi, & peti potest de iure ciuili l. 3. ad finem. de eo quod certo loco. l. qui solidum. §. qui etiam delegat. 2. facit. l. Lucius. de actio. empti, & tamen vnum no est aliud, nec inuicem confunduntur, sed vnum quodque per se venit, & per se consideratur, vt eisdem iuribus probatur.

10 Conueniunt autem interesse casuale seu momentaneum, & interusurium in hoc quod vtrumque est accessio principalis obligationis, vtrũque soluta, vel remissa principali obligatione etiam pro rata remitti cẽ 13 setur. l. centum Capuæ. l. fin. de eo q certo loco. l. 4. C. de positi, & dicam infra quæst. 9. vtrumque per se odiosum, & ideò in iure quam magis cõmodè potest restringitur, & ita interesse casuale ad exiguam summam deducitur, idest quam minimum potest, æstimatur. l. fin. de prætorijs stipulatio, iuxta regulam in obscuris quod minimum est sequimur. Interusurium verò in dubio ad minimũ 11 redigitur, vt in l. eos. C. de vsuris. Istud interesse casuale nihil commune habet cum re propter quam debetur, nec cum eius fructibus, vel quasi. Pro cuius explicatione aduerto, q duplex est accessio rei, altera cognata, seu naturalis, vel quasi, quæ dicit causa, siue à re immediate, siue mediatè causetur. l. equis. l. videamus de vsuris. l. cum fundus in princ. de rebus cred. & ista accessio vocatur legitimum augmentum rei. l. fin. vers. vel si ipsi. C. de petitione hæreditat. Altera accessio est accidentalis, & extrinsecus accedens. Hæc autẽ est triplex scilicèt æstimatio quanti plurimi, vsura seu interusurium, interesse casuale, seu momentaneum.

12 Harum trium accessionum solæ vsuræ habent vicem fructuum duplici ratione. Primò, quia sunt quid successiuum, sicut fructus ciuiles domus, vel nauis locatæ, & pariter successiuè renascuntur, ex quo in fructu dici possunt. l. diuortio. §. si vir in fundo soluto matrimonio. Vnde vsuræ dotis cedunt marito, sicut fructus. l. si quis pro vsura. de donatio. inter virũ c. salubriter. de vsuris. Secunda ratio quia vsuræ sunt compensatio, seu æstimatio interusurij successiui, ad q referuntur, non tamen sunt fructus propriè, & strictè: quia nõ ex ipso corpore, sed ex alia causa & extrinsecus obueniunt ex noua obligatione. l. vsura. de verborum signifi. Æstimatio quanti plurimi non potest habere vicem fructuũ, non solum, quia fit semel, sed etiam, quia est pars æstimationis rei, vel corporis, licèt accidentalis. Vnde dicitur vtilitas, siuè interesse circa rem l. si sterilis. §. cum per venditorem. de actionibus empt. nõ vero dicitur intra rem, quia non est intra rem, sed necessario extra rem, quia res esse desijt: si enim res adesset nõ diceretur æstimatio quanti plurimi, sed simpliciter æstimatio, & actualis cõcomitantia rei, & veniret etiã citra morã & culpã: postquã autem res cuiluit maior illa æstimatio quæ propter culpã, vel morã debitoris amissa fuit, est species interesse, seu accessio

sionis,quæ ideò non dicitur esse remota,& impertinens,sed circa rem: quia est æstimatio qualitatis quæ semel rei accessit,& eius pars fuit. Vnde hæc accessio:tùm quod ob præteritas reliquias magis accedat parti rei,quam nudę accessioni,tùm,quod magis consistat in damno resarciendo,quam in lucro,longè fauorabilior est, & facilius accedit quam vsura. Patet,quia venit etiam in obligationibus stricti iuris citra pactum.l.in
14 hac de conditione triticaria. Interesse autem casuale,vt prædixi,nihil cõmune habet cum re, nec cum eius fructibus,& longius cæteris accessionibus recedit á re. Accessiones autẽ prædictæ omnes in omnibus rebus fungibilibus,tàm in pecunia, quàm in cæteris quantitatibus mutuabilibus versari possunt iure ciuili iuxta l.frumenti.l.oleo.C.de vsuris. l. numis.de in litem iurando, notatur in l.paulus.de solutio.quidquid Doctores contradicant. In speciebus autẽ possunt versari accessiones quanti plurimi,& interesse casualis, sed nõ vsura,nisi quatenus essent res ęstimatæ,& tanquam tales vice pretij datę
* l.3.in fine.de vsuris.l.pro auro C.eodem.

15 Quoad vsuras ciuilis sanctionis sũma hæc est In bonæ fidei iudicijs veniunt vsuræ de iure ciuili non solum ex pacto,stipulatione tamẽ vallato, sed etiam ex mora regulari, vt in l. mora.§.in bonæ fidei de vsuris, vel ex mora irregulari.l.curabit.C. de action.empt.Sed in stricti iuris iudicijs vsuræ veniunt ex stipulatione expressa tantum.l.quamuis. C. de vsuris.Ex pacto nudo vsuræ peti poterãt in mutuo duobus tantum casibus. Primo à ciuitate.l. etiam. de vsuris, non vero peti poterant ex nudo pacto per pupillum ,vel aliam priuilegiatam personam:quia speciale erat in pecunijspublicis mutuo datis propter publicas necessitates,sicut in argentarijs dictum est hoc lib.quæst. 5. Secundo petebantur vsuræ ex pacto nudo in frumento,vel oleo mutuo datis.l.frumenti.C.de vsuris,quę etiam stare debet in casu suo,nec extendi ad venditionem, aut aliam cõmutationem earundem specierum. Petebantur autem vsuræ,intra limites & moderationes iuris ciuilis, vt
16 in dict.quæst.5. Interesse autem casuale non accedit,nisi post verã moram,culpam ,vel dolum,& ex iusta causa propinqua,& probanda,vt diximus dicta quæst.5. Istud interesse quandoque non excedit duplum in casibus certis,vt per Rebuff. in repetitione.l.vnicæ.C.de sententijs,quæ pro eo quod interest,in glossa verbo duplum,& glossa proferuntur, quæ limitatio dupli locum non habet in dolosо debitore,nec in incertis casibus,in quibus iudex non debet excedere id quod verè ex iustis veris, & propinquis,& efficacibus causis interfuisse apparet dicta.l.vnica. & in dubio ad exiguum deducitur dicta
17 l.fin. Cæterum interesse casuale in omni obligatione,siue bonæ fidei,siue stricti iuris versari potest, vt dixi, & de eo loquitur titulus. ff. de eo q certo loco,vt eius est peculiaris materia,&
18 l.13.tit.11.par.5. Non tamẽ intelligas occasione verborum dictæ Rubricæ de eo quod certo loco, quod non veniat arbitrãdum hoc interesse in actione stricti iuris, nec sit arbitraria, nisi solutio in certum locum destinata sit, necè cõuerso q arbitraria sit,& hoc interesse æstimãdum eo ipso quod certo loco soluendum est (vt vulgo putant): aduerte enim quod ibi loci mentio fit tanquam circunstantiæ prægnantioris, videlicèt,quæ diem includit.l.3.§.si quis ita eodem titulo, & gratia commo-

modioris, & frequentioris exempli, in quo versari debeat arbitrium iudicis ad æstimandum & taxandum, an & quantum extrinsecus interesit vnde non restringit, & sic etiam si locus non sit adiectus, si tamen debitor fuit expresse, vel tacite prænonitus de futuro interesse creditoris si falleret, & conditione susceptafallat, arbitraria erit actio, cum sit omnino eadem
19 ratio, iustitia, & æquitas. Cur autem ob id actio stricti iuris dicatur arbitraria, non autem actio bonæ fidei, in qua multo magis æquitas eariem obseruatur, rationem gloss. & DD. non male referunt ad naturam, & vim actionis, quæ plenior est in iudicijs bonæ fidei, in quibus quidquid ex bono & æquo præstari debet, etiam si informula contractus prætermissum sit nihilominus venit. §. conductor. instituta de locato, non æque in stricti iuris iudicijs. l. quidquid astringendę de verborum obligation. sed cũ nõ minus in istis æquitatis & iustitiæ ratio habenda sit. l. quod si Ephes. in fine de eo quod certo loco. l. in omnibus de regulis iuris, ea ratio non concludit. Melius autem quadrat referre ad veterę quendam merito exoletum stilum, seu ritum veterum Romanorum in iudicibus a Prætore dãdis, qui in bonæ fidei iudicijs ex latissima, & vsitata causa ex fide bona quæ semper inerat, plenissimam, & liberam habebant facultatem quid quid bonum, & æquum videretur, ad iudicandi: in strictis vero iudicijs includebantur iudices finibus contractus, vel certa formula, quam non liceret egredi, etiam si æquum esset nisi super hoc arbitrium petitum, & datum esset, quo dato non dicebatur simplex actio, sed arbitraria quasi arbitrio iudicis extensio, quod in bonæ fidei iudicijs superfluum erat, quę ritum refert Duarenus in tract. de in litem iurando, & intracta. pactorum.

20 Secundo intelligendum est quod quamuis in contractu ad sint locus, & tempus certum soluendi, non tamen continuo actio arbitraria est, saltem cum effectu, vt interesse extrinseci ratio haberi debeat, etiam in numis, sed tunc demum quando tempore cõtractus ea circunstantia loci, & temporis periculum quodã, vel futurum nouum interesse creditoris, & præmonitionem quandam debitoris implicabat, qui nihilominus fidem dedit se tunc impleturum: vnde omnia exempla illius tituli loquuntur de alio extremo loco, ex quo præsuponitur aliquod extrinsecum interesse creditoris versari, vt ibi tũc soluatur, secus si quis se obligat soluere certa die in domicilio creditoris: quia si nihil aliud concurrat, non videtur in dubio, nec expresse, nec tacite cogitatum de aliquo extrinseco interesse, vltra sortem principalem, & sic non erit actio arbitraria, hoc est non erit temere habenda ratio, & æstimatio interesse extrinseci, nisi forte alia iusta, & grauis causa puta certa debitoris peruicacia, & malitia doceatur.

21 Nunc, vt quæstioni satisfaciamus, aut quæritur de interesse casuali, & vtroque iure ciuili, & canonico ipsius ratio habenda est: de iure ciuili probatur in. l. 1. & in. l. Titius. ff. de actio. empti. l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo quod interest, de iure canonico probatur in. c. peruenit. c. constituturus de fideiussoribus. c. conquestus. c. salubriter de vsuris & Abbas & alij in. c. P. & G. de offi. delegati. Rebuf in. l. vnica in principio. C. de sententijs quæ pro eo, num. 15. vbi idem de iure gentium, & de iure naturali, & diuino arbitratur. Iure quoque Regio huius interesse casualis ratio ha-

be:a

benda est,l.70.tit.18.p.3.l.8.tit.3.p.5 l.fi.tit,1.par.5.idem tenet Hostiensis in.d.c.sa lubriter Archidiac. in capit. vsuræ.14.quæst.3. Alexan.conf.228. lib.2.Decius conf.111. Diuus Tho. 22 2.2.quæst.78.Scotus in.4.dist.in.15. quæst.2.arti. 2.vbi tenet, quod etiam ab initio tempore mutui,& cessante mora valeat pactum quod debitor vltra restitutionem sortis teneatur indemnem reddere creditorem tam de damno imminenti, quam de lucro cessaturo,de ductis tamen expensis;& ad arbitrium viri boni,& in arte experti iudicato puta si erat in pẽ sutus eam pecuniam in mercancias. vel in emptiones prædiorum, vnde tantum erat lucraturus, idem Raymundus in summa de vsuris Gabr. in.4.dist.15.sub quinque circunstantijs,quas deducit, & requirit Diuus Antoninus.2.par.tit.1.c.7.§.17.Conrad.de contractibus quæstio.30. vbi septem circunstantias exigit,quæ recidunt cum illis quinque sequitur Couar.plures referens lib.3. variarũ 25 c.4.num.5.vers.item & illud,&licet Innocentius in.c.fin.de vsuris, dixerit non posse huiusmodi pactum excusari ab vsura,in cuius sententiam videntur inclinare Ioan.Andr. Calder.quæst.2.Ioan de Lignano d.c.fi. & alij relati a Couar.vbi supra,tamẽ si vere constet creditorem tantum damnum passum, vel certum lucrũ amisisse post moram,omnes Theologi Canonistæ,& Legistæ tenent valere pactum, imo etiam citra pactũ, & iuramentum resarciendum in foro conscientiæ, vt tenent Scotus Innocentius Salicetus,& Anch.quos refert,& sequitur Couar. vbi supra de quo vide quæ diximus supra hoc lib. quæst.5.

Huius autem interesse casualis æst 23 timationem propter Doctorum varietatem circa intellectum. l. vnicæ. C.de senientijs quæ pro eo quod interest solent frequenter iudices magis ex bono & æquo & ex naturali iustitia quam certo iure scripto definire, vnde iudicantis arbitrio astimandum esse dixit Bartol.l.fi quod ex Pamphila in fin. de leg.2.& in.l. semper.§.fi.quod vi aut clam. Alex. conf.37.num 29.lib.2.decis.Genue. 117.n.5.

24 Aut quæritur de interusurario,seu vsuris,& quamuis Doctissimus Couar. lib.3. var.c.1.n.3.vers.sexto ad finem scriptũ reliquerit nulibi apud vtriusque iuris sanctiones constitutum esse licere creditori post moram debitoris aliud quam interesse damni incursi,aut lucri cessantis exigere, eiusque opinio iure canonico attento vera sit:tamen iuri ciuili omnino aduersatur,quo non solum interesse casualis,sed etiam interusurij,seu vsurarum ratio habebatur passim,vt constat ex multis legibus relatis supra in principio huius quæstionis & supra inuers.quoad vsuras. Cũ autẽ insciui le in hac parte sit iuri naturali,diuino & canonico contrarium,vt diximus hoc lib.q.4.&.q.5.merito receptum est nullam interusurij, seu vsurarum rationem haberi in mutuo,etiam ex mora,nec etiam expacto,imo multo minꝰ quã sine pacto,& ita hodie vsuræ nõ peti possunt, nisi sub nomine interesse lucri cessantis,aut damni emergentis,ex glos.& communi. in c.conquestus de vsur.Barbosa.l.de diuisione.n.50.ff. soluto matrimonio. 26 In cæteris autem obligationibus extra mutuum solet quandoque haberi ratio interusurij dummodo debitor ex sua liberalitate non conueniatur:& adhuc non nisi post moram. non simplicem, sed ex iustis causis, quæ absolute definiri non possunt: cum a varijs negotiorum circunstantijs pendeant,& totum in bono, & æquo

& æquo & iudicis arbitrio consistat.

27 Hic occurrit obiter decidendaquæstio qua quæritur, an interesse casuale alterius interesse, vel interusurij interusurij exigi possit. Finge mercatori deberi centum, debitor in vera mora constitutus non soluit per decem annos & primo anno taxatur interesse lucri cessantis septem, an pro 2. anno computabimus in sorte. 107. ita quod debitor soluat interesse pro sorte. 107. vel satis sit computare in sorte centum, & illorum tantum interesse soluere in 2. anno, & videtur quod interesse alterius interesse, vel interusurium interusurij peti possit: quia debitor in 2. anno fuit in mora soluendi centum, & septem: ergo eorum interesse æstimandum est in 2. annno, & sic de reliquis. l. pen. l. eos. C. de vsuris. l. vnũ & ibi nota. si cert. pet. Secundò quia interesse prioris anni assumit sibi naturam, quam habet sors ipsa, imo sors reputatur quoad petentem. l. nomen in prin. de lega. 3. Socinus conf. 93. n. 13. lib. 1. Signorolus conf. 65. ad fin. Tertio probatur ex tex. l. socium qui in eo. 61. in prin. ff. pro socio vbi socius morosus in soluendo lucro societatis tenetur 28 ad illius vsuras. Et hanc opinionem videtur tenuisse Cagnolus. l. vnica C. de senten. quæ pro eo quod interest. n. 45. sequitur Cæsar Vrsillus ad decis. Neapol. Matth. de Afflict. 291 in additione. n. 6. Ruinus consi. 103. lib. 1. n. 4. Sed contraria sententia verior est. Primo, quia interesse casuale, & interusurium sunt accessiones rei, vt prędiximus, sed accessio accessionis non datur in iure, vt diximus, lib. 1. q. 12. l. fi. ff. de periculo & cõmodo rei venditæ: ergo non potest dari interesse alterius interesse, nec interusurium interusurij. Secundo, quia anatocismus est a iure sublatus. l. fi. C. de vsuris. l. fi. C. de vsuris rei iud. qui bus prohibentur vsurarum vsuræ, sed interusurium interusurij nihil aliud est quam vsurarum vsuræ, vt ex prædictis constat, ergo exigi non potest. Tertio, quia interesse, q. est extra rẽ de iure peti nõ potest. l. si sterilis. §. cum per venditorem de actio. empti. l. fin. de periculo & commodo rei vend. Bartol. & alij quos refert Rebuf. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest glo. verb. dupli. numero. 63. & sequentibus, & interesse secundarium non exigitur, nec est eius habenda ratio glos. c. 2. de pact. in. 6. Mexia in pragmatica panis conclusione. 1. num. 78. Sed interesse, alterius interesse, & interusurium interusurij est extra rem, & secundarium, ergo exigi non potest, & hanc partem tenuerunt Ruinus consilio 55. libro 2. Rebuf. dicta. l. vnica glos. verb. dupli. numero. 2. versiculo præterea. Ioann. Baptist. Lup. de vsuris cõmentario. 1. §. 6. numero. 120. & ita iudicasse senatum Neapolit. asserit Vincent. de Franchis. decisione. 254 nume. 14. & hanc dixit tutiorem & magis communem Bolognetus. l. vnica C. de sentent. quæ pro eo quod interest. numero. 128. Hæc autem sententia limitanda est, vt locum non habeat quãdo interesse efficitur sors verbi gratia cum quis pro alio soluit debitam pecuniam & interesse illius, quia tunc soluens potest a debitore exigere pecuniam & interesse solutum, & si debitor fuerit morosus in soluendo fideiussori suo iure optimo poterit fideiussor ab eo interesse exigere, non solum sortis solutæ & interesse soluti, sed etiam illius interesse, quod creditori cum sorte solverit, vt bene adnotat Vincen. vbi supra. Similiter si tutor pecuniã pupillo debitam cum interesse exegerit, & in proprios vsus conuerterit, vel ociosam habuerit, pupillo soluet

intereſſe non ſolum ſortis,ſed etiã in tereſſe per eum a pupilli debitoribus exacti.l. tutor qui repertorium.§. ſi poſt depoſitionẽ verſ. *ſi Vſuras exactas*.l.qui negotiationem.§.1.&.§ ſi. ff.de adminiſtratione tutorum.l.idẽ que §.1.ff. mandati:tunc enim intereſſe exactum ſortis vice fungitur, vel fungi debet,vt inquit tx in dicta l.qui negotiationem. §. 1. ex quibus patet reſponſio ad contraria.Secũdo limita,quando intereſſe non petitur accеſſorie ad ſortem, ſed petitur & debetur principaliter perſe,tũc enim poſt moram debebitur intereſſe illius intereſſe ex gloſ.& Alberico. l. ſocium qui in eo.ff.pro ſocio , ſicuti quando vſura petitur, vt ſors poteſt peti illius vſura.d.l.idemque.§.ſi procurator verſ.denique.ff.mandata.& explicat Ruinus.d.conſ.55.nu.18.lib.2 ſequitur deciſio Genuenſis.68.n.16. & ita intelligendus eſt tex.d.l.ſocũ, & ex his patet reſpõſio ad contraria ſupra adducta.

29 Ex ijs quæ diximus ſolui poſſunt plures & perdifficiles quæſtiones in hac materia paſsim occurrentes & imprimis illa de qua per Decium in cõſ.111.Medinam de contractibus q.38.cauſa.6.Couar.lib.2.var.c.3.n.5 verſ.7.vbi quærunt ſi mercator qui ſua induſtria ſolitus eſt lucrari quatuor incentum quolibet trimeſtri reducendo rude ſericum ad vſum textoriæ,vendidit textori globos ſerici valentes centum iuſto communi & præſenti pretio,idque procentũ duo decim ſoluendis in fine anni, quo elapſo emptor vult ſoluere centum dumtaxat,dicens teſiduum eſſe vſurarium,an ſit audiendus: & videtur, quod ſic,quia venditor carius duodecim vendidit ſericum ob dillationem ſolutionis,& pecuniæ interuſurij ratio hoc caſu haberi non poteſt,ex text.in.d.capit.in ciuitate de vſuris.Nec obſtat ſi dixeris cum Bal. in rubr.C.de vſuris eum text.limitandum eſſe in rebus quæ pondere numero vel menſura conſtant : tum quia ea limitatio reprobatur a Laurentio de Rodulf. in. c. conſuluit.2. colum.oppoſitione.4.de vſuris Anania in.d.c.in ciuitate col.2. Salicetto auth.ad hæc num.8.C.de vſuris.Dec. d.conſ.111.nu.1.& ab alijs pluribus relatis a Gutier c.39.n.17.& ſeqq.in practicis canonicis,tum quia globuli ad numerum venduntur.Nec etiam iubat dicere,quod etiam ratione lucri ceſſantis illa duodecim exiguntur:tum quia debitor durante dillatione non eſt in mora,nec intereſſe ab initio potuit taxari iuxta notata hoc lib.quæſtione.5. Pro venditore facit quia forſam tempore ſolutionis pretij plus valebunt globuli,ſed hæc ratio nihil valet: quia venditor erat tunc venditurus iuſto præſenti pretio,videlicet pro centum, ſi tunc illa emptor ſoluiſſet,& ita ſumus extra caſum.c.fin.de vſuris. Ideo probatur aliter,quia ſupponitur in facto quod huiuſmodi globorum operarij raro vendere poſſunt globulos ſuos, niſi textoribus,qui ſemper illis indigent,& tamen non ſolẽt emere præſenti pecunia,ſed mediante dillatione intra quam ſolent telas ſuas inde texere & vendere,deinde de pretio earum ſoluere globorum pretium, quo caſu non haberet locum tex. in.d. c.in ciuitate,ſed licet pluris vendere ob terminum etiam per eũ qui alias erat minori,& præſenti pretio venditurus, vt per Salicetũ in.d. auth.ad hæc quæſt.9.nu.8.C.de vſuris Ananiam vbi ſupra.Præterea ſupponitur in quæſtione q. vẽditor poterat plus quã illa duodecim lucrari ſua negotiatione ſi pecunia fuiſſet ſibi ſoluta, igitur licite poteſt lucrum ceſſans

exigere

exigere.l.3.in fin.vbi notatur. ff. de eo quod certo loco,& diximus in.d. q.5.& pro hac parte cõsuluit Decius sed primam sententiam sequutus est Medin. & tutiorem fatetur Couarr. supra relatus, quamuis ipse Couarr. Decij responsum defendi posse existimauerit,eandem primam sententiam contra Decium tenuerunt Corduua Soto,& Mercado, quos refert & sequitur Gutierr.in pract. canon. d.c.39.nume.38.& seqq.Non obstat Saliceti doctrina d.authentica ad hæc num.8.quia nulla vera ratione fulcitur,dum habet,ideo vsuram nõ dari,quia cum emptores non habeãt pecuniam præ manibus, non potest illa videri tradita venditori,& breui manu emptoribus restituta, & mutuata:nam licet emptores pecuniam in promptu non habeant, finguntur tamen habere cum id fit possibile, ita respondet Gutierr. vbi supra.nu- 32
mero.37. Sed tunc obstat communis traditio glos.& Doctorũ in. l.singularia si certum petatur vbi resoluunt,quod si pecunia mihi debita non sit præsens,nec solutioni parata,nullo modo potest credita fieri, nec in mutuum conuerti nudo pacto.l.qui negotia.ff. mandati quamita intelligunt,nisi interueniat stipulatio.l.si ex pretio.C.si certum petatur,sed hæc doctorum traditio emẽdanda est:quia etiam si pecunia debita non sit præsens, nec parata solutioni potest per pactum in mutuum conuerti, vt dicam infra quæstione. 11.quo remitto:cum ergo in hoc casu possit dari mutuum ciuile illius pecuniæ ex venditione debitæ, quæ breui manu videtur,& fingitur venditori tradita,& rursus ab eo emptore mutuata cum interusurio. 12. in centum propter dillaram solutionẽ, 33
merito contractus vsurarius censendus erit.

Sit igitur cõclusio: Interusurij ratio habenda non est in pretio rei vẽditæ ad creditum in.d.c.in ciuitate. c.consuluit de vsuris, & ibi. Doctores.

Amplio.1.cõclusionẽ hãc,vt non solum locũ habeat in rebus fungibilibus in quibus mutuum cõsistit, sed etiam in domo, vel fundo,& alijs rebus non fungibilibus vẽditis,licet enim fructuum ratio haberi possit,& vsurarum fructus non excedentium, vt infra dicemus: tamen nõ ideo potest venditor exigere maius pretiũ à venditore,quod rem ad creditum vẽdiderit,vt contra Bald. nuper dictũ est,& quamuis vsuræ solum committantur in mutuabilibus rebus id verũ est quo ad formam: attamẽ quo ad intentionem deprauatam, etiã in alijs rebus vẽditis cõmitti possunt, vt probat.d.c.in ciuitate.

Amplio.2.etiam si res vẽditæ sint huiusmodi,vt cõmuniter,& frequentius ob pecuniæ penuriã, vel ob consuetudinem patriæ vẽdantur ad creditum & raro inueniãtur emptores præsenti,nisi parua pecunia,vt cõtra Decium resolnunt Medi. & alij eum sequuti,quos supra citauimus. Posset tamen admitti Decij sententia quãdo res distraheretur eo loco vbi nulli essent emptores, qui præsenti etiã minori pecunia emerẽt,veluti si fiat contractus in mari,& inter nauigãtes, quibus nullus est numus in naui,& nauigatio per mensem duratura est: tũc enim iustum rei pretium est quo res venditur ad creditum,etiã habito respectu ad dillationẽ illius mẽsis, quo pretium persolui nequit:quia tãtum valet, quantum vendi potest. l. pretia rerum ad legem falcid.

Amplio.3.etiã si adsit dubiũ an res plus,vel minus valitura sit tẽpore solutionis pretij,si tamen in illud tempus venditor nõ erat seruaturus,sed

ſtatim præſenti pecunia venditurus: quia non excuſabitur ſi ratione illius dubij plus quam iuſto præſenti pretio vendiderit.c.nauiganti de vſuris ibi,*ſi tamen ea tempore contractus nõ fuerat venditurus*, quibus verbis ſupplerí,& explicari debet tx.d.c.in ciuitate,ibi,*niſi dubium ſit merces illas plus,minusve ſolutionis tempore valituras.*

34 Amplio. 4. etiam ſi venditor ſubeat periculum, ex eo quod egeno, vel forenſi rei venditæ pretium credat,vt docet,& probat Soto de iuſt. & iure lib.6.q.4.art.1.ad.1. quem ſequitur Gutier.vbi ſup.num.30.quam uis contrarium voluerit Medina ab eis relatus.

35 Amplio. 5. vt non ſit habenda interuſurij ratio in pretio rei venditæ ad creditum, etiam ſi dillatio ſoluẽdi concedatur ad vtilitatem emptoris vt interim cum re, vel mercibus venditis negotietur, & tam victum quam pretium ad ſoluendum quærat,vt contra Decium ſupra diximus nam intereſſe propter quod in mutuo licet recipere vltra ſortem, metiendum non eſt ex parte debitoris, nec ex eius neceſsitate,vel lucro,ſed ex parte creditoris: debet etenim mutuum eſſe gratuitum,& in vtilitatem recipientis,non credentis,quantumcunque conſtet debitorem ex mutuo lucraturum,vel damnũ euaſurum, non eſt iuſta cauſa exigendi ab eo aliquid vltra ſortẽ,vt per Sarm. lib.7,ſelect.c.1.n.40.verſ.ſeptima cõcluſio & diximus ſup.hoc lib.q.5.

36 Amplio.6.vt locum habeat concluſio,etiam in mercibus marinis in magna copia aduectis, vel in ſimilibus mercibus, quæ ſine graui præiudicio vendi non poſſunt,niſi in magna quantitate ad creditum, hæc enim iuſta cauſa non eſt, vt vendi poſſint carius ad creditum, quam præſenti pecunia, vt cum Mercado contra Sotum & Corduuam. adnotat Gutierrez vbi ſupra,numero. 41. & 42. imo quandoque mercatores maritimi biliori pretio vendũt ſuas merces in magna quantitate ad creditum,quam minutatim & præſenti pecunia.

37 Ampli.7.vt non ſolum foro conſcientiæ contractus iniquus cenſeri debeat, ſi ob creditum venditæ rei pretium interuſurij ratio habeatur, ſed etiam in foro exteriori iudicabitur vſurarius, & venditor punietur pænis vſurarijs conſtitutis ſi modo conſtiterit pretium auctum fuiſſe ob dillationem ad ſoluendum datam debitori. Nam quamuis contractus quo res quæ præſenti pecunia iuſte venditur decem aureis, pro duodecim diſtrahitur in ſui forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum, vt inquit tex.d.c.in euictione: quia eſt vera venditio in qua non datur vſura, ſed in ſolo mutuo vero,vel præſumpto,vt alibi diximus: datur tamen prætij iniquitas quę in foro interiori peccatum habet cum obligatione reſtituendi illud quod excedit iuſtum rei pretium, non autem in foro exteriori,in quo licet contrahentibus ſe decipere intra dimidiam iuſti prætij. l. in cauſæ. §. idem Pomponius de minor.& ibi nota. Si tamen conſtiterit pretium ob dillationem ſolvendi auctum fuiſſe, erit quidem contractus vſurarius iudicandus, etiam in foro exterioti cum mutuum inuolutum habeat videtur enim venditor breui manu pecuniam,quam res iuſte valet,recepiſſe & iterum emptori mutuaſſe pro duobus aureis quos ob dillationẽ, & mutuum præſumptum lucrari ſperat,& auctо rei pretio ſtipulatur.ideo aduocatos cautos eſſe oportet in huiuſmodi vſuræ probatione,vt petant teſtes

in terrogari

interrogari qualiter res præsenti pecunia communiter vendebatur decem aureis, & propter dillationem soluendi pretij væniuit duodecim.

38 Hanc conclusionem sic ampliatã limito. 1. vt locum non habet in foro exteriori, in quo contractus vsurarius iudicandus non est, quando res fuit carius vendita ad creditum quam præsenti pecunia veniuisset, non tamen constat pretium ob dillationẽ

39 actum fuisse, vt modo diximus. Limita. 2. quando res carius venditur ob damnum emergens venditori, vel lucrum cessans propter dillationem pretij soluendi concessam venditori, dummodo verum interesse deductis expensis non excedatur: quia vt diximus supra hoc lib. quæst. 5. etiã in mutuo licet creditori se indemnem seruare tam in lucro, quam in damno, oportet autem fraudem abesse, ne sit interesse imaginarium, sed verum propinquum, & prę manibus: quia mercator poterat statim præsenti pecunia vendere, & aderant emptores qui emebant statim soluẽdo pretium, cum quo venditor habebat in promptu negotiationem ex ea certum, & indubitatum lucrum, quod auget in pretio deductis expẽsis consequuturus, vt cum communi contra Sotum & Mercad. scripsit Gutier. d. c. 39. quæstion. canon. num. 25

40 Limita. 3. si res venditur carius, sed intra limites pretij riguroſi, nam pretium rei non consistit in indiuisibili sed in mediocritate latitudinem habente per gradus, vt pretium supremum, infimum, & medium, vt diximus lib. 1. q. 13. in his autẽ tribus gradibus, & triplici pretio iniquitas non contingit, vt per Sotum in. 4. dist. 15. q. 2. & alios quos sequitur Cou. lib. 2. var. c. 3. n. 1. Infertur. 2. ad ea quæstio

41 nem socer futuro genero dotis nomine promisit. 1000. aureos soluẽdos infra duos menses à die consumati matrimonij, & hypothecauit domum alteri locatã pro duodecim aureis annuis, & pactum est, quod nisi soluerentur in termino, dictus gener extũc caperet pensionẽ domus donec eos persolueretur non computando pensiones in sortem, an valeat pactũ: de qua quæstione per Corne. cons. 44. lib. 2. Balascum consulta. 8. Pro cuius intelligentia agẽdum est de intellectu. c. salubriter de vsuris, quod Ioan. Andreæ restringebat ad formulã, seu contingentiam in eo expressam, videlicet quando ab initio conuenit non solum de certa summa dotis, sed etiam de certo fundo fructifero in pignus tradendo, & fruẽdo donec dos promissa numerata sit, nec data dillatione dotis soluendæ, genero quoq, onera matrimonij sustinenti, & dum modo illi fructus subsint fortunę: alioquin extra illum casum, vel vno prędictorũ deficiente censebat generũ etiã ex pacto expresso nõ facere fructus suos, nec aliud emolumentũ successiuum propter dillationem dotis percipere posse, quin sit tãquã vsurariũ, & illicitum sorti imputãdũ, sequitur Anto. Ioan. de lig ibi Lauren. de Rodulph. c. cõsuluit. 2. p. quæs. 53. de vsur. Alex. cons. 27. lib. 4. cõs. 74. cons. 141. lib. 5. Socin. cons. 88. lib. 4. Anto. 2. p. tit. 1. § 7. & §. 27. Sed longius torquetur Imol. l. in insulam. §. vsuras soluto matr. ad sciendum an, & qualiter, & qua actione vsuræ hoc casu a genero peti possunt, cũ quo transẽũt Corn. cõs. 164. lib. 3. Campeg. de dote. 2. p. quæst. 6. num. 2.

42 Sit ergo cõcl. 1 Interesse dotis genero promissæ, & non solutæ exigi potest, quã cõclusionẽ probat tex. & ibi DD. caterua in. d. c. salubriter de vsuris l. in insulã § vsuras soluto matr. l. cũ post. §. in domum de iure dotium.

43 Amplia. 1. vt ratione huius interes-

se gener cui dos promissa soluta non fuit, non teneatur infortem cõputare fructus rei pro dote soluenda pigno ratæ iuxta tx. in. d. c. salubriter, & ibi
44 nota.

Amplia. 2. vt non solum procedat in fructib⁹ rei pignoratæ incertis, sed etiã si certa annua pensio promitti tur ipsi genero donec dos fuerit per soluta, etiam nullis datis pignoribus: vt contra Ioan Andre. tenuerũt Cal derin. Anch. & Panor. d. c. salubriter Bart. Roma. & Imol. & Alex. d. §. vsu ras Alex. cons. 31. n. 13. cons. 200. n. 6. lib. 6 Corn. cons. 145. cons. fi. n. 8. lib. 2. cons. 164. n. 5. lib. 3. Nouel. de dote p. 6. in. 3. speciali. n. 2. &. nu. 4 Cãpeg. de dote. 2. p. q. 6. Pala. Rub. c. per vel tras ad fi. vers. 8. infertur de dona. in ter virum. Rubeus cons. 108. Conra. de contract. q. 35. concl. 7. Ang. verb. vsura. §. 25. Soto de iust. & iure. q. 1. art. 2. col. pen. Couar. lib. 3. var. c. 1. n. 3. vers. 4. Molin. de primog. lib 4. c. 5. n. 6. Hoc tamen intelligendum est cũ dist. quã fecim⁹ infra. q. seq. ad fin.
45 & iuxta ea quę diximus sup. hoc li. q. 5

Amplia. 3. vt non solũ locũ habeat in casu & duratione moræ soluendi dotem, sed etiam si ab initio factũ fue rit pactum de dote soluenda incerto termino, & simul dato prẽmio in pig nus cum pacto lucrandi interim fru ctus, vel aliud non excedens onera matrimonij, vel iustum interesse per cipiendi; quia tale pactum valet, vt contra Anton. Butri. d. c. salubriter. Ambros. de Vigna. ibid. nu. 14. Aym. cõs. 189. col. 4. vers. quint⁹ casus scrip serunt Panor. d. c. salubriter. Imol. & Rom. d. l. in Insulam. §. vsuras Nouel. de dote. 7. p. priuilegio. 3. n. 3. Conra. d. q. 35. cõcl. 2. Ioa. Lup. d. c. per vestras ad fi. vers. 8. infertur. col. 2. Couarr. & alij quos refert & sequitur Molin. d. c. 5. n. 6. quibus accedit Mexia in pra
46 gmatica panis conclusione. 2. n. 76.

Amplia. 4. vt istius interesse ratio haberi debeat non solũ ex pacto ex presso tempore & contẽplatione dil lationis facto, vt modo diximus, sed etiam citra pactum expressum de lu crandis fructibus rei pignoratæ pro dote soluenda post dillationem: quia eo ipso, quod gener non dat dillatio nẽ simpliciter, sed accipiẽdo, vel pri⁹ accepto, & retẽto fundi pignore cen seturcõferire dillationi secũdũ natu ram, & capacitatẽ materiæ subiectæ quæ tacite inest, vt sic faciat interim fructus pignoris suos iuxta dispositio nem. d. salubriter de qua videtur taci te confisus etiam si nõ expresserit, & ita tenuit Balascus lib. 1. consulta, in consultatione. 8. n. 1. dicens ita cõsu luisse, & vidisse iudicatũ, pro qua sen tentia refert Bart. d. l. in insulã. §. vsu ras & cõmunẽ DD. d. c. salubriter, sed Bart. ibi nisallor non meminit huius quæstionis, quia solum habet marito post morã in soluenda dote cõmissã deberi vsuras, etiã de iure canonico, nõ tãquã vsuras, sed tãquã interesse propriũ propter onera matrimonij, at nos agimus de fructibus rei pigno ratæ pro dote à marito perceptis an te morã, & durante dillatione, quos maritum etiam citra pactum expres sum lucrari diximus ad onera matri monij supportanda, & ita Bart. doc trina nihil ad Rhombũ. Minus etiã facit communis. DD. traditio in. d. c. salubriter, quia illa potius restringit tx. ibi, vt non procedat data dillatio ne, nisi ex pacto expresso tempore, & contemplatione dillationis facto: ergo communis potius est contra Lu sitani doctissimi consultationem, ni hilominus tenenda est ipsius Balasci sententia quam videtur tenuisse so lus Panor. d. c. salubriter. n. 3. & bene: quia text. ibi non loquitur præce den te conuentione, nec illam requirit: si enim summus Pontifex fundat fi
tur

tur in conuentione partium de lucrandis fructibus, illud dixisset. c. ad audientiam de decimis ea enim quę notabilia sunt nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta. l. item apud Iab. §. ait Prætor de iniurijs posset etiam Balascus, in hanc sententiam citare Couar. lib. 3. variarum. c. 1. n. 3. versic. secundo constant, Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 1. artic. 2. columna penultima versiculo, sed quid si gener, & tenet doctissimus Barbosa in. l. diuisione. num. 2. soluto matrimonio, & ita tenendum cẽseo quamuis Balascus non sibi constet, vt videatur mutare sententiam vbi sup. num. 8.

47 Ex quo infertur errasse Almain in 4. distin. 15. quæst. 2. dum distinguit aut socer tenet statim dare dotẽ, aut post tempus in. 2. casu censet generũ non posse interim etiam expacto expresso lucrari fructus pignoris, sed teneri computare in sortem nisi socer liberaliter illos donaretur, & mouetur, quia socer durante dillatione nõ tenetur soluere, nec incurrit peccatum, nec culpam, & est dominus pignoris, ergo fructus sunt sui, nec generi interest stante dillatione: igitur nõ potest capere fructus nec ratione pęnæ conuentionalis, seu pacti, nec ratione interesse. Sed Almaini argumentum sophisticum est, patet quia si genere potest facere fructus suos, etiam sine pacto expresso nulla data dillatione, & non obstante, quod possit quotidie sortem exigere, vt ille in 1. casu fatetur: igitur multo fortiꝰ potest pacisci de lucro eorundem fructum eiusdem pignoris, vel alia congrua præstatione dando illationem, & liberam facultatem fruendæ sortis debitori abdicando ad tempus facultatem exigendi, vt ipsa ratio naturalis, & sensus cõmunis ostendit, & docet Bald. l. hac edictali. §. his illud C. de secund. paup. & sic Theologus ille non solum in iure, in quo suam temere falcem inijcit, sed etiã in iudicio naturali, & sensu communi labitur, & non aduertit nihil noui adferre sua distinctione, cum illa fuerit expressa sententia Antonij Butrij celebriꝰ a nostris improbata, vt diximus sup. ampliatione. 3. Nõ obstant rationes Almaini de dominio retento, & dillatione pendente: quia sunt superfluitosæ, quę seopum bonæ fidei, naturalisque iustitiæ, nec centrum nec radicem rei attingũt, fructus enim pignorum hoc casu debentur maritoex quadam æquitate citra veram moram: nam ex quo socer tenebatur alere filiam, & in hoc res suas consumere, & ab hoc onere relcuatur propter dotis promissionem, quia vxor alitur à marito, æquum non est, vt socer consequatur istud commodum alimentorum non præstitorum, & etiam cõmodũ ipsius dotis retentæ, prout hęc ratio ponderat in terminis. l. curabit. C. de actio. empti. & per Corne. cõs. fi. n. 8. lib. 2. & ita merito Theologus ille reprehẽditur à Soto lib. 6. de iust. & iu. q. 1 ar. 2. col. pen. dicenti eũ nõ penitus iuris radicem penetrasse.

48 Amplio. 5. ad eo non solutæ dotis interesse exigi posse, vt loeũ habeat, etiam si maritus minorẽ quantitatẽ in oneribus matrimonij supportandis expẽdat, quã sint rei pro dote pignoratæ fructus: nihil enim refert ad hoc q; maritus fructus pignorũ lucrari possit, q; maiorẽ, aut minorem quantitatẽ onera matrimonij consumãt: ita tenuerũt Adria. Medi. Ang. & Sylu. quos refert & sequitur Cou. lib. 3. var. c. 1. n. 3. vers. 3 probatur, Balascus dicẽs se ita respõdisse lib. 1. cõsultatione. 8. n. 3. quæ opinio probari videtur ex text. d. cap. salubriter ibi, *cum frequenter dotis fructus non sufficiãt ad onera matrimonij supportãda)*

ponderando verbum frequenter, quo summus Pontifex inuit non esse in consideratione fructuum certam quantitatem, quia quamuis pautiores sint fructus quam onera matrimonij, tenetur nihilominus maritus ea supportare. l. si filia. ff familiæ hærciscundæ. Sed contrariam sententiã imo, quod tex. d.c. salubriter debeat restringi ad probabile interesse, & onera matrimonij, & vltra eos maritus fructus pignorum non sit habiturus firmarunt Bal. l. fi. § præterea col. 2. C. de iure dot. Alex. cons. 178. nu. 11. lib. 7. Ioan. Lup. vbi supra Decius cons. 119. num. 12. Anania d. c. salubriter. num. 4. ad fin. Anto. fano. de pigno. 5. p. membro. 5. num. 16. Sylu. quem refert, & sequitur Soto de iust. & iur. libr. 6. q. 1. art. 1. colum. penult. Com. l. 50. Tau. n. 30. Ioan. Bap. Lup. de vsuris comment. 1. §. 4. nume. 79. Surdus cons. 269. num. 8. Quid dicendum. Breuiter duo considerãda sunt. Primum an fructus pignorum excedãt expensas à marito factas in oneribus matrimonij sustinendis. Secundum, an etiam excedant modum probabilem interesse videlicet interesse verosimile, quod ratione lucri posset maritus ex re dotali consequi. finge maritum ex sua industria cum dotis quantitate si esset soluta, super lucraturum quotannis quantum ex pignorum fructibus perceperit: certe quamuis fructus excedant matrimonij onera, non tamen excedunt modum probabilem interesse, nec imputabuntur in sortem, & hoc casu admittenda erit prior Doctorũ sententia, sed si fructus pignorum excedant onera matrimonij, & etiam modum verisimilem interesse lucri cessantis, excessus iste imputandus esset in dotem & secunda opinio obtineret, quod videtur ex mente Couarr. & Ioan. Baptistæ vbi supra. Amplia. 6 etiam quando dos promissa erat ad huc declaranda arbitrio tertij: quia nihilominus debitor, tenetur interim ad id quod maritus impendit in alimenta vxoris, & onera matrimonij, vt ex Herculano dicit Cagnolus. d. l. curabit. num. 41. Ruynus consil. 224. num. 13. Craueta cons. 189 num. 7. Nata cons. 495. num. 1. sequitur Surdus cons. 266 nume. 3. libro. 2. Amplia. 7. vt debeatur vsura dotalis etiam cessante mora regulari ex decisione Pedemontana. 132. nume. 1. Menoch. de arbitra. casu. 194. num. 56. Surd. d. cons. 269. num. 3. Amplia. 8. quod deduximus ex d. c. salubriter vt non solum obtineat in dote, sed etiam in cætetis casibus data eadem ratione, & æquabilitate compensationis: quia d. c. salubriter nullum speciale cõtinet dotis fauore, sed ius cõmune ratione interesse, ita Bald. Nouel. quem refert & sequitur Ioann. Bap. Lup. vbi supra doctissimus Barbosa. l. do diuisione, num. 2. soluto matrimonio Surdus. d. cons. 269. num. 7. quod verum censeo, nullo enim fauore illicita vsura admitti potest, nec super hoc aquoquam dispensari. c. super eo de vsuris. Panor. & alij. c. mandato de Simon. & quod Pontifex. d. c. salubriter respondeat de iure, patet ex illis verbis (*non credimus compellendum*) quia illa credulitas est fundata in ratione, non in authoritate, & potestate Pontificali permissiua, vt aduertit Corneus cons. 250. nume. 8. in 2. columna illius numeri. 2. p. dicens eum tex. posse trahi ad alios casus vltra dotem.

Ex quo patet intellectus ad text. in. c. 1. de feudis &. c. 1. c. eõquestus de vsuris vbi glos. nullo iuris colore, dixit fauore ecclesiæ non committi vsuram vltra sortẽ recipiendo, quod est contra tex. d. c. super eo, vbi nullo priuilegio, aut piæ causæ fauore vsura admit-

admitti potest: vnde communiter Doctores intelligunt ideo non dari vsuram in casibus d.c.1. &c. conquestus vltra sortem recipiendo, quia ibi recipiens erat dominus feudi cuius fructus perceperat, & per dationem feudi in pignus directum dominium creditoris traxerat ad se vtile, atque ita feudi dominus fructus percipiens non tenetur eos in sortem imputare, nec dicitur vltra sortem recepisse. Hanc sententiam probarunt. Soto de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 2. vers. ad sextum Medina, quem refert & sequitur Villaguta de vsuris. quæst. 6. num. 4. Verum hæc communis traditio falsa est, & ratione caret: quia iure non cauetur per dationem pignoris dominium vtile debitoris transire in creditorem dominum directum, & si dominium vtile eo casu consolidaretur cum directo, per consequens extingueretur pignoris obligatio: quia res sua nemini seruit. l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur, at vero in casu dictorum iurium semper manet causa pignoris vt probat text. d.c. conquestus, ibi, *si terram ipsam tit. pignoris detinetis*, imo plus dico quod si dationc feudi in pignus domino directo quæreretur vtile dominium, & ex eo fructus feudi consequeretur, adhuc deberet eos in sortem imputare: alias iam dominus directus lucrum illud fructuum reciperet vltra sortem, & eo ipso vsuram committeret, vnde merito Paris. Modern. in cõ suetud. Paris. §. 1. glos. 9. num. 24. eas interpretationes dictorum iurium appellat palliatas excusationes in peccatis, dicens. DD. eiusdem cauteriatis conscientijs ex heruatum follijs texere perizomata, & non adhibere medicamen, sed velamen. vetus intellectus est, quod feudatarius feudi fructus percipit propter seruicia, quæ ratione feudi debet domino directo, a quibus ipse vassallus liberatur interim dum feudum est apud dominum iure pignoris, vt inquit text. d.c.1. de feud. ideo dominus directus feudi iuste fructus ipsius percipit, nec tenetur in sortem imputare: quia seruitia & operas feudatarij pro eisdem debitas remittit, oportet autem seruitia æquipollere fructibus, vt seruetur æqualitas: alias si fructus excedant in eo quod excedunt in sortem computandi sunt: ita explicarunt Paris. Moder. vbi supra & Couar. lib. 3. variarum. cap. 1. num. 4. sed non est noua eorum inuentio: quia fuit primus intellectus glos. d. cap. cõquestus verb. de feudo, a quo recesserunt Abb. in 2. intellectu & Imol. n. 7. in d.c.1. de feudis: eo quia ipsis videbatur diuinatorius, sed satis colligitur ex tex. d.c.1. ibi (*ita videlicet, & quandiu fructus illos perceperis in sortem minime computandos: idem: M. a seruitio in quo tibi & ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis*) vbi text. fundatur in illa ratione immunitatis seruitiorum debitorum ex feudo, & cum illa ratio sit expressa, iusta, & rationabilis quatenus commensuratur fructibus non est alia quærenda, sed ad limites illius, tex. intelligendus, & exaudiendus est. l. cum pater, §. dulcissimis de leg. 2.

51 Ex qua ratione infertur contra Roman. singul. 325. incipit creditor vbi quod dicitur de domino feudi, vt non teneatur imputare in sortem fructus, quos ex feudo pignorato percepit, locum habere censet in domino emphyteusis, cui emphyteuta rem emphyteuticam in pignus tradidit, vt non teneatur fructus illius in sortem computare: idem Imol. d.c.1. de feudis, num. 8. Anania. d. cap.

conquestus.num.2.&.d.c.1.de vsuris num.4.Soto lib.6. de iust.& iur.q. 1. art.2.vers.ad.6 sed falsa est eorũ opinio,quoniam in emphyteusi cessat ratio tex.d.c.1.de feudis quia domino directo emphyteusis nõ debẽtur seruitia,nec ipsa amittit ex datione pignoris,ideo tenetur fructus ex emphitheusi pignorata perceptos in sortem imputare,quatenus pensionem sibi pro emphyteusi debitam excesserint, vt cum iudicio adnotat Couarru.vbi supra,numer.4.vers.sic examinari.

5 2 Amplia.9.prædictam conclusionem,vt locum habeat non solum in dote a socero,sed etiam ab extraneo promissa, vt tenuit insignis Nauarr. in.c.si fœneraberis.14.quæst.3.n.65. & 66. dicens.I. Regiam Lusitanam sic sensisse,Balascus, qui sic respondisse testatur in consultatione. 8. n. 2.Sed contrariam sententiam secuti sunt Fortunius Garcia , & Soto quos refert & sequitur Couarr. lib.3. var.c.1.n.3.vers.cæterum. Surdus cõsil.269.numer. 10.mouentur,primo quia cum dos promittitur extraneo' cessat illa ratio cui innititur,tx. in.d.' c.salubriter , quod frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda , quia extraneus qui dotem promisserit , non tenetur vxorem alere dum differt dotis solutionem. Hæc autem ratio vera non videtur cum dotis fructus oneribus matrimonij deseruiant , non solum genero,sed etiam extraneo , qui in dotatam vxorem non fuisset ducturus.l.pure.§.si eum.ff.de doli except. & propter dotem promissam,non solutam.non solum gener,sed etiã qui libet extraneus maritus potest expellere vxorẽ,& ei alimenta denegare. l.fi.C.ad Velleian.ibi,*& sic a marito forsitam repelli,& distrahi matrimonium*.c.per vestras de donatio.inter virum,ibi Pala.Rub.in. 3. notabili post Salicet.& alios quos ibi refert. Igitur cum hic extraneus maritus dotatam duxerit,& aluerit post dotis promissionem & in eo militat onerum matrimonij ratio,sicut in genero.ideoque militare debet eadem iuris dispositio.l.illud. ff.ad.l.Aquil. Secundo mouetur Couarr. quia tx. in.d.c.salubriter loquitur in genero. Sed hæc ratio concludens non est: nam illius tx. dispositio non fundatur in eo quod dos fuit genero promissa,sed in oneribus matrimonij à genero supportatis,quibus frequenter dotis fructus non sufficiunt.Deinde quia summus Pontifex exemplificat in genero gratia frequentioris vsus:frequẽtius enim filias dotamus quam extraneas,quod autem frequẽtioris vsus gratia in lege exprimitur non mutat in alijs iuris dispositionẽ glos.in clemen.1.verbo præsidentes de rescriptis, nec exempla regulam coarctant,cum ergo illius tx.ratio late pateat,tam in filia quam in extranea dotata generaliter exaudienda est.Huc accedit,quod diximus supra hac quæstione cum text.accipiendũ esse,& obtinere in cæteris casibus,& negotijs data eadem ratione,& æqualitate compẽsationis.Non enim fundatur summus Pontifex in dotis fauore seu priuilegio,sed potius in proprio interesse,vt notat Ioan. Baptist. de vsuris commentario. 1.§.4.n.80. & supra diximus numero quadragesimo nono.Nec obstat, quod pater tenebatur filiæ alimenta præstare nõ ita extraneus:quia interesse illud propter quod gener in casu.c.salubriter lucratur fructus pignorum , non metitur nec cõsideratur ex persona debitoris , sed ex persona creditoris, cui dos promissa soluta nõ est,itaque non refert, quod dotis debitor sit pater , vel extraneus,sed quod maritus

cui

cui dos promissa soluta non est, sustinuerit onera matrimonij, quibus dotis fructus frequenter non sufficiunt. Deinde extraneus promittendo dotem pro muliere tacite vult quod maritus ex fructibus dotis vxorem alat d.c.salubriter, cum autem maritus suis bonis alat, merito promissor tenetur illud damnum resarcire marito implenti in persona vxoris de mãdato, aut voluntate tacita dotantis argum. l.solutam de solutio.l.si rem §.satis factum de pigno.action.&pro hac opinione,quod dicta concl.locũ habeat in extraneo dotante põdero tx.in.l.fi.§.præterea. C.de iure dotiũ qui tex.secundũ glos.ibi verb. siquis Bart.Paulum & alios in.l.de diuisione ff.soluto matri.loquitur in extraneo dotante,& probat plane interusurij rationem habendam esse post irregularem moram commissam ab extraneo in dotis promissæ solutione elapsoque biennio.

53 Amplia.10.vt interesse dotis non solutæ non solum a marito constante matrimonio,sed etiam a vidua eo soluto exigi possit,vt tenuerũt Ang. Clauas.ver.dos ad fin,& ver. vsura.§. 29.Conrad.de contract.q.35.concl. 9.Ias. cõs.92.lib.1.quã sententiã equior dixit Abb.cons.39.lib.1.col.fi.& in eam videtur inclinare Socin. cõs. 56.col.1.lib.3.Nauarr.in.c. si fœnerator.14.q.3.num.67.Barbosa.l.2. soluto matrim.in principio.numer.39. cum sequentibus Thesaurus decis. 43.num.4.Fachineus lib. 3. controuersia.c.101.Soto lib. 6.de iustitia & iure quæstione.1.artic. 2.Medina in summa instructionis confessorũ lib. 1.§.26.ad fi.Mexia in pragmatica panis conclusione.2.num.78. quæ opinio vsu recepta est in Saxonia,& in Senatu Pedemonta.teste Thesauro vbi sup.num.4.ante fin. & in Neapolitano vbi est taxatum interesse pro dote non solutã, vt ait Vincent.de Franch.decis.217.& in Hispania frequenter ita iudicatur, & id pro constãti præsupponit Molina libr. 4. de primogen.c.5.num.5.quæ opinio admittenda est non per tx.d.c.salubriter:quia soluto matrimonio cessat illius ratione,cum cessent onera matrimonij vt ex multis probatur Pala. Rub.repet.c.per vestras ad fin. vers. 8.infertur col.4.Castel.l.29. Taur.n. 35.Couar.lib.3.var.c.1.num.3. vers. 6.Menoch.cons.7.nu.12.lib.3.Ioan. Bapt.Lup.de vsuris commentario.1. §.4.num.84 Balascus lib.1. consulta. in consultatione.8.nume.4.sed propter interesse damni emergentis, aut cessantis lucri,& ita accipienda sunt, quæ scripsit Ioan.a Rojas de success. c.33.num.27.

54 Qua ratione licebit viduæ in casu c.salubriter soluto matrimonio percipere fructus pignorum prodote datorum quatenus damni,aut cessantis lucri quantitatem non excedant. Quod amplia dupliciter. Primo, vt locum habeat,etiã si vidua sit diues adhuc enim exigere potest interesse dotis non solutæ si illud interesse probauit bene,& prout de iure requiritur,siue sit interesse damni vitandi, siue lucri cessantis, vt per Paul. & Alex. l. diuortio soluto matrimonio Afflict.decis.284.numero.3.sequitur Burgos de Paz cons.4.n.8.

Amplia secundo,vt locum habeat non solũ in interesse dotis, sed etiam in interesse augmenti dotis, seu arrharum, vt cõtra Afflictum decis.291. post Burgos de Paz quem refert,tenet Thesaurus decis.45.n.3. vbi dicit bis ita iudicasse Senatum Pedemontan. & contra Afflictum solitum esse iudicare Neapolitan. consilium inquit Cesar Vrsillus ad eundem Afflict.d. decis.291. nu.4. pro quo facit quia dos & donatio propter

propter nuptias in cuius locum ante factum, seu arrhæ pro amissa virginitate concessæ hodie pari passu ambulat per tx. in l. cum multæ. C. de donatio. ante nupt. Vincen. de Franch. decis. 182. nu. 3. Vnde tacita hypotheca quæ datur pro dote datur etiã pro dotis augmento, vt per Neguſantium de pigno. 4. membro. 2. partis. nu. 46. ſequitur Theſaurus deciſ. 46. num. 2. quamuis non detur cum prælationis priuilegio, vt per Neguſantũ vbi ſupra. num. 64. Vrſillum vbi ſup. num. 3. Vincen de Franchis. d. deciſ. 182. num. 2.

55 Poſſet etiam vidua eadem ratione paciſci, vt dum ſoluitur dos a mariti hæredibus certam quantitatem annuam percipiat, iuſtum, & æquabile intereſſe non excedentem vt per Couar. d. c. 1. verſ. 6. hinc etiam qui ex eo infert quod cum in Hiſpania frequentes ſint annuorum reddituum vẽditiones ad rationem quatuordecimæ, & pecunia dotali perſoluta viduæ facile ipſa inueniſſet reditus vẽditoris propter illud lucrum ceſſans poterit fructus pignorum lucri facere, ſequuntur Ioan. Baptiſt. vbi ſupra. nume. 88. & 89. Balaſcus. d. conſultat. 8. num. 5. in fin. Menoch. conſ. 7. nu. 16. lib. 1. Fachineus vbi ſupra. c. 101. verſ. quinto, Molina vbi ſup. num. 5. Quod autẽ diximus licere viduæ paciſci de certa ſibi quantitate ſoluẽda quot annis donec dos fuerit perſoluta, ex multorum ſententia reſoluit Molina de primogen. lib. 4. c. 5. n. 6. ſed non videtur indiſtincte accipiẽdum, ſumus etenim in materia ſuſpecta & quamuis pactum viduæ, & hæredum mariti operetur, vt citra moram intereſſe poſsit exigi, temperanda res erit, vt oporteat viduã probare ſua interfuiſſe, & quanti interfuerit iuxta ea quæ diximus ſup. quæſtione. 5. num. 49. & ſeq. & probabiliter viduæ intereſſe ſi docuerit fuiſſe venales reditus in eo loco quos ſoluta pecunia emiſſet, ex his quæ notat Bart. l. tutor qui repertorium in fi. de adminiſt. tuto Socin. conſ. 273. nu. 5. lib. 2. vbi dicũt, quod conuincitur negligentia tutoris & probatur intereſſe pupilli ad vſuras ſi in loco fuerunt prædia venalia & tutor non emit. quia cauſa dotis, vt nuper diximus non magis in hoc quã alia quæuis cauſa priuilegium ſortiri poteſt, ſed hæc probatio in practica non exigitur propter frequentiam reddituum.

Similiter prædicta ratione vidua 56 cui debentur alimenta a viri hæredibus, dum differtur dotis ſolutio, poterit recipere ab eiſdem certam quamtitatem vltra ſortem, non tamen excedentem alimenta, quia quod exceſſerit imputandum erit ex Abb. d. c. ſalubriter. n. 6. Sotolib. 6. de iuſtitia & iure. q. 1. art. 2. colum. pen. Couar. d. verſ. 6. Ioan. Bapt. Lup. vbi ſupr. nu. 86. & ſeq. Iaſone. §. fuerat. num. 24. de actio. de quo vide quæ dixi infra. q. ſequenti Hinc etiam ſi vidua, quæ 57 priore marito mortuo nupſit ſecũdo dotem priorismatrimonij ſecundo viro conſtituerit expreſſe vel tacite iuxta. l dotem quæ in prius matrimonium. ff. de iure dotium, Baeza de nõ meliorand. c. 11. nume. 11 Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſumptione. 6. num. 25. & ſeq. poterit ſecundus maritus petere fructus dotis non ſolutæ ab hæredibus primi viri, & hoc caſu poterit habere locũ diſpoſitio. d. c. ſalubriter, cum militet illius tx. ratio ab onera matrimonij, quæ ſecũdus maritus ſuſtinet, vt poſt Gratũ ſcripſit Ioa. Bap. d. cõment. 1. de vſuris. §. 4. n. 58 90. Sed hoc caſu contrarium tenuerunt. Anchar. conſ. 150. nume. 4. in fi. Alex. conſ. 141. num. 4. lib. 5. Ial. cõſ. 92. num. 3. lib. 1. Ruinus conſ. 25. n. 2 lib. 2. Surdus conſilio. 269. nume. 21

lib.2.Sed quid si socer dotem priori marito promissam non soluerit, an possit filia soluto matrimonio dotẽ, & interesse ob moram in soluendo cõmissam exigere. Hæc quæstio in practica occurrit dum hæc scriberẽ, charissimus collega, virtute nobilitate generis,& literis egregius licẽciatus Franciscus Salgado Taboada Iurisconsultus Monte Regianus dicebat filiæ actionem denegandam esse ex.l.si pater marito quinta in ordine C.de dotis promissione, vbi probatur,quod si marito pro vxore dos promittitur,actio marito non vxori dabitur,quod tradit Gabriel conf.129 n.8.lib.1.Surdus decis.229.n.16.Sed tex.ille loquitur constante matrimonio,quæstio tamen est, an eo soluto vidua actionem habeat ad dotis promissæ marito exactionem Bald. in d.l si pater marito:quæstioni respondet filiæ actionem non competere, sed hæredibus mariti,mouetur quia ex contractu non agit ille cuius fauore est celebratus si in suam personã non fuit concepta promissio, nec extrinseca persona subauditur.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus de verbo.alij scribentes in.d.l.si pater nihil dicunt quamuis Greg.in.l.30.tit.11.part.4. glo. verb.*otro qualquier*, in ead quæstione ad illos nos remisserit melius posset Bal.pro sua opinione allegare tx.qui videtur expressus.l. si socer.§. Lucius.ff.soluto matrimonio vbi filia soluto matrimonio agit cõtra maritum,vt agat contra patris hæredes & dotem sibi promissam exigat, aut actionem cedat filiæ contra eosdem patris hæredes, quam actionem si filia haberet,cedi non oporteret per quem text.hanc opinionem tenuit Bald.Nouelus de dote.8.p.priuilegio 24.contra Bald. sententiam videtur tx.in.l.seruo legato. 72. §. si testator deleg.1.vbi probatur,quod si testator filiæ nomine dotem genero,aut sponso dare iusserit,non gener, aut sponsus,sed filia habet actionem cuius maxime interest indotatam non esse:ergo filia in nostro casu cũ sua interfit, indotatam non esse aget ad dotem promissam consequendã:nec refert,quod ipsi non fuerit in instrumento facta promissio: quia negari non potest filiæ contemplatione dotẽ promissam,at vero,quod contemplatione alicuius personæ fit, perinde habetur ac si talis persona nominatim exprimeretur Bald. per tx.ibi in.§.fi.si de feudo fuerit contro.inter dominũ.& agna.quem sequitur Grego in.l.46.tit.14.p.5,glos.verbo,*con intencion*.Facit præterea,quia dos est proprium patrimonium filiæ.l. denique.§.sed vtrum.ff.de minor.& matrimonio soluto per mortem mariti subest æquitas,quod ipsa filia per matrimonium emancipata iuxta.l.47. Tau.suam dotem petere possit.l. vnica.§. videamus,vbi Bald.&.§.accedit C.de rei vxo. actio.quod videtur de mente glos.verb.rediturus, vers. vel melius etiam non legata dote in.d.l.si socer.§.Lucius.ff.soluto matrimonio,& pro hac parte concluſum fuit in Gracianopolitano senatu, vt testatur Guido Pap.quæst.375.nam.2. qui non meminit Bald. contrarium respondisse cuius contrarietatem notat Parlad.lib.2.rerum quotid.c.fi. 3. p.§.1.num.3. cui posterior sententia placuit,quid dicendum breuiter distinguendum videtur, aut dos marito legata est in testamento,aut in cõtractu promissa.1.casu filiæ cuius maxime interest datur actio, vt probat tx.d.§.si testator,& ibi glos.& Doctores,non enim quæri oportet cũ quo testator de supremis loquatur,sed in quem dirigat suæ voluntatis intẽtionem.l.cũ pater.§. donationis verba in fi.deleg.2.ita Gabriel alios referẽs

lib.3.

lib.3.tit.de iure dotium conclusione 3.nume.2.Secundo casu aut filia est in patris potestate constituta eo videlicet, quia velata non fuit, nec sacerdotales benedictiones susceptit, § 9 quo casu patris potestas matrimonio non soluitur,vt probat. d.l.47. Taur. dum matrimonium & velationes ad emancipationem requirit, & tũc non poterit filia a patre dotem exigere:quia penes patrem dos seruanda erit cum obligatione iterum dotandi si oportuerit,& interim alendi filiã.l.2.§.1. & ibi Doctores ff.soluto matrimonio,aut vero filia emancipata est,& tunc iure communi attento verior videtur Baldi opinio,quod nõ possit agere nisi cessis actionibus à mariti hæredibus iuxta text.d.§.Lucius cui responderi non potest, at vero iure Regio Hispanorum videtur filiæ emancipatæ actionem denegãdam non esse per text.in.d.§. videamus,& in.d.§.si testator. Nec obstat quod tex.iste loquitur in dote relicta in testamento,nos agimus de promissa per contractum, quia secundũ Albericum in, d.l. si pater marito,ratio diuersitatis inter legatum, & stipulationem erat:quia alteri stipulari,vel pacisci nemo poterat.l.stipulatio ista §.alteri de verb.sed in legato non intererat cum quo testator loqueretur, sed in quem dirigeretur eius voluntatis intentio.d.l.cum pater,§.donationis deleg.2. at iure Regio alteri per alterum acquiri potest, dummodo eius accedat cõsensus,& ratihabitio: quia vt cumque constet quem etiam absenti velle obligari,manet obligatus.l.2.tit.16.lib.5.recopilationis, cũ igitur pater genero filię contemplatione dotem promisserit, & in eam voluntatis intentionẽ direxerit,& filiæ maxime intersit in dotatam nõ esse,æquissimum videtur filiæ actionem dari: ego vero tutioria eligens cum Guidone vbi supra filiæ consului, vt faceret sibi cedi actiones per hæredes contra patrem ad dotem petendam cum interesse.

Amplia. 11. conclusionem,vt interesse dotis promissæ, & non solutæ exigi possit,non solum a marito, sed etiam ab eius cessionario ex Saliceto in authent.ad hæc quæstio. 13.C.de vsuris sequitur Pala.Rub. repetitio. cap.per vestras vers.8.infertur in fin. Ferron.inconsuetud.Burdegal.tit.de dote.§.1.Conrad.de contract.quæst. 35.in fin.Couar.lib.3.var.c.1.num.3 vers.cæterum quamuis contrarium voluerint Bald.in rub.C. de vsuris.n. 5.D.Antoni.2.p.tit.1.c.7.§.32. Ang. ver.vsura.§.26. Negusant. de pigno. 5.par.membro.5.numero. 16 vers.2. Balascus consultatione.8.num.7.Fortun.de vltimo fine,illatione.6, Surd. cons.269.nume.9.Nec obstat,quod priuilegium quod competit mulieri pro dote non potest alij cedi, tex.in auth.de exactione instante dotis,&, in simili.l.ex pluribus de admi.tuto. quod verum est siue ex causa voluntaria siue necessaria fiat cessio, vt per Imol.l.postdotem colum.fin.ff.soluto matrimonio reiecta distin. Barto, ibi,licet eam sequatur Iaso.§.fuerat, num.133.de actio.Paris. Mod.in cõsuetud. Paris.rubr.12.quia vt supra diximus,dispositio tex.in.cap.salubriter non fundatur in dotis priuilegio, vnde non refert, quod cessionarius sit diuersa persona a marito.cui debetur dos cum interesse. Cessionarius autem ex causa mutui tenebitur suo cedenti, marito inquam computare in sortem fructus pignorum in casu d.c.salubriter,vt expresse Salicetus d.quæst.13. in fin.si vero cessio non fiat ex causa mutui, sed ex venditione nominis, vel absoluta cessio pro certo pretio: ita quod cessionarius non potest sortem repetere à cedẽte

fructus

fructus lucrabitur sicut quilibet iustus emptor nominis, vt per Nauarr. in man.c.17.nu.274.Parisium cons. 64.lib.4.Ioan.Bap.Lup.comment.1. de vsuris.§.4.num.82. quod diximus deberi interesse dotis nõ solutæ mariti cessionario, etiam locum habet in hærede vxoris, vt contra Paul.l.diuortio.numer.5. soluto matrimonio, etiam in alimentis resoluit Vincen. de Franch.decis.338. vbi numer.2. dicit ita fuisse decisum.

60 Amplia.12. vt interesse dotis promissæ & non solutæ possit taxari, puta ad rationem vnius in quatuordecim vel decem pro centenario, vt inter mercatores secundum Bald.l.fi. §.præterea.2.colum.C.de iure dotiũ Alex.cons.63.colum.2.lib.3.cons.31 nume.7.lib.4. Cępolam cons.15.in ciuilibus Anton.2.p titul.1.c.7.§.33. Conrad.de contractibus. quæst. 35. conclusione.11.& 12. Pala. Rub.in c.per vestras vers.8. infertur colum. 5.quamuis contrarium simpliciter velit Ias.§.fuerat.nu.19.inst. de actionibus.

Aduertendum tamen statutum taxans certam quantitatem quotannis soluendam marito constante matrimonio, vel eo soluto viduæ dum differtur dotis solutio, tunc demum valere cum de iure licet vltra sortẽ recipere propter onera matrimonij vel propter lucrum cessans, aut emergens damnum, vel ob alimenta viduę ipsi debita, iuxta ea quæ supra resolui mus. Deinde oportet quantitatem ab statuto taxatam esse verosimile damni emergentis, aut lucri cessantis interesse attento communi vsu prouinciæ propter frequentissimam annuorum reditum emptionem, vt sentit Bald.in.d.l.fi.§.præterea. C.de iure dotium & in cons. 166.lib.1.ex presse Couarr.d.c.1.nu.3.vers.7.alioquin in casibus in quibus maritus, vel vidua non possunt ob non solutam dotem aliquid exigere, nec statutum poterit eis aliquid taxare, etiã intra metas.l.cos.C.de vsuris ita accipienda sunt, quæ docet Nau.in.c.si fœnetauerit.14.q.3.num.75.

61 Amplia.13. vt dotis promissæ nõ solutæ interesse exigi possit etiam si maritus cui debetur interesse per biennium, quinquennium, vel aliud modicum tempus, quod decennium nõ attingat tacuerit: non enim tunc vsuras, seu interesse remisisse censendus est, argumento tex.in.l.cum quidam §.diuus.ff.de vsuris, Menoch.omnino videndus lib.3.præsumpt.25.n.1. imo etiam si longo tempore non petierit, vt infra dicam.

62 Prędictam conclusionem de interesse dotis non solutæ limita.1. vt locum non habeat nec exigi possit quãdo gener nullis acceptis pignoribus contentus est nuda dotis promissione, absque pacto de soluendo interesse, dum differtur dotis solutio: tũc enim ratio interesse habenda nõ est nec exigi poterit interesse ante moram veram, vel saltim irregularem cum lapsu biennij, iuxta ea quæ diximus supra hoc lib.q 5. Mora autem irregularis cõmittitur hoc casu quando quis dotem promisit nulla dicta solutioni constituta, & maritus onera matrimonij sustinet, argumento.l. curabit.C. de actio.empti. quæ mora irregularis lapso biennio post cõtractum matrimonium incipit habere vires, quas habet illa mora quæ litis contestatione contrahitur, vt tradit doctissimus Barbosa.l. de diuisione. num.40.& seqq. soluto matrimonio per tex.in.l.fi.§. præterea. C. de iure dotium Corneus cons.145.nume.8. in.2.p. vbi loquitur in terminis, dicẽs hanc irregularem moram sufficientem esse ad vsurarum exactionem, de quo etiam videndus est Cęlar,

Vrsillus

Vrsillus ad Afflictum decisione. 184. num. 4. Boerius in cons. 6. vbi num. 8 post Bald. cons. 78. & Bart. & Doctores in l. de diuisio. ff. soluto matrimonio dicit hodie standum non esse taxationi de qua in d. §. præterea, sed agendum ad interesse ob onera matrimonij. & quamuis tx. in d. §. præterea non loquatur de oneribus matrimonij, vt cõtra Roman. aduertit Boerius, vbi supr. tamen marito petenti interesse incumbit probare se onera matrimonij supportasse: quia tex. ille non agit de interesse, sed de interusurio, & vsura ibi moderata, quam iura ciuilia passim concedebant absq; probatione alicuius interesse vt alibi dixi, & ad petendam illam vsurã sufficiebat mora regularis vel irregularis cum lapso biẽnij sine probatione veri interesse.

64 Limita. 2. vt dotis promissæ interesse exigi nonpossit pro eo tempore quo maritus non sustinuit onera matrimonij, cum tunc cesset ratio tx. d. c. salubriter, & ratio propter quã dos marito promissa est. l. pro oneribus. de iure dotium & ex Bart. Alexand. Abb. Hyppolito, & alijs scribit Ioa. Bap. Lup. de vsuris commentario. 1. §. 4. num. 78. Boerius, cons. 6. numero. 5.

65 Limita. 3. si maritus per decennium tacuerit, & non petierit dotis non solutæ interesse: quia illud censebitur remisisse. d. l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsuris Baldus cons. 474. lib. 3. Alciatus de præsumptio. reg. 1. præsumptione. 32. num. 4. plures refert Menoch. cui magis hæc sententia placuit lib. 3, præsumptione. 25. num. 2. & 3, vbi num. 4. citat alios qui contrarium tenuerunt, quibus accesserunt Osascus decisione. 132. Balascus consultatione. 8. num. 9: & doctissimus Barbosa in l. quæ dotis. nu. 46. ff. soluto matrimonio qui primam sententiam falsam esse asserit, cius fundamenta diligenter impugnans, & hanc quoque sequitur Mascardus de probationib. libr. 3. conclusione. 1372. num. 98. Alexand. cons. 63. nu. 16. lib. 4. vbi additio dicit Alex. legẽdo & consulendo semper fuisse huius opinionis. Nec obstat text. d. §. diuus, quia loquitur in vsuris lucratiuis & odiosis: nos agimus de recompensatiuis, vt dicunt Alexand. & Mascardus supra & idem Surd. cons. 290. num. 12. vbi hoc intelligit verum nisi cum diuturnitate concurrat mariti mors.

66 Limita. 4. si maritus dum vixerit, non petierit sibi solui dotis vsuras: quia videbitur eas remisisse, nec hæredes eius poterunt, ad illarum solutionem agere. l. vir vsuras de donat. inter virum, Surd. vbi supra, pro quo cõfert text. l. cum oportet. §. sin autem res C. de bonis quæ liber. vbi si pater passus est filium in potestate constitutum frui rebus aduentitijs, & ipsarum fructus non exegit, dum vixit, quasi diuturna donatione in filium celebrata, nõ possunt patris hæredes fructus eiusmodi sibi vendicare: de quo per Gome. l. 48. Taur. ex num. 9. Auend. responso. 5. columna penult. Gome. l. 29. Taur. num. 29. Gutier. de iuram. 1. p. c. 4. num. 10. & sequentib.

67 Huc etiam pertinet, quod si emphyteuta ob non solutũ canonem, vel ob aliam causam incidit incommissum si dominus emphyteusis caducitatem non declarauerit dum vixit, videbitur eam remisisse & hæredes non possunt agere ad emphyteusim obcommissum petendã, ex pluribus relatis a Menoch cons. 153. num. 17 lib. 1, &. d. præsumptione. 2. num. 7. de quo etiam vide Paris. Modern. in consuetud. Paris. 1. p. §. 30. quæst. 33. num. 126. Nauar. in man. c. 23. tit. de simonia. numero. 124. Aurelium

Corbu-

Corbulum de causa priuationis ob non solutum canonem ampliatione fin. numero. 17. & sequentibus.

68 Simile etiam est, quod si filius, cuius mater ad secundas nuptias transiuit, dum vixit, conquestus non est de illata sibi iniuria, censetur illius pœnam remittere, vt scribit Menochius. dict. consilio. 155. numero. 16. & dict. præsumptione, 25. numero. 8. & in specie hanc limitationem tenuerunt plures relati a Menoch. d. præsumptione. 25. numero. 6. Gom. l. 50. Taur. numer. 30. in fin. Ossascus dict. decisione Pedemontan. 132. Mascardus de probar. dict. conclusione 1372. numero. 105. Verum hæc quoque limitatio difficultatem habet: quia ex eo quod quis non petijt sibi debitum non præsumitur remissio. l. libertis quos. §. 1. de alimentis lega. & iura quæ in contrarium adducunt prædicti Doctores loquuntur in vsuris lucratiuis, & odiosis, quę facilius censentur remissæ, sed ex eis non bene infertur ad vsuras fauorabiles, & onerum matrimonij compensatiuas, de quib⁹ agimus, vt rectius aduertit doctissimus Barbosa, vbi supra & quæ adduximus de emphyteuta, & secundo nubente procedunt in pœna, quæ odiosa est, & facilius præsumitur remissa, & text. d. §. sin autem res, specialem rationem habet in patre qui censetur refutare, & nolle acquirere vsum fructum dum filium frui permittit: non tamen procedit e conuerso si filius patiatur patrem frui bonis, quorum fructus ad filium pertineant, vt probat l. 8. Taur. & Gutier. vbi supra.

69 Limita. quinto, si maritus cui debebantur dotis non solutæ vsuræ ipsam dotem receperit nulla adhibita protestatione de petendis vsuris: quia eas censebitur remisisse. l. 4. C. depositi. Iaso. d. centum Capuæ, numero. 6. de eo quod certo loco Gome. dict. numero. 30. in fin. Socin. Cracta. & alij quos retulit Menoch. d. præsumptione. numero. 13. quam uis protestationem hoc casu non prodesse dixerit Guid. Pap. quæstione. 172. numero. 3. post Petrum a Bella pert. quem refert: quia protestatio hic non est contraria facto. Sublimita hanc limitationem si vsuræ debeantur iure actionis: quia promissæ fuerunt, quoniam etiam forte soluta exigi possunt. l. 1. C. de iud. dict. l. centum Capuæ Salicet. & alij in. d. l. 4. C. depositi.

70 Quod autem diximus vsuras dotis censeri remissas lapsu decennij, vel mariti morte & taciturnitate sublimitandum est, nisi maritus vsuras sibi deberi ignorauerit, vt per Corneum. d. cons. 2. p. col. fin. Menoch. de præsumptione. 25. numero. 11.

Superest modò quærere, an hypotheca competens marito pro dote promissa, aut mulieri pro dote restituenda competat etiam, & detur pro dotis non solutæ interesse, aut vsuris? & videtur, quod hypotheca competens pro dote, competat etiam pro vsuris, & interesse cum eodem priuilegio prælationis, ex tex. in. l. Lucius. ff. qui potiores in pignore habe. ibi, *quæro an Titius non tantum sortis, & earum vsurarum nomine, quæ accesserunt ante quam Mœuius crederet, sed etiam earum, quæ postea accesserunt, potior esset? Respondi Lucium Titium in omne, quod ei debetur potiorem esse*, & ita tenent ibi Bartol. Alber. Bald. Angel. & Salicet. Socinus, consilio. 15. libro. 4. Alciat. consilio. 150. numero. 2. lib. 5. Misingerius singularium obserua. centuria. 1. obseruatione. 59.

Hoc autem plane procedit quan

do hypotheca dotis expressa est pro sorte, & vsuris, seu interesse dotis, & ita loquuntur text. & Doctores in dict. l. Lucius, & supra relati Ripa qui loquitur in dote in l. priuilegia, numero. 15. de priuilegijs credito. decisione. 240. numero. 15. Franciscus Marcus decisione. 929. numero 3. Sed quid in hypotheca, quæ contrahitur pro dote nõ facta mentione vsurarũ, vel interesse dotis, an competat etiam & extendatur ad vsuras, seu interesse dotis? quid etiam si hypotheca est legalis, & tacite à lege inducta, prout tacite inducitur tam in bonis promittentis dotem marito, quam in bonis mariti dotem recipientis, vt est text. in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actione, an hæc tacita hypotheca detur etiam ad dotis reditus, & interesse? Partem negatiuam tenuit Baldus Nouellus in tractatu de dote. 6. parte priuilegio. 7. numero. 4. versiculo, secundo casu principali, & mouetur ex textu in l. pignoribus. C. de vsuris vbi pignora pro sorte obligata non possunt retineri pro vsuris. l. per retentionem. C. eodem. Mouetur secundo, quia datio pignoris, & fideiussoris æquiparantur. §. pretium, instituit. de emptio. & venditio. sed fideiussor datus pro sorte non videtur datus pro vsuris, nisi expresse dicatur, vel nisi fideiubeat in omnem causam. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. l. fina. de eo quod certo loco: ergo nec pignus datum pro sorte censetur datum pro vsuris. allegat etiam Bartol. in. l. Lucius. ff. de alimentis lega. vbi dicit, quod bona obligata pro dote, non censentur obligata pro alimentis, & Nouellum sequitur doctissimus Gregor. in. l. 14. titulo. 13. partita. 5. glossa. 3. Vnde consulit Nouellus vbi supra in fin quod in instrumentis dotalibus tam ex parte viri, quam ex parte mulieris promittentes dotem dare, vel restituere, promittant etiam damna, & interesse sub bonorum obligatione, vt pro interesse etiam competat hypotheca.

Sed contraria sententia verior videtur, primo ex Bartol. doctrina. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, numero. 6. &. 7. ff. soluto matrimonio, vbi dicit, quod sicut bona mariti censentur obligata pro dote, ita etiam videntur obligata pro alimentis, quæ maritus debet præstare vxori propter dotem, sicut in vsuris dicitur in. d. l. Lucius quam Bartol. ad hoc allegat sequitur Paul. ibi, numero. 3. dicens se ita obtinuisse per tres sententias conformes idem Alexand. ibi, numero. 12. vbi pro constanti tenet hoc procedere etiam in interesse dotis non solutæ, & secundum hanc Bartol. traditionem, vt saniorem, & æquiorem iudicatum asserit Misingerius singularium obseruatio. centuria prima obseruatione. 64. Secundo, quia eandem hypothecam, & ius prælationis quæ Bartol. concedi asserit alimentis ratione dotis competere pro dotis interesse tenuerunt quam plurimi, vt Negusantius de pignorib. quinta parte membro. 1. quæstione. 5. numero. 10. & numero 14. & 15. vbi concludit contra Socinum, quod ista hypotheca pro vsuris, & interesse quamuis sit conditionalis purificata conditione retrotrahitur ad tempus promissæ dotis. Bursatus latissime in consilio. 103 num. 11. vsque ad fin. vbi numer. 26.

dicit

dicit secundum hanc opinionem fuisse iudicatum. Petrus Surdus.d. decis. 240.numero. 15. in fin. & nume. 16.dicit communem Ioa.Fran.a Ponte consilio.77.numero. 2. vbi dicit fuisse millies decisum secundum doctrinam Bart. Tertio pro hac parte retorquetur argumentum Nouelli quatenus dicit, quod datio pignoris,& fideiussoris æquiparantur, & procedunt a pari,iuxta text. in dict. §. pretium. Sed fideiussor simpliciter acceptus pro sorte in contractibus bonæ fidei tenetur etiam ad vsuras,& interesse Bartol.l.centum Capuæ, numero. 8. ff.de eo quod certo loco,& ibi Iaso,numero. 4.dicit communem Bursatus.dict.consilio. 103. numero. 18.ergo hypotheca simpliciter accepta pro sorte in contractibus bonæ fidei extenditur ad vsuras & interesse, quo argumento vsus est Bartol.l.solutum.§.si insortem.numero.1.ad fin. ff. de pignorati. actione & Baldus Nouelus.dict. priuilegio.7. versiculo,secundo,casu Rosentalius in tracta.de feudis.capit.9.conclusione.19.numero. 1. cum sequentibus, præcipue,numero.4.& Bursatus vbi supra,numero. 18. & numero. 21. Contractus autem dotis est contractus bonæ fidei. §. fuerat institu. de actio.non solum in persona vxoris, sed etiam in persona hæredis,vt post Bartol.l. 1.ff.soluto matrimonio tenet Ias.ibi,numero.19.ad fin.versiculo quarto adde,igitur hypotheca simpliciter accepta pro sorte dotis extendi debet ad vsuras, & interesse dotis.

Non obstant, quæ Nouellus pro sua sententia adduxit:nam.l. pignoribus,&.l.per retentionem.C.de vsuris loquuntur in vsuris debitis naturaliter tantũ,pro quibus non cõceditur hypotheca, nisi specialiter fit dictum,vt inquit Bartol.dict.l.solutum §.si insortem.ff.de pignoratitia actione,Fanus de pignori. primo membro. 5.part. numero. 10.Dotis tamen interesse debetur naturaliter & ciuiliter,& quando debetur vxori iure actionis debetur, vt per Alexand. l.si marito. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. Nec etiam obstant.l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiussor. d.l.fina.de eo quod certo loco,quia ibi obligatio & hypotheca non fuit facta simpliciter, sed pro sorte specifice exprimendo certam quantitatem, vt puta pro centum,vt patet in dict.§. pro Aurelio ibi, *in centum annua Petronius, & Thallus,& alij fideiusserant*, & tunc obligatio non continet vsuras,vt per glos.l.quæro in principio. ff. locati.per Bartol. dict.l. centum Capuæ. ff. de eo, quod certo loco, Alexandr. in. l. si cum dotem. §. sin autem in fœuissimo.ff. soluto matrimonio. Fanum vbi supra.

Ex prædictis infertur ad quæstionem si Rex concesit facultatem ad obliganda bona maioratus pro dote, an facultas,& obligatio bonorum maioratus extendantur ad dotis vsuras & interesse. Et videtur non extendi, quia Regia facultas stricte interpretanda est, nec extendi potest de contractu ad contractum,nec de tempore ad tempus, nec de re ad rem, vt per Vincent. de Franchis decisione. 105: numero. 5. Sed verius est quod facultas, seu Regius assensus impetratus pro sorte in contractibus bonæ fidei intelligitur, etiam concessus pro vsuris & interesse, vt post Camerarium Pistorem, & alios resoluit Rosentalius de feudis dict.cap.9.conclusione. 19. nume.1.cum sequent.vnde quod assensus Regius ad hypothecanda bona

pro dote, extendatur etiam ad vsu- 72
ras, seu interesse dotis non solutæ scribit Ioann. Francis. a Ponte consilio. 76. a numero. 12. vbi numero. 15. subdit hoc passim iudicari idem tradit, consilio. 77. numero. 2. & ita pro constanti præsupponit Molina, libr. 4. de primogen. cap. 5. numero. 5. in contractibus autem stricti iuris hypotheca pro sorte non extenditur ad vsuras, vt aduertit Rosentalius, vbi supra d. conclusione. 19. num. 3 litera. C.

Similiter infertur quod fideiussor obligatus marito pro dote promissa tenebitur etiam ad dotis non solutæ interesse, nam fideiussor obligatus pro sorte simpliciter, & in definite, 73
tenetur etiam pro vsuris, vt inquit Negusantius de pigno. 4. membro. 2. parte princip. numero. 54. sequitur Petrus Surdus in tractatu de alimentis titulo. 8. priuilegio. 50. numero. 2.

Prædicta tamen limitanda sunt quando in dotem fuit promissa certa quantitas specifice, & limitate, vt si promisit mille aureos tunc enim res hypothecata pro mille aureis, vel fideiussor, qui promille aureis tantum intercesit, non tenebuntur ad interesse & vsuras ex tex. dict. l. fideiussores magistratuũ. §. pro Aurelio. ff. de fideiusso, & ita intelligunt Negusantius & Petrus Surdus vbi supra.

Venio nunc ad eam quæstionem 71
an & quatenus interusurij ratio habenda sit si emptor in regulari, vel irregulari mora fuerit re tradita cõstitutus. In venditione rerum fungibilium, videlicet quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, omnes negant vsuras aliquas venire, ni si quatenus de vero interesse, & eius quantitate post veram moram probetur.

In venditione autem rei non fungibilis, non fructiferæ, puta fundi sterilis, si de alio certo interesse non constet, interusurij rationem habendam non esse existimarunt Salicet. in. l. 2. C. de vsuris Socin. consilio. 88. numero. 8. libro. 4. Contrarium existimarunt Bald. in dict. l. 2. Paul. in dict. l. curabit. C. de actio. empti. Ancharran. in capit. peccati venia de regulis iuris in. 6. Anan. capit. conquestus de vsuris Alexand. consilio. 147. numero. 3. lib. 5. de quo vide quæ infra dicam hac quæstione. numero. 84. In fundo autem non sterili vendito & tradito emptori concurrunt quatuor ex quibus æquum est haberi rationem interusurij, & solui vsuras pretij venditori, qui impleuit, videlicet, Res, pretium, fructus rei, & fructus, seu commoditas pretij, quæ quatuor absunt venditori, & adsunt emptori, non tamen horum quatuor concursus requiritur, quia quatenus venditor repetit, vel consequitur ab emptore æstimationem fructuum pro tempore moræ non censetur petere vsuram, nec æstimationem interusurij, sed rei prosecutionem, quia fructus illi pro tempore moræ non erant debiti emptori, sed spectabant ad venditorem, qui non tenetur interim fundum tradere, & gratiam traditionis faciendo poterit iuste stipulari rationem sibi reddi fructuum, donec solutum sit, quemadmodum iuste potest emptori fundum cousque locare. l. sicut emptio. cum. l. sequent. ff. locati, & sic vsque ad concurrentiam horum fructuum nullomodo est vsura, sed rei persequutio.

Amplio. 1. quantumcunque fru- 74
ctus excedant, etiam si rationem cen-

centesimæ ad pretium excedant, vt si venditori placuerit, vt forte testamento grauatus fuerat certo vilissimo pretio vendere, vt enim non tenetur vendere, nec tradere, nisi præsenti pecunia, ita si gratiose traditionem anticipet, potest sibi cauere de integris fructibus, quanticũque sint, nec potest dici vsura, quod patet ex ratione tx. l. curabit. C. de act. empt. optime resoluit more solito Couarr. lib. 3. var. c. 4. num. 2. vers. 3. Ioa. Bap. Lup. comment. 1. de vsuris. §. 7. num. 189. imo quanto magis excedunt, tanto maiorem gratiam factam esse emptori oportet vendendo, idem si vendidit iusto pretio, sed illis annis casu fortuito accidit fructus supra modum valere, & exuberare. Secus si excessus fructuum acciderit ex singulari industria emptoris, quia licet sit in mora, non tamen debet venditor lucrari commodum industriæ emptoris: sed satis est quod conseruetur indemnis per retentionem fructuũ, quos verisimiliter venditor percepisset, vel legitimam vsuram, hoc est cõgruam compensationem interusurij pretij dilati, quatenus fructus fundi traditi ad hoc non sufficerent, vt per Cagnol. d. l, curabit. n. 48. Cou. d. c. 4. n. 2. vers. 2. Ioan. Bap. vbi sup. nu. 140.

75 Amplio. 2. etiam si venditor dominium absolute transtulerit: quia nihilominus vsurarum pretij ratio habenda erit: quidquid in contrariũ scripserint Alexan. conf. 119. & seq. & conf. 101. lib. 4. & conf. 121. lib. 5. Cepola cautela. 173. Socin. conf. 276 lib. 2. Cuius rei ratio est: quia transferens dominium, & proprietatẽ plus iuris, & commoditatis dat, & maiorem gratiam facit, quam simpliciter transferens, vel locans dominio retento: patet, quia, vel proprietatem pignori dare licere fructus est. l. fi. ff. de vsuris: ergo transferens tanto iustius sibi de fructibus cauere vel vsuras stipulari potest. Hanc ampliatio-

76 nem probat. l. sicut emptio. ff. locati: quamuis Alexand. indictis consilijs eum text. intelligat quando venditor dominium retinet, quod falsum esse patet, quia si locator non obligatur, vt ibi: ergo præsupponitur, quod venditor, idemque locator in casu illius text. dominium transtulerat, & sic ab omni traditione, & patientia fruendi liberatus erat: alioquin si dominium, & possessionem sibi retinuisset, vt vulgo putant Doctores, tametsi ob perfectam conuentionem venditionis periculum sit emptoris. l. necessario de periculo, & commodo rei venditæ: tamen semper remanet obligatus ad præstandam patientiam fruendi, & vsum domus suæ, quam possidet, imo etiã ad faciendum vti frui, quæ est tota obligatio locatoris, vt per Carocium de locato. 4. par. tit. de euiction. & sic non esset verum locatorem nõ obligari, prout ibi absolute negat text. bene verum est, quod ob periculum trãslatum strictius, & firmius hic obligatur conductor, quia etiam re casu fortuito perempta, tenebitur eandem mercedem continuare, donec pretium soluerit, vt ibi etiam sentiunt glos. & Doctores, sed non sequitur locatorem minus obligari quandiu dominium, & possessionẽ habet. At interim non aduertunt Doctores se non solum contra tex. l. sed etiam contra seipsos inaudite pugnare, dum negant vẽditorem posse percipere fructus, vel pensionem de re non amplius sua, atque ideo restringunt d. l. sicut emptio, vt loquatur quando locator dominium, & possessionem retinuit, idque contra tx. d. l. vt dixi, & tamen fatentur mercedẽ donec pecunia soluatur continuandam, si domus, vel fundus perierit,

quod est deterius, quam si staret, & remaneret in dominio locatoris, tum quia re perempta non solum perciperet venditor pensionem de re non sua, sed de re quæ non est in rerum natura, & debitori perijt, tum quia re stante, siue sit in dominio venditoris, siue emptoris, pensio illa non soluitur cũ dãno emptoris, sed de fructibus rei, siue penes venditorem siue penes emptorem existentis, sed ea perempta oportet emptorem pensionem soluere de suo, & cum suo damno, & detrimento, & sic tam clarum est, quod ea pensio iam tunc nõ solum præstatur ob solam, & simplicem dillationem pretij cum non habeat amplius obiectum, sed etiam præstatur cum mero damno debitoris, & tamen fatentur licite absque vsura percipi hoc casu, vbi longe maior, & intensior, & extensior est ratio vsuræ quam re in dominio emptoris stante, de cuius fructibus soluatur, & ibi vsuram esse præpostere contendunt, quæ obiter notanda sunt pro intellectu d. l. Aduerte tamen, quod dixi re perempta eandem mercedem deberi donec pretium soluatur debere intelligi in vera venditione non in simulata, & pignoratitia, & fraudulenta de qua in quæstione. 3. supra lib. 2.

77 Amplia. 3. etiam si venditor rem venditam tradens dominium non transtulerit, sed simplicem detentationem: adhuc interusurij ratio habenda erit, vt per Couar. lib. 3. variarum c. 4. numer. 4. Ioan. Baptist. commenta. 1. de vsuris §. 7. numero. 143.

78 Amplia 4. etiã si venditor dillationem pretij soluendi dederit: quia poterit nihilominus vsuras, seu interesse stipulari: quamuis tunc aliqui contrarium teneant, vt Socin. consilio. 179. lib. 2. & consilio. 88. lib. 4. Iacob Almain & alij in. 4. sentent. distinctione. 15. quæstione. 2. sed male: quia data dillatione iustior est ratio vsuras pretij soluendi, quam cum fors exigi poresl. Melius hanc ampliationem tenent Paulus. l. Iulianus. §. offerri de act. empt. Alexand. consil. 121. lib. 5. Alcia. l. siquis nec causam. 3. colum. si cert. pet. Cagnol. d. l. curabit. num. 58. Paris. Mod. in consuet. Paris. §. 1. glos 9. numero. 17. Couarr. lib. 3. variarum. c. 4. numero. 5. Mexia in pragmatica panis conclusione. 2. numero. 75. quæ opinio communis & vera est secundum Ioann. Baptist. de vsuris commentario. 1. §. 7. nume. 145. quod tu intellige cum Parisio cõs. 60. nume. 3. lib. 3. dummodo vsuræ fructuum quantitatem non excedãt, sed melius dicendum quod hæc ampliatio est vt præcedens præposterè scripta: debebat autem scribi etiã si non sit dillatio data: quoniam illa data minus est dubij.

79 Conclusio sic ampliata limitatur si vẽditor carius vendiderit ob dillationem pretij: quia tunc ea pendente non potest fructus, nec eorum partẽ retinere, & nihilominus aliam vsuram exigere: quia tenetur pure tradere, & sic duplicem compensationem eiusdem dillationis acciperet, quod non est ferendum, sed dillatione lapsa procedat conclusio in futurum, dũmodo augmentum illud pretij non excedat commodum lapsæ dillationis seu fructuum temporis lapsi, vt aduertit Ioan. Bapt, vbi sup.

80 Ex duabus nouissimis ampliationibus patet quam male post Anton. & alios scripserit Gabriel. Biel. in. 4. sent. distin. 15. quæst. 11. col. 17. illicitum, & vsurarium esse quod vẽditor fundi traditi dillatione data solutionis pretij habeat interim fundum venditum in pignus, & faciat suos fructus, cuius dictum reprobat Con.

lib. 3.

lib. 4. variarum cap. 4. numer. 6. vers. 10. Ioann. Bapti. Lup. de vsuris dict. commentatio 15. §. 7. numero. 149. & debiles sunt rationes quas adducit Gabriel. Prima, quod accipiat pro dillatione solutionis. Secunda, quod fundus traditus non est venditoris, sed emptoris, sed certe fructus sunt venditoris, aureq; debiti donec solvat. Tertia, quod periculum est emptoris, sed certe id est etiam ante traditionem dicendum, necessario, nec venditor hos fructus accipit ob translationem periculi, quæ est de natura contractus, sed quia non tenebatur per 81
ceptionem fructuum dare. Quarta, quod hoc pactū resoluitur in mutuū quia idem est ac si emptor recipiens fundum eodem instanti solueret pretium, quod rursus venditor eidē mutuasset, quo casu nihil posset percipere: ergo nec isto casu. addunt Canonistæ vbique de suo capite tam in lectionibus, quam in consilijs quod ius ita fingit. Theologi vero scholastici non dicunt ius hoc fingere, sed in 4. sent. d. 15. quæst. 2. & vbique dicunt quod est mutuatio, & vsura virtualis & æquivalens, licet non formalis, & idemcēsent quod in formali mutuo, & vsura. hoc quartū sophisma adeo futile est, vt nec mereatur in eo genere poni quod merito suggillat iure consultus, & cauillationem interpretatur in. l. ea est natura cauillationis de reg. iur. longe enim alia est ratio huius pacti, alia mutui: mutuū enim non est negotiatio, sed officium, nec nisi re fungibili contrahitur: at hic non agitur de officio, sed de negotiatione, nullaque fit numeratio rei fungibilis, venditor non certat de officio mutui, nec de aliquo quouis modo dando, cum ipse potius egeat accipere mutuum, quod si commode inueniret, verisimiliter, & vt plurimum fundum non venderet, sed ea gratia vteretur. Certat autem de iusto, & æquabili negotiatione, vt autem licite vendit fundum iusto pretio ita quandiu solutio differtur, iusto retinet, & fructus suos facit, vel ingratiose traditionem, & dominij translationem anticipet, iuste de retentione, vel æquipollenti compensatione fructuū paciscitur. omitto, q. Doctores verbis legem imponunt, dum admittunt illud pactum si venditor interim re tradita dominium reseruet, imo casum iustiorem probabiliore præposterе damnant.

Pariter ex his apparet male consuluisse Panormit. consilio. 5. libr. 1. in hac specie Sempronius domum suam locauit Titio in octo annos pro sex florenis annuis, & statim per alium contractum vendidit eidem Titio dictam domum pro centum florenis, quos fassus est recepisse, tamen Titius alio separato instrumēto fassus est pretium debere; quod promisit soluere infra octo annos, & interim, vt posset dictum pretium soluere per particulares solutiones, & prorata pretij soluti diminuere dictam pensionem quam Titius soluit, & non aliud per octo annos quibus lapsis, & sic finita locatione Sempronius perit pretium: Titius autem vult in sortem imputare 45 florenos, quos soluit pro dictis octo annis, & offert 52. florenos pro residuo pretij, quia dicit pensionem illam fuisse vsurariam pro vsura seu dillatione. 100. florenorum. Sempronius replicat quod pretio non soluto dominium non fuit translatum, ideo potest exigere pensionem pro vsu domus suæ, nec tenetur imputare in pretium, consultus Panor. decidit pro emptore: quia dominiū erat translatum, ex quo fides habita de pretio, & sic recessum a contractu locationis. l. si quis de acquirend. poss.

82 Sed hoc non valet: quia quemadmodum Dominus commutabilis, vel ratione alicuius iuris deficientis, vel etiam defecturi potest emere rem suam, text. l. existimo de contrah. empt. ita dominus rem suam conducere potest, vel ratione nudæ possessionis tx. in l. si aliquã rem de acquir. possessione igitur multo magis propter vsum vel commoditatem fructuũ quæ alioquin ad alium spectat, vnde quemadmodum proprietarius potest conducere rem suam ab vsufructuario, vel dominus & possessor ab habente nudam seruitutem habitationis. §. pen. insti. de vsu & habitat. cum venditor tradens rem nondum soluto pretio potest quam vult 84 legem quousque ponere, & fructus, vel æquipollens donec solutum sit reseruare. l. legem. C. de pact. potest hoc respectu locare emptori domino facto, nec obstat. d. l. siquis ante, quia intelligitur data repugnantia, vt ibi gl. & omnes Doctores tenent alias nõ impeditur locatio: ergo nec hic repugnat per præd. & sic non est verum quod Titius soluerit in debitam pẽsionem, & multo minus quod sit in fraudem vsurarum. Verum est, quod hæc locatio facta est propter dillationem pretij: quia dillatio est eius occasio, & causa sine qua nõ, sed tamen in hoc casu solutio pensionis non fit immediate propter interusurium pretij, sed propter concessam perceptionem fructuum, & fruitionem domus, & sic hæc pensio nullo modo est vsura, nec accessio pretij, sed æque principalis compensatio fructuum, quæ sunt alia vera sors spectans ad venditorem, & non ad emptorem, quandiu non soluitur, igitur si pensio nõ excedat fructus nullum prorsus est vitium, & est casus de in- 85 dubitabili, & sic Panorm. pessime cõsuluit, licet eum sequutus sit Socin. cons. 130. lib. 4. colum. 1. quorum opinionem optime reprobat Couarru. lib. 3. var. c. 4. n. 6. vers. 11. Carrotius de locato in rub. de vsuris. quæstio. 2. dico tamen quod si pensio conuenta excederet communem æstimationem mercedum dictæ domus, tunc esset reducenda, vt non excederet fructuum quantitatem.

83 Habes ergo quod quatenus id quod dillationem pretij penditur concurrit cum fructibus rei traditæ, nullo modo est vsura, nec spectat ad negotiationem fæneratoriam, nec principalem, nec incidentem, sed est vera rei prosequutio, & cõpensatio sortis cum sorte.

Sed quid si res vẽdita & tradita nõ est fructifera, vel nullos interim, puta ob calamitatem illius temporis afferret reditus? Resp. tunc si quid venditor ob dillationem recipiat, est vera vsura, non compensatio sortis cum aliqua sorte reali, vt in præcedentibus, sed simplicis interusurij compensatio, vnde non poterit exigi quia cessat æquitas, & ratio. l. curabit. C. de act. empti. & Sali. l. 2. C. de vsuris Corneo, cons. 145. lib. 2. dixit communẽ Cagnol. d. l. curabit. num. 28. resoluit Couar. d. c. 4. num. 3. sequitur Ioann. Bap. de vsuris commentario. 1 §. 7. n. 141. vbi refert plures contrarium tenentes, quibus accessit Mexia ad l. Toleti. 2. p. 2. fundamento nume. 30. quamuis ipse putet se contrarias opiniones concordasse. Hanc opinionẽ limitant Socin. & Cagnol. relati a Ioann. Bap. vbi supra nisi venditor fructus ex re vendita percepisset si eã non tradidisset emptori: quia tũc posset vsuras pretij non soluti iuxta illorum fructuum a se percipiendorũ quantitatem petere.

Concludendo ergo in hac materia distinguo, aut venditor pactus est de certo interusurio successiuo, aut

non

non primo casu valet indistincte vsque ad concursum fructuum pro rata pretij restantis: deficientibus vero fructibus non valet.

86 Amplio. 1. vt non sit audiendus emptor etiam si probare velit venditoris, vel eius hæredis, aut cessionarij non interfuisse: quia semper sua interest nomen ipsum, hoc est obligationem pacti valere, vt illud vendere, vel cedere possit: & omnino satis est, quod si pecuniam tempestiue habuisset, potuisset quocunque modo vtilius disponere. l. cum res in fi. deleg. 1. quæ facultas per moram & frustrationem iniustam emptoris

87 sublata est. Cessionarius autem eodem iure quo cedens, vt potest circa vsuras. l. Herenius de vsuris tradit Afflict. decis. 91. Couar. d. c. 4. in fin. vers. 19. & eodem libr. c. 1. numero 3. vers. cæterum, sequitur Ioan. Bapt. de vsuris commentario 1. §. 7. n. 159 reprobans Anton. Fanum, qui in tracta. de pigno. 5. p. colum. pen. videtur contrarium tenuisse, imo etiam si vēditor ex sua persona nullum posset prætendere interesse propter morā in soluendo pretio commissam, ad huc emptor teneretur ad vsuras iuxta rei venditæ fructuum quantitatē compensatorias, vt per Couar. lib. 3. var. c. 4. num. 2. sequitur Barbosa. l. de diuisione, numero. 17. soluto matrimonio.

88 Amplio. 2. siue res vendita mobilis, vel immobilis, aut incorporalis sit.

89 Amplio. 3. etiam si res vendita facile perire possit, vt equus, qui locari solet. Quæstionem tamē facit, quod non solum pretium, sed etiam equus stat periculo emptoris, & periculum equi est considerabile, vt pote in proelibi, per ea quæ diximus isto libr. 5. verum sicut venditor interim potest equum retinere, & mercedes lucrati

90 periculo nihilominus stante penes emptorem ex natura contractus: ita potest tradere sub hac lege, vel si simpliciter tradiderit, deinde mora fiat, vsque ad concursum earundem mercium vsuras petere, etiam sit a pactum, vel stipulari vsque ad concursum mercedis. Fallit in mercatore vendente merces non in cumulo ad negotiandum, sed minutatim ad vsus hominum, etiam si cōstet quod iustum pretium non excessit, ratio est propter nimis frequentem, & promiscuam necessitatem mercium, & sic de facili contingeret mercatores abuti, & omnes fere reliquos homines infinitis vsuris passim implicari, quæ est iusta causa contractus principalis alias iusti inhibenda, vt supra lib. 1. quæst. 13. quanto magis fœnoris accessorij: deinde quia huiusmodi merces non sunt fructiferæ nec in his fructuum ratio haberi potest, atque ita nihil est quod debeat venditori compensari.

91 c. Secundo casu principali quando venditor pactus non est de interusurio: præmitto duplicem esse moram alteram irregularem ex eo contractam quod vnus ex contrahentibus impleuit ex parte sua, alteram regularem ex interpellatione iudiciali, aut extraiudiciali, vel certi diei lapsu. Hoc præsuppositio sit duplex cōclusio, prout duplex mora. Prima, quod ex simplici mora irregulari licet admittamus accessionem fructuum, prout de iure, vel vsque ad eorum cōcurrentiam, vt supra diximus, non tamen accessionem vsuratum, siue rationem solius interusurij, & meritum ne ignorans, vel qui forte putat sibi (vt plerumque solet) indulgeri, & de facultate creditoris confidit, vsuris implicet? Tum quia creditori imputatur quod saltem non interpellauit, nec vrsit. Præsumitur enim

quod si interpellasset, recepisset, & nullo modo interpellando, vel post interpellationem moram remittendo, præsumitur nondum indigere, ideoque male pecuniam interim stare, seruarique periculo debitoris.

92 Ampliatur etiam si creditor sit minor, vel pupillus etiam habēs cui solui possit, vt in l. cum quidam. §. si pupillo de vsuris: nō enim apud nos quantum ad vsuras seruantur illa iura de mora irregulari priuilegiata de quibus supra lib. 2. quæst. 15. Nec vsuræ reprobatæ fauore minorū permittuntur. Couarr. super eo de vsuris Couarru. dict. capit. 4. numero. 3. in fin. Ioann. Bap. d. comment. 1. §. 7. numero. 141.

93 Ampliat. 2. vt etiam interesse casualis ratione damni, aut lucri cessantis non sit habenda ratio ex illa mora irregulari: mora enim irregularis sola sufficiens non est, vt debeatur moram passo interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, nec etiam vsura odiosa gl. l. sed si §. 1. de vsuris, nec interesse quanti plurimi, sed tantum operabitur quod morosus non locupletetur cum iactura aliena, & ita teneatur ad vsuras lucri ab eo percepti compēsatorias, vt per Couarr. d. cap. 4 numero. 2. Ruinum consilio 55. numer. 11. lib. 2. decisionem Genuens. 30. nu. 7 Barbosam. l. de diuis. numero. 14. & 15. & n. 24. soluto matrimonio.

94 Secunda conclusio, quod ex vera, seu regulari mora per congruam, vel extra iudicialem interpellationem vt supra lib. isto quæstione. 5. contra emptorem veniet accessio. non solū fructuum, sed etiam debebitur interesse extra rem, quando vēditor probaret illud ratione lucri cessantis, aut damni emergentis iuxta ea quæ diximus supra quæstione. 5. hoc libr. & post Bartol. Rebuf. & alios resoluit Ioan. Bap. Lup. d. commentario. 1. §. 7. num. 146. vers. sed aduertendum

95 Istud autem interesse non pertinet ad vsurarum moderationem, & quā uis vsurarum metas excedat, exigi potest vt probat tex. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco dixi hoc lib. quæst. 5

96 Nec obstat tx. l. fin. de periculo, & cō comodo rei venditæ: quo videtur probari, quod istud interesse non potest excedere vsurarum quantitatē, quia in eo tx. non erat certum lucrū mercatoris, sed incertum quod exigi non potest, vt alibi dixi, & ideo venditorem ibi oportuit contentari cū vsuris compensatiuis lucri recepti per emptorem, vel a iure ciuili concessis, quod si probasset lucrum fuisse certum & præmanibus si pretium suo tempore solutum esset, illud petere posset, ita intellexit Paris. Mod. quem refert & sequitur, Gutier. de iuramento. 1. p. c. 2. num. 8. doctissimus Lusitanus in d. l. de diuisione. numero. 27. & 28. Similiter non obstat tex. in

97 l. Iulianus, §. ibidem Papinianus ibi, (*In fraudem constitutionum videri adiectum, quod vsuram legitimam excedit*) ff. de actio. emp. quia nec ibi constabat de vero, & certo interesse, sed solum agebatur de interusurio, quod ius ciuile non permittebat vsurarum metas transgredi.

98 Quæro nunc vtrū venditor tradito fundo possit repetere fructus, eorum ve æstimationem eo minuem, & simul vsuras pretij saltem pro tempore veræ & regularis moræ? Et primo videtur non posse petere aliquam accessionem vltra valorem dictorū fructuum: quia pro tempore, quo integros fructus, eorum ve æsti, nationē repetit, non censetur tradidisse, nec impleuisse, & sic nullas omnino vsuras pretij petere possit. Iura etiā quæ dicunt vsuras deberi ab emptore, loquuntur

loquuntur in eo demum, qui re fruitur, & fructus percipit tex. l. Iulianus §. ex vendito ibi (*nã cũ re emptor fruitur æquissimum est*) de actio. empt. l. curabit ibi (*emptorem qui nactus possessionem fructus percipit*) C. eodem sed si reddat fructus, nõ videtur frui, nec eos percipere, ergo nullas pretij vsuras debere potest, imo tunc non solum iura non astringunt eũ ad vsuras, sed negant deberi, & iniquum esse ab eo exigere differte exprimunt. l. liberalitatis infi. de vsuris. In contrarium videtur, quod possit vltra æstimationem fructuum petere vsuram totius pretij, saltem quatenus sua interfit. Patet, quia venditor, qui vendit rem fertilem non debet esse deterioris, sed melioris conditionis, quam si vendidisset rem infructiferam, sed vendens, & tradens rem infructiferam, potest pro tempore veræ morę petere totius pretij vsuram a iudice arbitrandam secũdum idquod interfuerit: ergo si eadem res fructus afferat, non minorem vsuram exigere poterit, & nihilominus fructuum æstimationem: quia non sunt vsura, sed rei persequutio, vt supra hac quæstione. Breuiter dicendum, quod fructus
69 debent imputari in vsuras, si petãtur, & vsuræ in fructus, quatenus concurrunt, nec possunt vtraque peti, nisi quatenus alterum excedit: quia ratione eiusdem, non debet exigi duplex accessio, vt supra lib. 1. quæst. 12 numer. 27. Fructus autem sunt vera accessio, sicut & vsura in Rub. de vsuris, & in l. vsuræ vicem fructuũ eod. tit. vbi clarius probatur, quod vsuræ succedunt in loco fructuum, nec debent a fructibus separari, id est tanquam separatum debitum per se exigi sine deductione in fructibus, & ita debet. d. l. fane intelligi. Non enim intendit æque fauere vsuris, sicut fructibus, nec quod debeantur vbicumque iura dicũt fructus deberi: id enim esset per se iniquum, & correctoriũ. l. 3. §. cæterum eod. tit. & infinitarũ aliarum legum: sed vult dicere quod vsuræ fructuum loco subrogantur: ideo non debent ab his separari, nec seorsum exigi, sed in fructibus si qui sunt compensari, facit. l. emptor prædium in princ. de rei vend. & sic. d. l. vsuræ vicem non venit ad ampliationem, sed ad restrictionem vsurarũ: fructus ergo quanticumque sint (nisi ex singulari industria emptoris, vel nouo augmento suo sumptu facto per ea quę dixi supra in principio huius quæstionis & Paris. Moder. in cõsuetud. Paris. §. 1. glo. 5. num. 84.) & in summa quos venditor communiter percepisset, vel eorum æstimatio peti possunt. Non obstat primum quia dicta iura loquuntur quando stat per venditorem, qui non impleuit, quominus emptor fruatur, & fructus si qui sunt percipiat, secus post quam venditor plene impleuit, tradendo vacuam possessionem, & liberam dis
donendi facultatem emptori, quia tunc siue res sit fertilis, siue non, debẽtur vsuræ ptetij. l. 2. C. de vsuris & supra ista quæstione. Non obstat secundum quia aut vendidi vili pretio & tunc si res est fructifera, tanto melior est eius conditio, quia habebit vsuras ad valorem fructuum, licet excedãt quincunces pretij, aut veto vendidit iusto pretio, & tunc quanto res est magis fructifera, tanto pluris vendidit, & sic satis compensata est fertilitas, nec debet amplius haberi respectus nisi ad pretium, alias acciperet duplicem compensationẽ de eodem, quod est iniquum. l. bona fides de regul. iur. l. quia dicitur. §. id
100 agendum de euictio. Quod autem dixi vsuras peti posse si excedant fructuum quantitatem, accipiendum est. 1. interueniente vera, & regulari

mora

mora,nam data irregulari tantũ mora vsuræ non deberentur vltra fructuum quantitatem : quia decisio tx.d.l.curabit non fundatur in mora, sed in æquitate iustitiæ commutatiuæ,quę versatur in hoc quod quatenus vnus contrahentium implet, debet alter vicissim implere,aut implẽti soluere lucrum implementi recepti,vt explicat eleganter Couar.lib.3. var.c.4.numer.2.& dicam infra ista quæstione, atque ita istud interesse non posset excedere quantitatem fructuum,vt tradit Couar. vbi supra & sequitur Ioan.Bapt.Lup. de vsuris commentario. 1.§. 7.numero.138. Secundo intellige probato interesse damni emergentis, aut cessantis lucri post veram, & regularem morã causato,nam si vera mora non interueniisset,non posset huiusmodi interesse peti.l. 2.§. si nauis ad. l. Rod.de iactu.l.lecta vers.*non enim*,si cert.pet. & tũc huiusmodi vsuræ vltra fructuũ quantitatem non essent recompensatiuæ , sed potius restauratiuæ,& morosę indicarentur.Socin.consilio 156.col.3.& seq.lib.2.tradunt Barto. Ias.& Rebuf.& alij l.vnica.C.de sentent.quæ pro eo,quod interest &post eos in specie ita resoluit Ioann.Bapt. Lup.dum aliud agit in.d.§.7.n. 146. vers.sed aduertendum.

101 Sed quid si venditor nõ tradidit, sed obtulit, emptor autem in mora fuit soluendi, an teneatur ad vsuras pretij?videtur quod sic:quia per eum stat quo minus impletum sit per venditorem paratum:ergo sibi impletũ videtur. l. iure ciuili,de reg.iur.cum vulga.In contrarium quia re emptor non fruitur,sed venditor:omnia autem iura,quæ dicunt emptorem moratorem teneri ad vsuras, loquuntur post rem traditã,& nominatim post diem traditionis.l.Iulianus. §. offerri de actio.empti. l.liberalitatis.§.1.de vsuris.l.euictis.§.post traditam,de euictio. l. 2. C.de vsuris.l.curabit. C.de actio.empti.igitur quandiu venditor de facto non tradidit,sed fruitur non habet intentionem fundatam aduersus pretij , sed fruitionem ipsam,vel fructus,quos interim lucratur, debet sibi pro vsuris accepto ferre.Nec obstat,quod solus emptor est in mora. Tum quia huius moræ commodum redundat in solum venditorem fruẽtem,&fructus suos sine diminutione pretij facientem.Tum quia satis esse videtur,quod nolente venditore gratiam traditionis, vel precariè facere , sed iure suo obmoram quandiu non soluitur,vtentem , non habet emptor interim facultatem fruendi & fructus percipiendi , quod solum spectandum esse in quæstione , an emptor teneatur ad vsuras , diserte ait tx.d.§.ex vendito in fin. Breuiter dicendum,quod hęc iura loquuntur de vsuris quæ veniunt re ipsa,vel ex mora irregulari,etiam si nõ constet de specifica , & congrua interpellatione soluendi pretij : respiciunt etiam.d. iura ipsam æqualitatem,& frequentiorem contingentiam:sed non negant,quin ante diem traditionis veniant vsuræ a die veræ,& regularis moræ postquam venditor expresse, implere obtulit,& de solutione interpellauit congruo loco,& tẽpore,emptoremque in mora constituit,idque ex reg.generali.l.mora de vsuris , quod etiam æquum videtur ne venditor,qui pecunia indiget,& alios forte emptores omisit , impune frustretur.Tum quia è diuerso licet emptor non soluerit,nec consignauerit pretium,si tamen re vera cõgrue obtulit,& venditorem interpellauit,& in mora constituit debet ex tunc habere fructus ex eadem communi regula,licet vere non impleuerit,ex quo non per eum,sed per venditorem

ditorem stetit Ergo idem dicendum ex parte venditoris, si non per eum, sed per emptorem debite interpellatum steterit per locum a correlatiuis & ne iudicentur ad imparia: veniet ergo ex tunc vsuræ de iure quidem ciuili semisses, sed iure canonico interesse verum, & vere probatum ratione damni emergentis, aut cessantis lucri, in quo interesse tenebitur venditor imputare fructus, quos interim percepit, vel culpa lata, aut leui percipere omisit: & superfluum si quod sit interesse petere, tradit Soci. conf. 109. colum. 1. lib. 1. Gagnol. d.l. curabit. num. 52. Cou. lib. 3. var. c. 4. num. 7. vers. 14. Ioann. Bap. Lup. commentario. 1. de vsuris. § 7. num. 161. quod si dicti fructus æquent vel excedant prædictum interesse sibi accepto feret venditor, iuxta notata in quæstione præcedenti supra proxime nec superfluum reddet, etiam interesse oblato, sed lucrabitur, quemadmodum è diuerso emptor in casu sequenti non reddet, sed lucrabitur
102 superfluum emolumenti pretij. Falsa est autem opinio Pauli. d. §. ex vendito, quod emptor postea soluendo pretium, possit fructus medij temporis si maiores sint petere oblatis vsuris pretij, nec probatur in. l. fructus. C. de actio. empti. quam allegat quia d.l. fructus in principio intelligitur, vel post traditionem, vt innuit mentio functionum, quæ non spectant ad emptorem nisi post traditionem, vel post moram venditoris, non etiam loquitur de fructibus pendentibus tempore venditionis puræ, & purificatæ: quia illi semper veniunt tanquam pars rei venditæ. l. fructus de rei vend. l. fi. in fi. quæ in fraud. cred. cæterum sequentes fructus, & commoda, quæ post ea percepit venditor ante moram regularem, vel irregularem sua fecit iure dominij, Bald. in d.l. fructus, & in. l. 1. C. de bonis mat. Fabian. tract. de emptione & venditione. par. 6. membro. 5. Barbosa in. l. de diuisione, numer. 19. ff. soluto matrimonio, quem vide pro intellecta d.l. fructus, itaque falsa est Pauli opinio, quamuis eam sequutus sit Anton. Gabr. dicens communem libro. 3. communi. opin. titulo. de emptione, conclusione. 4. ampliatione. 11. & Pauli opinionem nominatim improbat Couar. d.c. 4. nume. 7. vers. subinfertur itē, Ioan. Bap. Lup. d. §. 7. n. 162.

103 Redeundo ad conclusionem nostrā non obstat, quod casu conuerso quando emptor nondum soluit, sed obtulit, & vēditorem in mora constituit petit integros fructus ex die veræ moræ: & tamen nihil in eos imputat, nec deducit de interusurio pecuniæ, quam interim retinuit: quia hoc est eo quod pecunia fuit interim sibi sterilis, quippe quā semper paratam, & in numerato habere oportuit, secus in venditore, si res vendita sui natura interim fructificet. Vnde hæc differentia non respicit ius, sed contingentiam facti, & sic non facit vllā inæqualitatem iuris inter emptorē & venditorem. Patet quia si constet
104 emptorem nihilominus fēneraſſe eādem pecuniam, puta si erat in manu debitoris reditualis qui paratus erat redimere & sortem inferre, vel reditus continuare ad nutum dicti emptoris creditoris sui (falsa est enim opinio Pauli & vulgaris in. d. §. offerri decōsignatione & de pasitione, nisi prout dixi supr. lib. 2. quæstione. 15.) vel si emptor maius aliud emolumē tum ex retentione, & vsu pecuniæ perceperit, & constet, tenebitur in dictos fructus fundi imputare, & superfluum tantum fructuum petere a venditore moratore, vel nihil si cō modū pecuniæ dictos fructus æquet,

vel

vel excedat,& hoc cõstet. Nõ enim debet ex mora alterius lucrum facere,sed satis est,quod indemnis seruetur,vt supra ista quæstione. pariter è diuerso si res vendita non sit fructifera,vel si de facto contigerit,quod eo tempore nullos fructus sine leui culpa venditoris attulit, petit venditor integras vsuras pretij ex die veræ moræ quatenus eius interierit, in quas nullos fructus,quia nulli sunt, imputabit, & sic nulla est iuris diuersitas,nec inæqualitas inter emptorem, & venditorem: aduerte tamẽ, quod si alterius mora maius alteri damnũ intulerit, quam sint fructus, iam sumus in materia interesse casualis, in qua non sufficit quælibet mora, sed præmonitio,& peruicacia, vt inquit tex.in.l.si traditio. C.de act. empt.& adhuc quod & quantum iuste interest probandum,vt diximus sup. lib. 1.c.6.tradit Menoch.de arbitr.lib.3. casu.120.

105 Quid autem si venditor initio tradiderit,pro parte, an possit ex tunc vsuras pretij saltem pro rata partis traditæ,vel fructuum eius petere? videtur quod non.Primo,quia licet partem tradiderit,non tamen continuo dominium partis transtulit:quia nõ habet fidem de pretio.§.vẽditæ,inst. de rerum diuis Cũ ergo retineat dominium totius non impleuit, etiam in parte:ergo non debet vsuras etiã partis habere.Probatur. 2. quia interim emptor non tenetur soluere pretium pro parte, nec est in mora, nec potest in mora constitui,sed iuste totum retinet donec tota res tradatur, vel offeratur.l.fistulas.§. qui fundum de contra emp. ergo non tenetur ad vsuras,etiam pro parte, cum non sit in mora regulari nec irregulari.Probatur.3.quia non solum emptor non est in aliqua mora, & sic non debet teneri ad illas vsuras, sed etiam tenet interim totã pecuniam, sibique sterilem,& ociosam, idque propter moram,seu dillationem venditoris, qui tardat plene implere,quod vt sit diluciduis fac,quod emptor venditorem toto pretio oblato interpellauerit,& in mora constituerit, certum est, quod vẽditor ex tũc tenetur ad omnes fructus per notata in incidẽti quæstione præcedenti, & tamen emptor non tenetur ad aliquas vsuras pretij, quod interim inutile est emptori facto venditoris, imo non solum inutile,sed periculo emptoris custodientis pretium suo sumptu,& periculo,idque ob culpam,vel morã venditoris: ergo saltem hoc casu debentur omnes fructus emptori libero ab omni vsura.Igitur si partẽ fundi acceperit, eodem themate retento,non tenetur ad aliquas vsuras pretij pro rata partis sibi traditæ, etiam ratione fructuum indidem perceptorum:quia etiam sine traditione fructus totius fundi sibi debeantur sine aliquibus vsuris pretij ex parte sua. Nec obstat quod casu conuicto venditor, qui totum obtulit,& emptorẽ in mora constituit non lucratur interim fructus,sed eos deducit supervsuris debitis ab emptore, vt supra hac quæstione. Quia vt ibi diximus hoc tunc demum verum est, quando fructus percipit,aliassecus,sed hic ex hypothesi emptor nullos fructus, nullũ commodum percepit,nec percipere potuit de pecunia quam interim paratam,& in numerato tenere oportuit.Ergo omnes fructus etiam partis sibi traditæ lucrari debet sine deductione prætextu vsurarum partis pretij,quæ nullæ sunt. Non obstat text.
106 singul.in.l.fi.in fin.ff.de fundo dotali per quem omnes tenent,quod emptor,etiam ignorator, qui soluit partẽ pretij debet postea per soluendo cõsequi totum fundum cum dimidia

parte

parte fructuum a tempore dimidiæ partis pretij solutæ, vel eam fructuũ partem deducere super reliquo pretio, & ita Bartol. d. §. offerre in. l. fistulas. §. qui fundum & ibi Salice. de cõtra. emp. Bald. l. si traditio. quæstione 11. C. de actio. emp. Panorm. consil. 66. lib. 7. Alexand. cons. 121. in prin. lib. 4. Corne. conf. si. column. 4. lib. 2. cons. 150. libr. 4. Ias. conf. 117. in fin. lib. 1. Decius conf. 110. num. 2. in fin. conf. 543. num. 2. Hieron. Cagnol. repetitione. l. curabit columna. 5. C. de act. empt. Rugerius de mora repetitione. l. traditionibus glos. 1. ad fin. C. de pact. & omnes vbique quia istud non videtur ita expeditum, vt vulgo putant, & 1. in. d. l. si. §. si. nõ ponitur certa species & circunstantia pacti & ibi Acurs. tres varias ponit & quædam subaudit, vt ille text. ob in certum sensum & intellectum inutilis sit ad decisionem certorum casuum & multo magis ad extensionẽ iuxta notata in prima cõstit. C. secũdo. dici potest, quod in. d. l. si. §. si. verbũ, mora, non debet intelligi de vera mora culpabili, quia non probatur ibi quod mulier teneretur præcise partem æstimationis soluere, sed demum si vellet fundum recipere & sic, verbũ, mora, debet intelligi de simplici cessatione, quo casu communis opinio absque dubio vera est, vt statim dicam. Tertio plenius dico, q. d. §. si. non continet casum in certum, sed certum & nitidum intelligendo secundum titulum sub quo situs est simpliciter & sinceri facti speciem ibi narratam considerando nihil extrinsecus subaudiendo, vel addendo ad literam, prout fieri non debet, vt dixit Paris. Moder. in consuetud. Parisien sibus. §. 1. glos. 4. num. 9. Hic est ergo verus intellectus. d. §. si. quod ibi agebatur de certo fundo dotali, & proprio ipsius mulieris, vt pote soluto matrimonio per diuortium. Probo per Rub. & contextum. d. l. fin. & quia forte tempore contractus matrimonij plura alia bona fuerant simul in dotem data, quæ omnino forent restituenda quare, vel ob quamlibet aliam causam tempore contracti matrimonij specialiter super hoc fundo pactum fuerat, quod ita demum redderetur mulieri, vel eius hæredi si eius æstimationem solueret, postea soluto matrimonio per diuortium mulier statim soluit partem æstimationis, quæ intelligitur dimidia. l. nomẽ §. portionis de verbo. signif. dum reliquam partem soluere deficeret; dubitatum est de fructibus quos interim vir percipiebat an cederent in totũ lucro viri, an vero pro rata, an vero forent in totum mulieri restituendi & labeo quidem opinabatur totum ad virum spectare, quod erat valde insulsum cum fundus iam non esset viri, sed mulieris, quæ insuper mediã æstimationis iam soluerat, ideo Iabol. hoc corrigit & mediam viam eligendo recte censet virum retinere, & lucrari posse fructus pro rata æstimationis non refussæ: residuum autẽ mulieri restituendum, & sic ibi vir non facit partem fructuum suam mero iure, cum nec esset dominus, nec onera matrimonij soluti sustineret, sed solum ex æquitate, quia refussio reliquę partis pretij differebatur. Tũ quia nõ videtur actum, quod vir posset retinere fundum tanquam nudus custos, vel procurator, sed cum effectu faciendo interim fructus suos saltem pro rata, & sic ille text. non potest commode extendi ad hunc emptorem, nec concludit contra venditorem, qui dominus est, & iure suo proprio & antiquo fructus suos facit quandiu non est in mora, & multo minus cum mora ei fit, & consequenter non potest trahi in argumentum

casus

casus conuersi pro venditore, qui partem tradidit contra emptorem qui nihil soluit, quod si sequamur vltimũ intellectum glos. ibi qui magis placuit D. Barbosæ l. de diuisione. num. 75. soluto matrimonio tex. ille nihil probat contra communem, imo pro ea facit.

Sed non obstantibus prædictis, cõmunis sententia de emptore qui partem soluit vera est in se, vt statim clarius explicabo, & sic in casu conuerso videlicet in hac tertia incidenti quæstione de venditore, qui partem tradit, videtur cõcedendum pro parte affirmatiua, quam etiam sequitur Mexia ad l. Toleti. 2. p. 2. fundamento. num. 29. Confirmatur, quia istæ
107 vsuræ vsque ad concurrentiam fructuum non sunt propriæ vsuræ, sed magis rei persecutio, vt sæpe dictum est nec fundantur in mora nec in punitione moræ, igitur eam non requirunt, sed solum fundantur in æquitate iustitiæ commutatiuæ, in qua etiã fundatur. d. §. fi. quæ est, quod quatenus vnus contrahentium implet, debet alter ei viciſim implere, aut lucrum implementi recepti reddere, vel compensare, ne sequatur inæqualitas, quæ est contraria iustitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate consistit, vt per Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 5. supra lib. 1. quæstione. 10. quæ est decidendi ratio ad. d. l. curabit, vt per Couar. lib. 3. variarum. cap. 4. num. 1. & 2. & Ioan. Bapt. de vsuris commentario. 1. §. 7. nu. 136. Barbosam Regiũ Senatorem in. l. de diuisione. nu. 13. ff. soluto matrimonio & fundatur etiam in illa generali æquitate, ne quis cum alterius iactura locupletetur, vt tradit Baldus. l. si traditio. q. 11. C. de act. empt. quæ ratio in idem recidit cum priore, quę magis specifica est & sic non obstat secundum. Minus etiam obstat, primum, quia ad hoc, vt venditori currant vsuræ pretij, non requiritur quod perfectæ tradiderit possessionem, & dominium, si quod habeat, transferendo, sed sufficit, quod vel precaria possessione facultatem fruendi faciat. DD. d. §. ex vendito. Ad tertium in quo jacet tota difficultas paulo substinendum, & certe impossibile est, dilluere tertium illud argumentum partis negatiuæ, sed necesse est ei in sua hypothesi stare, loquitur enim in specie, videlicet quãdo constet venditorẽ sẽper interim stare, in vera mora, sed hæc quæstio format in genere, ideo soluendo distinguendum, aut venditor non fuit aliter in mora, quia non fuit integro pretio oblato interpellatus de toto fundo tradendo, & sic nec emptor in mora fuit, quia non fuit ei integre impletum, vel oblatum, consequenter neuter in vera mora fuit, & procedit pars affirmatiua, quod venditor debet habere vsuras pretij pro rata partis traditæ, non tamen in totum nec absolute, sed vsque ad concurrentiam fructuum partis traditæ dum taxat per rationem adductam in confirmatione, quæ etiam concludit nisi vsque ad concurrentiam fructuum tantum. Veris autem & solidis vsuris non est locus, quia emptor non est in vera, mora ita voluit Couar. d. cap. 4. vers. 13. sequitur etiam Anton. Gabriel, libr. 3. communium opin. tit. de emptione conclusione. 5. num. 1. & sequitur Ioan. Bapt. vbi supra, numero. 152. Aut vero venditor fuit in vera mora, quia interpellatus de toto iuxta fidem datam tradendo solutione totius pretij facta, vel oblata, & tunc procedit pars negatiua: siue enim venditor nihil tradiderit constat eum omnes fructus debere emptori, siue partem tradiderit, sequitur eadem ratione eum pariter debe

debere emptori fructus reliquæ partis non traditæ. Non obstat, quod emptor interim habet & rem, & pretiũ dictæ partis, quia verum est: sed pretium inutile est, & onerosum ob custodiam, & tenet illud quasi iure pignoris. dicto. §. offerri & sic non obstat, quod casu conuerso si venditor nihil tradiderit, sed totum retinuerit iure suo vtendo ob moram emptoris quem congrue interpellauit si emptor soluat medium pretij debent extunc ei cedere fructus fundi pro media licet venditor quasi vice pignoris totum retinet donec persoluatur, quia venditor, qui recepit partem pretij habet eam perpetuo & potest eius fructum, vel emolumentum percipere, & tamen adhuc percepit fructus fundi pro eadem parte, vt prius, & sic non habet lucrari dimidium interusurij pecuniæ, & commodum fundi pro eadem parte quod esset iniquum: emptor autem qui constituit venditorem in vera mora, a quo partem tantum fundi accipit, non potest capere commoditatem de pecunia cum necesse sit, eam tenere in numerato, & sic apparet de manifesta, & reali diuersitatis ratione, nec tamen ob id emptor & venditor iudicantur ad imparia, nec inter eos est diuersitas iuris: quia hęc differentia non procedit nisi ex contingenti diuersitate circunstantiarum, qua cessante idem est ius in vtroque vnde si fundus esset illo tempore sterilis, nec traditus, non tenetur venditor emptori, qui partem pretij soluit, & de reliquo in vera mora fuit compensare, vel deducere fructus partis fundi, quos sine culpa sua non percepit super vsuris reliquæ partis pretij: quemadmodum e contra emptor, qui partem tantum fundi recepit, non tenetur pro

ea parte venditori moratori ad reliquas vsuras pretij retenti, eius cum in numerato habendum esset, nulla potuit esse vtilitas. Et licet 108
venditor non teneretur pro parte recipere: tamen ex quo recepit emergunt tres effectus. Primo nouus effectus videlicet, quod sicut ipso iure extincta est obligatio pretij pro parte soluta, ita ipso iure desijt currere vsura pro eadem parte, & iste effectus generalis est & perpetuus. Secũdo alter nouus effectus, qui non est generalis, sed ex accidenti, videlicet, quando fundus est sterilis, & contigit venditorem pro eo tempore fructus percipere, vel culpabiliter omittere: non enim æquum est eum habere simul & fructus fundi, & fructus pretij. Cum igitur notabilem partem pretij perpetuo quæsitam habeat, qua fruitur, & eius commodum percipit, vel percipere potest, & si mul percipit fructus integros fundi, debet emptori licet moratori rationem reddere de fructibus fundi pro eadem parte pretij, quod recepit ex præfata æquitate & æstimatione commutatiuæ: satis est enim interusurium morę competenter sarciri: nec præterea debet venditor prætextu moræ consortis de lucro certare. Tertio remanet antiquus prorata, videlicet, quod dimidia restans vsura, seu potius interesse debet sicut ab initio compensari pro rata cum reliqua dimidia parte fructuum, quam venditor percepit & quam alioquin propter moram lucratur cum onere deducendi in vsuras, seu interesse si quod exigere velit. Hæc autem traditio non omnino differt a ciuili iure scripto ex parte venditoris, siue sit in mora regulari, vel irregulari, sed solum ex parte emptoris, & circa vsuras dũtaxat in duobus. Primo, quia in re ciuili ex mora irregulari emptoris 109

vt post plenam traditionem totius fundi sine alia interpellatione veniunt vsuræ legitimæ, etiam supra quantitatem fructuum. dicto. §. ex vendito, nos autem non admittimus vsuram ex sola mora irregulari nisi in propriam,& vsque ad quantitatem fructuum ex illa æquitate, ne quis habeat rem & eius fructus pretium quoque cum fructibus pretij. Secundo differt in quantitate vsurę, quia licet admittamus ex vera mora emptoris vsuras pretij currere,etiam si excedant fructus:tamen non admittimus vltra verum,& probabile interesse,& hæc de vsura incidenti propter moram abunde sufficiant.

110 Nunc agendum est de fænore negotiatiuo & interusurio ex parte emptoris, finge quod Ioannes promisit Petro vendere domum suam hinc ad decem annos pretio. 850. scutorum super quo recepit octingenta scuta, & residuum promisit Petrus soluere hinc ad decem annos, vel ante quando fieret instrumentum venditionis,& actum est, quod Petrus,& eius hæres percipiat interim a conductoribus domus, & suas faciat pensiones pro rata dicti pretij soluti: Tandem spatio temporis Petrus dum vixit, deinde eius hæres percepit ex pensionibus vsque ad 800. scuta, Ioannes vindicat domum nec vult vendere, nec summam receptam restituere, sed in eam dictas pensiones tanquam vsurarias imputare, quid iuris? Certe non est arguendum hic a correlatiuis: quia hic longe diuersissima est ratio inter venditorem, de quo in præcedentibus,& emptorem de quo hic: nempe ibi nulla numeratio pretij, nulla materia mutui subest, prout hic: futurus emptor fere totum pretium numerauit. Præcedentia exempla non possunt resolui in mutuum, nec in fraudem mutui, & formalis vsura fieri, quare ibi hæc fraus non potest præsumi, quamuis multi contrarium dixerint,& teneant vt supra ista quæstione, sed hic resoluitur in mutuum omnino, & hac via nihil facilius, vt pote paucis verbis mutatis eadem re, & eodem effectu manente ad verum mutuum & formalem vsuram adumbrandam, imo est mutuum, patet quia nulla subest venditio, nec eius executio: non enim tradita est domus ex causa venditionis, quæ non est, nec translatum dominium: ergo quod Petrus interim numerauerit de pecunia est merum, & voluntarium mutuum, licet enim possit postea in pretium conuerti sequuta traditione: tamen interim est mutuum, præsertim cum non esset spes emptionis propinque attenta dillatione vendendi decem annorum, ergo interim domus pignoratur pro mutuo, & pensiones dant pro vsu pecuniæ mutuatæ, & pro officio mutuationis intermediæ. Patet quia omnino idem est effectus, qui & domo pignorata, seu data in antichresim pro mutuo. Tunc enim nec dominium, nec periculum domus transit, & tamen creditor facit fructus suos vice vsurarum, sed omnino idem est hic: quia non est venditio, & domus exrat periculo Ioannis: Similiter & pecunia prorrogata, & tamen Petrus facit fructus suos, & licet non dicat se mutuare, sed pro pretio venditionis dare, tamen quia nondum est venditum, nondum est pretium, & sic est verum mutuum ad tempus decem annorum: non enim est donatio pecuniæ, cum speretur repeti, vel in emptionem conuerti. Tum si Petrus nihil interim caperet, esset donatio vsus pecuniæ, & sic verum est officiosum mutuum.

Cum

cum ergo ob id capiat fructus certæ rei, vendit illud officium, & meram vsuram committit, saltem quocumque colore possit hic contractus excusari, & in diuersum trahi, non potest negari, sed necesse est fateri, quod per hanc excogitatam formulam contractus, si admittatur, via facilis, & prompta aperitur ad fœnus exercendum in mutuo, etiam ab initio mutui. Igitur admitti non debet, iuxta notata supra hoc lib. quæstione. 5. Præsertim attento, quod Petrus post quinque hebdomadas a dicto contractu sub singrapha trino teste subscripta potestatem fecerit Ioanni luendi domũ, seque liberandi quãdocumque dicta. 800. scuta restituere vellet, & sic vbi prius ex nuda forma contractus potuisset dici non esse idem quod in contractu mere pignoratitio hoc respectu, quod Ioannes poterat cogi vendere domum suam, saltem post decem annos quod non est in simplici pignoratitia. Tamen tunc attenta singrapha cessat omnis euasio, nec vlla prorsus differentia notari potest inter hunc contractum, & simplicem pignoratitium, ita quod si hæc forma contractus admittatur, necesse erit simplices pignoratitios contractus cum pacto lucri fructuum, pro vsu pecuniæ, etiam expresse mutuatæ admittere: quia omnino, & per omnia idem effectus, siue vna siue altera verborum formula contrahentes vtantur, iustitia vero, vel iniustitia contractus a solo verborum cortice dependere variatiue non potest, saltem in materia suspecta, vel prohibita. In contrarium, quod
111 contractus in sui forma non sit reprobandus probatur. Primo, quia non est mutuum, vt pote forte in perpetuum alienata patet quia Ioannes nunquam tenebitur reddere, nisi vellit nec potest ad hoc cogi, sed potest quando voluerit cogere Petrum ad emendum, & tamen non solum non potest cogi, sortem reddere, sed nec vendere domum, nisi post decem annos secundum primam contractus formam ex pacto autem sequuto nunquam poterit cogi venditor, etiam post decem annos nisi causati ue si nolit pretium reddere, & adhuc eo casu non poterit cogi absolute vendere, sed dumtaxat sub libera, & perpetua facultate redimendi. cũ ergo sors sit alienata, nec repetibilis, sequitur primo, quod non est mutuũ, secundo, quod sors non debet esse stabilis per notata supra ista quæstione. Probatur. 2. quia si Ioannes pure vendidisset domum eodem pretio sub pacto reuendendi, nemo dubitaret de iustitia contractus, & quin emptor faceret fructus suos, nisi pretium tam modicum esset, quod contractus recideret in fraudem antichreseos vsurarum secundum notata sup. lib. 2. quæstione. 11. Sed iste Petrus accipiendo simplex pactum de vendendo ad voluntatem debitoris, maiorem ei gratiam facit, & vberius subuenit egenti, minusque eum grauat, quam si sub dicta facultate emeret, vt res ipsa, & sensus communis ostendit: igitur si emptio sub dicta facultate congruo pretio iusta sit, æque iustus, imo iustior erit eodem pretio hic contractus, & hæc demonstratio adeo clara est, vt quæcumque argumenta in contrarium torqueãtur, necesse sit esse absurda, vel præpostera. Probatur tertio, quia sicut emptor fundo recepto debet vsuras pretij non soluti (quod expeditum est) ad rationem fructuum per prædicta: igitur pariter venditor pretio recepto nec fundo tradito debet vsuras pretij, tex. l. Lucius de actio. emp.

Quod vsque ad æstimationem fructuum expeditum est, licet autem Ioannes nondum vendiderit: tamẽ ex quo pretium recepit, eadem est ratio,& æquitas pro rata pretij: imo maior videtur in quantum Petrus maiorem gratiam fecit,quam si prius venditionem extorqueret. quid dicendum?In hac ipsa specie duo doctores olim consuluerunt contractum illicitum,& vsurium omnia sorti imputanda, & quatenus excederent, repetenda vt habetur inter consilia Alex.lib.4.consi.119.& cõs. 120.quibus in consi.121. subscripsit Alexand.plenius exagitans,& late, & splendide more suo contendens nullos fructus, nullum interusurium deberi, nec propter vsum pecuniæ: quia transit in dominium Ioannis, & vsu consumitur,nec ratione dominij domus,quia non fuit translatum in Petrum, nec ratione possessionis, etiam si translata esset:quia hæc non sufficit ad lucrum fructuum, nec ratione moræ pretij, quia Ioannes non fuit in mora:nec ratione periculi: tum quia nullum,nec rei, nec pretij periculum spectat ad Petrum, sed vtrumque ad Ioannem: si quod periculum spectaret ad Petrum non sufficit,vt quicquam capiat vltra sortem. capit. nauiganti in principio de vsuris:nec ratione tituli:quia non fuit titulus emptionis, sed tantum promissio devendendo,quę multum differt, fructus autem percepti ante perfectum contractum venditionis, ad venditorem spectare debent, non ad emptorem text.l.2. in fin.C. de actio. empt. nec ratione pacti. quia vsurarium.l.2. C. de distractio. pignor. nec ratione præscriptionis, etiam longissimæ propter defectum bonæ fidei, quæ non causatur hoc casu errore iuris propter prohibitionem, & resistentiam iuris:eandem

112

opinionem sequuntur Carolus Ruinus consilio.77.numero.9.& consilio.47.lib.4.Iaſl.ante nuptias,soluto matrimonio. Quo aureo apparatu domini Alexand. & sequatium non obstante, præfata consilia breuiter reprehendit Paris. Moder. in ad notatio.ad. dict. consilia Alexand. & merito,quia Doctores præpostere in dict.specie censent dictum cõtractum magis vitiari, quam emendari ex dicto pacto luendi ab interuallo sequuto,quodque factum in continenti ad huc magis vitiaret.Deinde in quantum in dicta specie non inquirunt,nec curant, an dicta domus esset locata,& vendita,vel vendi promissa iusto pretio, vel secus? sed idem censet etiam si fuisset vili locata siue modicorum redituum & ea re vendita: deteriusque præsumi propter dictum pactum luitionis, & sic multum alucinati sunt.Nos autem dictum contractum cum omnibus suis circunstantijs,& legali æquitate iuxta.l. bona fides depositi,metientes,dicimus non fuisse in aliquo vsurarium nec excessiuum, & dictum Ioannem de iure tantum potuisse domum vendicare dictis 800. scutis restitutis: non enim erat locata,nec vendi promissa iniusto pretio,prout non est præsumendum,& etiam nunquam fuisset omissum in themate: quia petebatur consilium in fauorem venditoris, & si Petrus de facto emisset sub dicta facultate redimendi,non posset dici contract' vsurari' nec in aliquo excessiuus, per notata sup.quæ.6.lib.1.& q.41.2. lib.Igitur multo minus hoc casu,quo non emit, sed reliquit dominium Ioanni,& sic maiorẽ gratiam ei fecit & ita sententiam hãc q̃ emptor pro rata pretij soluti faciat fructus suos solapromissione vẽdedi interuenie̅te tenuerunt, Socin.d.l.ante nuptias so-

luto

lito matrimonio, & in consilio. 170 lib. 1. Parisius consilio. 6. numero. 23. lib. 1. & cons. 75. numero. 17. libr. 4. Anto. Gabriel. lib. 3. communium opin. titulo de emptione conclusio. 3. numero. 3, Conarr. lib. 3. variarum cap. 4. numero. 7. vers. 17. & sequitur Ioann. Bapt. Lup. de vsuris commentario. 1. §. 7. numer. 157. Mexia ad. l. Tolti. 2. parte. 2. fundamento. numero. 31. Hic igitur non est nec potest dici vsura: quia vt dixi sors est perpetuo alienata, cum Petrus nunquam possit eam repetere, licet Ioannes habeat pretium, & liberam facultatem luendi: igitur per notata supra lib. 1. quæstione. 4. Si dicas quod imo ex forma contractus potest Petrus saltem post decem annos compellere Ioannem ad restitutionem totius sortis sine deductione, vel fructuum, vel ad æquipollens, imo malus, videlicet ad vendendam domũ quamquam sub facultate redimendi propter dictam singraphiam, & sic in effectu tenetur debitor redimere reditum sortem reddendo, vel quod maius est, domum suam vendendo, & alienando ipsi creditori, Respon. vt prius quod hoc casu Petrus nihil exiget ex interuallo, nisi id quod ab initio licite habere poterat, & cuius interim fecit gratiam, quæ in eius odium retorqueri non debet: erat enim Ioannes ab initio venditurus, & poterat Petrus iuste emere, ante quam obolum numeraret, & tamen totum fere pretium numerauit contentus antichresi, & pacto de vendendo dillationem decem annorum data venditori cum libera facultate luendi, & quamquam alioquin posset istud pactum de vendendo fieri ad adumbrandum pactum pignoratitium in fraudem vsurarum: tamen ex quo non est modicitas pretij, nec aliud vitium ad supergressio nem debitoris, nec creditor facit fructus suos nisi prorata pretij numerata, qui quidem fructus ex tunc propter moram sibi deberentur si non dedisset dillationem vendendi, quam dando potuit idem ius fructuum conseruare, vt supra hac quæstione: non potest conferri vsura, nec in fraudem vsuræ, nisi forte diceres hoc præsumi ex eo quod creditor meliorem debitoris conditionem fecit non emendo, vt iuste poterat, sed dillationem dando, & facultatem luendi, quod dicere ridiculũ est. Si dicas quod hic est aliud grauamen debitoris, quia domus, & pretium receptum erat interim eius periculo, cum non sit perfecta venditio, quod non esset ea perfecta. l. necessario de periculo, & commod. rei vend. Resp. quantum ad pretium, vt supra ista quæstione & quantum ad domum dupliciter. Primo quod non solet perire, & sic periculũ istud nõ est cõsiderabile, casus est in. c. fi. in prin. de vsuris vbi periculi rari, & non verisimilis nulla est cõsideratio, & præsumptio legis adaptatur ad ea quæ frequenter, non quæ raro accidunt. l. nã ad ea de legibus, ita enim intelligitur ille tex. secundũ aliquos de cuius intellectu vero dixi supra lib. isto quæstione. 5. Secundo quod periculum illud vanũ alio duplici certo, & serio commodo transcenditur. Primo quia potest Ioannes cum libuerit cogere Petrum ad emẽdũ, & periculum suscipiendũ, & persoluendum, & sic non remanet Ioannes in periculo domus (si quod sit) nisi volens, & quandiu sibi cõmodũ est. Secundo, quia potest libere lucre, nõ solum antequam vendat, sed etiam postquã vendiderit, & periculum in Petrum transtulerit, & sic omnia obiecta, quæ ex prædictis resultant diluta, nisi forte illud, quod hoc contractu admisso facilis, & prom-

pta via videtur ad adumbrandum 114
mutuum, & contractum pignoratitium in fraudem vsuræ in mutuo veritæ, vt quæ non solum post notabile interuallum, & moram, sed etiã statim abinitio de certo quæstu paciscatur, quod rationabiliter vetitum est, vt supra ista quæstione. Nec debet ille verborum figura elusorium. Respon. non erit elusorium: quia tunc demum est mutuum, & contractus pignoratitius pecuniæ mutuatitiæ, quando ea repeti potest a debitore per creditorem, sed hic creditor non potest repetere, sed est sors prorsus abalienata, & sic non est, nec esse potest mutuum, nec contractus pignoratitij mutui, & sic contractus iste non verborum artificio, sed re, & effectu differt a mutuo, vt & supra dict. quæstione. 4. huc libr. Nec alia ratione emptio sub pacto reuendi realiter differt a contractu pignoratitio, nisi, quod sors esset alienata, nec potest emptor eam repetere a venditore, nec eum cogere ad reemendum, licet cogi possit ad reuendendum, quod est in vendentis fauorem, & contractus iustificationem: & hoc nisi esset emptum nimis vili pretio, & facultas redimendi limitata ad tempus: quia tunc venditor, nisi redimat, cogetur ex forma contractus rem multo super valentem amittere, quæ est sufficiens, vel æquipollens coactio redimendi ex parte venditoris, & sufficiens exactio redẽptionis vel maioris superlucri, velut cuiusdã commissi ex parte emptoris, vt diximus supra lib. 2. quæstione. 1. & quæstione. 3. & adhuc etiam si perpetua, & libera sit facultas redimendi, sed pretium tam modicum, & fructus tanti, vt recidat in 115
fraudem quatuordecimæ, vel antichreseos subuenietur, vt dixi isto lib. 3. quæst. 11. & quæst. 3.

Cæterum vt emptio sub libera facultate redimendi isto pretio non est contractus pignoratitius, nec vllo modo vitiosus. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendito: ita nec simplex pactum de vendendo, etiam cum antichresi, & lucro fructuum pro rata numerati pretij: imo tanto iustior, quanto leuior. Eodem modo non obstant, quæ late diximus supra hoc lib. quæstione. 2. non valere pactum legis commissoriæ, nec illi simile, non solum in mutuo, sed nec in alio debito, & nominatim contra Stephan. Bertrad. non valere simplex pactum de vendendo pro debito, & contra omnes non valere etiam de re non hypothecata, nec ex interuallo, nec ad excipiendum quidem, sed hic est pactum de vendendo etiam certo, & determinato pretio ab initio. Quia respondeo, quod hic sors illa non est debita, nec exigibilis per creditorem, & sic non potest dici pactum de vendendo pro debito, nec aliud pactum commissoriæ, vel simile. Deinde vt diximus supra hoc lib. quæstione. 2. cessat obiectio quando pactum appositum est in fauorem, & optionem creditoris.

An autem interusurij ratio habenda sit in materia legis. 2. C. de rescindend. venditione, quando emptor eligit, vel condemnatur restituere rem venditam cum fructibus, & vult sibi pretium cum vsuris ad rationem vnius in. 14. restitui vide Gutier. libr. 2. practica. quæstione. 135. pro cuius opinione facit text. quem ipse non allegat in. l. si prædium. C. de prædijs & alijs rebus minor. cum his quæ dixi supra lib. 1. q. 14. n. 44. & seq.

Nunc quæritur, an in legatis propter moram, citra aliam testatoris taxationem sit habenda ratio interusurij

ruſurij? Breuiter dicendum videtur quod etiam de iure ciuili interuſurium legatorum peti non poteſt: quia non debetur vſura ex liberalitate. l. liberalitatis. ff. de vſuris, legatum autem donatio eſt. §. 1. inſtit. deleg. ſed quoniam hæc liberalitas ſolum eſt teſtatoris, hæres autem non debet legatum ex propria donatione, ſed ex quaſi contractu adeundo hæreditatem obligatur, & eius obligatio, nec mere commutatiua, nec mere liberalis: media via electa eſt a iure ciuili, & ſic vſura non excedebat rationem trientalis, niſi conſtaret legatum factum cauſa numerationis verorum meritorum? quia tunc cum eſſet magis compenſatiuum, quam lucratiuum, quincunces admittebãtur, eæ autem vſuræ non currebant ex irregulari mora, ſed ex vera mora l. prima & ſecunda. C. de vſuris legatorum, quamuis legatum pupillo relictum eſſet: quandoque etiã ciuili iure, quadrantali vſuræ locus erat in legatis, & in fideicommiſſ. vt in caſu. l. fi. verſ. quod ſi nonobtinuerit. C. de petitione hæreditatis, quæ debet intelligi pendente euictione vel etiam poſtea quandiu legatarius non eſſet in mora, ſed euictione ſequuta, & legatario in mora conſtituto, ex tunc contra eum currebant vſuræ communes videlicet ſemiſſes l. eos verſ. & eam quantitatem. C. de vſuris. Hodie vero vſuræ legatorum iure canonico & Regio peti nõ poſſunt, ſed ſolum intereſſe legatarij ex lucro ceſſanti, aut emergente damno proueniens, quod facile probari poterit propter frequentem redituũ venditiones, vt per Couarr. libr. 3. variarum: capit. 1. numero. 9. verſiculo, quod ſi legatarius quamuis Aretin. & Pala. Rub ab eorelati etiam dato intereſſe vſuras ex legato deberi poſſe negent.

Illud præterea dubitationem habet, an interuſurij ratio habenda ſit in monte pietatis ſic enim vocant vulgariter pecuniam ex priuatorum eleemoſinis coaceruatam in vnum cumulum perpetuum ad vſum pauperum deputatam, vt eis mutuetur, ſub leui vſura, de quo tractatum edidit Thomas de Bio: & videtur dicendum hunc pietatis montem, vel ſimilem ordinationem factam pro pauperibus ſubleuandis licitam eſſe conſtituto leui, & moderato reditu a mutuatarijs ſoluendo, qui veriſimiliter non excedat iuſtum ſtipendium eius, cuius curæ incumbat bonorum adminiſtratio, pignorum cuſtodia, & exactio debitorum: hæc enim non eſt vſura lucratoria, quam diuina, & canonica iura prohibent, nec ratione mutui, ſed ad alendos miniſtros huic operi neceſſarios erogatur, quod quidem ipſis mutuatarijs, quorum res agitur, incumbit, nõ vero ipſi monti pietatis, nec eius fundatori: nam ſecundũ naturã eſt, vt cũ ſequantur onera quem ſequuntur cõmoda. c. qui ſentit de reg. iur. in. 6. l. ſecundum naturam de regul. iur. Clement. 1. in principio de cenſibus vnde reditus hic improprie dicitur vſura: eſt enim damni reſtauratiua, ſeu compenſatiua, quam extra prohibitionem eſſe diximus, & hanc opinionem probarunt Concilium Lateranenſe ſub Leo. 10. ſeſsione. 10. & alij ſummi Præſulis, vt contra Dominicum a Soto ſcripſit Nauarrus. cap. 1. 14. quæſtione. 3. numero. 66. reſpondens contrariæ ſententiæ fundamentis ſequitur Ioannes Bapt. Lup. de vſuris commentar. 3. §. 3. n. 80. & ſeqq.

Ex quæst. sequent.

Pœna de se proprie non est vsura. num. 1.

Pœna succedit loco interesse casualis. num. 2.

Pœna excessiua ad boni viri arbitrium reducenda, num. 3.

Pœna in fraudem vsurarum adiecta quatenus valebat de iure ciuili, num. 4.

An in quantitatis debito propter dillationem vel moram liceat pacisci de aliqua præstatione successiua numero. 5. & sequent.

Quid si mutuetur cum pacto quod si statuta die non soluatur, præstetur aliquid annuũ. num. 6.

Et quid si conueniat, quod non soluta pecunia in termino præstetur reditus aliquis non redimibilis, an valeat contractus. num. 7.

Et an valere possit in vim reditus redimibilis, n. 8.

Quid si pactum fuit sortem non fore alienatam, sed post terminum aliquid successiue præstandum num. 9.

Quid si a principio mutui pactum est de aliquo interusurio successiuo, an aliquo tempore pactum sustineri possit numero. 10.

Quid si dictum pactum fiat in obligatione orienti ex iusta commutatione. n. 11.

Vt sustineatur pactum a principio de certo interesse præstãdo quæ requirantur. n. 12.

Maritus an possit stipulari certam quantitatem annuam, dum differtur promissæ dotis solutio, numero. 13. & seq.

Vsuras dotis promissæ an debeãtur absq, vera mora. n. 15

Dotis promissor qualiter constituatur in irregulari mora. ibidem.

Campegij opinio improbata. numero. 16.

Maritum dotis vsuras petentem non oportere esse solitum negotiari. n. 17.

Cessionarius, aut hæres mariti, an agant ad dotis vsuras. numero. 19.

Vidua, an possit aliquid annuum stipulari dum differtur dotis solutio. n. 20.

Gener de temino officiosam, & eius vsuras petens, an repellatur a socero inofficiosæ dotis exceptione. n. 21.

Creditor reditus, an possit stipulari interesse lucri cessantis, aut damni emergentis. numero. 22.

Quæstio.

Quæstio VIII.

An & quatenus interusurium in pactum deduci possit.

IAM satis vidimus de ratione, & quantitate interusurij propter moram, superest videre, an & quatenus in pactum deduci possit & generaliter, an in debito quantitatis liceat paciſci de aliquo propter dillationem dando vltra sortem? 2 Breuiter, aut quæritur de pena, aut de præstatione successiua, si de pena non est huius tractatus, quia non cõmittitur pro rata temporis, nec pro rata sortis, sed semel, & conditionaliter, & sic proprie de se non est vsura, neque species vsuræ, tametsi quãdoque in fraudem vsurarum apponatur, quod est præter eius naturam: Natura enim pœnæ est loco interesse casualis, & momentanei succedere, ne sit opus probare, quod quanti ve interest, vt inquit tx. §. fin. insti. de verb. oblig. l. fi. de præto. stipulatio. l. procurator ad exhibẽdum, ideo magis spectat ad tractatum de eo quod 3 interest vbi Doctores tractant, sufficit in transitu dicere, quod si pœna fit excessiua, reducenda sit ad arbitrium boni viri, per tx. in l. vnica ibi, *eas tantummodo pœnas*, C. de eo quod interest. Si vero sit in fraudem vsurarum, tunc de iure ciuili, non valet vltra legitimum modum vsuræ, siue interusurij. l. Iulianus. §. idem Papinianus de actio. empti. & in casibus in quibus interusurio locus est dumtaxat, secundum prædicta. Iure autem canonico omnino reprobatur, nisi quatenus vere creditoris interest, vt dixi lib. isto. quæstione. 5. Si autem 5 agatur de successiua præstatione, siue de vsura large sumpta, hæc est materia reditus vsurarij, & in hoc omnes Legistæ, & Canonistæ conueniunt, & vbique tenent ipso iure nõ valere tanquam veram, meram, & reprobam vsuram, ex quo quantitati & per dinumerationem temporis apponitur, vt Baldus, & omnes in l. 1. C. de summa Trinitate in, l. cum alleg as. C. de vsur. in l. rogasti. §. si tibi si cert. pet. Petrus Surdus, consilio. 23. num. 1. lib. 1. & omnes vbique, quod temperandum videtur hac distinctione, aut illud pactum de prestatione successiua, vel interusurio fit in mutuo, aut in obligatione oriẽte ex iusta commutatione puta ex venditione: si in mutuo non valet, quia nulla vsura in eo admittitur nisi iusta causa subsit, & veri creditoris interest aut ratione damni, aut lucri cessantis.

6 Sed quid, si ab initio fiat pactum collatum post tempus, vel moram, puta mutuatur vsque ad congruum certum tempus cum pacto, quod nisi soluatur in termino, ex tunc non retro aliquid annuum præstetur. Respond aut agitur sortem fore alienatã aut non. Primo casu, aut agitur de venditione, seu constitutione reditus redimibilis, & omnino valet dummodo non excedat metas quatuordecimæ, illud enim pactum ma-

gis est in fauorem debitoris, qui sem per luere poterit quam creditoris, cuius pecunia perpetuo alienatur, & tamẽ reditꝰ legitimꝰ ab initio numerationis, vsq; ad illud tẽpus libera
7 liter remittitur. Aut vero agitur de vẽditione reditus non redimibilis, & tũc quantumcunque alias iusto pretio constitutus esset, non valet, quia recideret in pactum legis commissoriæ, quod in mutuo omnino reprobatur, etiam si solum caueretur, quod res aliqua debitoris corporalis, vel incorporalis esset vendita iusto pretio, tunc æstimando si solutum non esset in termino, vt plene dixi supra, lib. 2 quæst. 2. Sed an hactenus valeat vt
8 post diem cogi possit debitor soluere pensionem conuentam, donec soluat, vel redimat? Puto, quod sic dummodo creditor expresse offerat, & sub hoc onere petat, quod debitor quandocunque luere poterit. Sed an creditor hoc casu videns debitorem nolle stare pacto præcisi perpetui, non redimibilis reditus, petere possit, vt ex die lapsa, vel saltim deinceps soluatur reditus redimibilis, ad rationem quatuordecimæ? Respondeo non: quia non fuit ita pactum, licet iuste pacisci potuerit, sed ad hoc pacisci non potest debitor cogi.

9 Secundo casu videlicet quando actum fuit sortem non fore alienatã sed quod nihilominus exigi poterit, & tunc videtur posse sustineri pactũ eodem modo & casu, quo in priori membro sustineri posse diximus, factum post tempus, vel moram, & dato interesse vero, quia paria sunt fieri tempore licito, vel conferri in tempus illicitum. l. in tempus de hæred. institu. & solum videtur exprimi, ꝙ alias iure communi licet, & ita aperte sentit Aymon. conf. 189. column. 3. num. 7. vers. 2. casu. At ego difficilius puto admittendum pactum præmature, & ab initio, quam tempestiue ex post facto. quoniam ab initio videtur extortum, tamen si verisimiliter appareat, nullam fuisse extorsionem, sed bona fide factum, & moderatam, iustamque causam subesse, vt sup. prout bonus vir arbitrabitur, sustineri potest.

10 Quid si mutuo & a tempore mutui pactum est de certo interusurio successiuo, an valeat saltem post tẽpus notabile, & creditore remittente vsuram prioris temporis, videtur, ꝙ sic argumento l. placuit iũcta. l. seia, de vsur. Breuiter contrarium puto, ꝙ nullo tempore valeat, quia est vnica præstatio & vnicum pactum vsurarium, & illicitum, & sic non fit diuisio temporis, sed in totum non valet, faciunt quæ dixit Paris. Moder. in cõsuetud. Paris. § 41. num. 47. vers. 2. cõclusio. & sic nihil debebatur in vim talis pacti tãquam ex causa antiqua, imo nec poterit arbitrari ex noua causa si qua iusta subsit moræ, & veri interesse cum contractus vere sit vsurarius. & creditor vere sortem amisserit ex l. Regia.

11 Secundo principali membro quãdo istud pactum fuit in obligatione orienti ex iusta commutatione. Breuiter dicendum quod indubitanter valet eo modo quo cessante pacto ex mora deberi possit hæc vsura, videlicet in casibus de quibus sup. hoc lib. quæst. 2.

12 Potest autẽ pactum fieri de certo interesse, & illi standum est dummodo postea per creditorem probetur vere sua tantum interfuisse, & taxatio per probationem postea subsequutam substinebitur in vim probationis ipsius, vt respondit Alexander conf. 200. num. 2. lib. 6. Decius, conf. 111. num. 14. & conf. 32. numer. 4. & conf. 39. num. 5. & conf. 119. num. 9.

13

Couar.lib.3.var.c.4.num.5, illatione.7.sequitur Ioan.Bap.de vsur.commentario.1.§.6.num. 126. Mascard. de probatio.2.p.conclusione.933.n. 30.alias enim si prædictum interesse non probetur, inutilis erit partium conuentio,de certa quantitate, etiã moderata facta a principio pro interesse creditoris quia a principio nullo modo sumus certi quod tantum creditoris interierit,& possunt multa accidere quibus tantum non interfit ita docuit Bald.l. rogasti. §. si tibi.2. colum.si cert.pet.Socinus Rebuf. & alij quos refert,& sequitur Mascard. vbi sup.nume.25.& seq. de quo vide quæ dixi supra,lib.hoc,quæst.5. vnde redit dubium responsum Nauarr. conf.1,tit.de offi:iudicis vbi cum debitor se obligasset ad soluendum centum mutuata,& quinque pro interesse pro tempore in quod mutuũ acceperat, & creditor producto instrumento ageret ad. 105. executiue debitore non opponente de vsura, respondit,iudicem teneri instrumẽtum exequi,quod durum videtur, tũ quia vix potuit interesse certo sciri & prætaxari a principio, tum etiam quia in materia suspecta, standum, non est partium pactis & confessionibus,& ideo si debitor promisit soluere pecuniam in termino,& si non soluerit promisit soluere certũ quid pro centenario nomine interesse,nõ potest tale interesse licite peti nisi probetur,quod tantum interfuit creditoris ex licitis causis, vt ex Cyno. docet Bald.l.cunctos populos. num. 4.C.de summa Trinitate, & in.l.vnica.num.19.C.de sent. quæ pro eo,q; interest Anchar.conf.150. num.6.& 7.Alexan.conf.200.nu.2.libr.6. alias facile fieret fraus in mutuo, cui obuiandum est.c. quanto de dinor. l. cũ hi.§. si prætor de transact.

13 Ex quibus inferri potest ad eam quęstionem,an dote promissa,& eius solutione dillata,possit maritus cum dotis promissore pacisci vltra sortem certam quantitatem quotannis soluendam esse interim dum dos soluta non fuerit,hanc pactionem illicitam & reprobatn iudicarunt Socinus conf.88.num.20.lib.4. & conf. 130. num.10.& seq.eodem lib.vbi testatur hanc esse communem canonistarum, & ipsis in hoc magis credendum esse,eandem opinionem sequutus est Pala.Rub.in repetitione.c.per vestras notab.6.num.8. contrariam opinionem veriorem dixit Couarr. qui plures refert lib.3.var.c.1.num.3 vers.4.hinc poterit,mouetur ex vera decidendi ratione text.c. salubriter de vsuris quam ab interesse deduxit, & quia censet nullam congruam rationem assignari posse, cur interesse ipsum verisimile a principio contractus in pactum deduci non possit.

14 Hic duo nobis inspicienda erant, primum an debeantur vsuræ dotis promissæ & possint *in* stipulationẽ deduci.Secundo, an possint taxari a principio, quo ad primum videnda sunt ea quæ late resolnimus supra in quæstione præcedenti hic non repeto,vnum tamen aduertendum duxi quod quamuis vsuræ non debeantur citra moram.l.lecta si cert. pet.l.mora in principio & in.§. in bonæ fidei. l.litis de vsuris:tamen dotis promissæ vsuræ debentur absque vera mora quia in contractibus respectiuis in quibus ex implemento alterius partis causatur quædam irregularis mora,peti possunt vsuræ,l.curabit.C.de actio.empti.& cum maritus se obliget ad matrimonij onera supportanda propter dotem promissam, eo ipso quod onera ipsa subiuit promissa adimplens,constituitur dotis promissor, in quadam irregulari mora sufficienti

sufficienti ad vsurarum dotaliū exactionē, iuxta ea quæ tradit Corneus cons. 145. num. 6. & seqq. imo quandoque dotales vsuræ citra illā moram etiam irregularem debentur, vt voluit idem Corneus cons. fin. 2. par. nu. 8 vers. non obstat tertium. Tu tamen aduerte quod ista irregularis mora non erit sola sufficiens ad hoc quod maritus possit petere verum interesse lucri cessantis aut dāni emergentis, & sic vsuras restauratiuas quas sine mora irregulari petere nō licet, sed tantum erit sufficiens ad petendas vsuras compensatiuas lucri percepti a muliere vel ab eo qui dotem promisit, ex ipsis rebus dotalibus fructus videlicet non tanquam fructus quia non pertinent ad maritum antequam res dotales ipsi tradantur. l. de diuisione, & ibi glos. l. soluto matrimonio. l. 25. tit. 11. part. 4. sed tanquā interesse & lucrum, quod promissor dotis recepit ex eo tempore ex quo maritus impleuit ex sua parte sustinē do onera matrimonij, & ita si nullos fructus, aut lucrum ex dote habuit illius promissor, nihil restituet marito moram irregularem passo. iuxta ea quæ dixi hoc libr. quæstione. 7. & late doctissimus Barbo. in. d. l. de diuisione ex num. 9. ex sequent. & sic intelligenda sunt Cornei responsa. vbi supra quod limitandum est nisi cum irregulari mora concurrat biennij lapsus: quia tunc illa veræ moræ, & regulari æquiparatur. l. fi. §. præterea C. de iure dot. & dixi supra d. quæstione. 7.

16 Vnde cauendum est a Campegio in tractatu de dote. 2. p. quęstione 6. num. 2. qui vsuras dotis non solutæ etiam post veram moram peti non posse existimauit, ea ratione motus, quia in obligationibus dandi non succedit obligatio post moram ad interesse. l. si seruo. §. fi. de verbor. & ita vsuræ dotis eo casu tanquam interesse peti non possunt, nec iudicis officio peti posse interesse putat propter moram, licet actio sit bonæ fidei per l. socium, qui in eo ff. pro socio, quia tx. ille loquitur, & accipitur a DD. in solito negotiari, & lucrari ex pecunia vt tradunt DD. l. 3. §. fin. de eo, q certo loco, vnde si maritus noncōsueuerit negotiari, non posset petere dotis vsuras, etiam post moram, nec etiam maritum posse eas vsuras petere actione negotiorum gestorum cē set, quasi onus alendi vxorem ad aliū spectet, ex quo dos non soluitur ex tex. cum glos. §. fin. in authen. de nō eligendo secundo nubentes cū affectionis causa non repetendi animo videatur vxorem alimētasse, iuxta notata in. l. quod in vxorem de negotijs gestis nisi fuerit protestatus per notata. in l. alimenta. C. de negotijs gest. & in. l. Nensenius ff. eodem. quia his non obstantibus veriusest dotis vsuras post moram exigi posse, non actionis iure, sed iudicis offi. debētur enim eo casu, vt vsuræ correspondē tes interesse, & vsque ad quantitatē concurrentem interesse, & cum debeantur iudicis officio, non offenditur illa iuris regula quod in obligationibus dandi post moram non succedit obligatio ad interesse, quia iudicis officium nullam præsupponit obligationem, l. qui per collusionem §. pretij sortem de actio. empt.

17 Nec oportet maritum dotis vsuras petentem esse solitum negotiari, ea namque qualitas soliti negotiari desideratur cum agitur ad interesse lucri cessantis, secus autem est quando agitur, ad interesse damni emergentis, quod proculdubio debetur, siue damnum passus solitus fuerit negotiari, siue non. l. pro inde. l. Nerati⁹ ad. l. aquil. & post Cagnol. tradit Mascardus de proba. 2. to

mo

mo conclusione. 993. numer. 16 at dotis vsuræ in hoc casu propter dam num marito emergens in supportan dis matrimonij oneribus exiguntur rex.& ibi notata in. c. salubriter de vsuris & ita docuit in terminis Alex. in cons. 31. num. 10. lib. 6.

18 Quoad secũdum versatur ea Do ctorum contrarietas, quam refert Co uar. d. lib. 3. var. c. 1. num. 3. qui vt iam diximus iure verius existimauit iu stam,& licitam esse pactionem illã, qua certa quantitas quotannis soluẽ da vltra sortem promittitur, dum dif fertur dotis solutio, cui opinioni ac cesserunt plures, quos refert, & sequi tur Felicianus lib. 2. de censibus. c. 5. num. 21. Ego distinguendum cẽseo, aut enim maritus, qui onera matri monij sustinuit agit ex ea conuentio ne, vt certa taxata quantitas sibi sol uatur pro dote non soluta: aut eius hæres: aut cessionarius, aut vxor iam vidua & marito mortuo illam an nuam quantitatem a principio prop ter dillatam dotem promissam pe tit. Maritus quidem recte agit: potuit enim a principio interesse istud veri simile in pactum deducere, cum à principio certum existat, propter one ra matrimonij ab eo supportanda, & quamuis socero soluendæ dotis dilla tionem concesserit, potuit nihilomi nus verisimile interesse matrimonij onera non excedens stipulari, vt cõ tra Aymonem, & alios resoluimus
19 in quæstione præced. Similiter ces sionarius mariti eo casu, quo potest dotis vsuras accipere, iuxta ea quæ dixi d. quæstione preced. poterit simi liter a principio certam quantitatẽ matrimonij onera non excedentem verisimiliter stipulari atque exigere, istud autem ius exigendi dotis vsu ras, aut certam quantitatem pro eis marito promissam, eius etiam hæ redibus recte competit dummodo ma ritus expresse, aut tacite illas non re miserit, vt etiam aduertit post alios Ioannes Bap. Lupus de vsur. commẽ tario. 1. §. 4 numer. 81. & seq. & idem tenuit Cæsar Vrsillus ad Afflictum decisione. 284. num. 5. Quod intelli gendum est de vsur. seu reditibus de cursis constante matrimonio, non ta men possent hæredes vsuras dotis exigere post solutum matrimonium vt tradit Anton. Negusan. de pigno. 5. p. membro. 5. num. 16. & alij quos refert & sequitur Vrsillus vbi supra,
20 num. 2. Vidua vero non recte dedu cit in pactum pro dotis vsuris quan titatem aliquam, cum ipsi non de beantur, regulariter, vt diximus. d. q. præced. vnum casum excipio quan do viduæ à mariti hæredibus deben tur alimenta, quia dos consistit in re bus mouilibus, aut in corporalibus & vidua pauper est intra annum lu ctus in quo nõ valet dotem exigere, iuxta notata per gl. & DD. l. 1. §. exa ctio, C. de rei vxoriæ actione: tunc enim alimentorum ratione posset li cite pacisci cum hæredibus, vt certã quantitatem soluerent, non excedẽ tem alimenta ipsa, vt optime respon dit Aymon. cons. 189. numc. 8. Soto de iustitia & iure libr. 6. quæstione. 1. artic. 2. columna penultima Ioannes Bap. Lup. vbi supra, num. 86. Angel. l. Titia cum propter num. 3. &. 4 ff. de solutioni. Iason. §. fuerat, numc. 10. 24. instituta de actionibus. At vero post primum annuum viduitatis, cũ iam viduæ facultas sit experiendi & exi gendi dotem, etiam si ipsa inops sit, non poterit aliquas dotis vsuras sti pulari etiam quantũcumque blãdis vocabulis & alimentorum nomine, vt cũ iudicio tradit Coua. lib. 3. var. c. 1. num. 3. vers. 6. & vltra eum ita re soluit Antonius Negusan. vbi supra num. 17. & adeo verum est, vt proce dat, etiam si maritus in testamento

aliquid

aliquid annuum legasset vxori pro dotis reditu vsura interim dum dotis solutio differtur ab hærede, vt respondit Ancharran. in cons. 93. incipit verba testamentu: adhuc enim vidua non posset istud lucrum exigere quod comprobabis ex his, quæ late diximus supra hoc lib. quæst. 6. prædictam etiam opinionem in vidua elapso primo viduitatis anno, quo ei nõ licet vsuras dotis exigere vltra Bart. l. in insulam. §. vsuras solutomatrimonio sequitur Mẽchaca de successionũ creatione lib. 1. § 6 num. 23. Roland. a Valle, cons. 55. lib. 2. & magis communem dixit Iason. §. fuerat. nu. 22. de actio. quamuis dissentiant plures a Ccua. relati sup. quibus accessit Ioannes Bap. vbi supra, numero. 68 nec refert viduæ inopia cum paupertatis ratione non permittantur vsuræ. c. super eo de vsuris. Non negamus, quod possit vidua sicut quilibet interesse damni emergentis, aut cessantis lucri non solutæ dotis exigere & in pactum deducere, vt etiam diximus d. quæstione præced. & tradit Negusantius. d. nume. 17. sed tamen cum interesse istud a principio certũ esse non possit, non poterit taxari, nec certa quantitas pro eo in pactum deduci, per ea quæ notat Aymon vbi supra. Nec obstat, quod frequentissima sit emptio, & venditio, annuorum reddituum, & quod soluta dote posset vidua in reditibus annuis suas pecunias locare, nam vt istud lucrum cessans exigi possit, oportet viduam probare paratos se habuisse venditores reddituum, & pecunias in reddituum emptionibus locaturam iuxta ea quæ tradit Mascard. de proba. 2. p. conclusione. 1993. nume. 24. Sed in praxi solent iudices viduæ dotis non solutæ post moram interesse absque illius probatione propter reddituum frequentiam adiudicare, vt in præcedenti quæstione diximus, quæ praxis periculosa videtur, & vix iure defendi potest, & hanc praxim semper sibi visam fuisse iniquam testatur Bolognetus. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. num. 127. Quod si vidua mox nupserit secũdo marito, poterit is dotis vsuras & pro eis certam quantitatem non excedẽtem matrimonij onera stipulari ab hæredibus primi mariti, vel dotis debitoribus per rationem. d. cap. salubriter cum onera matrimonij certa sint a principio, & dotis vsuras eo casu exigi posse, diximus d. quæst. preced.

21 Quod autem scripsimus maritum posse dotis promissæ vsuras stipulari limitandum erit in dote inofficiosa a parentibus filiæ promissa vltra taxã. l. 1. tit. 2. lib. 5 recop. si enim maritus aduersus socerũ pro dote, aut dotis vsuris agat, inofficiosæ dotis exceptione repelli poterit, etiam constante matrimonio ex Facza de non melioran dis filiabus ratione dotis. cap. 34. num. 2. sequitur Matiençio. l. 3. tit. 8. lib. 5 recop glo. 6. num. 7. Angulo. l. 10. *de las mejoras*, glos. 9. numer. 2. Azeuedo. d. l. 1. num. 25. & seq. quam opinionem in Galleco senatu sepius receptam vidi, eamque iure veriore existimo, quamuis contrarium tenuerit Ayora de partitione bonorum. 2. p quæst. 20. num. 55. dicens in Granatensi chancellaria admissam & cum sequitur Gutierr. lib. 3. practica. quæstione. 41. motus ex. l. 29. Taur. Quod fundamentum cuitari potest si aduertas. l. 29. Tauri in hoc corrigi per d. l. 1. quia ad diiudicandum dotis excessum tempus promissæ dotis, non vero tempus mortis promittentis attendendum erit, patet in petitione Principi porrecta, quando eam legem Madritiam condidit, ibi(*Suplicamos a Vuestra Magestad que las dotes que en esta*

22

en ellos Reynos se dieren no pueda ser mas de la legitima que le vernia a la dotada si entonces se partiessen los bienes del dotador, & in responsione plane sequitur l. de tempore constitutę dotis ibi, *qualquiera persona que tuuiere*, & ita que hodie consideramus dotis excessum habito respectu ad bona quæ dotans habet tempore promissæ dotis, alias l. Regia non adhibuisset plenum remedium, prout intendit annullando contractus aliter, & in fraudem factos, & quod dotis excessus sit considerãdus secundum bona dotantis tempore promissæ dotis resoluit Bacza supra cap. 31. & sequitur Azebedo vbi supra, & hoc iure vtimur.

22 Vltimo hoc loco videndum est an creditor reditus annui stipulari possit interesse lucri cessantis, aut dãni emergentis in casum moræ debitoris, & breuiter videtur, quod non, quia mot. prop. Pij Quinti decisum extat, pacta continentia morosum censusdebitorem teneri ad interesse lucri cessantis, esse irrita & nullius momenti, vnde Nauarr. in explicatione eiusdem motus proprij, num. 93. vers. glo. 9. existimat Pium Quintum omnino improbasse lucri cessantis exactionem in contractu reditus annui, & ante motum proprium ita voluit Bolognetus, in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest numero 127. vers. vide. Sed contrarium sentit Felicianus de censibus lib. 1. cap. 9. num. 14. & seq. vbi affert summũ Pontificem solum prohibuisse pactũ obligans morosum debitorem, ad soluendam certam quantitatem ratione lucri cessantis, aut incertam secundum creditoris iuramentum, taxandam: non tamen negasse, nec prohibuisse exigi, & peti posse quod vere interfit ratione moræ: & quod huiusmodi interesse in reditibus exigi possit renuit Vincent. de Franch. decisio. 254. nume. 12. ex eo quod reditus non sint debiti accessorie ad sortem: quia sors nõ debetur. Sed distinguendum videtur: aut enim creditor vult stipulari, vltra quatuordecimã lucrum cessans, aut emergens damnum propter sortem, & pretium reditus numeratum, & id nullatenus licet, quia summo illo quæstu redituali, videlicet quatuordecimæ, debet esse contentus, nec potest aliud stipulari, vt diximus, libr. 1. quæstione. 13. nu. 23. & seq. aut vero creditor vult in pactum deducere lucrum cessans in casum moræ non solutæ pensionis statuta die, & similiter non licet vt ex motu proprio recte colligit Nauar. Nec placet intellect° Feliciani, quia ex ipsius motus proprij verbis facile conuincitur, cuius decisio non fundatur in incertitudine interesse, vt ipse existimat, sed quia pensio reditus annui, est accessio sortis, sicut vsura cuius est succedanea, vt diximus, supra lib. 1. quæstione. 13. numer. 24. & quæstione. 13 numero. 46. Interesse autem cessantis lucri, vel dãni emergentis, similiter est accessio accidentalis, & extrinseca, vt dictum fuit in quæstione præced. numer. 59 vnde non est ferendus creditor reditualis si velit accessionem duplicem exigere, scilicet pensionem, & interesse: non enim datur accessio accessionis, vt adnotauimus in d. quæstione. 12. num. 27. nec obstat, quod reditus non sint debiti accessorie ad sortem quia sors non debetur: nam quãuis sors non debeatur tamen negari non potest reditus ratione sortis deberi, & ipsius accessionem esse.

Ex

Ex quæst. sequent.

AN remissa mora simpliciter, censeatur vsura præteriti temporis remissa. nu. 1. & sequentibus.

Oblatione congrua purgari moram quo ad futurum tempus, non quo ad præteritum. numero. 2.

Et an oporteat offerre vsuras præteriti temporis ad moram purgandam. n. 3.

Et quid si vsuræ sint in certæ, & non liquidæ, quid offerendum erit. ibid,

Et an tunc satisdatio requiratur pro incertis accessionibus soluendis. nu. 4.

Si creditor facit pactum de non incarcerando debitore, nec pignorandis bonis vsque ad certum tempus an sit purgata mora. num. 5.

Et quid si datur à creditore facultas purgandi moram, an impediatur vsurarum cursus. numero. 6.

Quid si detur vera, & formalis dillatio an cesset mora, & eius effectus. n. 7.

Et an eo casu impediatur vsurarum ex conuentione currentiũ cursus. n. 8. & 9 & seq.

Argumentum de re ad tempus quãdo valeat. ibid.

Non præsumitur mutata voluntas num. 11.

In stipulatione fœnoris incidentis inest tacita conditio, si debitor sit in mora. n. 12.

Solutio quæstionis propositæ. numero. 13.

Dillatio in dubio non operatur nisi indutias. n. 14.

Sublata principali obligatione, an censeatur remissa accessio fructuum, vel vsurarum. numero. 15.

Et an videatur remissa æstimatio quantiplurimi ibidem.

Et quid si accessio debeatur actionis iure, ibidem.

Si rescripto moratorio Principis detur dillatio, an impediatur accessionum cursus. n. 16.

Et quid si pendente dillatione rescripti damnum creditori emergat, aut lucrum cesset, an non obstante rescripto peti possit num. 17.

Rescriptum moratorium stricte interpretandum. n. 18.

Quando exigitur ante tempus deducitur interusurium medij temporis. n. 19.

Potentia propinqua actui habetur pro actu. n. 20.

Pendente dillatione rescripti moratorij, non committitur interesse, etiam damni incursi. numero. 21.

Factum iudicis habetur pro facto partis. n. 22.

Et quid

Et quid si interesse committatur finita rescripti dillatione. ibidem.

Et an impediatur commissio pœnæ conuentionalis pendente dillatione rescripti. n. 23.

Difficultas an impediat moram cõmitti. num. 24.

Et quid si postea rescriptum appareat fraude, vel surreptione obtentum, n. 25.

De rescripto moratorio, & in quibus debitis locum habeat remissiue. n. 26.

Senatus Gallæcus fauore pauperum agricolarum concessit rescriptum moratorium anno. 1598. ibidem.

Quæstio IX.

An remissa mora simpliciter censeatur etiam remissus reditus vsurarius.



1 VBITATVR nunc an remissa simpliciter mora per creditorem, censeatur vsura etiam præteriti

2 temporis remissa, & facile erat respondere negatiue, sed pro pleniori decisione, & intellectu materiæ distinguendum est: aut igitur mora remittitur facto debitoris & siquidem facto solius debitoris, puta congrua oblatione, certum est quod purgatur mora quantum ad omnes effectus futuri temporis, non autem præteriti temporis, imo oportuit præteriti temporis vsuras, vel accessiones,

3 etiam iudicis officio tantum debitas offerri, alioquin non valet, & erit oblatio tanquam imperfecta. Si autem illæ accessiones non erãt certæ, vel liquidæ, sufficeret aliquid modicum realiter offerre, & pro residuo siquid sit verbaliter offerre rationẽ, seu calculum inire & reliquum si quod inueniatur soluere per text. in l. si residuum. C. de distra. pignorum,

4 Nec requiritur satisdatio secundum Alexand. in l. si mora soluto matrimonio, & bene vbi tantum de vtranda, & purganda mora agitur, vt tradit Franciscus Rapa, in l. si insulam. numero. 67. de verb. obligatio. alias pro incerto satisdandum est, vt si retrahis rem a consanguineo venditam cuius pretium ignoras, tunc enim consignanda est aliqua pecunia, & pro residuo preti si maius esse apparuerit satisdandum, ex eodem Alexand. cons. 24. n. 9. lib. 4. Matienço in l. 9. glos. 4. tit. 11. lib. 5. recopil.

5 Si vero facto creditoris tunc quatuor casus occurrunt quandoque simplices inducie compulsionis dantur, quandoque datur facultas purgandi moram, quandoque vera, & formalis dillatio, quandoque obligatio principalis in totum, vel in parte tollitur.

5 Primo casu, vt si creditor facit pa-

ctum de non incarcerando debitore vel bonis eius non pignorandis vsque ad certum tempus, & tunc mora præcedens non purgatur: nec eius effectus impeditur futuro, & medio tempore etiam respectu vsuratum, quæ solo iudicis officio procedunt, vel æstimationis quanti plurimi, vel pœnæ, vel periculi. Quãdoque si hoc pactum ante moram incursam fieret, hoc omnes effectus interim excluderet, quia tantisper impediret principium & commissionem veræ, & regularis moræ, quod vltimum dico, quia non impediret effectum accessionis, puta fructuum, qui re ipsa veniunt ex sola mora irregulari.

6 Secundo casu inspiciendum quid agatur: quia si illa facultas daretur contemplatione vsurarum, impediret interim earũ cursum, sed si detur respectu principalis debiti: tamen non impedit interim cursum vsurarum, etiam quæ ex sola mora currũt, prout moram non tollit, sed differet commissionem pœnæ, vel eius quod casualiter intererit propter defectũ solutionis, quoniam istud interesse, vel pœna respicit solutionem totius debiti principalis, & sic eius exactione dillata, necessario differtur commissio pœnæ, vel huiusmodi totius interesse. Sed si deberetur species non desineret esse periculo debitoris per tex. singularem in l. sancimus ad fin. & ibi Bart. C. de fide iusso. in l. qui in rem. C. de cond. indeb. l. insulam q. 7. de verb. obliga. Matth. Affli. decis. Neapol. 150. n. 7.

7 Tertio casu omnino interim mora extinguitur, & sic omnis eius effectus interim tollitur, & in hoc differt iste tertius casus a primo in quo non desinit debitor esse in mora, sed hic desinit interim esse in mora, & culpa, & sic non est dubium cessare omnẽ accessionem vel pœnam, quæ veniret ratione totius moræ.

8 Sed quid de vsura currente ex conuentione? placet hunc punctum ab alijs neglectum, sed ad multa vtilem paucis excutere, Et non videtur interim vsura conuentionalis impediri. Primo, quia non debetur ex mora, sed ex stipulatione. Secundo, quia dillatio data est simpliciter de sorte, sic non defertur, nisi ad sortem principalem. Vnde non debet in dubio extendi ad vsuras. l. fi. de conditione indebiti, facit Roman. singulari. 543 restitutio. Panormit. consilio. 35. lib. 2. Nec obstat, quod impedit interim pœnam, & interesse casuale, quia hæc respiciunt totam ipsam sortem principalem, quæ differtur, sed vsura non respicit totam sortem principalem, sed eius interusurium successiuum & sic inter hæc diuersa est ratio. Tertio, quia remissa sorte, non remittitur vsura, quæ iure actionis debetur, vt mox dicetur; igitur multo minus ea dillata. Quarto, quia iustius videtur currere vsuram data, & pendente dillatione, quam nulla dillatione data per ea quæ supra notauimus hoc lib. quæstione. 7. Si igitur dillatio iustificat cursum vsuræ: ergo non tollit, nec impedit. Quinto, quia dillatio multum operatur differendo exactionem sortis, & vsurarum absque eo quod interim impediat cursum vsurarum conuentarum ergo in dubio non debet eas impedire, saltim quando vi propria ex stipulatione currunt, vt hic, & faciendo interpretatio contra eum qui se fundat in verbis, præsertim liberaliter prolatis: quia sufficit, quod vel in paucis operẽtur. l. tutori. C. de negotijs gestis, & alioquin sequeretur, quod simplex datio dillationis, tantum operaretur quantum datio vsus fructus sortis principalis, quod videtur absurdum, & contra mentem concedentis

dederis, satis patet liquet: quia data dilatio vsus fructus non posset plus operari, quam quæ in rem vsuræ, etiam per stipulationem debitæ remittere. l. l. postquam in fin. C. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumuntur.

9 In contrarium argumentor. Primo de re ad tempus similes ita de mil. testamento, in principio rei quæ lacio. l. in diem de condit. indebiti. Decius in repetitione c. si colon. de iud. igitur sicut res illa forte in totum necessario desinit vsuraiet gocea res illa ad tempus, quod fit per dilationem, remittitur vsura ad tempus, sed hoc argumentum non valet cum sit diuersa ratio, vt per Iaso. in l. si fundus soluto matrimonio, & in l. quoniam in principio. C. de inof. testamento. Diuersitatis autem ratio notoria est, quia res illa seu alie nata forte ad tempus tanto iustior videtur causa vsuræ. Secundo arguimentor per textum in hac quidam. §. si pupillo in fine de vsuris, vbi dicitur, quod vsuræ non propter lucrum pecuniæ, sed propter moram non soluentium infliguntur, igitur cessante mora non currunt, sed certe ille textus loquitur in vsuris, quæ solo iudicis officio ob moram irregularem veniunt, vt dixi lib. 2. quæst. 15. & sic nil facit ad quæstionem nostram, ideo probatur melius. Tertio, in l. lecta, si certum petatur, vbi pactum etiam nudum dilationis subsequens impedit etiam ipso iure cursum, & effectum stipulationis vsurarum præcedentis. Quarto, quia etiam fructuum accessionem quæ naturalis est, & rei persecutoria impedit, igitur multo magis vsuras impediet, si enim emptor soluto pretio dederit venditori dilationem tradendi, non tenetur interim venditor ad fructus. Igitur multo minus ad vsuras pretij, ergo pariter si venditor impleuerit, & nihilominus dilationem emptori soluendi pretij, simpliciter dederit, siue tempore traditionis, siue postea non tenebitur emptor pendente dilatione ad aliquas vsuras, etiam pro rata fructuum. Igitur multo minus ad alias quascunque vsuras. Quinto quia data dilatio soluendi pecuniæ æquipollet datione vsus fructus eiusdem pecuniæ ad idem tempus. imo fortior & potentior est, patet, quia data dilatione interim non tenetur debitor, ad aliam cautionem, etiam 11
si in testamento dilatio legata sit, vt in l. non solum. §. porro. l. Aurelius in principio. §. cetum de liber. leg. ad cautionem tantum tenetur, si ei summæ debitæ vsus fructus datus, vel legatus esset. l. ergo de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, & tamen is cui simplex dilatio ad tempus simpliciter legata est, non minus interim ab omnibus vsuris, & pœnis eximitur, quam si nominis vsus fructus, vt in l. postquam de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur eidem legatus, vel datus esset, vt est casus in dict. l. non solum. §. illud, vbi etiam Accursita dicit, quocunque modo etiam ex stipulatione debeantur, vsuræ. Igitur idem quomodocunque etiam ex contractu dilatio simpliciter dentur. argumento. l. quæ de legato. delegat. 1. vides hoc potentius vigere, & præponderare adductis pro parte prima quid dicendum?

10 Videretur distinguendum inter fœnus negotiatorum, & incidens, vt in 1. procedant adducta, pro parte 1. in 2. vero, adducta pro parte 2. verbi gratia in terminis iuris ciuilis, mutuauit aliquis sub vsuris, siue simpliciter, quo casu tacita quædam commoda dilatio fortis inest, vel expressa certa dilatione sortis data (non refert)

clarum est, quod ex die mutui iuxta stipulationem currunt vsuræ, pendente dillatione tacita, vel expressa, & idem ea finita, fac ergo, quod creditor postea dillationem simpliciter prorroget, certum est, quod cũ eisdẽ qualitatibus intelligitur, & sub eodẽ onere vsurarum: quia prorrogata dillatio vna, & eadem est l. fed & si manente de precario dixit Paris. Mod. in consuetud. Paris. §. 23. q. 14. n. 48. & latius tradit Tiraq. in tract. retract. conuentio. §. 1. glo. 7. n. 24. cum seqq.

11 Si vero priori tacita, vel expressa dillatione finita, detur simpliciter alia sortis dillatio, quamquam non sit ita clarum (quoniam noua dillatio est) tamen idem videtur in dubio secunda dillatio dari ad instar primæ eadẽ continuata intẽtione, videlicet quãtum ad sortem tantum, non autem quantum ad vsuras, quoniam videtur creditor post moram debitoris velle liberalior esse, quam fuit ab initio ante morã, nec præsumitur mutata voluntas. l. Stratius Florus in princip. de iure fisci. l. cum tacitum. l. cumque de proba. Alex. cons. 81. n. 4. vbi in anno tat dixit Paris. Moden. lib. 5. tũ quia istud est fœnus negotiatiuum etiam principaliter intentum, & stipulatũ non propter moram, sed propter ipsum interusurium, eiusque compensationem, & sic non cessat cessante mora ex post facto, sicut & ab initio currebat sine mora. l. item quia. §. fin. de pactis. Secus si creditor initio non mutuasset subvsuris, hoc est vt statim currant, nec pacisceatur pure, & absolute de hoc quæstu, donec sors reddatur, sed in casum, & cuentum moræ, vel quandiu debitor erat in mora. Hic enim casus non expectat proprie ad speciem fœnoris negotiatiui principaliter intenti, sed magis ad speciem fœnoris incidentis, veluti cum venditor stipulatur vsuras ab emptore, cui implent. Hæc enim stipulatio intelligitur secundum materiam subiectam, & sic ratione moræ, & quandiu emptor erit in mora, & expectat ad fœnus incidens vt supra hoc lib. quæstione 7. His enim, & similibus casibus dillatio, siue in testamento, siue inter viuos simpliciter data habet omnem vsurarũ cursum interim impedire, & hæc distinctio multum plausibilis est, & habet magnam rationem: quia priori membro videlicet in fœnore negotiatiuo stipulatio vsurarum non est initio conditionalis, sed pura, & absoluta, nec expresse, vel tacite concepta est in casum moræ, nec debetur vsura propter moram, sed præcise propter interusurium conuentum. Secundo vero membro, (quod expectat ad fœnus incidens) stipulatio vsurarum nõ est pura, sed ab initio conditionalis inest enim expressa, vel tacita condi

12 tio, si, & quandiu debitor erit in mora. Hinc est, quod deficiente mora ipso iure non committitur stipulatio vsurarum, quia eius conditio deficit: casus est in l. lecta. si cert. pet. fact. l. Scia. ad fin. ibi, *conditio spectaretur*, de vsur. Verum mihi non satisfacit

13 hæc distinctio, quia etiam in vsura incidenti fieri potest, vt detur vera dillatio, sed suspẽsiua moræ, & actionis tantũ, non autem vsurarũ, quæ iure actionis currũt, ideo non decisiue inspiciẽdũ quid agatur. Aliquando enim dillatio datur, vt debitor interim nõ solũ inducias exactionis, nec solũre missionẽ moræ habeat, sed etiã cõmodũ interusurij, siue ipsius pecuniæ debitæ, & est idẽ ac si ejusdẽ pecuniæ ad id tẽporis daretur vsus fructus, & sic interim nõ cutrit vsura, quãquis cure actionis debita, sed eam lucratur, & generaliter ominẽ accessionem, etiã naturalẽ fructuum, quæ ratione cessationis, vel moræ venirent co-

14

15

Ali

Aliquando vero dillatio datur, nō vt debitor lucretur interim commodum pleni interusurij, vel vsurarum, sed ad simplices inducias tantum, & tunc est idem, ac si simplex prorogatio fiat prioris dillationis, vel noua dillatio detur, eum eisdem tamen oneribus & qualitatibus. Vtrum autem agatur non est difficile ex circumstantijs casus subiecti dignoscere, in legatis enim, in quibus etiam plenior fit interpretatio, & quæ semper donationem implicant, ijs datum est fieri ad lucrum debitoris, & sic quantum ad hoc non refert an vsus fructus nominis, an dillatio legetur, vt dictum est l. non solum. §. illud. §. potest. l. Aurelius de liberatione legat. & sic in casu l. Aurelius in principio eodem titulo etiam si nil expressum esset de vsuris, adhuc nullæ currerent. In contractibus autem qui strictiores sunt, aut datur vsus fructus, & res clara est, aut vero simplicis dillationis fit mentio, & ad circumstantias recurrendum. Nec ta-
14 men erit inutilis prior distinctio, quia in vsura negotiatiua difficilius erit præsumere dillationem in hoc datam, vt debitor lucretur vsuram, in incidenti autem hoc procliuius erit, & tamen indubijs dillatio non præsumitur nisi inducias operari, & sic in dubio non impedit vsuram, quæ iure actionis simpliciter currit, nisi stipulatio non simpliciter, sed in casu moræ, & dillationis moræ concepta, & suspensa sit, vt in l. lecta si certum petatur, tunc enim cessabit, sicut etiam accessio fructuum, & quidquid in sola mora fundatur, vel ab ea pendet, sed ad rem.

15 Quarto casu principalis distinctionis dicendum remissam esse omnem accessionem, etiam præteriti temporis, siue fructuum, siue vsurarum, quæ tamen iudicis officio, & non iure actionis debentur l. 4. C. de pos. ex noua. Caput. l. fin. de eo quod certo loco, secus si iure actionis, quia superflua actio, nisi aliter sit iudicatum, vel remissum fuit l. 1. C. de iudicijs & sic facilius abolebitur vsura, quæ propter moram tantum, quam quæ vi pacti debentur, putant Alber. Saliceto in l. intelligere in fin. C. de iure dotis pag. Vincentius de Franch. decisione. 254.

16 Ex his deciditur quæstio quotidiana de rescriptis moratorijs, quibus omni, quinquennij aut alia debitoribus dillatio datur, an interim impediant commissio pœnæ, vel cursus vsurarum, & accessionum. Breuiter eadem fere dicendum, quod in simplici dillatione simpliciter data nuper diximus in secundo membro solutionis tertij casus, imo paulominus: quia hæc dillatio in alterationis causa inuito creditore datur, vnde strictior est, nec extenditur ad remissionem accessionis fructuum, qui etiam ex sola irregulari mora veniebant: quia in rei persecutione consistunt, & locupletaretur debitor cum iactura alterius, quod esset iniquum, nec enim indulgetur huiusmodi rescriptum, vt debitor lucretur, sed ne tantis per damna afficiatur, imo nec puto de iure impediri vsuram conuentionalem, etiam in casu moræ, & dillationis constitutam, vt in dict. lecta, & multo minus conuentionem reditus temporalis, tantum ergo impedient exactionem sortis, & cursum vsuræ extrinsecæ, quæ alias ex mora irregulari venirent, & pariter commissionem pœnæ, vel interesse casualis, quod vt sit dilucidius formo quæstionem in casu dubitabiliori de quo in l. 3. §. fi. de eo quod certo loco creditor mutuauit pecuniam vsque ad certū tem-

pus,& locum,quo indigebat,obligatus, sub pœna, vel alia peritali eius debitorem præmonuit,quod soluturus recepit in termino,& loco, sed interim eadem,aut damna fortuita,aut impetus huiusmodi rescripti,& denuncia creditori, qui ita ante terminum,cum non supperet tempus,aut facultas obuiandi dãno obtinuit,an debeatur, & saltem potuit tempus rescripti damni æstimatio cum forte exigi possit videtur, 18 quod sic. Primo quia cum huiusmodi rescriptum sit in præiudicium alterius strictissime debet interpretari,& sic satis est,quod simplices inducias compulsionis,seu exactionis operetur ad quas solum tendere videtur:non enim tendit ad diminuendum ius obligationis,sed ad differendum actum executionis. 19 Secundo quia quando ab initio exigitur ante tempus interusurium medij temporis deducitur.l.si constante.§. quotiens soluto matrimonio notatur in.l.1.C.de condit.ex.l.igitur si creditore inuito differtur solutio,debet refundi medij temporis interusurium,& sic multo fortius aliæ accessiones fauorabiliores. 20 Tertio,quia si iam esset damnum commissum & adquisita obligatio tempore rescripti præsentati,certum est, quod non tolleretur, sed tantum differretur. Sed ex hypothesi tempore præsentationis imminebat, & iam gliscebat damnum in potentia propinqua,existens mox in actum,(cum res remedio nõ esset integra) exiens, vnde habetur pro facto,argumento l.penul.de testam.mil. vbi notat Baldus,quod potentia propinqua actui habetur pro actu,Panor.cons.91.col. 2.lib.2.

21 Quibus non obstantibus dico, quod istud interesse non differtur, sed committi impeditur quoniam huiusmodi rescriptum non continet simplices inducias compulsionis, vt in primo casu, sed veram & formalem dillationem debiti, & sic impedit moram committi, quia (quod fortius est) etiam commissam ex tunc purgaret consequenter non committitur istud interesse, etiam damni incursi, prout non committitur pendente dillatione, & cessante mora per notata supra hoc lib. quæstione 5. quemadmodum si creditor ipse dillationem dedisset,vel prorogasset:factum enim iudicis habetur, 22 pro facto partis.l.1.C.si in causa iud. l.si ob causam.C. de euiction. Sed si finita dillatione rescripti, non soluatur, & interim debebitur illud interesse ex tunc si quod iussum sit,non autem interesse præteritum pendente dillatione commissum, cuius non habebitur ratio, nisi in hoc quod iterum mora committatur, & interim poterit illud nouum interesse pignus æstimari iudicis arbitrio,nec tam arte restringi,vt alias fieri posset arg.u.l.& in contraria de vsuris.

23 Ex quibus sequitur, quod æque impeditur commissio pœnæ conuentionalis,ita quod si soluatur in termino per rescriptum,prorrogatio nulla debebitur:alioqui committitur cum effectu, quemadmodum cessante pœna, nouum interesse committi posset, vt diximus. Facit, quod istud rescriptum, licet sit datum causa miserationis: tamen non est datum absque causa, sed ex iustis causis, quæ vere supponuntur, & sic facit pulchre doctrina Bartol. in authentica ei, qui C. de tempor.appell.Facit etiam,quod secundum opinionem Saliceti Aretin.Fulgos.Decij,& Ripæ in.l.quod te,ad fin. si certum petatur, difficultas impedit moram committi, 24 etiam

etiam in obligatione quantitatis,sed istud vltimum periculosum est , & de iure verior & receptior est opinio Bartol.vt ibi dixit Paris.Moder. fateor quod iusta difficultas ex inopinato superueniens diminuat de ratione moræ etiam in debito quantitatis,non tamẽ tollit omnem eius effectum, licet sit iusta causa temperandi,vel restituendi boni iudicis arbitrio,prout totũ hoc negotium precipue in æquitate consistit.l.sequitur §.si seruum,de verborum obligationibus.l.quod si Ephesi in fine de eo, quod certo loco.l.mora de vsur.

Prædicta limita,vt procedant, in
25 rescripto bona fide obtento secus si vel postea de fraude, & subreptione appareat,quia non obstante sententia homologationis intermedia , a qua non fuit appellatum,quæ magis est prouisio quam diffinitio,tenebitur debitor,ad omnia damna,interesse,vsuras,vel pœnas conuentas retro,quia ex quo constat de fruſtratione,non debet esse impunita prætextu rescripti per fraudem obtenti,imo tanto punibilior est , quanto authoritate , & Principis,& publicæ potestatis abusus est debitor ad fruſtrandum,& damnificandum creditorem.

Idem si creditor ab initio præsentati rescripti ad litem vitandam consenserit homologationi,sub onere, vel protestatione damnorum,& interesse,casu quo causæ rescripti falsæ postea inuenirentur,vel appareat de malicia,& fruſtratione,de reliqua materia huiusmodi rescripti moratorij remitto ad textum.l.quoties.l. vniuersa.C.de precibus Imperatori
26 offerendis,vbi Doctores.l.33.tit.18. par.3.vbi Greg.plures refert Azebedo.l.2.tit.14.lib. 4. Recopilationis, numero.33.& sequentibus & Agricolarum fauore Senatus Gallæcus hæc rescripta concedi iusit anno millesimo quingentesimo, nonagesimo octauo,quo Gallæcia fame, & peste afflicta erat, nam pauperum, qui soluendo non sunt,lex, vel vir bonus,seu iudex moderatur exequutionem,seu solutionem ,argumento. cap.Odoardus de solutio. & ibi notata per Imol quodin Gallia practicari in pauperibus debitoribus, vt etiã creditoribus inuitis, iudicis officio non solum scindatur,sed etiam differatur solutio,vt partem singulis annis soluere possint,testatur Paris.Modernus in Labyrintho.diuid.2.part. num.49.

An autem rescripta moratoria,pro quibuscunque debitis locum habeant , in debito ex causa depositi vel iurato,vel debito,minoris , vel pensionibus domorum , vel rerum comestibilium,vel inuecturis , aut mercedibus,vide Boerium decisione 296.numero.4.& sequentibus Carrocium de locato. 4. parte.titulo de verborum significatione. quæstione.16.

Ex quæst. sequent.

Tutor debet refundere quantum damnum pupillus senserit ex eius pecunia in tuteris vsus consumpta,licet duplum excedat.num.1.

Et quid si non constat de specifico damno pupilli, & tutor dolose illius pecuniam consumpsit? num.2.

Tutor, qui absque dolo pupilli pecuniam consumpsit,debebat legitimas vsuras simili iure. nume.3

Et quid si ipse postea suam pecuniã in rem pupilli impendit. numero.18.

Quæ sint legitimæ, & quæ grauissimæ vsuræ.n.4.

Et quid si tutor ex pupilli pecunia plus commodi habuit, quàm sit legitima vsura. numero.5.

Pupillus quando possit rem adquisitam ex pecunia pupillari cũ fructibus, aut pecuniam cum vsuris eligere, n.6.

Et quid si tutor certam rem dolose acquisierit ex pupillari pecunia.n.7.

Res empta per tutorem ex pupillari pecunia est pupillo pro pretio, & vsuris hypothecata, numero.8.

Si tutor nihil adquisiuit pupillari pecunia in proprios vsus consumpta, cessat minoris electio, & debetur pecunia cũ vsuris. num.9.

Nec pupilli fauore, nec pro eius alimentis licet pupillarem pecuniam fœnerare.n.10.

Tutorem teneri pecuniam pupillarem in prædiorum emptionem collocare, vel in honesto lucro exercere,n.11.

Idem in bonis, mobilibus pupilli ibidem.

Tutor, qui ociosam habuit pecuniâ pupillarem tenetur ad interesse.num.12.

Et qualiter constabit de pupilli interesse, & tutoris negligentia, & cui incumbat onus probandi in hoc casu.n.13.

Quando oporteat tutorem cum pupilli pecunia negotiari.nu.14.& num.18.

Et an excusetur tutor a pupilli interesse propter pupillarem pecuniam ociosam ratione ignorantiæ.n.15.

Notatur Anton.ab Ayora dum pupillares vsuras voluit in praxim reducere.n.16,

Ll. ciuiles de pupillaribus vsuris quatenus hodie admitti debeãt num.17.

Tutor quando tenetur negotiari cũ pupillari pecunia.n.18.

Tutor, an possit petere vsuras suæ pecuniæ in rem pupilli impensæ.ibidem.

Tutorẽ teneri fructus pupillares vẽdere, & cum pecuniæ ex eis redacta negotiari. numero.19.

Et an debeantur vsuræ fructuum? ibidem.

An, & quando teneatur hæres tutoris ad interesse pupilli propter pecuniam pupillarem? numero.20.

An tutor teneatur pupillo ad interesse oportuni retractus omissi? num.21.

A legibus vsurarijs ad reditum nostrum vsitatum, an liceat arguere?n.22.

Tutor, qui pupillari pecunia reditũ a se

a se alteri debitum, redemit, ad quid pupillo teneatur? n. 23. & 32. & 33.

Contractus, & distractus sunt eiusdem materiæ n. 24.

Impossibile esse creditorem reditus, annui, posse sortem cũ reliquis exigere. n. 25.

An possit pupillus petere reliqua, & continuare reditum eius pecuniæ per tutorem redemptum a tutoris creditore? n. 26. & 34.

Quas vsuras pendebat tutor si empto fundo ex pupillari pecunia proprio nomine, minor maior factus eligeret pecuniam cum vsuris. numero. 27. & numero. 31.

Tutor, qui pupillari pecunia proprio nomine fundum emit, nequit minorem cogere, vt fundum cum fructibus recipiat. numero. 28.

Tutori acquirenti cum pupillari pecunia, vtilius est regulariter nomine minoris, quam proprio acquirere. n. 29.

Non tenetur tutor de subsequuta rei pro pupillo vtiliter emptæ deterioratione. n. 30.

Minor non potest eligere continuationem reditus, quem tutor pupillari pecunia redemit. numero. 34.

Et an eo casu possit sortem cum reliquis ex tempore redemptionis a tutore exigere. nu. 35.

Si tutor nomine proprio fundũ aui tum retraxit pupillari pecunia, an possit pupillum iam maiorem factum eligentem fundum iure proximitatis, & retractus excludere. numero. 36.

Et quid si pater pupilli erat mercator, & tutor eiusdem professionis, an finita tutela teneatur reddere rationem de lucro mercaturæ. num. 37.

En an, et quando tutor possit patris pupilli mercaturam, seu negotiationem continuare. numero. 38.

Casum istum non spectare ad taxationem vsurarum, sed eius quod pupilli interest compensationem. n. 39.

Quid perpẽdendum sit in taxatione eius quod interest. n. 40.

Bart. antea quam de iure responderet, consulebat mercatores, seu alios secundum casus exigentiam. n. 41.

Tutor, qui pecuniam pupillarem in suos vsus conuertit, & non est soluendo, extraordinẽ coercetur. n. 42.

Tutor, qui furandi animo in suos vsus pecuniam conuertit, aut res pupillares, furti accusari potest. n. 43.

An vsuræ pupillares currant vltra duplum quandiu tutela durat vel tutela non restituta. num. 44.

An in incidenti fœnore vsura debeatur vltra duplum. numero.45.

Tutor pupilli debitor debet a seme-ipso exigere.n.46.

Tutor, qui diu pupillarem pecuniam in suos vsus conuertit. an teneatur ad vsurarum vsuras. numero. 47. & sequentibus.

Vsuræ, quas tutor a se ipso debuit exigere, non exactæ, efficiuntur pupilli fors.n.45.

Vsurarum vsuræ nullo casu in iure permissæ.n.49.

Iustinianus omnem prorsus anatocismum sustulit.n.50.

Digestorum iure nõ caueri pecuniæ pupillaris vsuram in tutoris vsus conuersam sortem efficiri.n.51.

Explicatur tex.in.l.quoties. §.item si temporali de administr.tut. num.52.

Declaratur.l.qui negotiationem.§. ex ducbus, & §.fi.ae adminis. tuto.num.53.

Quamuis tutor, qui in suos vsus pupilli pecuniam conuertit, soluat vsuras etiam vltra duplum, non tamen vsurarum vsuras.n.54.

An pupillaris vsura currat finita tutela, & anterationẽ reddi tam.n.55.

Vsuræ pupillares finita tutela, non conuertuntur in sortem vsura riam, & fructiferam respectu tutoris, bene tamen respectu alterius noui debitoris. numero.56.

An interesse pupilli propter pecuniã in tutoris vsus consumptam, possit duplum excedere.numero.57.

An vsuræ venditori debitæ propter pretium non solutum, subsint dupli limitationi.n.58.

Limitatio dupli inducta in vero fœneratore, an & quando produci possit ad incidens fœnus. num.59.

Venditori re tradita quando currant pretij vsuræ vsque ad fructuum concurrentiam.nume.60

Et quid si fundus venditus nullos fructus ferat.n.61.

Et quid si ferebat fructus, quos vsura quinqunx excedebat. nume.62.

Et quid si fundi venditi fructus singulari emptoris industria, aucti fuerint.n.63.

Tutori indulgentur sex menses ad collocandas pecunias pupillares in prædiorum emptiones, & an illius temporis vsuras pendat.num.64.

Tutorem non teneri ad vsuras pecuniarum pupillo debitarum, si eas non exegit ex sententia Ayoræ, sed contraria eligitur. num.65.

Quæstio X.

De reditibus pupillaribus.

DIximus supra hoc lib. quæst. nona. plures esse speciales casus, in quibus ciuilia iura statuunt vsuras centesimas deberi, quorum vnus versatur circa vsuras, seu reditus pupillares, videlicet quando tutor, vel negotiorum gestor pecuniam pupilli in proprios vsus sua authoritate cõuertit: quæro igitur, an debeantur & exigi possint huiusmodi reditus pupillares? Primum excipiendi sunt casus qui certam, & apertam decisionis rationem habent, puta si constat quantum damni pupillus hac fraude & interceptione pecuniæ passus sit: hoc enim totum refundendum est quantumcunque centesimam, aut duplum excedat: spectat enim hic casus ad interesse casuale, & tum quod obligatio principalis sit in certa: tum propter dolum cessat limitatio dupli, & ita id etiam in praxi seruandum est. 1

Aut vero non constat de specifico, vel tanto damno pupilli & tunc aut tutor dolose versatus est, aut non. Primo casu puta quando habens contutores pecuniam pupilli clam intercepit, vel si solũ erat destinatam ad emptionem prædiorum, vel alium certum vsum pupillo vtilem, eo prætermisso, in vsus proprios conuertit, tunc de iure ciuili debet centesimas. l. qui sine de negotijs gestis. l. tutor, qui repertorium. §. quidã solent. l. non existimo de administr. 2

tuto, quæ nominatim loquuntur de maximis, & grauissimis vsuris, & sic de centesima cum non esset maior, & grauior in iure, & hoc obseruandũ erat, nisi quatenus ex iusta causa (quę multę in magna gestione esse possunt) moderandum, aut remittẽdum iudex arbitraretur: puta si tutor hãc fraudem alijs officijs compensauit, alioquin etiam mulctati, vel extraordinarie, & criminaliter puniri dolosus tutor poterit. Secundo casu quando tutor non fuit in dolo: puta si cõtutorum consensu sibi fænerauerit, vel cum solus tutor esset, sibi credita adscripsit, cum non appareret pupillum indigere: hoc enim facere poterat. l. quoties. §. non tantum de administr. tuto. & tunc debebat quidem omnino vsuras, non autem centesimas, sed legitimas. Intelliguntur autem hic legitimæ, quæ communiter cõcedebãtur de iure: puta besses iure Digestorũ, semisses vero post. d. l. eos. §. 1. & eas, nisi minores in regione frequentarentur: quia tunc de illis intelligitur. d. l. tutor qui. §. ex cæteris de administr. tuto. & sic Accurs. ibi, & in. l. si curator. C. arbitrium tutelæ male confundit grauissimas, siue centesimas cum legitimis: quia quando lex loquitur de maximis, vel grauissimis, specialis est dispositio in pœnam dolosi, cum autem de legitimis, intelligitur de communibus. 3 4

Quid si tutor in vsum suum bona fide conuertendo plus habuit commodi, quam sit legitima, seu commu- 5

nis

nis vſuras? Reſpond. adhuc non debebatur vltra legitimam, ſiue ſemiſſem, quod ſatis indicant dicta iura: ideo enim hic taxant legitimam, vt vice tranſactionis ſit ſiue plus, ſiue minus tutor lucretur, & alioquin illuſoria eſſet ea taxatio. Sed adiſtud ma- 6 ximum aduerte, quia in contrarium facere videtur, quod ſi tutor de pecunia pupilli fundum nomine proprio emit, electionem habet pupillus maior factus, vel ratificando, ſeu potius in ſe transferendo negotium, vindicare fundum, & conſequenter ſibi rationem exigere de fructibus, & ſic totum commodum auferre, ſicut ſi nomine ſuo emptus eſſet, vel hoc omiſſo, & fundo cum fructibus tutori relicto, petere pretium cum vſuris legitimis. l. ſi curator. C. arbitrium tutelæ, idem probat. l. 49. vbi Greg. glo. verb. *en guarda*, tit. 5. p. 5. Solutio talis eſt, quod iſtud contrarium procedit quando certa res ſupereſt adquiſita, vel ius formatum immediate pecunia pupilli, vel minoris per adminiſtratorem ſuum nomine proprio adminiſtratoris adquiſitum, ſiue fundus emptus, ſiue nomen, vt ſi pecunia fœnerata ſit: tunc enim eſt quod eligi poſſit, & ſic eſt pupilli, vel maioris facti electio: eſt caſus in. d. l. ſi curator. l. ſi tutor, quando ex facto tutoris facit. l. ſi vt proponis. C. de rei vendicatione, & tunc ſiquidem eligat rem adquiſitam non poteſt petere pretium nec eius legitimas vſuras, ſed re qualis eſt cum fructibus (ſiqui ſint) vel nomen adquiſitum, quale eſt cum vſuris conuentis, perinde ac ſi acquiſitum eſſet nomine ſuo, & ſi plures res ſint adquiſitæ per eundem tutorem, non poteſt bonas adquiſitiones, ſiue rerum ſiue nominum acceptare, malis repudiatis, vel in aliquibus rem adquiſitam cum fructibus, vel nomen cum vſuris conuentis eligere: in alijs verbo pretium cum vſuris legitimis petere, ſed tenetur omnia (bona tamen fide vt dixi) adquiſita in totum acceptare cum omni commodo, & incommodo, vel in totum tutori relinquere, ex. in. d. l. tutor qui. §. ſi tutor pecuniam & in. l. tum quæritur de adminiſtra. tutorum. Secus ſi conſtat, quod tutor certam adquiſitionem dolose fecerit, vel in fraudem pupilli: quia tunc licebit hunc repudiare, & pretium cum vſuris, non ſolum legitimis, ſed etiam centeſimis petere, ſi tutor damno pupillum afficere voluit, manente nihilominus in reliquis adquiſitis prefacta electione. Quod enim pu- 8 pillus omnia adquiſita eligere, vel omnia omittere cõpellitur, ex æquitate inductum eſt, ne tutor damno afficiatur, qua æquitate indignus eſt, & priuatus, quaterus ex dolo ſuo conueniri poteſt, argumento. l. ſi plures in fin. de adminiſtratutorum. Sed ea ſũ, quo pupillus nolit rem adquiſitam extantem habere tamen eam pro pretio, & vſuris legitimis hypothecatã. l. 3. in princip. de rebus eorum. Si vero non ſubeſt certa res adquiſita 9 de pecunia pupilli, ſed eam tutor alit er bona fide, vt ſupra in vſus ſuos conuertit, puta creditorius ſoluendo, vel negotia ſua expediendo, vel eriã mercaturam exercendo: tunc cum non ſit quod eligatur, non adaptatur ſed ceſſat diſpoſitio. d. l. ſi curator. d. l. ſi tutor, & ſolum ſupereſt actio ad pecuniam, & vſuras legitimas, & procedit quod dixi tutorem bonæ fidei. ſi forte ſuper lucratus ſit, non teneri de toto lucro calculum inire, ſed ſolum de vſuris legitimis.

Hæc eſt ſumma vſurarum pupillarium de iure ciuili, quo ita cautum erat: quia permittebantur vſuræ, & ideo tenebãtur tutores ſtatim acceptæ tutelæ, vel prædia emere ex pecuniis pupillaribus, vel caſdẽ pecuniis

iuxta

iuxta vsurarum modum fenori dare l. tutores 2. C. de administ. tuto. l. quoties in princip. ff. eodem. At vero quia
10 vsuras iure diuino, & naturali, & canonico prohibitas esse diximus hoc lib. quæstione 4. nec pietatis causa licet vsuras exercere, c. super eo de vsuris, necessario fatendum est nec pupillorum fauore, nec pro ipsorum alimentis licere tutoribus pupillares pecunias fenerare. Vnde a diminenda non est dubitandum nouella Constitutio de his, qui obligant se habere res minorum. §. quoniam collatione, 6. & l. 1. C. de administratione tu
11 toris, neque etiam exaudienda sunt iuris consultorum responsa. l. qui sine de negotijs gestis. l. tutor, qui repertorium. §. pecunia. l. non existimo de administ. tuto, quatenus habent tutorem, qui pupillarem pecuniam in proprios vsus consumpserit, teneri vsuras soluere. Verum tamen est tu
11 torem teneri pecuniam pupillarem, vel in prædiorum emptionem expendere, vel illam exercere in aliquo lucro, & quæstu licito secundum consuetudinem, vel regionis mores tradunt Bart. & alij. l. Diuus Seuerus. ff. ad. l. falcidiam, idem in d. l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem Decius cons. 192. Palac. Rub. in repetitione capituli per vestras pet. text. ibi notabili. 6. §. 7. de donatio. inter virum tradit Iodocus Damouderius in suo pupillorum patrocinio. c. de pupillorum interesse nu. 45. & seqq. idem in mobilibus, quia tutor ex eis prædia idonea debebat comparare, aut eis non inuentis fenerari. l. tutores. l. 2. C. de admi. tuto.
12 Ex quo fit hodie tutorem, qui pupilli pecuniam ociosam habuit, vel in proprios vsus conuertit, teneri pupillo ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, tradit eleganter Socinus cons. 2. num. 16. & seq. lib. 1.
13 in specie resoluit Couar. lib. 3. var. c. 2. num. 1. sequitur Baeza de decima tuto. c. 2. nu. 95. Ioan. Bap. Lup. de vsuris commentario 31. §. 1. numer. 40. Iodocus Damouderius in patrocinio pupillorum, tit. de pupillorum interesse. numero 43. & 52. & seq. Surdus decis. 179. nume. 10. oportet autem probari huiusmodi interesse iuxta notata sup. hoc lib. quæstione 5. & in specie Bart. in d. l. tutor qui repertorium. §. post depositionem, Iodocus Damouderius vbi supra. nume. 10. 70.
13 Constabit autem pupilli interfuisse, si fuerint prædia venalia, quæ ipsi habuisse expedierit, vel si potuit tutor pupillarem pecuniam tradere mercatori ad partem honesti, & licuti lucri recipiendam, vel in emptionem annuorum reditum secundū regionis mores collocare, & domi ociosam in arca habuit vsque in diē rationis reconditam, his enim cōuincitur tutoris negligentia in negotiando cū pupillari pecunia ex Bar. d. l. tutor qui repertorium. §. qui post. depositionem in fin. de administ. tuto. per tex. in auth. vt hi, qui oblig. se perhibent habere res minor. §. penult. Bar. sequuti sunt plures, quos refert Menoch. de recuperanda poss. remed. 7. num. 23. & lib. 2. de arbitr. casu 49. n. 6. vbi habet pupillum probaturum hanc tutoris negligentiam, & suum interesse, idem tenuit Petr. Surdus in tracta. de alimentis tit. 9. quæstione 28. num. 16. & cons. 39. numero. 15. deinde conuincitur negligentia tutoris si liquido constet pecuniam in suos vsus conuertisse. l. fi. C. de administratione tut. l. a tutoribus. ff. eod. Iodocus in patrocinio pupillorum tit. de pupillorum interesse. n. 66. 70. & 73.
14 In quo multum deferendum est iudicis arbitrio, non enim semper

opor

oportebit cum pupillari pecunia negotiari, sed tunc demum cum in pupilli patrimonio sit notabilis pecuniarum quantitas, vt cum ea possint prædia, vel reditus annui comparari in minoris vtilitatem, secus si sit tenue peculium, aut necessarium ad alimenta pupillo præstanda, vel etiam in prædiorum culturam, & bonorũ pupillarium administrationem erogandum, ita quod non supersit nota bilis quantitas ad noua prædia, aut reditus adquirendum l. ita autem. ff. de adminis tra. tuto. cuius verba sunt, *(ita autem depositioni pecuniarum locus est, si ea summa coram adesse possit, vt inde ager comparari possit, si enim tam exigua esse tutela probabitur, vt ex numero reflecto prædium puero comparari non possit deposito cessat,)* & per eũ rex. ita notauit glo. verb. prædiorum in l. nihil C. de administratione tuto. & Albericus l. Seio. n. 4. de in integrũ rest. & in specie Anton. de Ayora in tract. de partitione bonorum. 1. p. c. 4. nu. 32. eleganter Iodocus Damoderius in patrocinio pupillorum. d. tit. de pupillorum interesse, num. 70. facit tx. in authentico, vt hi qui obliga se perhibent. §. fin. vbi si pupilli quantitas sit modica non tenetur tutor fœnerari, sed illud facere, quod in suis faceret.

15 Nec excusandi sunt tutores quominus huiusmodi interesse pupillis resarciant propter ignorantiam quæ crassa est & supina, & nullo modo excusat a pupillari interesse vt resoluit Iodocus vbi sup. n. 62.

16 Ex prædictis cauendum est ab iis quæ scripsit Anton. Ayora in. d. tractatu de partitione bonorum. 1. p. c. 4. ex num. 28. quo loco videtur iuris consultorum responsa de vsuris pupillaribus loquentia in vsum, & praxim reducere, quod ante alij tenauerant, quos merito reprehenderunt D. Couar. lib. 3. var. c. 1. num. 1. Ioan. Bapt. Lup. de vsur. cõmen. 3. §. 1. n. 40 in fin.

17 Nam consultorum responsa quatenus pupillares vsuras solui iubebãt, fuerunt emendata partim iure authenticorum ex authent. vt hi, qui obl. se habere perhib. §. quoniam autem collatione. 6. & authentica nouissime. C. de administratione tuto. sed omnino iure canonico, quia erant diuinæ illi iuri diuino, & naturali contraria, atque ita iam in praxi non sequimur iuris ciuilis vsurarum pupillarium taxationem, sed solum pupilli seu adulti olim finita tutela, aut cura tela agent contra tutores ad id quod ipsorum interest pecunias pupillares in prædiorum, vel reditum coemparationem, vel societatem honestã fuisse erogatas, vt interesse verum, vel probabile ipsis resarciatur, vt optime tradit Iodocus vbi sup. nu. 56. & seq.

18 Nec dicas nos tota nocte laborantes in perscrutandis legibus de vsuris pupillaribus nihil capere, cum eas merito correctas, & abolitas dixerimus: est equidem earum intellectus hodie in praxi admodũ necessarius, & frequens: quia quibus casibus tutor, aut curator tenebatur pupillarẽ, aut adulti pecuniam fœnerare, & quibus casibus pendebat vsuras pupillares eisdem hodie tenetur eandem pecuniam in emptionem prædiorũ aut reditum animorum expendere, aut honesto lucro, iuxta regionis mores exercere ex Barto. & communi, in l. diuus Seuerus ad l. falc. & in l. tutor qui repertorium. §. qui post depositionem de admin. tuto. quod si tutor negligens fuerit in prædictis tenebitur ad interesse, vt per Couarr. vbi supra, & Baezam de decima tit. c. 2. num. 93. Igitur in summa sit regula, quod tutor, vel curator nouo iure.

iure ciuili authenticolum non tenetur minoris pecuniam fœnerare, sed caute reponere, & seruare, nec tenetur ad vsuram, aut interesse, vt nouè statuit Iustin. in auth. vt hi qui obligare se perhibent. §. quoniam habetur in authen. nouissime. C. de administra. tuto. quod Iusti. constituit, eo quia Dei memoriam habentes propter fœnerandi necessitatem difficulter minorum tutelam suscipiebant.

Hæc regula limitatur. n. ab eod. Iust. si tutor sponte mutuare voluerit & tunc habebat tutor duorũ mensũ per singulos annos inducias, pro quibus mensibus vsuras non petebat, vt in. d. §. quoniam verũ si vero ipse. 1 2

Secũdo limitatur si bona pupilli sint mobilia tunc enim tenebatur tutor fœnerare quantum sufficeret ad pupilli, suarumque rerum sustentationẽ & reliquum caute recondere, vt probatur in. d. §. quoniam verũ quod si mobilis & d. authentica nouissime. 2 2

Tertio limitatur si pupilli quantitas sit modica, ita quod ex reditibus pecuniæ passi nõ possit pupillus: tũc enim tutor tenetur illud facere, quod in suis faceret, vt probatur text. d. authi vt hi qui obligatas se perhibent. §. fi. Quarto limita si tutor in proprios vsus pecuniam pupilli consumpsit, quia tunc tenebatur ad vsuras, & hodie tenebitur ad interesse, vt dixi supra hac quæst. num. 3. Hoc sublimita si postquam tutor pecuniam pupilli consumpsit in suos vsus aliam, vel partem ex suis numis in rem pupilli impendat, quia statim fit compensatio, & desinit vsura pupillaris currere l. quid ergo. §. consequitur. ff. de contra. actione tutelæ, vbi vide, an tutor possit petere vsuras propriæ pecuniæ impensæ in rem pupilli. 2 2

19 Illud etiam notandum est non solum teneri tutorem cum pupilli pecunia negotiare, vt dixi, sed etiam teneri fructus bonorum pupilli vendere, & ex eis redactam pecuniam ad lucrum honestum dare ex. l. fi. C. de administra. tuto. Romano, consilio 188 incipit, in hac causa. col. 1. n. 4. Baeza de decima tuto. c. 2. num. 92. & idem voluit Ayora de partitione bono. 1. p. c. 4. num. 28. vbi adijcit tutorem qui pecuniã ex fructibus eiusmodi redactam in proprios vsus convertit, vel otiosam habuit: teneri ad vsuras, sed videtur obstare text. l. nec eorum. ff. de vsuris vbi probatur fructuum vsuras non deberi, & ita quãdoque in Regio Senatu Gallæco vidi in rationibus distrahendis vsuras fructuum pupilli denegari, sed text. ille meo iudicio non obstat: quia loquitur in fructibus qui petuntur, & veniunt in diuisorio officio, vel actione particulari, vt ex eius contextu patet: at nos sumus in fructibus debitis actione generali qualis est actio tutelæ glos. verb. vt proinde in. l. 1. de edendo, & ibi DD. In iudicio autem generali fructus sortem augent. dict. l. fi. §. fi. C. de administ. tuto. ibi, *Quæque ex venditione fructuum colliguntur pecuniæ cumulabit pupillorum substantia administretur*: & cũ fructus sortẽ, seu rem petitam augent, debentur fructuum vsuræ, vt est text. optimus in hæres furiosi. §. fructuum. ff. de petitione hæred. vbi vide Paulum Castr. in lect. Auenionensi, qui optime distinguit quando fructuum vsuræ debeantur: vnde in actione tutelæ idẽ obseruandum videtur in pecunia ex fructibus redacta, quod in aliis pupillaribus pecuniis circa earum vsuras, seu pupillorũ interesse diximus: quia cum pecunia ex fructibus percepta sors efficiatur, vsuræ ex ea deberi possunt iuxta text. l. tutor, qui reperiorium. §. fi. vers. *si vsuras exactas*, de administra. tuto. & ad hoc facit: quia quamuis interesse alterius interesse

resse regulariter non debeatur, vt alibi diximus, tamen id intelligendũ est in vno, eodemque debitore, & creditore: quando autem quis soluisset pro alio debitum, & interesse, posset postea ab eo, pro quo soluit petere non solum interesse sortis principalis, sed etiam interesse illius interesse solutionis: nam quo ad soluentem, totũ quod soluit tertio, sors est, glo. l. 1. ver. vsuranum. C. de dolo. Vincent. de Franch. decis. 254. num. 15. Similiter licet alius pupillaris fructuum debitor, non teneatur ad fructuum vsuras iuxta. d. l. nec eorum tamen tutor qui fructus ipsos exactos consumpsit in sui vtilitatem, ad vsuras tenebitur: quia non accessionis, sed sortis debitor existimatur. Vnde Caualcanus de cisara in. 30 non recte dixit vsurarum vsuras deberi in actio. pupillaribus, idem ipse Caualcan. de tutorum. numer. 116. quod expendandum est quia nec pupillorum fauore debentur, nec exigi possunt. Mira vsurarũ nodositas. d. l. autor, qui reperitur ff. l. quæsitum, de administra. tuto. quia vbi vsuræ sors efficiuntur, & ideo ex eis debentur vsuræ, quod etiam in mutuatarii actione locum obtinet ex tex. ibidem que. §. ff. ad vanda. [illegible]

20 Nec omittendum est non solum tutorem teneri ad interesse propter pupillarem pecuniam in proprios vsus consumptam, sed etiam eius hæredem, vt probat. l. cum ostendimus in principio vers. vsuras. ff. de fideiussoribus tutorum. Ludouicus Roman. consi. 139. nume. 5. Idem locus d. titul. de interesse pupillorum. nume. 48. quod videtur intelligendum de lucro cessante, vel emergenti damno propter dolum tutoris, qui pecuniam in suos vsus conuertit, vel propter latam culpam ex tex. l. curatoris. C. de negotijs gestis, vel propter dolum ipsius hæredis vt probat, tex. d. l. cum ostendimus, secus si prouenit damnum, vel cessauit lucrum negligentia, vel leui culpa tutoris: quia de ea non tenebũtur hæredes, vt in specie notauit Auora. d. c. 4. num. fi. pro quo allegat. l. fin. C. de inlitem iurando, melius posset allegare tex. l. 1. C. de hæredibus tutorum, qui hoc limitat tribus modis, q mirum non est: cum nec de propria negligentia hæredes hoc casu teneantur ex tex. d. l. cum ostendimus.

An autem tutor teneatur pupillo ad interesse omissi opportuni retractus, ex prædictis decidi potest, vt in specie decidit Iodocus. d. tit. de pupillorum interesse. num. fi. Sed quia diximus in tertia quæstione huius libri licere a legibus vsurarijs ad nostrum vsitatum reditum arguere, vt materia ista de pupillorum interesse magis clucescat, cum tu admodum frequens in iudicijs, pergamus ad decisionem aliquam in quæstionum. Quæritur igitur, tutor debebat non reditus redimibilis, pro mille quas nouerat, redemit de pecunia pupilli bona fide, videlicet in rationibus pretium inter accepta referendo, cum esset pupilli pecunia deiecta, hoc est cum nec pupillus egeret, nec ei necessitas foret acquirere, prout regulariter nõ tenetur tutor acquirere, vt habetur. C. de administra. tuto. quæritur intelligenda est, vt iuper diximus. An pupillus tenetur petere posse pretium, seu forte mutuo cum reliquis impendijs tempore a dicta redemptione, videtur quod sic absque dubio. Primo, quia potest petere pretium cum vsuris: ergo cum illis, quas prius soluebat tutor, & a quibus liberatus est de pecunia pupilli, de qua videretur alioquin locupletari cũ iactura pupilli. Secundo quia de bonis pupilli liberatus fuit ad centum annuis: ergo videtur ea à pupillo accepisse tex. in. l. si quis

obliga

obligatione de reg.iur.l.quin etiã de calumniat.l.si mulier de conditione causa data,& accipere,vel liberari paria sunt,etiam si de implemento conditionis agatur l.si fundum,§.Titio
24 fundum deleg.1.Iulianus de conditionibus,& demonstra.ergo centum annua cũ sorte debet restituere. Tertio,quia huiusmodi redemptio eiusdẽ iuris,& rationis est,sicut emptio nouus reditus:quia cõtractus & distractus eiusdẽ sunt naturę.l.de tutela C. de in integr.rest.minor. Bart.l.& qui dẽ de cõditione furt.sed si reditum de nouo acquisiuisset nomine suo de pecunia pupilli,posset pupillus petere non solũ ius reditus sibi cedi,sed etiam reliqua omnia præteriti tẽporis,etiã per tutorẽ exacta:igitur si tutor redimit simpliciter nomine suo, id est simplici redẽptione,non cõsituendo se debitorẽ similis reditus erga pupillũ,tunc cũ nõ subsit reditus, vt pote resolutus,& extinctus debet reddere pretiũ,q. loco reditus redẽpti subrogatur,& etiã reliqua præteriti tẽporis,qualia soluisset,& a quibus beneficio pupillaris pecuniæ liberatus
25 fuit.In contrariũ videtur: quia sequeretur quod maior factus posset exigere reditũ ad rationẽ quatuordecimę non solũ pro præterito,sed etiam pro futuro tẽpore,donec sors redderetur & nihilominus quando vellet fortẽ aliquis exigere,q. est absurdum. Im o impossibile per prædicta supra lib.2.q.14.
26 Aduerte,hæc quæstio potest dupliciter proponi,primo vtrũ possit præfata reliqua pretere,& nihilominus sortem cum volet cum reliquis vsque ad tempus sortis redditæ,& non videtur vtrumque posse. An vero possit exigere reliqua præterita,& etiam continuationem in futurum donec sors restituatur,vel redimatur abdicando potestatem compellendi ad restitutionẽ sortis,& videtur hoc posse:sed adhuc nõ est quęstio cuacuata: remanet enim tertiũ mẽbrũ,an possit habere reliqua præterita præcise pro tẽpore præterito,quo durauit tutela tantum,& sortem exigere,absq, eo q. deinceps currat reditus pro futuro tempore,inter finem tutelæ,& restitutionẽ sortis. Ad pleniorẽ resolutionẽ & pluriũ quæstionũ elucidationẽ formo duas quæstiones sequẽtes.
27 Prima de emptione fundi facta a tutore nomine proprio de pecunia pupilli,quia maior fact⁹ eligit pretiũ cũ vsuris(vt potest) quantæ sint illæ vsuræ,videtur q. semisses secundum ius cõmune,q. aliqui dicunt non esse correctũ in cẽtesimis pupillaribus,& sic nõ videtur correctum in reliquis legitimis pupillaribus vsuris,sed non sequitur:quia centesimę illæ non habent locũ,nisi cõtra dolosum,qui dignus est vt egestate laboret.l.bona fides depositi,& adhuc iudex debet arbitrari,vt dixim⁹,sed legitimę veniũt etiã citra dolũ,quin etiã citra culpã: ideo cũ nõ sint nisi cõpensatio interusurij,quæ est ad rationem quincuncis,vt sup.hoc lib.q.7.& sic cõcludo quod hæ vsuræ non debebant eo iure hanc metam excedere,poterant autẽ,& regulariter his casibus debebãt tãti æstimari,ideo si tutor vili pretio emerat,ita quod fructus excederent has vsuras,hoc cedebat lucro tutoris,sibique imputabat si pupill⁹ maior factus maluisset modicã pecuniã cũ his vsuris,quam vberiorẽ fundum cum ampliorib⁹ fructibus. Si vero tutor caro pretio emisset,ita quod vsura excederet,nihilominus tenebatur præcise pretium cum his vsuris restituere,si pupillus,vel adultus elegerit.
28 Nec liberabatur tutor offerendo fundum cum fructibus a tempore contractus:quia non acquisierat nomine tutorio,sed pro

prio,ideo ſibi imputari debet, quod nullo modo poſsit cogere pupillum ad recipiendum cum fructibus fundum. Et ſic regulariter tutori, vel cu
29 ratori de pecunia minoris acquirenti vtilius eſt nomine minoris adquirere,quam nomine proprio: quia ſi nomine proprio:nihil potius agit:quoniam nihilominus minoris erit electio.d.l.ſi curator.C.arbitrium tutelę ſed in nomine minoris,tunc regulariter minor non habet electionem, ſed tenetur acceptare acquiſitionē, & liberatur tutor,vel curator reddendo rem acquiſitam cum fructibus, etiam ſi valor rei decreuerit,dummodo acquiſitio tempore ſuo recte, pru
30 dēterq;facta fuerit prominore,cuiāliter expediebat emi. Tenebiturenim minor acceptare non inſpecto,quod poſtea caſu contingit,nam ſufficit tutori bene,& diligenter negotiū geſſiſſe,& ſi euentum aduerſum habuerit,quod geſtumeſt:l.quid ergo.§.fin. ff.de contra.actione tutelæ.l.vero.§. ſciendum de minoribus.l.ſed an vltro.§.1.de negotijs geſtis:quin etiam circa ſubſequentem nomi:nis deteriorationem, non tenetur tutor niſi de lata cūlpa.l.2 C.arbitrium tutelæ,& prædicta noſtra diſtinctio clare probatur in,l ſiquis putans.§. ſiue autem communi diuidūd.vbi ſiquid ſocius communi nomine fecerit,nō debet, nec damnum,nec lucrum ſentire,ſcilicet ſolus,ſed tātum pro parte ſocietatis participare:ſivero non communi nomine,ſed vt lucretur,ſolus, tūc damnum ad eum ſolum ſpectat, hęc iure ciuili plene procedunt.

31 At iure noſtro ſi minor eligat pretium fundi pupillari pecunia, & nomine tutoris empti,non habebit vſuras prædictas,ſed intereſſe iudicis arbitrio moderādū ratione dāni emergentis,aut lucri ceſſantis,vt ſup:dixi.

32 Secunda quæſtio de emptione reditus ad rationē quatuordecimæ. Breuiter idem,q; in præcedenti:ſi enim tutor nomine proprio emerit, habet pupillus præfatam electionē, & caſu quo eligat,reditum,habebit,qualem bene,vel male collocatum cum reliquis,quæ tutor exegit,aut exigere debuit cui ſufficiet cedere actiones, vt nihil hoc caſu lucretur, nec amittat,niſi quatenus culpa ſua, ſiue non exigendo,ſiue nō intercedendo ſubhaſtationibus bonorum debitoris, aut alias nomen deterioratum eſſet, quæ culpa(demum lata.d.l.2.C.arb. tut.)venit in actione tutelæ. Quo vero caſu pupillus elegit pretium,de iure ciuili habebat illud cū vſuris quincuncibus a tēpore emptionis:non autem reliqua reditus: quoniam eſſet iniuſtum ex quo non approbat contractum:tum eſſet iniquum,& vſurarium,ex quo repetit,& exigit ſortem per notata ſu.lib.2.q.14. & hoc caſu ſiquidem tutor recte collocauerit pecuniam, lucrabitur ſuperfluum reditus,etiam pro tempore prætērito:q; ſi tutor male collocauerit reditum,aut poſtea quocunque caſu deterioratus ſit,ſuum eſt periculum,neque poteſt eum reditum obtrudere pupillo, ex quo proprio nomine emit. Si vero nomine pupilli tunc ſiquidē tēpore cōtractus expediebat pupillo talē reditū emere,& tutor diligenter in acquiſitione verſatus, nec eius culpa ſaltē lata,nomen deterioratum eſt, tenebitur maior factus acceptare reditum,qualis eſt,etiam deterioratū.

33 Ex ijs prior illa quæſtio clariſsime diſſoluta eſt,videlicet quādo tutor de pecunia pupilli redemit reditū a ſe debitū(vide tria illa mēbra ſup.hac q.n.27.& ſeq.)eſt enim clarū q; maior fact⁹ nō pōteligere primū,videlicet exigere fortē cū reliquis quatuor decimæ præteritis: hoc enim cederet in improbum fęnus, niſi daretur

pupilli

pupilli interesse, quod hodie posset exigere, vt supra dictum est. Æque
34 etiam clarum est, quod non potest eligere secundum, videlicet continuationem antiqui reditus donec redimatur, quia extinctus est, nec fuit acquisitio reditus, sed luitio, & suppressio, & sic non est locus dict. l. si curator. C. arbitrium tutelæ, nec l. si vt proponis. C. de rei vendicatione, & similibus: quia nulla res acquisita fuit, sed mere luitio facta est: faciunt quæ infra dicam de vno ex socijs reditum à se solo debitum de com-
35 muni redimente. Nec etiam potest eligere tertium: quia saltem pro illo tempore præterito esset improbum fœnus, quod nullo tempore licitum est: dicendum, quod tantum poterit ciuili iure sortem repetere cum vsuris quincunçibus a tempore dictæ redemptionis, hodie vero sortem repetit cum vero, aut verisimili interesse, vt non semel admonui ista quæstione & superfluum lucratur tutor, & satis lucratur pupillus, cui periculo tutoris omnino seruatur sors cum vero interesse, nec debet totum lucrum auferre, cum ad eum non spectet periculum, vt etiam probat tex. in d. l. tutor, qui. §. si tutor, & sic tota hæc quæstio euacuata est.

36 Sed quæro, an tutor in fundo de pecunia pupilli a consanguineo tutoris proprio nomine empto, siue iure proximitatis ab extraneo emptore retracto, possit pupillum eligentem fundum eodem proximitatis iure euincere, vel excludere. Et similis quæstio si tutor fundum auitum sub faculate redimendi venditum ea expirante de pecunia pupilli sui redimeret. Breuiter veritas est, quod sic, cum res esset ei oneri subiecta erga tutorem, & sic idem, ac si certius, vel alius tutor eidem pupillo emisset, ad quem non nisi cum one-
re suo transiuisset: iunt enim apud nos huiusmodi actiones in rē scriptæ, vt resoluit Anton. Gomez, in l. 70. Taur. numero fin. & dixit Paris. Modern. ad Alexand. consilio. 100. lib. 1. & sic in his cessat æquitas, & ratio d. electionis,

37 Sed fingamus nunc quod decesit mercator relicto pupillo sub tutela fratris, vel patrui mercatoris eiusdem professionis, qui tutela finita reddit rationem de pecunia in hæreditate inuenta, super qua sumptus, & alimenta pupilli deducit: dicit maior factus, quod debet reddi ratio etiam de lucro mercaturæ pro rata d. pecuniæ, quia tutor interim vsus est, saltem verisimile est, quod non tenuit eā multis annis ociosam, quæritur an & quanta veniet vsura? Respondeo iste casus non spectat proprie ad vsuram, sed ad rei persecutio-
38 nem, aut ad id, quod casualiter interest. Ratio quia tutor iste poterat de pecunia pupilli ad hoc destinata, eādem paternam negotiationem continuare, & ad hoc tum ex qualitate pupilli patris eius, & familiæ, tum ex qualitate tutoris: tum ex destinatione pecuniæ, rerumque hereditariarū tenebatur exercicium istud mercatile, non obrumpere, sed continuare, aut per institores secundum consuetudinem talium mercatorum continuari curare, argumento text. in l. si negotia. ff. de negotijs gestis gloss. in authent. vt hi qui oblig. §. si vero, tradit Socinus in consil. 24. num. 44. lib. 1. vbi dicit secus esse si pater pupilli nō erat mercator, nec solitus negociari, vel si tutor non erat industrios, nec habilis ad huiusmodi exercitium, sequitur Barza de decima tutoris. capit. 2. numero. 103. Igitur tutor mercator negotiationem patris pupilli solitam omittendo ipso facto moram cōmisit, & inusus suos

conuertendo dolum,& fraudem per
petrauit. Vnde tenetur in id, quod
interest,quæ est obligatio principa-
lis,& non accessoria:quia principa
liter tenebatur hoc casu nomine pu 41
pilli,seu ad eius commodum nego-
39 tiari. Merito casus iste non spectat
ad taxationem legitimæ vsuræ, vel
interusurij, sed ad æstimationem
eius,quod casualiter interest,& prin
cipaliter debetur,quod cum in facto
consistat,id est circunstantijs perso-
narum,locorum rerum & temporis
cuiuſque casus subiecti. l. quatenus
de regulis iuris i nulla certa taxa-
tione,vel regula diffiniri potest, sed
quantum in subiecta quaque hypo-
thesi vere interſit, subtiliter omni-
bus consideratis bonus iudex per-
pendere,& æstimare debet. l. vnica
C. de sententijs,quæ pro eo,quod in
tereſt,& dixi supra hoc libr. quæstio- 42
ne.4 & memini ante multos annos
in Senatu Gallæco in quadam parti
culari causa taxatum,& æstimatum
mercatori huiusmodi interesse ad
rationem vnius in quatuordecim.
& in licitis negotiationis non posse
taxari interesse pluſquam ad ratio-
nem annuorum decem incentum
est tex.in.l.9.tit.18.lib. 5. Recopila- 43
tionis.

40 Sed hoc non potest esse perpe-
tuum cum semper alia negotiatio sit
alia fructuosior,imo eadem sæpe pro
tempore varietur,in vna præponde
rat industria pecuniæ, in alia e con
uerso alio tempore maior est pecu
nia fidelium institorum maior alia,
cui res pupilli non debent temere
committi, quæ omnia in hoc inte-
resse,& iudicando, & taxando
considerari debent deducto sem
per salario institorum: quare in istis
rebus iudex non potest consultius
versari,quam omnibus totius negoti
circunstantijs exacte perpensis
bono insuper,fidos, & expertos eiuſ-
dem professionis negotiatores super
veritate consuetudine,& quantitate
huiusmodi interesse, consulere
exemplo egregij præceptoris Barto.
qui quando volebat respondere su
per aliquo casu, consulebat merca
tores rusticos,& alios secundum ca-
sus exigentiam,quo summum hono
rem est consequutus,Bald. capit.1.
columna.4.de successione feudi.Re-
but.l.vnica.C. de sententis, quæ pro
eo,quod interest notabili. 9. & sæ-
pius sum expertus quantum hæc pro
sit consultatio. nam vt inquit bonæ
memoriæ Pius.V.Pont.Max. in mo
tu proprio confirmante nobilis ar-
tis agriculturæ priuilegia,*de rebus spe
ctantibus ad artem, nullus magis,quã
ipsi de arte cognoscere, & terminare
valent.* Quoties ergo tutor poterat
& tenebatur pupillo negotiari, &
non fecit, & tanto magis si etiam
per fraudem in vsus suos conuertit,
tenetur in totum,quod interest, vt
etiam si soluendo non sit extraordi-
nem coerceri possit.l.ob fœnus de ad
ministratione tutorum, tradit Bae
za de decima tutoris.capit.2. nume-
ro.94. & sic hoc non spectat ad ma-
teriam vsurariam,in qua de simplici
promiscuo interusurio agitur. Quod
si tutor dolose in suos vsus pecuniam
aut res pupillares animo furandi,
conuertat,potest accusari furti,tra,lit
Petrus Iacob. in sua practica titulo
de actio.& rationibus distrahendi se
quitur Baeza vbi supra,numero.98.
& quandoque vidi in Regio Senatu
Gallæco tutores criminaliter accusa
tos,ex eo quod pupilli bona sibi vsur
pare, & aptepriare nixi fuerunt.
tales enim recte prædones appel-
lantur,vt tradunt Angel.Imol.& alij
quos refert Baeza vbi supra. nume-
ro.97.

44 Sed quid si tutela,& cura vltra vi
ginti

genitus pupillus cum initio tutelæ partem pecuniæ pupillaris in usus suos vertisset, & postea ad bona diuersa restituere tutelam, an præfatæ usuræ pupillares semper currere pergant, vtrum duplum videatur quod sic, donec tutor restituta sint, tutor qui in fin. l. Lucilius, & quæritur de administratione tutorum, vel donec cessauerit obtulerit, & per eum non steterit, l. fin. C. de usu pupilli supra libro 2. quæstione 1. Non obstat. l. si non sortem, & supra duplum de condictione indebiti consentio. Ita tamen quod vt supra hoc lib. quæstione 4. quia disputando dici potest. Primo, quod loquuntur in fœnore negotiatorio, & in principaliter autem, vt clare dicit nouell. secus in fœnore incidenti, quod videtur magis simplex punitio moræ, quàm negotiatorio fœneratoria, quanto vero plus durat mora, tanto punitior est. Præterea maius est odium & maior ratio cohibendæ auaritiæ in fœnore negotiatorio, quam in incidenti, vt supra hoc lib. dicta quæstione 4. & sic limitatio illa dupli introducta in negotiatoria, non debet extendi ad incidens ob moram. Nec obstat si forte dicatur, quod tutor non clam, nec fraudulenter accepit pecuniam, sed in libro rationum, sibi mutuum adscripsit sub vsuris legitimis, & sic quod videtur pupillus ipse mutuasse, & fœnerasse. l. quoties, & non tantum de administratione tutorum, quia respondetur quod tutor non censetur adscripsisse, nisi prout de iure tacite inest. Hinc etiam si pluries hoc fecerit, non dicetur pupillus fœnerator, nec solitus fœnerari, cum etiam omisso contractu sufficiat ei iudicium tutelæ ex quasi contractu, & mora irregulari. Secundo addicta iura de duplo respondetur, quod loquuntur in eo, qui potest agere, & debitum exigere, & si non habent locum in pupillo, vt diligenter subuenitur ei, vel cuiæ. Sed dicendum quod prima solutio de differentia inter fœnus negotiatorium, & incidens, non procedit hic, quia licet dicit nouella loquatur in mutuatore ad vsuras, tamen erat contingens in facti supra quo supplicabatur, decisio vero generalis est, & fundatur in ratione generali, & vniuersali, quod nihil vltra duplum solui vellimus, & loquitur de vsuratijs, quæ non sunt differenter, sed vniformiter latæ, siue vsura debeatur ex pacto ad hoc inter eos, siue præter pactum propter moram, nec iura solent facere hanc differentiam inter fœnus negotiatorium, & incidens, sed verbum vsura in iure æque proprie vtroque casu intelligitur, & sic de vtroque intelliguntur, & prædicantur dicta vsuraria. Tum dicit non tamen generaliter, & absolute negat vsuras deberi supra duplum ergo generaliter intelligitur. Quod autem ibi subdit de stipulatione, non est restrictio, sed ampliatio etiam stipulatione interposita, quæ non solum in negotiatorio fœnore, sed etiam in incidenti, puta super vsuris ex futura mora debendis interponi potest, & tamen text. absolute negat valere vltra duplum & hæc est veritas. Secunda etiam solutio peccat, quia diligentia hic non prodest: non solum enim debitæ sed etiam exactæ vsuræ duplo imputantur, & ideo licet pupillus per se agere, & exigere non possit, non prodest: quia sufficit, quod non sit deterioris, sed æque bonæ conditionis, ac si exegisset, hæc autem limitatio dupli non est sancita in personam, neque contra negligentem, nec in pœnam negligentiæ, sed in rem, & in ipsum cursum vsurarum, vt non possint vltra

surrere quam primum sortem æquauerint, sed ex tunc fiat deinceps penitus indebitæ: nullus autem fauor, nullum priuilegium est pupillis ad indebitum præterim lucrum, &
46 contra ll. consequendum. Quibus non obstantibus dico quod currant absque dict. limitatione dupli, quandiu tutela, cura, vel similis administratio durat, & contra ipsum administratorem dumtaxat ratio, quia debuit a se metipso exigere, l. at qui natura §. 1. l. qui sine de negotijs gestis. l. quoties. §. item si temporali de administratione tutor. quam primum igitur vsura sortem æquauit debuit, & obligatus fuit tutor, vel gestor a se ipso sortem cum vsuris exigere, & in patrimonium pupilli, vel minoris referre, relatumque alij si res, & occasio ferebat, fœnerare, quod cum non soluit non fecerit, sed adhuc vsus fuerit, non censetur interuertisse, sed rursus de nouo sibi creditam pecuniam adscripsisse, sibique potius, quam alij fœnerare voluisse, argumento. dict. l. quoties. §. non tantum, itaque pergit eadem vsura, non tanquam ex veteri, sed tanquam ex nouo mutuo: est enim iuris intellectu noua sors cum teneretur tutor ea pecunia vti volens sibi in mutuum sub vsuris legitimis imputare, quod pro nouo vero mutuo haberur contra tutorem, qui ad huc iuris intellectu ad exigendum à se ipso, vel si porro vti malit ad fœnus sub legitimis vsuris accipiendum tenetur, & ita dicendum est de vero, aut verisimili interesse, quod iuste peti posse diximus.

Sed hic emergit duplex quæstio.
47 Prima, an hæc noua vsura currat non solum pro sorte veteri, sed etiam pro illius vsuris, & sic deinceps duplex maior tanquam pro sorte duplata videtur quod sic: quia priores vsuras exigere debuit, quod cum non soluit non fecerit, sed etiam vsibus suis retinuerit vsuras eum agnoscere oportet inquit tex. in l. tutor qui
48 §. si quis de administratione tutorum. Quoniam priores illæ vsuræ quæ debuerunt exigi, eo ipso, quod non sunt exactæ, nec in vsus pupilli conuersæ, sed vsibus tutoris retentæ efficiuntur illi sors, text. in l. qui negotiationem. §. ex duobus in fine eodem titulo. l. vxori de vsufructu legato. Item si hoc tempore, quo vsura sortem primum æquauit, alius tutor subrogatus fuisset, qui pecuniam, & vsuras exegisset, & in vsus suos conuertisset totius summæ, tanquam vnicæ sortis vsuras deberet. tex. in d. §. ex duobus: igitur idem si iste tutor in curatorem expresse vel tacite continuari se passus fuerit, vel eo ipso, quod administrationem continuauit, & semper tam sortem, quam vsuras in vsus suos, & non in vsus pupilli conuertit. Item videtur text. in terminis in dict. l. qui negotiationem §. fin. de administratione tutorum versiculo cum ad curatores transferuntur: non enim exprimit, quod aliæ personæ in curatores subrogentur, sed simpliciter loquitur, & sic intelligi potest, etiam si ijdem tutores post pubertatem curatores efficiantur, & tanquam tales in administratione remaneant, & sic est ibi casus pro hac parte non solum si prior vsura tunc cum curatores fiunt sortem æquarit, sed etiam si non æquaret: quia text. non distinguit, & hanc opinionem, quod sit speciale in tutore in eius vtilitatem minoris pecuniam conuertentem, vt teneatur ad vsuras vsurarum, tenuit nouissime Caualcanus in titulo de tutore, numero. 116. motus authoritate Hotomani, & aliorum

ab eo

ab eo relatorum, qui id non dicunt. Quibus non obstantibus contrarium puto, quod tantum currat eadem prior vsura pro rata sortis primum in vsus tutoris conuersæ, non autem pro rata vsurarum eius. Et mouor: Primo, quia longe per se odiosus est vsurarum vsuras propagatis quam vnicam, & eandem vsuram continuari vltra duplum, & primum nunquam in iure fuit vllo casu permissum, sed bene secundum, certis casibus, vt in l. vsuræ, &. l. penultima in fin. C. de vsur. vnde licet aliquando (vt in hac hypothesi) subsit causa, vt currere pergant vltra duplum non tamen, vt vsurarum vsuræ nouæ subinde superfetatione multiplicentur, & multiplicent. Secundo, quod alias duo specialia simul contra regulas iuris concurrerent, videlicet, quod simul, & vsura vsuræ, & etiam vltra duplum curreret, quod esse non debet. l. 1. C. de dotis promissione, notatur in. l. singularia si certum petatur. Non obstat si dicas, quod ratio decisiua huius principalis quæstionis, vtrumque speciale excludit: quia bene sequitur forte æquata censetur idem tutor vsibus suis retinens tursus sibi in mutuum sub vsuris legitimis adscribere, tam sortem, quàm vsuras, quas a se exigere tenebatur, ergo totum est sors, & noua sors, & sic nec vsura vsuræ, neque duplum excedi videtur: quoniam licet hoc argumentum tempore ff. colorem forsan habere potuisset, tamen iure. C. nullum prorsus colorem habere potest. Quoniam Iustinianeus. l. fi. C. de vsur. omnem prorsus anatocismum subtulit, vt supra hoc lib. quæstione. 4. vt nullo modo (ponderо vniuersalia negatiua) induci possit. Quod ergo tutor, & pupillus communi expresso consensu, etiam cum tutorum authoritate facere non possent, multo minus tacite induci potest. Quinimo neque iure. ff. cauetur, quod eidem tutori, vel gestori vsura pupillaris pecuniæ in suos vsus conuersæ, efficiatur sors, & sic cum hoc odiosissimum sit, induci non debet. Non obstat dictus. §. item si temporali ibi, *& generaliter*, *quod aduersus alium præstare debuit pupillo suo, id aduersus se quoque præstare debet* (*fortassis & plus*), quoniam ille text. non loquitur, nisi de conseruatione iuris, vel affectionis principalis merito. Iureconsultus ibi verisimile, *& plus*, animosius loquitur, quod non debet produci ad vsuras, & vbi pupillus certat de non conseruando iure acquisito, sed de lucro vsurario, eoque multiplicando. Non obstat. d. l. qui negotiationem. §. ex duobus, &. §. fin. quia ibi expressim loquitur quando fit mutatio personæ in quam realiter de nouo transfertur tota summa cum vsuris, & sic realiter totum est sors, & ita loquitur & intelligit dict. iura. Hotoman. de vsuris libr. 1. cap. 3. & sic concludo, quod quamuis ex eo quod tutor retinere pergit in vsus suos, sit iusta causa, vt semper currere pergat vsura, etiam supra duplum, ne contingat quod idem tutor deinceps sibi soli, & non pupillo, de eius pecunia negotietur, quod esset absurdum, & iniquum, nec aliter legislator dum vetuit duplum excedi verisimiliter respondisset in hoc casu si interrogatus fuisset, vt ipsa rei æquitas ostendit, & sic pro expresso, vel excepto habetur l. tale pactum. §. fin. de pactis. l. quoties de rebus dubijs. tamen non est sufficiens ratio, vt vsurarum vsuræ currant, neque vsura augeatur intensiue, sed bene extensiue dumtaxat.

50 51 52 53 54

55 Secunda emergens quæstio ad istud, quod simplex prior vsura currere pergat, etiam vltra duplum locum habeat non solum durante administratione, sed etiam ea finita donec rationes reddantur, vel serio offerantur, videretur quod sic per tex. in d.l. tutor, qui in fin. vbi dicitur etiam post officium finitum vsuras deberi in diem, qua tutelam restituit text. in.l.1. in fin. de vsuris, l. Lucius. §. quæsitum de administratione tutor. l. fi.
56 C. de vsuris pupill. Breuiter dico, q̃ habet locum solum durante administratione non autem post eam finitam, ita tamen, vt in duplo futuri tẽporis, nullo modo computentur vsuræ præteritæ administrationis, sed stẽt seorsum tanquam quædam sors separata, quæ non potest conuerti in sortem vsurariam, & fructiferam respectu ipsius eiusdem tutoris, & debitoris, sed bene respectu alterius noui debitoris si ea summa realiter ad eũ transeat: & sic responsum nostrum habet duo capita. Primum probo, quia cessante causa limitationis, cessare debet limitatio, sed tota & punctualis ratio excludendi constitutionem dupli in tutore, vel curatore est quia non solum est debitor, sed etiã concurrunt duo alia. Primum quod tenetur a se exigere. Secũdum, quod tenetur exactum in vsus pupilli impendere, aut saltem non solum sibi, sed etiam illi de pecunia eius negotiari: quoniam etiam vbi permittitur bona fide sibi negotiari, vel in vsus suos conuertere, non est permissum à ciuili iure, nisi cum onere, & pensatione legitimarum vsurarum: quandiu igitur talis administrator in vsus suos retinet, necesse est currere legitimam vsuram sine aliqua limitatione dupli, quæ duo, & tota hæc ratio cessat in extraneo debitore, quia nec tenetur à se exigere, & multo minus creditori negotiari de pecunia ei debita, & in isto loquitur constitutio dupli, & sic non extenditur ad tutorem administrantem, quam primum autem desijt administrare incipit esse, sicut tertius debitor, & cessant illa duo, & sic locum habere incipit ratio, & dispositio constitutionis dupli: Eadem ratione probatur secundum caput: quia ex quo nunc primum locum habere incipit constitutio, nõ respicit nisi futurum tempus, & sic in duplo futuræ non computabãtur vsuræ temporis præteritæ administrationis, licet pro illis vsuris nullum incrementum, nullam vsuram ab eodẽ debitore, vel eius hærede, aut causam habente, stipulari liceat, etiam noua tione interposita, aut quocũque alio præterom nimodam prohibitionem anatocismi in.d.l.fi Probatur etiam secundum caput, videlicet, q̃ etiam si tutela, & cura durauit. 25. annis, & sic interim etiam supra duplum cucurrerit pro mille, quę initio tutor in vsus suos conuertit, & retinuit; ita q̃ nunc vltra mille sortis debentur 1250. pro vsuris, seu interusurio. 25. annorum deinceps quandiu tutor differt tutelam restituere saltem dictam summam reddere, etiam non interpellatus, nisi feria, & continuata obligatione, moram purgauerit secundum notata supra lib. 2. quæst. 15. perseuerauit de iure ciuili cursus antiquæ vsuræ videlicet. 50. annuorum pro dictis mille veteri sorte donec restituta sit, vel rursus æquetur, non vltra, sed nulla vsura accedit pro dictis 250. vsurarum, quod si administratio non durauerit, nisi. 15. annis, aut alias idem dicendum, vt vsuræ præteritæ stent tanquam sors separata, cui vsura accedere non potest. Nec computantur in duplum, sed quantum ad duplum inspiciatur futurum tempus dumtaxat, & idem in terminis iuris, siquis

siquis iuxta semisses legales computationem inire velit.

57 Ex prædictis dubitabis quid respõdendum sit in vero,aut verisimili interesse, quod propter pupilli pecuniam ociosam, aut in vsus tutoris cõuersam deberi diximus,an istud interesse possit duplum excedere : sed quia istud interesse, vt sæpe diximus peti non potest nisi ratione damni emergentis,& lucri cessantis, & dicitur proprie rei persecutio,non vsura, ideo nõ cadit sub dicta limitatione, vt statim subijciam.

58 Quæro quid in venditore,qui fide habita de pretio fundum tradidit,cui currunt vsuræ,vt supra hoc lib.quæst. 7.an subsint præfatę limitationi dupli:videtur,quod sic. Primo quia habet locum etiam in fænore incidenti,vt in quęstione pręcedenti in princip. Secundo cessat prædicta causa exceptionis,de qua in quæstione prę cedenti, & sic firmatur hæc regula. Tertio etiam in vsuris debitis venditori,qui fundum fructiferũ tradidit, non licet legitimum modum,& metam excedere.l.Iulianus.§.idem Papinianus de actionibus empti. sed limitatio dupli est de legitimo modo & meta ciuili,vt supra hoc lib.quæst. 4.Quarto quia imputandum est venditori, vel eius hæredi,quod tandiu neglexerit exigere,vnde nõ debent ei currere vsuræ,saltem postquam semel sortem æquauerint,& hoc indubitatum videtur præsertim odio vsurarum,& fauore liberationis.Quinto quia non admittimus etiam venditori vsuram currere ex sola mora irregulari, sine interpellatione,vt supra hoc lib.quæst.7.& sic apud nos odiosior est negligentia non exigentis.

59 Breuiter dicendum separandam esse rationem fructuum à mera,seu lucratoria vsura : fructus enim, qui ex re gratiosę tradita realiter ad emptorem(nisi per eum stet) perueniunt, non cadunt proprie sub vsura , sed sub causa rei,& rei persecutione, vnde horum respectu, nõ habet locum limitatio dupli, sed quatenus vsura fructus excedit , vel in totum si res non sit fructilis, nec locari soleat haberet locum limitatio dupli iure ciuili,& moueor:quia hæc limitatio nũ quam fuit introducta,nisi in vero fæneratore,vt patet in.d.nouella. 121. & licet produci possit,& debeat,etiã ad fænus incidens:tamen hoc intelligitur quando non subest alia iusta causa,cui compensetur, vel adæquetur vsura,quàm simplex interusuriũ pecuniæ,vel rei fungibilis debitæ,ita quod non potest exigi,nisi ad vsurã, & dillationem pecuniæ large sumptæ dum taxat, & tunc in iure dicitur proprie vsura,licet non sit orta obligatio à mutuo,sed aquacunque causa,secus vbi apparet de alia iusta causa,vt in emptore, qui recepit fundũ fructilem,& non soluit pretium:hic enim retinet pretium, & eius vsum, & vltra habet fundum,& eius fructus certum est autem,quod interim venditor,sicut fundum , vel eius etiã simplicem possessionem , & fruitionem locare potest emptori donec soluat, l.sicut emptio locati,ita potest stipulari fructus impensis deductis,eorum ve æstimationem quanticũque sint pro rata pretij &donec soluatur,nec ea stipulatio subest moderationi cursus vsurarum,de qua in.l.eos. C. de vsuris , & sic nec limitationi dupli quia alia post viginti annos eadem, & tam iusta causa subest locandi,vel locationem fruitionis fundi continuandi, donec soluatur sicut ab initio. Præterea,vt diximus supra hoc lib.quæstione.7.etiam citra interpellationem,& veram moram currunt etiam hodie vsuræ venditori vsque ad concurrentiam fructuum fundi

traditi, quamquam cessante omni mora, vel dillatione data aliud sit, ni si venditor sibi cauerit, quod potest vsque ad concurrentiam fructuum absque eo quod ea prouisio legibus vsurarijs subsit: & sic nõ obstant alle
61 gata in contrarium. Quod si fundus nullos fructus ferat, non præstabitur vsura, nisi ob dillationem, & interusurium pretij debiti, & sic erit vera, & mera vsura, & sicut non poterat excedere legitimum interusurium 65 in sui cursu, ita non poterat excedere duplum, cui simplum inest in cumulo totius, idem si fundus erat fertilissimus, sed chasmate perierit, vel sine culpa emptoris, vt puta inũdatione, aut vicinia ferarum siluæ, seu tyrani desijt reditum afferre, tunc cessabit ratio compensationis fructuum, nec remanebit, nisi vera, & mera vsura pretij legibus vsurarijs subiecta, quod intelligendum est non dato alio emptoris interesse post veram moram regularem causato, vt alibi
62 dixi. Quid ergo si ferat fructus, quos vsura quincunx. (vt assolet) excedit, an in computatione dupli solum ϕ excedit computetur: vide, quæ dixi.
63 d.q.7. Et quod dixi de fructibus fundi limitandum, nisi quatenus singulari industria emptoris multum aucti sint: quia eatenus non imputãtur in fructibus fundi ipsi emptori, arg. l.fi. & ibi Bald. Salicet. C. de aluuio. Ioannes de Platea in. l. fin. de omni agrodeserto lib. 11. C. sed solum tempore, contractus inspecto, & communiter, & sic quod in residuo pẽdetur venditori ob dillationem pretij cedet meræ vsuræ, etiam si non excedat fructus fundi auctos singulari industria, vel sumptu emptoris.

64 Vltimo pro complemento huius quæstionis aduertendum est tutorẽ qui pupillarem pecuniam ociosam habuit, non condemnandum esse ad pupillares vsuras ex eo tempore, quo cæpit administrare: quia ei a lege indulgetur sex mensium spatium, vt probat tex. in l. si tutor constitutus. ff. de administratione tutorum: hoc autem spacium, seu laxamentum temporis tribui non oportet his, qui numos impuberum, seu adolescẽtium in suos vsus conuerterunt, vt ait tex. in l. tutor, qui repertorium. §. vsura. ff. eodem tit. Baeza de decima tutor. cap. 2. num. 96. Nec etiam condẽnabitur tutor ad vsuras pecuniarũ pupillo debitarum: si eas non exegit, nec ex eo ad aliquid conuenietur, si ob eius negligentiam nomina debitorum deteriorata non fuerint. l. tutor, qui repertorium. §. si post depositionem vers. si quas vsuras exactas de administratione tutorum. l. idemque §. 1. vbi glossa. ff. mandati. tradit Ayora de partitione bonorum. c. 4. num. 31. Sed hæc opinio Ayoræ omnino placere nequit: quia si tutor pupillo debitas pecunias, quas potuit exigere non exigit, tenetur ad earum vsuras, vt est tex. in l. qui negotiationem. §. pupillo. ff. de administratione tutor. ibi. *Quæsitum est an ex eo die, quo duo milia potuerunt à substantia hæreditatis separare, & in nomina collocare, & neglexerunt, vsurarum nomine pupillæ tutelæ iudicio teneantur? Respondi teneri.* Et per eum tex. id notat ibi Bart. Baeza de decima tuto. c. 2. num. 111. Nec obstat tex. d.l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem versic. si quas vsuras exactas. ff. de administratione tutor. & d.l. idemque. §. 1. ff. mandati, quia ea iura locum habent in vsuris non exactis per tutorem a debitoribus pupilli: earum quidem vsuras non pendet tutor nisi ab eo tẽpore quo illas exegerit: exactæ enim à tutore efficiuntur fors pupilli, d.l. qui negotiationem. §. fi. ff. de administratione tutorum, & ita potest tutor

carum

earum vsuras postea debere, sed antequam exigantur sunt accessio, & earum vsuræ deberi non possunt, quia non datur accessio accessionis in iure, vt diximus libr. 1. quæstione. 12. num. 27. nec vsuræ vsurarum debentur, vt diximus hac quæstione, n. 49. at vero sortis non exactæ à debitore pupilli negligentia tutoris soluet tutor vsuras pupillares, vt in d. §. pupillo. Imò ipsam sortem pupillo debi tam soluet tutor cum vsuris, si post eius negligentiam debitor pupilli non sit soluendo, & quodcumque damnum in nomine debitoris pupilli post tutoris culpam, aut desidiam contingens persoluet tutor. ex text. vbi DD. in l. 2. C. arbitrium tutelæ, ibi, *& per latam culpam tutoris minus idoneæ tempore tutelæ esse coeperunt.* l. debitoribus. C. de administratione tuto. l. chirographis. ff. eod. tit. l. si tutor constitutus. ff. de administratione tuto. ibi, *ipse indebitam pecuniam, & in vsuras eius pecuniæ, quam non fœnerauerit, conuenitur.* Caualcanus de tutore. numero. 118. qui alios refert.

Ex quæst. sequent.

DEpositarius ciuili iure tenetur ad suras in tribus casibus. num. 1.

Depositum pecuniæ aliud verum & purum, aliud non purum quando abit increditum. n. num. 2.

In vero deposito non deberi vsuras nisi post moram, vel nisi depositarius in prios vsus pecuniam conuerterit, num. 3. & 26.

Duo actionum genera Domino competere si depositarius in suos vsus conuerterit. n. 4.

Et quas vsuras pendebat depositarius quum in suos vsus conuerterat. n. 5.

Intellectus & concordia l. 3. C. depositi, & l. 1. §. si rem ff. eodem. n. 6.

Contingentia facti in lege narrata non restringit illius dispositionem. n. 7.

Si depositarius in alterius vsus conuerterit, an teneatur ad vsuras. n. 8.

Ampliatur text. l. 1. §. si rem. ff. depositi. n. 9.

Si depositarius illiciti vsus, & negotiatus pecunia deposita multa super lucratus, an omne lucrum teneatur restituere. n. 10. & 15.

Res ex pecunia mea etiam immediate, & mala fide adquisita non est mihi restituenda. n. 11.

Etiam si adquisita sit per sociuin extra societatis causam. n. 12.

Frater qui negotiatur cum pecunia fratris nomine proprio

prio sibi, non fratri adquiritur n.13.

Vsurarius non tenetur restituere adquisita cum pecunia usuraria n.14.

Si deponens damnificatus sit dolo depositarij tenetur depositarius ad interesse casuale n.16.

Declaratur l. qui sine, de negotijs gestis n.17.

Depositarius qui eum deposito lucrum restituit, an repetat ibid.

Depositarius potest in suos vsus conuertere si id expacto, vel tacite permittatur. num.16.

Pecunia ad numerum deposita tacite actum videtur, vt in creditum abeat n.19. vbi limitatur.

Et quid si pecunia deponitur, & fit pactum de vsuris, an abeat in creditum n.26. & n.37. & n.40.

Si tacite, vel expresse actum sit, quod depositarius possit pecuniam in suos vsus conuertere nõ tenebitur ad vsuras n.21.

Quod limitatur post moram vel ex pacto ibid.

Deponens permissione vtendi non amittit actionem depositi n.22.

Depositi priuilegia ibidem. Decij & Ioann. Bap. Lup. lapsus num.23.

Ad substantiam actus non est plus requirendum quam lex requirat n.24.

Intellectus text. l. certi condictio. §. fin. cum l. sequenti si cert. pet. n.25. & seqq. vsque ad num.36.

Depositæ pecuniæ quatuor gradus n.26.

Si pecunia deponitur ad numerum, vel mensuram hoc acto, vt tantundem reddere sufficiat, verum depositum contrahitur n.27.

Explicatur l. Lucius ff. depositi ibid.

Etiam si depositarius omne periculum etiam fortuitum in se suscipiat, verum depositum contrahitur num. n.28.

Priuilegia depositi quando locum habeant n.29. & 38. 39. & 40.

Depositum mixtum quod sit. num.30.

Si pecunia deponitur ad numerum hoc acto, vt depositario liceat gratis ea vti, an

an sit depositum, an mutuũ num. 30. & .31. & .32.
Et quæ actio tunc deponenti competat, ibid. n. 30.
Si depositum restituendum sit ad nutum depositarij, an censeatur depositum. num. 31.
Declaratur tex. §. interdum inst. de rerum diuisione. numero. 33.
Explicatur tex. l. si quis nec causam in princip. si cert. peta. n. 34.
Depositi periculum ad depositarium pertinere cum ipsius tantum gratia factum fuerit. n. 35.
Depositum apud Bancherios nostri temporis, an habeat depositi priuilegium. numero. 37.
Si depositarius accipiat mercedem custodiæ, an depositum esse desinat. n. 39.
Deponens accipiens vsuras non habet depositi priuilegium, limitatur tamen. numero. 40.
L. qui negotia. ff. mãdati intellectus. numero. 41. & sequentibus.
Decidendi ratio ad. d. l. qui negotia. n. 42.
Intellectus. l. si remunerandi. §. apud Iulianum. ff. mandati. num. 43. & seq. vsq; ad num. 51.
Lapsus Bartoli. numero. 44. & .55.
Declaratur. l. si expretio. C. si cert. pet. n. 45.
Differentia inter mandatum ad negotia & depositum circa informandũ pactum ipsis adiectum. numero. 46.
Barto. destruit tex. l. qui negotia. ff. mandati. n. 51.
Debitum ex vna causa non posse in mutuum magis per stipulationem, quam per nudum pactum conuerti. num. 52.
Mutuum esse duplex merum & non merum. numer. 53.
Mutuum merum quid sit. n. 54. & num. 56. & numero. 61.
Mutuum non merum, quod sit num. 55.
Intellectus. l. aduersus. C. de non numerata pecunia. numero. 57.
Tres gradus mutui. num. 69. & additur quartus. numero. 60.
Declaratur. l. singularia si cert.

cert.pet.num 59. & nume ro.63.

Mutuum sub vsuris non esse vere mutuum,n.60.

Beneficium & negotium contrarie opponuntur. ibidem.

Vsura est labes,& inquinatio mutui ibidem.

Tripliciter contingere admixtam esse, vel concurrere aliam obligationem,& actionem cum mutuo. nume ro.62.

Obligatio ex alia causa quando nudo pacto in mutuum conuertatur excommuni traditione.n.64.

Notatur communis error. nu 65.& sequenti.

Omne debitum rei fungibilis nudo pacto, siue in continenti, siue ex interuallo in mutuum conuerti posse.n.66.

Declaratur.l.si pro mutua.C. si cert.pet.l.pro auro. C.de vsur.n,67.

Declaratur.l.si ex pretio.C.si cert.pet.numer.68.&.69. & 70.

Aestimationem in dubio facere venditionem.nu.71.

Declaratur tex. in.l.in initio de pactis inter emptorem. ibidem.& numero sequenti.

Siquis det species astimatas, an possit pretij vsuras stipulari.n.72.

L.si pro mutua dispositionem hodie seruandam non esse quoad vsurarũ stipulationem. nu.73.

Si Procurator de propria pecunia, & mandato Titij fundum emit, & possedit, an possit Titius fructus in sortem imputare, & sic habere fundum sine solutione pretij.numero.74.75. & 76.

Et quid si procurator non interpellauerit dominum de pretio,nec eum in mora cõstituerit, an possit pretij, vsuras petere.n.75.

Et an possit procurator eo casu a seipso fructus vice vsurarum exigere.n.76.

Procuratorem qui mandato domini & ex propria pecuniarem emit posse rẽtentionis iure vsuras pretij,reputare.n.78.

Et an vsuræ pretij a procuratore impensis possint fructũ rei emptæ quantitatem excedere

cedere.ibid.
Si procurator nomine proprio vel simpliciter emat,& accipiat rei emptæ fructus, suos faciet.n.79.
Procurator simpliciter contrahens,an videatur nomine proprio contraxisse numero.80
Procurator specialiter constitutus ad rem aliquam emẽdam,eã simpliciter emens, an videatur proprio nomine contraxisse.n.81.
Et an eo casu præsumatur res empta mandãtis pecunia. num.82.
Res empta speciali mandato, & traditæ procuratori,an statim domini mandãtis fiat.83.
Reprobatur cautela per Bald. ad emendam rem absque pretio excogitata ibidem.
Si pecunia datur in commẽdam & vsum negotiationis cum onere aliquid soluendi.n.84.
Vsuræ an veniant hodie in praxi in actione mandati,negotiorum gestorum & similium contractuum. numero.85.
Vsuræ in deposito an hodie exigi possint.num.86.
Depositor an possit partem lucri ex depositæ pecuniæ percepti a depositario stipulari.n.87.
Receptor pecuniæ Regis Reip. vel domini an teneatur lucrum ex deposita pecunia perceptum domino restituere.nu.88.

Quæstio. XI.

De reditibus in actione depositi mandati,& negotiorum gestorum.

HOC loco inquirendum est de reditibus in actione depositi mãdati,& similibus, & primo explicauimus sententiam iuris ciuilis, deinde quid hodie obseruandum sit in praxi in consulendo & iudicando. Quo ad primum depositarius tenetur ad vsuras triplici casu. Primo ex mora officio iudicis.l. die in fine.de post. Secundo expacto

iure

iure actionis.l.Lucius,& l.publia.§.1 ff.depositi & his duobus modis dicto.Tertio per accidens propter delictum, si illici te conuertit in vsus suos,tunc enim potest conueniri de positi ad sortem,& vsuram, etiam citra moram,& pactum,quorũ defectũ ideo non potest causari depositarius, quia potius gratias agere debet,quod furti non conuenitur.l.3.C. depositi, Extra hos casus non tenetur depositarius de vsuris, vt tradit Ioannes Bap.Lupus in tract.de vsuris commentario.1.§.3.num.61.hæc est breuis,& clara iuris sententia, quæ quia glo,& DD. circa hæc in multis erraverunt,latius verum quorundam id genus legum,quæ vulgo vt cõtrariæ, & obscure distorquentur sensum,& genuinam consonãtiam obiter aperiendo explicanda est.

2 Aut ergo pecuniæ fit purum, & merum depositum,quod est quando pecunia deposita est signata,vel occlusa vel tanquam species, ita quod eadẽ corpora numorum reddi debẽt,nec depositarius vti potest,aut vero non est merum , & purum depositum, puta quia expresse,vel tacite actum est,quod tantundem reddatur, & sic abijt in creditum, siue transijt in dominium depositarij , qui potest vti vt.d.l.Lucius, & ita intelligenda.l.2. tit.3.p.5.vers.fin.vbi habet depositũ contrahi,si pecunia ad numerum deponatur , etiam si in depositarij dominium transeat. 3 Primo casu loquitur est,quod depositarius non debet vsuras nec ad eas obligari potest, cum hæc subsistere nequeant sine forte, & hic nullius sortis vsum,nec dominium habet.

Fallit dupliciter tantũ. Primo post verã morã, ex tunc enim iudicis officio current legitimę,videlicet semisses,nisi minores in regione frequentẽtur.Secundum notata in.l.eos. C. de vsuris.Quod vltimum sublimitatur, nisi in casum moræ pactum esset de certis vsuris,quia illæ venirent dum modo non excederent besses si deponens esset iustus negotiator, alias semisses non obstante, quod minores in Regione magis frequentarentur, vt diximus supra hoc lib.quæstio. 4. Fallit 2.si depositarius conuertat in vsus suos,& sic furtum committat. l. 3.C.depositi. Quo casu duo genera 4 actionum competunt domino , vt est tex.in.l.si Saculum.§ 1. ff.de pos. Primum genus est vetus actio depositi ex priori contractu. Secundum genus sunt duæ actiones ex delicto videlicet, condictio furtiua rei persequutoria ad sortem. l. qui furtum de cond. furtiua actio furti mere penalis ad duplum, & est electio domini vtro genere agat,qui cum nequeat vtrumque cumulare eligere tenetur.l.1.C.de furt. facit.l.quod in in hærede.§.eligere de tributo. act. l.cum filius.§.varijs deleg.2.& si eligat viam ciuilẽ depositi poterit petere vsuras non a die depositi,sed a die contrectationis.& furti cõmissi hoc probato,non autem probandum est, nec requiritur, quod depositarius negotiatus fuerit , aut in vsus proprios conuerterit,vt statim dicam, & ideo dico,quod hoc casu veniunt vsuræ, non iure actionis, sed officio iudicis tantum tanquam conniuentia quadã domini ecta contrictione furtiua & conuerta in simplicem moram,& 5 intelligo , quod de iure veniunt semisses simpliciter, hoc est etiam si minores in regione magis frequentarẽtur,& moueor:tum quia fur non est dignus hac beniena interpretatione,vt intelligatur de minimis vsuris argumento l.bona fides.ff.depositi.l. si libertus de bonis libertorum, tum quia si vellet repellere agentem ad semisses contra proprium commodũ

labo

laboraret, quid enim aliud aget, quã irritare dominum, vt agat furti ad pœnam dupli, & condictione furtiua ad simplum. l. qui furtum de cond. furt. sed agendo depositi ad sortem, & vsuras non poterit actor maiores semissibus vsuras exigere, per textũ in d. l. eos, versi. & eam quantitatem.

6 Anteaquam ad secundum casum veniam non minus vtile quam iucũdum erit scrupulum vnum, qui nunc menti occurrit, & in quo omnes glo. & DD. ad vsque hærent, eximere circa d. l. 3. & l. qui furtum, quã omnes faciunt contrariam. l. 1. §. si rem. ff. depositi nec aliter hanc eluere valent, quam more imperitorum dicẽdo secus hic vtendo, secus ibi vendendo, qui error processit ex ignorãtia spiritus, seu rationis decidendi dictorum iurium. Igitur dico, quod ratio decidendi d. §. si rẽ est per. l. 3. C. depositi vbi dicitur, quod depositarius, qui pecuniam in vsus suos scienter conuertit, ideo potest conueniri depositi etiam ad vsuras, licet nec alia mora, nec pactum intercesserit, quia alias furti conueniri posset ad duplum condictione furtiua ad sortem, & sic ille text. ex ratione decisiua in eo expressa satis aperte indicat quod ibi vsuræ non veniunt directo, siue ex ipsa vi, vel natura actionis depositi, sed veniunt accidentaliter propter naturam actionis intentatæ propter illud extrinsecum accidens, quod actor longe grauiorem actionem ammittit ad commodum depositarij, quod non debet vsuras detrectare, sed magis gratulari, quod mi-
7 tius cum eo agitur. Vnde dico esse contingentia in facti, quod in d. l. 3. narratur, quod improprios vsus conuertit, & sic non restringit, vt est tex. singularis, qui non solet citari
8 in l. item veniunt §. ait Senatus, ibi (*hoc euenerat*) de per hæred. Idem ergo si in vsus aliorum dando, vel mutuando conuertisset, vel aliter cõtrectasset, furtum committendo, vt sic furti teneatur, quia tunc eadem est ratio in tex. expressa, & ita omnino debet intelligi. d. §. si rem, vbi ratio decidendi quæ ibi tangitur, & subobscura exprimitur ibi, (*quia semel dolum fecisti*) debet suppleri ex. d. l. 3. quæ sufficit pro vera glo. & interpretatione. d. l. qui furtum &. d. §. qui rem, inter quæ nulla prorsus est antinomia, sed consonantia omnimoda, quia. d. l. qui furtum, loquitur de vi directa ipsius actionis, sed. d. §. si rem loquitur de eo quod actioni tribuitur per accidens. Si enim depositarius in re deposita siue vtendo, siue vendendo, aut alias semel furtum commisserit, deinde res, siue casu fortuito, eius culpa perierit, non tenetur depositi directo, siue ex vi, & natura ipsius actionis, quia in ea non venit casus sine dolo malo, & lata culpa contingens; ita loquitur. d. l. qui furtum, sed tamen quia semel actione furti alligatus fuit, quæ non desinit, quocunque modo res pereat potest dominus, si velit, omisso crimine, & penali actione furti ad duplũ, depositi agere ad simplũ, nec potest depositarius agentem excludere, sed magis gratias agere, vt. d. l. 3. & sic in effectu competit hoc casu actio depositi re casu perempta, non vi propria, & natura sua, sed per accidens, quia dominus posset agere furti ad duplum, & sic gratiam facit agendo vetere actione depositi ad simplum, cuius
9 reliquiæ non sunt penitus sublatæ. Et ita loquitur dict. §. si rem, qui ex his ampliatur, procedere, etiam si constaret, quod res eodem modo fuisset peritura penes dominum, vt plenius dixit Parisiens. Modern. in nouis suis intellect. Vnde hæc summatim necesse fuit transcribere

vt intelligeres ad quid in principio huius quæstione 9. distinxi venire directe, vel de per accidens.

10 Antea quam ad alia transeam, occurrit vna quæstio necessaria, ad intellectū. d. l. 3. C. depositi & plurium id genus legum vsurarum retento themate. d. l. 3. is, penes quem deposita erat pecunia, in specie illicite vsus & negotiatus multa superlucratus est, vtrum omne lucrum inde prouenies teneatur restituere. Bald. in l. 1. quæst. 10. C. pro socio tenet, quod sic, quia locupletior ex re mea factus est, allegat. l. qui sine de negotijs gestis, refert & sequitur Philippus Decius in. l. certi condictio. §. fin. num. 3 si certum petatur, sed nimis supine labuntur, non solum contra communes iuris regulas, sed etiam contra textus apertos in indiuiduo, est enim vulgata regula, quod res ex pecunia

11 mea etiam immediate, etiam mala fide adquisita non est mea, nec mihi restituenda. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi. l. quamuis ex ea. C. de pignoribus, quod procedit etiam si adquisita sit, per eum cum quo erat nobis contractus societatis, etiam quæstuariæ, sed extra causam societatis adquisitio facta est. l. cum duobus. §. cum erat pro socio, notant omnes in. l. si patruus.

12 C. communia vtriusque iudicij, Petrus de Perus. tractatu societatis. p. 5. quæstione. 1. dixit Paris. Modern. ad Alexand. cons. 46 num 11. lib. 1. & in indiuiduo contra Bald. est tex. in. l. si ex ea. C. de rei vend. vbi pondero, q ipsemet depositarius (& sic mala fide) adquisiuit, & tamen deponens non potest petere res inde emptas, nec earum partem, & hanc opinionem tenuit Soto de iustitia, & iure. lib. 6. q. 3 art. 1. col. 4. vers. aliud enim apparentius.

13 Ex quo infertur quod si frater negotiatur cū pecunia fratris nomine proprio, sibi adquirit, non fratri, vt ex Bart. & alijs in. d. l. si Patrus tradit, Decius cons. 255. Tiraq. lib. 2. retract. §. 32. glos. vnica. n. 17. Greg. l. 10. glo. 1. ad fi. tit. 10. p. 5. Matiençó, lib. 2. glo. 1 nu. 14. tit. 9. lib. 5. Recopil.

14 Hinc etiam tenent Theologi scholastici, quod etiam vsurarius qui ex pecunia vsuraria multa acquisiuit, nō tenetur ea restituere, sed tantum pecuniam, & id in quo alios damnificauit ita D. Tho. 2. 2. q. 74. art. 3 Scotus, Gabriel, & alij in. 4. senten. dist. 15. q. 2. sequitur Petrus Anchar. in repet. c. peccatū col. 2. de reg. iuris in. 6. Ioan. Andr. Lapus Geminia. Philip. Fran. c. quamquā in princ. colu. 2. de vsuris in. 6. Lauren. de Rodulphis tract. vsurarū. q. 44. Panor. c. fi. in fine de vsur. Claua. in vers. vsura. 1. §. 55. vbi dictū Baldi nominatim reprobat, de qua re videndus est Soto de iust. & iure lib. 6. q. 1. art. 4. Diximus ergo, quod

15 si talis depositarius conueniretur de positi iure ciuili, non tenebatur vltra sortem nisi ad vsuras legitimas. d. l. 3.

16 Quod si deponens præterea damnificatus fuerit dolo, & frustratione depositarij, locus erit æstimationi interesse casualis præter vsuras. l. 3. in fin. de eo, quod certo loco.

17 Non obstat. d. l. qui sine allegata per Bald. quia loquitur in eo, qui gestionem suscepit negotioru̇̄ meorū, & sic mihi negotiari tenetur, sicut, & procurator ad negotia, vnde quidquid suo nomine de pecunia mea adquisierit, tenetur restituere. l. idemq; §. si procurator. ff. mand. quemadmodū & socius intra causam societatis. l. si quis societatē. ff. pro socio, secus in eo, qui non tenetur nobis negotiari.

Sed quid si depositarius negotiatus cum pecunia deposita, & putans se teneri ad lucrum, restituerit pecuniam depositam cum omni super lucro, poterit ne lucrum ipsum repete

re

re, videtur quod non ex Bald. l. 1. quæstione 10 C. pro socio Alexand. l. si non sortem in principio de condict. indeb. Carrocio in tractatu de deposito. 1. par. titulo si sequester suũ officium, numero. 11. folio. 18. vbi vide.

18 Redeundo ad rem capio secundũ casum quando non est merum purum depositum, sed potest depositarius vti, & in vsus suos conuertere, quod accidit dupliciter. Primo ex pacto vel promissione expressa, vt l. 1 §. fi pecunia. l. si sæculum. §. 1. de posit. 2. tacite, & istud rursus duobus modis.

19 Primo quando pecunia deponitur, non signata, sed ad numerum, vt in. d. l. hic. §. 1. depositi, & sane intelligẽ quando simpliciter ad numerum deponitur, & tunc eo ipso actum videtur, quod abeat in creditum, vt vti possit, & ad tantundem teneatur d. §. 1. Secus si appareat numerationem esse factam, non vt tantundem reddi possit, sed vt sciatur quantum sit, & nihilominus tanquam species depositæ fuit, vt idem reddatur, quia tunc essemus in primo principali casu, & probatur in. d. l. Lucius.

20 Secundo modo etiam tacite videtur actum vt vti liceat, & abeat in creditum quando fit pactum de vsuris, quia impossibile est vsuras currere, nisi translato vsu, & dominio sortis. d. l. cos in fine, & sic consequens tacite implicat necessarium suum antecedens. l. illud de adquirenda, vel admittenda hæreditate & hoc quando pactum fit pure, alias si sub cõditione, vel in diem nondum necessario per se illud implicaret, nisi alia accederent.

21 Hoc ergo secundo casu dico, quod depositarius non tenetur ad vsuras eo ipso quod in proprios vsus conuertit, etiam si multum superlucratus fuerit, cum id licite fecerit tx. in. d. l. die. §. pecuniã depositi, quemadmodum si expresse mutuatus fuisset, nõ tenetur, vt sup. hoc lib. 3. q. 5. sed post veram moram tenetur, siue in vsus suos conuerterit, vt d. §. qui pecuniã, siue non vt primo casu ex regula cõmuni dictum est. Item si pactum sit etiam pacto nudo, dummodo in continenti appositio, & tunc etiam citra moram, siue vsus fuerit siue non tex. in. l. Quintus depo. in. l. Lucius in fine in. l. publia. §. quinto eodem tit. & ita debet intelligi & limitari. d. l. si sæculum. § si ex permissu scilicet, vel ratione moræ, vel ratione pacti, secus vtroque deficiente, vt Accurs. ibi in fine recte intelligit, & ad pleniorem horum declarationem pluriumque connexarum legum nouum, & sincerum intellectum.

22 Aduertendum quantum ad hoc, vt remaneat actio depositi facta de positario permissione vtendi non refert siue permissio fiat, in initio tẽpore depositi, an ex intervallo, quia eo ipso, quod pecunia numeretur nomine depositi, etiam si in continenti permittatur depositario vti, tamen non cẽsetur deponẽs velle recedere à deposito, & natura depositi, nisi in quantum ea permissio necessario infert. sed non infert necessario, quod derogetur naturæ depositi nisi in hoc, q recipiens precario vti possit & consequẽter abeat pecunia in creditum eius periculo. Igitur in cæteris remanet natura, & prærrogatiua depositi, argum. l. tutori. C. de negotijs gest. Quod si ea permissio fiat ex intervallo, adhuc minor est dubitatio propter rationẽ depositi iam adquisitã, & radicatã, quæ facilius cõseruatur, quã inducitur, & contra difficilius amittitur ius iam quæsitum quã dũ quæritur, & est infieri. Item ex quo semel præcedit contractus perfectus non

censetur in dubio ex conuentione 23
adiecta, circa idem negotium nouus contractus fieri, sed priori informari, siue in continenti, vt in l. 1. §. quod si rem. ff. depositi, siue ex intervallo, vt in l. qui negotia. ff. mand. idque indistincte non solum ob subtilitatem iuris, quia prior contractus attenditur in d. §. quod si rem, sed etiam vtilitatis gratia receptum est, triplici ratione. Prima vt remaneat antiquitas prioris hypothecæ: secunda vt remaneant commoda, quæ in re communi & regulari insunt actioni bonæ fidei: tertia vt remaneat priuilegium personale exclusio compensationis, & reliquæ prærrogatiuæ, quę iure speciali insunt actioni depositi. l. si hominem. §. quoties. ff. depositi. l. penultima. C. eodem, & vltra prædictas rationes sunt casus legum, & tex. in d. l. Lucius. l. die. §. 1. l. publia. l. si faculum in fine. ff. depositi, ob quæ commoda permittens simpliciter depositario vti, non censetur prædicta, omnia iura sibi adquisita velle remittere de iure suo nisi quatenus ex ea permissione necessario infertur. d. l. tutori. C. de negotijs gestis videlicet, vt merum depositum, vertatur in impropriũ, vtque dominium transeat, nec possit intempestiue, & ita 24
prompte repeti, vt prius poterat. Hæc enim permissio beneficium est, quo iuuari debet accipiens non decipi. l. in commodato. §. cum autem. ff. commodati, & sic aliquod spatium vtendi & reddendi in est, non tamen tantum quantum in mero mutuo, sed circiter, velut in precario, vt dixit Paris. Modern. in annota. 25
ad Philipum Decium. l. 2. in principio. numero. 25. ff. si certum petatur, vbi Decius, & in. l. contractus. nu. 11. de regul. iur. nimis præfracte reprehendit opinionem Panorm. c. 1 cap. fin. colum. 3. de precario.

Ex prædictis liquet, quod nimis erranit Decius in. l. certi condictio. §. fin. numero. 4. ff. si certum petatur, vbi fixe tenuit, quod non remaneret depositum, quia est (inquit) repugnans & contra substantiam depositi, quod dominium transeat, ideo cẽsset conuentione partium fieri non posse. l. cum præcario de præcario, tum quia dominio semel translato agitur ex mutuo. d. §. fin. & l. 1. §. si pecunia depositi. & Decium sequutus Ioannes Baptist. Lupus de vsur. commentario. 1. §. 3. numero 61. & Carrocius de deposito. 1. par. in rub. accessio quarta vsuræ. Verum ad eorum fundamenta facilis est responsio. Primo ad id quod adducunt de substantia respondeo, quod illud procederet in mero & puro deposito, secus in deposito excedente naturam, & terminos depositi etiam si ab initio id agitur tex. in. dict. l Lucius, & alioquin sequeretur, quod in pecunia non esset depositum, nec haberent locum iura depositi, nisi deponeretur vt species, non autem ad numerum, quod est contra text. in. d. l. die. §. 1. cum similibus, & contra. l. 2. tit. 3. par. 5. in finalibus verbis, & contra libertatem tacitæ, vel expressæ volũtatis contrahentium, quæ impediti non debet. l. penultima. C. pro socio saltem quãdo legibus comprobatur vt hic, nec plus requirendum est ad substantiam actus quam. l. requirit. l. Gallus. §. videndum de liberis, & posthumis, aliæ etiam responsiones colligi possunt, ex his quæ statim dicam.

Minus obstat d. l certi condictio. §. fin. cum. l. sequenti, quia dico quod gloss. & Doctores male intellexerunt: putant enim, quod ibi Iuris Consultus principaliter laboret ad sciendum & docendum, an & quando pecunia debita ex depositto

to posit conuerti in mutuum sola voluntate, vt excludatur, vel impediatur actio depositi, & sola certi condictio specialis (vt loquuntur) ex mutuo nascatur, vel subrogetur, sed non est ita, nec is est finis, & scopus dict. text. vt latius docuit Paris. Modern. in nouis Intell. sed scopus est scire & docere, quando pecunia depositi abeat in creditum, & sic periculo recipientis, vel quandiu maneat merum depositum, & sic totus ille text. nullo modo contrariatur in se ipso, & multo minus reliquis legibus, vt etiam vetere Doctores, de inde qui eos sequuti sunt ieiune, & sophistice intelligentes finxerunt, & tex. clarissimum facillimum infinitos intellectus fabricando, & rursus eosdem subuertendo obscuraue runt.

26 Constituo igitur depositum pecuniæ quadrupliciter considerari in iure. Primo quando pecunia deponitur, vt species, etiam si numeretur ad sciendum quanta sit, sed simplicis custodiæ causa non data facultate vtendi. l. 1. ff. depositi, & istud est merum purumque depositum, in quo stant omnia substantialia, & naturalia depositi, nec dominium transit. l. licet. §. rei. ff. de pos. nec periculum in recipientem, qui, de dolo & lata culpa tenetur, nec ad vllas vsuras etiam pacto expresso, vel stipulatione obligari potest, nisi post moram, text. in. l. Lucius depositi, vbi dicitur hoc esse nedum contra naturam depositi, sed etiam absolute contra bonam fidem (& sic prorsus intolerandum) vsuras desiderari temporis ante moram, quo purum beneficium, in suscipienda pecunia dedit absque vlla mercede & facultate vtendi, & ita debet pulcher ille text. in suo natiuo sensu accipi, tametsi Roman. consilio, 500 columna. 1. Philip. Decius Franciscus Ripa & alij in l. 2. in principio si certum petatur præpostere audeant, & literæ, & menti legis, & sensui communi contradicere dicentes, hoc non esse illicitum, nec vsurariũ vt cumque sit contra naturam depositi, & æquitatem.

27 Secundo quãdo depositum fit ad numerum vel etiam (vt quandoque quibus pecuniæ redundant, numerandi computandique tædio) ad mensuram hoc expresse vel tacite acto, vt tantundem reddere sufficiat, & tunc adhuc est verum formale depositum stricte. Non obstat. l. Lucius. ff. depositi vbi dicitur, quod hoc casu egreditur notissimos terminos depositi, quia verum est in quantum depositum stricte capitur in primo, & stricto gradu, vbi nec periculum transit, tamen quia nihilominus hic inuenitur vera diffinitio, & substantia depositi, quia recipiens merum officium gratuitæ custodiæ præstat, & potest ad restitutionem quandocumque etiam ante diem præstitum indillate cogi, sequitur, quod est verum, & merum depositum. l. 1. in principio &, §. penultimo depositi: vnde licet ille transitus dominij, & periculi excedat terminos depositi stricte sumpti, tamen ille excessus est valde modicus, nec considerabilis. Primo, quia non respicit substantiam depositi, sed accidens. Secundo propter naturam rei depositæ, videlicet pecuniæ, in qua ob innatam fungibilitatem non solent considerari corpora, sed sola quantitas. l. in numis de in litem iurando, & sic tanta quantitas velut in abstracto magis dicitur deposita, fideique recipientis comissa, quam ipsa, vel certa corpora in concreto, & sic

non est contra naturam huius depositi, quod tanta quantitas reddi possit. Tertio, quia tantum abest, vt officium, & ratio depositi minuatur ex eo quod pecunia ad numerum deponitur, & abit in creditum, vt indidem magis augeatur, patet quia depositarius ob id non minus, sed magis officiosus est, nec minus extensiue, vel intensiue obligatur, sed magis extensiue, quia periculum præstat. l. certi condictio in fine si certum pet.

28 Vnde male & inaduertenter dicunt Doctores in. l. 2. in principio, & in. l. certi condictio. §. fina. si certum petatur, quod hoc casu sit improprium, seu irregulare depositum: quia imo est verum, & proprium. Patet, quia si depositarius se obtulerit deposito, vel promisserit periculum rei depositæ, etiam si omne periculum etiam fortuitum nominatim susceperit nihilominus dicitur verum, & proprium depositum, text. in. l. 1. §. sepe. ff. depositi. l. iuris gentium. §. siquis de pact. quia recipiens tantum plenius officium exhibet, & promittit, quod magis est. Secundum, quam præter naturam depositi, quod de se merum officium, & beneficium est custodiæ eam deponenti impensum. d. l. Lucius.

29 Igitur & in hoc secundo gradu est verum & proprium depositum, nec est dubium quin omnes prærrogatiuæ, & priuilegia depositi, de quibus in. l. penultima. C. depositi in. l. si hominem. §. quoties de pos. hic locum habeant, imo priuilegium in personalibus cum prærrogatiua prælationis ante omnia priuilegia, non fuit principaliter introductum, nisi pro deposito secundi modi, vbi pecunia abijt in creditum, non autem pro primo modo, vbi deponitur, vt species, & vindicari potest, & sic superflua essent priuilegia, quia vendicatio, vi sua præfertur, non solum omnibus priuilegijs, sed etiam hypothecis, etiam expressis & interioribus. d. l. si ventri. §. si tamen authentica si quid ex rubrica. C. qui potiores in pignor. hab. l. 9. tit. 3. part. 5. l. 11. in fin. tit. 14. partita. 5. l. procuratores §. penultim. de tribu, & sic priuilegia non possunt habere locum in primo gradu, nisi ex inopinato, & accidente, puta si depositarius pecuniam depositam, vt speciem dolo, vel lata culpa amisisset, vel consumpsisset vel citra dolum, & latam culpam cum numis suis mixcuisset, vel in res suas impendisset, ad quod inopinatum, non possunt, nec debent. ll. dictorum priuilegiorum restringi, sed ad ea quæ in frequenti vsu sunt adaptari. l. iura constitui cum. l. sequenti deleg.

30 Tertius modus quando non solum datur ad numerum, sed etiam vt depositario vti liceat dato, seu translato gratis iure vtendi, & ita proprie loquitur dict. l. certi condictio. § fin cum. l. sequenti, & hoc casu depositum magis exorbitat: quia minuitur eius substantia, scilicet ratio officiosæ custodiæ, magisque mutuo, quam deposito accedit, & sic ille casus, multifariam differt a priori: quia in dicto. 2. casu, remanet obligatus ad meram, & officiosam custodiam, quia quam primum repetitur indillate reddere tenetur. dict. l. 1. §. penultimo, sic non habet ius vtendi, quod enim interim vtendo licite facit, hoc non est ex eo, quod habeat ius vtendi, sed quia dominus est & ad tantundem iure tenetur, seu proprius, & apertius loquendo, quia non est custos, nec depositarius corporum, seu quantitatis, vt dixi, & sic quamuis hoc

commodi

commodi habeat, quod contrectando vel vtendo non facit furtum, nec contra fidem, non tamen proinde dicitur capere commodum ex deposito, nec minus officij Patet, quia illud commodum multo grauiori superatur incommodo: quoniam periculum est depositarij, multum etiam augetur officium, quia custodiam grauiratam non deponentis, sed sui ipsius periculo præstat, nec censetur habere vsum, nec vero habet, cum totum suspensum sit in meram voluntatem deponentis, qui quandocunque indillate repetere potest. Aliud est enim habere nudum dominium, vt in eo qui pure debet: aliud habere vsum, vt in eo cui soluendi dillatio data est, sed in hoc tertio casu non præstat officium merum sed potius recipit, quia rogauit & accepit ius vtendi. Vnde non potest cogi reddere ante tempus expressum vel congruum, prout dictum est in mutuo supra hoc libro. 3. quæstione. 4. Priori casu augetur, isto 31
vero minuitur ratio custodiæ & officij: non tamen prorsus euacuatur: quia ex quo deponens incipit a deposito, datur intelligi quod sibi expediebat deponere, & aliter suis fidei custodiæ committere, & sic iam sui gratia deponit, quia vero etiam ius vtendi dat, quod non sui, sed accipientis gratia facit, apparet quod istud depositum in gratiam vtriusque sit, & sic in dicto gradu nullo modo est mutuum: non enim quoties de meo quauis ratione fit tuum, vt in donatione, vel debiti solutione, sed tunc demum mutuum est, quando officij gratia ad vsum temporarium gratuitum datur, vt supra dict quæstione. 4. itaque priori casu non competit certi condictio ex mutuo, nec potest agi ex mutuo licet pecunia in credi- 32
tum large sumptum abierit, sed tantum depositi agi potest. vel certi condictione ex depositio, quia tantum depositum est non irregulare, sed verum & proprium. Tertio vero hoc casu non est merum depositum, sed irregulare, quia contractus mixtus est: participat enim de mutuo, & depositio, quod non est inconueniens, cum eæ qualitates sint compatibiles etiam in eodem contractu diuersis respectibus, vt hic, & notant Doctores in. l. 2. in principio si certum petatur in. l. singularia eodem titulo. Et sic deponens potest post tempus vtendi lapsum agere certi condictione, ex mutuo si velit (cum verum licet non merum) mutuum insit. dict. l. certi condictio in fin. quæ non negat agi posse certi condictione ex depositio, seu depositi, cum verum quoque, licet non merum depositum insit, vt est casus in dict. l. Lucius in fine. l. publia. §. 1. l. quantum l. si saculum in fine. ff. depositi.

Et hunc tertium modum depositi limito, vt procedat, dummodo vsus concessus non repugnet custodiæ: puta si est ad breue, vel mediocre tempus, secus si esset ad multum tempus, puta quinque annorum: tunc clarum esset deponentem non egere tali, tantaque custodia, & multo fortius si restituendum est ad nutum depositarij. His enim casibus, & similibus, etiam si ab initio agatur vt sit depositum, non posset esse depositum, cum deficiat omnis eius substantia, & formalis causa, videlicet ratio custodiæ, & sic necessario erit merum mutuum, vt in hoc vltimo casu de depositio ad nutum recipientis decidit Romanus consilio 258. columna. 1. col. 520. col. 1.

Antea quam capiam quartum modum depositi, ad ampliorem de-

32 claratione trium præcedentium graduum,& plurium legum aduertẽdum,quod iſtud ius vtendi in depoſito, quatuor continet caſus adhunc tertium modum ſpectantes, quia quandoque ius vtendi datur pure, quandoque ſub conditione, quãdoque alterutroque modo ab initio, quandoque ex poſt facto, qui omnes caſus conueniunt Themati d.§. fin.cum.l. ſequent. excepto quando ius vtendi datur pure, & ab initio,vt ſtatim liquebit.Et ſiquidem,pure,& ab initio,qui eſt primus caſus, tunc ſtatim pecunia non ſolum abijt in creditum large,ſed etiamſtricte ſumptum,quia ſtatim mutua eſt,& nihilominus depoſita, quia contractus mixtus eſt. Oritur ergo certi condictio ex mutuo,licet non ſtatim intentare poſsit, vt probatur in.d.l.certi condictio. §.fin. qui licet loquatur, quando ex interuallo hoc ad maiorem frequentiam refertur, quia frequentius eſt merum mutuum, ſi tamen deponens ab initio det ius vtẽdi, non minus,imo magis ineſſe debet mutuum, quam ſi ex poſt facto, vt ſenſus communis docet. Si autem pure ex poſt facto, qui eſt ſecundus caſus,tunc eſt caſus in.d.§.fin. qui tamen non negat manere veterem actionem depoſiti, & ſic contractum ex tunc incipere eſſe mixtum,vt probatum eſt.

Ex his caſibus quando pure datur ius vtendi,non eſt opus noua motio
33 ne pecuniæ, vt fiat mutua, quia ſiue ab initio ſufficiet prima vnica numeratio, ſiue ex poſt facto, ſufficit pecuniã exiſtere penes rogãtem, quod pro numeratione eſt.§. interdum,inſtit.de rerum diuiſione.

Si autem ſub conditione ab initio qui eſt tertius caſus, text. eſt expreſſus in. l. quod ſi ab initio ſi cert.pet. vbi non fit mutua anteaquam mota ſit,& cæperit vti,quia cõditio illa expreſſa(*ſi voles*) vel *ſi voluerit*,non prius extat: quoniã intelligitur cum effectu non autem de ſimplici,& nuda voluntate,quæ re integra mutari poteſt,& ſic pendet & nondum cum effectu extat.Vnde non ineſt mutuum,nec abit in creditum,nec tranſit periculum, donec vti ceperit,& antequã de facto cæperit vti,vel mouere ad vtendum, non oritur condictio ex mutuo, quia nondum verum mutuum ineſt, ſed tantum manet ſola vetus actio depoſiti. Nec obſtat hoc caſu.d. §. interdum, quia loquitur de voluntate pura, vel purificata,non autem de conditionali vel pendente.

34 Non obſtat.l.ſiquis nec cauſam in principio ſi cert. pet.vt hanc obiter expediamus)expectat enim ad tertium caſum huius tertij gradus; quia non debet ita ruditer intelligi, vt hactenus glo.&DD.vt ſequuta emptione eo ipſo ſit mutuum, ſed demum ea ſequuta motione,velvſu,vt ſtatim dicam.

Aduertendum tamen eſt, quod iſte tertius caſus diuiditur in duos. Primus quando ab initio eſt merum depoſitum, poſtea tranſiens in mixtum ex depoſito,& mutuo,vt nuper exemplificatum eſt. Secundus e cõuerſo, quando initio eſt contractus mixtus ex depoſito,& mutuo, vel depoſitum improrium, ſed poſtea definens in merum mutuum, vel in mutuum qualecunque nil amplius commune habens cum depoſito, vt exẽplum eſt in.d l.ſiquis nec cauſam in principio, vbi antequam accipiens conuertat in pretium futuræ emptionis,eſt quidem depoſitum non merum,ſed improprium. Tum quia nõ eſt factum gratia deponentis, nec eo quod cuſtodia indigeret,ſed gratia depoſitarij: tum quia deponens

35

non.

non poteſt libere reuocare poſt quã autem depoſitarius in pretium conuerterit, vel ad hoc contrectauerit, deſinit eſſe depoſitum, & incipit eſſe mere mutuum, quia hoc actũ eſt, vt tunc eſſet tantum mutuum, non autem, vt maneret actio depoſiti, & ſic nulla priuilegia depoſiti manent, etiam ſi non ſit pactum de aliquibus vſuris, ſed gratis mutuatum, quo caſu erit merum, & proprium mutuum, ſed ſi pactum eſſet de vſuris, erit mutuum quidem mutuum, non ſimpliciter, ſed reſpectiue, videlicet reſpectu prioris contractus depoſiti, cum quo nihil habet, nec retinet commune, ſed in ſe erit mutuum improprium: videlicet quarti gradus vt poſtea dicemus. Antea quam vtamur, quando que eſt depoſitum actu mixtum cũ mutuo, vt quando pecunia eſt depoſita, ad numerum, vt tantundem reddatur, ſi vero non ſit depoſita ad numerum, ſed vt ſpecies, tunc non eſt contractus actu mixtus ex mutuo cũ non dum abierit in creditum, & ſic a quo remouetur genus & ſpecies, conſequenter nil habet actu commune cum mutuo, ſed ſolũ deſtinatũ eſt ad futurum mutuum l. ſi nõ dum C. de fur. eſt tamen (vt dixi) depoſitũ improprium propter illa duo, quæ dixi: & habebit tantum interim (non poſtea) priuilegia depoſiti, & poſtea quoque ceſſantibus vſuris habere potuiſſet, ſi ſimplex facultas vtendi cõceſſa fuiſſet, non autem de formali mutuo conuentum. Vtroque tamen caſu ad numerum, ſiue vt ſpecies depoſita ſit, periculum etiam caſus fortuiti, ſpectat ad depoſitarium, cuius ſolius gratia depoſitum factum eſt, vt contra cõmunẽ ſentit Decius in d. l. ſiquis nec cauſam, & bene, vt ibi dixit Pariſ. Moder. & intelligendum quod vt conuertatur in mutuũ non ſufficit quod depoſitarius, emerit ſed requiritur quod inde ſoluerit, vel adhunc finem contrectauerit alioquin poterit aliunde ſoluere, vel aliter ſatisfacere, & ſic pecunia depoſita ſemper manere in priori cauſa, & qualitate depoſiti. Si autem (redeũdo ad rem) pecuniæ ius vtẽdi detur ſubcõditione ex poſt facto, qui quartus caſus eſt, pariter habet locũ diſpoſitio d. l. quod ſi ab initio: quia eadem eſt ratio, & hoc eſt quod vult dicere tex. in l. 1. §. ſi pecunia apud te depoſiti, quod hoc caſu antequam vtaris depoſiti teneberis, id eſt ſola actione depoſiti, quia non incipit mutuum, nec oritur conditio ex mutuo, antequam incipias vti, ex his habes natium, & limpidiſsimum intellectum d. §. depoſui qui eſt fin. l. certi conditio. cum l. ſeq loquuntur enim quando contractus incipit a mero depoſito primi modi, & quando ius vtendi non datur pure, ſed ex poſt facto, vt in d. §. depoſui, vel ſub conditione ab initio d. l. quod ſi ab initio & idẽ ſi ſubconditione ex poſt facto. Si autem purè ab initioque quamuis eadem. l. ſatis indicet quid iuris ſit, tamen non eſt caſus d. l. quæ loquitur quando ab initio eſt merum depoſitum primi modi, qui poſtea recidit in mixtum, ſed hic eſſet ab initio cõtractus mixtus. Nec etiam eſt ibi caſus quando depoſitum inciperet a depoſito ſecundi modi: quia d. l. non tã diſputat de genere, & ſuperuenientia actionis mutui, quam de tranſlatione dominij, & periculi, quæ ab initio fit in depoſito ſecundi modi, ſed d. l. 1. §. ſi pecunia apud te, poteſt intelligi, ſiue ab initio ſit depoſitum primi, vel ſecundi modi. Habes obiter verum & genuinum intellectum horum iurium, reiectis commentis glo. & Doctorũ in d. §. depoſui cum l. ſequenti.

35 36 37

Quartus modus quando depone-

tur sub vsura,& sic non solum ad nu merum, non solum concesso vsu,sed etiam sub mercede vsus, vel quæstu fæneratorio. Et hic casus longissime omnium depositi degenerat,in tan tum, vt lex neget esse depositum.l. qui hominem §.quoties ibi, *renuntiauerit depositi*, ff.de posi. Nec immerito: hic enim casus magis accedit mutuo,quam depositi,imo ab vtroque degenerat, & est verus contractus fæneratorius, & nihilominus quam depositum nisi solo nomine siquidem omnino, & naturâ, & substantiam depositi exuit. De substantia patet:quia non fit causa custodiæ officiosæ,& gratuitæ, sed causa quæstus:de naturalibus res ipsa loquitur. Vnde in hoc impropriſsimo deposito non habent locum prærrogatiuæ, & priuilegia depositi præsertim in præiudicium tertij,vt est tx.in.dict.§. quoties.l.si ventri.§. si bonis de priuilegijs cred. Ex quo infertur ad Bancherios nostri temporis,qui non sunt vere depositarij, cum eis detur pecunia non vt eandem in specie reddant, sed tantundem conceditur ꝙ illis ad vsum,non gratis, sed sub mercede vsus:datur enim hoc casu depositum,sed depositum irregulare, & quarei gradus, & actione depositi agitur ad pecuniæ restitutionem ex l.Publia.§.Lucius vbi glo. verb. excedere,&.l.die sponsaliorum §. 1. & dict. Lucius depositi, & eadem actione vsuræ conuentæ peti possunt ex dictis iuribus & Paulo dict. l.Lucius & decisio Ro tæ titulo de deposito.§59.nõ tamẽ habebunt deponentes depositi prærrogatiuas,aut priuilegia, nec a cæteris bancherij creditoribus separabuntur. l. ventri. §.in bonis de priuileg.cred &optime Ioan. Franciscus a Ponte cons.156. quem omnino vide,quia bene loquitur in hac materia. Nec inter creditores banchi inspicitur temporis prioritas,vt post Chassan. scribit Gutierrez.quæstione 100.n.15. lib.3.pract.

38 Sed obiter hic quæro. Primo, an priuilegia depositi habeant locum in tertio,& præcedenti modo: videtur quod non. Primo,quia ille gradus in veritate magis accedit mutuo & magis participat de substantia, & natura mutui,quam depositi.Secundo quia saltem est cõtractus mixtus prout vtriusque contractus actio concurrit,vt dictum est. Vnde dicta priuilegia odiosa,& contra regulam cõmunem introducta in simplici,non videtur extendenda ad mixtum per notata in. l. 2 in principio de verb. oblig.Cõtrarium dicendum est,quia idem fauor est in mixto:patet: quia certum est, quod in secundo modo habent locum,videlicet in deposito pecuniæ ad numerum. Sed si deponens etiam vti depositario permittat, nulla ratio suadet, cum debere esse deterioris conditionis, nisi respectu dillationis expressæ vel tacitæ concessæ.Igitur in cæteris debet priuilegia depositi habere, ne liberalitatis suæ pœnam patiatur contra.l. adres donatas de ædil.edicto.

39 Secundo quæro si deponens det mercedem custodiæ depositario, an habeant locum priuilegia depositi? Breuiter dicendum, quod sic, siue species,siue pecunia etiam ad numerum,etiam dato vsu,deposita sit, quoniam licet in dubio sit locatio. l. 1 §. si vestimenta.ff.depositi tamen si actum sit esset depositum, vt quia causa custodiæ tit.depositi traditur, vel numeratur;est depositum, licet irregulare,vt tenent Alexan. Iaso. Frãc. Ripa &alij in.l.2.in principio.si cert. pet. & recte.quia,licet propter mercedem minuatur ratio substantiæ depositi,quæ inofficio gratuitæ custodiæ consistit,tamen ex eo quod deponens

ponentis dat mercedem non debet esse deterioris conditionis, nec eare reliquis commodis, & priuilegijs depositi, ex quo noluit contrahere, nisi sub eit. depositi, nec recipiens potest dantis impunare concursum mercedes, ex qua luerum sentit argumento l. cuius in fundo. § quod si mulier de iure dot. quod si nihil cõuenit de mercede, an possit depositarius salarium exigere, vide Tiraquel. lib. 2. retract. §. 4. glo. 7. nume. 6. Perez. in tit. ad tit. 10. lib. 3. q. 8. Carrocium in tract. tit. de sequæstro quæst. 1.

40 Tertio quæro, an sit generaliter verum, quod dictum est deponentẽ, qui capit vsuras, non habere reliqua priuilegia depositi, videtur quod sic, quia tex. in. d. l. si venti. §. in bonis de priuileg. cred. non distinguit, sed in distinctè vult deponentes, qui vsuras acceperunt à creditoribus non separari, confirmatur per textum in d. §. quoties, vbi postquam absolute negauit, ad hoc expressim extendit etiam si ex interuallo vsuras acceperint, & dicit, quod eo ipso videntur renunciasse depositio. In contrarium quia sequeretur, quod si deponens propter moram vsuras, vel iudicis officio peteret, quod perderet priuilegium in sorte, quod est absurdum. Quare distinguendum, sed omisso distinctionis ambitu, breuitatis causa stet regula, quod deponens accipiens vsuras non habet priuilegium etiam in sortem. Fallit, vt procedat in fœnore negotiatiuo, & tunc procedit regula, siue ab initio, siue ex interuallo pacisca tur de vsuris, pro concessione vsus pecuniæ. Amplio etiã si postea etiam ante vllas vsuras receptas renunciaret vsuris, quia satis est quod semel paciscendo de vsuris pro vsu pecuniæ renunciauit depositio, saltim factum est depositum prorsus irregulare, in quo non habet locum dicta priuilegia. Amplio etiã siue agatur de vsu ad modicum, siue ad longum tempus, per notata infra ista quæst. secus sim cõtinenti, id est in ipsa pactione renunciaret vsuris, quia tunc non videretur de illis contineisse. l. 1. de divort. cum similibus. Fallit ergo regula in sola vsura incidenti, puta si ob moram petierat vsuras, vel etiam ei adiudicatæ sint, idem si ab initio conuenit de vsuris, vel de certa pœna non absolute, sed in casum moræ, vel doli dumtaxat, taliter quod non appareat verisimiliter factum in fraudem, vel locum fœnoris negotiatiui, quia tunc puto, q, retinet priuilegium, sed pro sorte dũtaxat, non autem pro vsuris, vel pœna in quibus æquabitur cæteris creditoribus. Non obstat l. Lucius qui potio. in pigno. quia loquitur in Hypotheca conuenta, vel data pro sorte & vsuris, vel pro pœna, sed huiusmodi priuilegium non est datum, nisi sorti ipsi ex vero proprio, & non improprio depositio debitæ.

41 Supereſt iam vt de reditibus in actione mandati aliquid dicamus, & venio ad l. qui negotia. ff. mand. quæ ob DD. opiniones longe secus quam deceat intelligitur; quibus omissis ibi ab Aphri. secantur quæstiones. Prima sortis. 2. vsurarum, scilicet conuentarum. Porro de sorte nullum erat dubium de substantia, & efficacia obligationis, quin omnino deberetur, solũ autem ambigi poterat de formula actionis, videlicet, an deberentur, & peti possent, tanquam mutuatitia certi condictione ex mutuo tantum. Circa vsuras autem longe maius erat dubium, quia non solum de formula actionis, qua peti possent ambigebatur, sed multo magis de substantia, & efficacia obligationis, videlicet, an vsuræ conuentæ efficaciter, siue naturaliter, & ciuiliter debe

rentur

rentur,& hæc erat principalis, imo in effectu tota quæstio,nec enim verisimile est additum, & consultum fuisse Iur. Consultum specialiter super forte,an iure peti posset,cum nullum esset dubium,fuit igitur, vt res ipsa ostendit,consultus super effectu dictæ conuentionis,& epistolæ,& an dictæ semisses vsuræ peti possent, & qua actione. Cum autem hæc quæstio dependeat a causa obligationis, & formula actionis ipsius sortis prudenter,& accute Aphric. eam cõsultationem secuit in duas partes,seu quæstiones. Primam præambulam sortis,secundam principalem vsurarum.Ideoque primam licet incidentem solam excutit,quoniam ex ea immediate sequitur decisio secundæ,& principalis quæstionis. Vide quam dextere Iure Consultus statim scopum petat,remque ipsam acutẽ gat(ibi, *quæsitum est an ex ea causa credita pecunia peti possit*)pũgit enim initio,& tacite vrget rationẽ ipsam dubitandi,quæ erat quod in mutuo, & generaliter in omnibus contractibus stricti iuris,non debentur vsuræ ex nudo pacto.l.3.C. de vsur.dixi supra hoc lib.quæst.4. Constabat autẽ hic esse nudum pactum, nec stipulationem interuenisse,nec interuenire potuisse,vt pote inter absentes,& sic tota difficultas versabatur in hoc,an conuentio contenta in.dict.epistola esset contractus meri mutui & stricti iuris,& sic fors tanquam credita, siue mutuata tantum peti posset,an vero ea conuentio esset contractus bonæ fidei,vel comprehensa in contractu bonæ fidei, in quo pactum nudum valet ad agendum, & consequenter fors,& vsura conuenta ex contractu & actione bonæ fidei peti possent (ideo signate dixit Aphri. *quæsitum, an ex causa pecunia credita*. Hæc enim arbitror esse verba Iuris Consul. 42 ad decisionem se se accingentis,siue ita ab eo in cõmẽtarijs suarum quæstionũ cõpẽdiosè & appositè scriptis mãdata:neq; enim verisimile est,vt dixi Consultorem ita subtiliter,& argute interrogasse,sed solum de vsuris,de quibus tantum dubitabat, vel simpliciter quid iuris in tx.(ibi. *Respõdi non esse creditam*) statim totã quæstionem implicite soluit,quam mox plenius exagitat, diuendo quæ in diuersum vrgere videbantur,& tandem apertius concludendo. Ratio decidendi est,quia ea conuentio,& epistola non expectat ad merum cõtractum mutui stricti iuris,prout hic iam decidit(ibi,*non esse creditam*)sed ad contractũ mandati bonæ fidei, vt decidit in fine,& conclusione legis ibi(*dicendum actione mandati*, &c) & sic bene dicit Iur.Cons.quod fors non est credita,idest,ex mero & formali mutuo tantum debita,verbum enim(*Credita*) in tota hac lege stat proprie,& stricte,pro debita ex mero & formali mutuo stricte sumpto tantum,vt totius legis phrasis ostendit. Et hæc ratio decidendi in vtroque cap.non est commentitia,nec a me conficta,sed ex verbis expressis, & aperta mente huiusce legis & aliarũ legum eiusdem materiæ,cum legali æquitate.Primum enim caput,quod rationem dubitandi ampliat, est in hac.l.expressum(ibi *respondi non esse creditam*)secũdum vero caput,quod rationem decidendi continet,exprimitur conclusione, & decisione legis ibi,*dicendum actione mandati, obligatum*. Quod autem eadem ratio decidendi in vtroque capite reliquis legibus & toti legali æquitati conueniat, probatur clare supra eodem titu.l. si remunerandi §. apud Iulianum iuncta.l.idemque §.siquis Titio eodem titulo per quæ hæc.l. qui negotia,poterat,& debebat gloseri, & 43 nulla

nulla fuisset antinomia, nec discrepantia à cæteris legibus, patet vide pulchrum casum d. §. apud Iulianum, cuius nouæ discussio adhunc tractatum pertinet, vbi species est huiusmodi. Caius iussit Titio tanquam procuratori suo certam pecuniam ipsius Caij, puta mille sumere, & fœnerare periculo suo, scilicet Titij, ita vt certas vsuras, puta quinque nec Caio penderet dumtaxat, quod autem plus fœneraret, lucraretur. Quæritur in casu de specie, & forma contractus, & actionis, & respondet Vlpianus non esse contractum mandati, sed mutui dumtaxat (ibi: *in creditum pecunia videtur accepisse*,) & sic nō habet Caius nisi certi cōdictionem ex mutuo stricti iuris, consequenter pactū vsurarum non valet tanquam nudum, vt pote deficiente stipulatione, & alio legitimo auxilio, vt est rex. eiusdem Vlpiani in d. l. idemque §. siquis Titio eodem titulo, qui clare loquitur quando dominus mandauit Titio, vt ab actoribus suis, scilicet mandantis mutuam pecuniam acciperet puta mille non simpliciter, sed sub certis vsuris, vt patet in eodem text. qui decidit vsuras peti non posse, nec ex mandato: quia non est mandatū, nec alias: quia non sunt deductæ in stipulationem, & sic præsuponitur ibi actum, & quæsitum de vsuris pactis, & sic ineffectu est idem casus in d. §. siquis Titio, qui in. d. §. apud Iulianum in principio.

Ratio decidendi: quia iste contractus non est mandatum, sed merum mutuum fœneratitium. Non obstat, quod dominus vsus est verbo mandati vocando etiam Titium procuratorem suum: quia istud negotium 44
de per se non est mandatum, quoniā materia subiecta non congruit mandato, cū id agatur, vt pecunia abeat in creditum, vt arbitrio mandatarij sit nomen vt cui voluerit credat sibique negotietur, & sic principaliter fauore mandatarij. Vnde non est mādatum l. 2. in fi. l. si remunerandi. §. si vbi l. quintus in fin. ff. mand. nec etiā iste contractus dependeret ab alio generali mandato, in quo includatur, cum iste Titius non esset aliunde procurator Caij, vel si erat in alia re particulari, illud mandatum nil habebat commune cum isto contractu, & sic remanet mere contractus mutui fœneratorij & valet quidem mutuum, quia re contractum, ipse non valet pactum vsurarium, quia nudū, sed cū Titius erat procurator generalis omnium negotiorum, vel certæ negotiationis, a quo iste contractus dependeret, & sub ea includeretur, vt mensæ argentariæ, vel fœneratoriæ, tunc non esset nudum mutuum, sed mandatum, & actio mandati bonæ fidei adhunc contractum tanquā apendicem extenderetur, & sic eadē actione mandati peti possent vsuræ de quibus conuenit etiam citra stipulationem, vt directè probat text. d. §. apud Iulianum vers. plane & tex. d. §. siquis Titio a contrario sensu & hic est breuis, clarus & germanus intellectus horū textuum quos doct. ibidem non aduertentes ad veram rationem dubitandi, & decidē di obscurarunt. Quæ enim Albericus Bartol. Bald. ibi comminiscūtur de mandato speciali, & de mandato quod contrahendo consumitur & extinguitur commentitia sunt, & reijcienda, quia nec methodum, nec iudicium promouent, sed vtrumque euertunt.

Vnde etiam errat Bartol. in. d. §. si quis Titio dicens, quod ibi esset mandatum si non esset expressum verbū mutuum, quia cum esset in fraudem mandatarij, nulla verborum formula fieri potest: vt sit mandatum, d. l.

quin

quintus in fine cum alijs nuper allegatis. Eadem ergo ipsissima ratio decidendi habet locum in d.l. qui negotia, vbi erat procurator generalis ad negotia saltim ad illa negotia, vnde procedebat pecunia quam procurator rogabat sibi mutuam, & perseuerabat actu mandatū, & dominus ibi mutuum, vel vsum pecuniæ ratione eiusdem mandati tuæ, vel sibi debitæ concessit, iuxta formam epistolæ, quam in totum simpliciter approbauit contemplatione mandati, vel in cōsequentiam procurationis, alias non facturus: quare nihil mirum, si ille contractus incidens sub generali mandato comprehēdatur, & illud informet, vt detur actio mādati. Imo videtur esse pars mandati generalis, cuius occasione fit, & quoddam particulare incidens mandatum, & sic etiam pactum vsurarium tanquam in existens generali, & specialiter huic incidenti mandato, quod etiam bonæ fidei est, valet ad agendum.

Confirmat autem Iuris Consultus decisionem, & rationem decidendi, per locum ab absurdo, & per locum à maiori districtiue in eodem text. ibi, *alioquin*, si enim hac specie dicendum esset esse merum mutuum stricti iuris, & tantum certi condictione ex mutuo agi posse, sequeretur necessario, quod ex quocunque contractu, vel dispositione pecunia sit nostra, vel nobis pure debita, & debitori cōceditur ius vtendi, quod eo ipso alio non inspecto, & indistincte, vel nuda pactione erit credita, hoc est ad merum mutuum redacta, quod est absurdum, & contra multa iura de quibus sup. hac quæstione, vt in l. si faculum in fin. ff. depositi vbi si post depositam concedam tibi vti, manet tamen actio vetus depositi, & in l. 1. §. quod si rem. ff. de pos. vbi si super eadem re incipiat negotium, a contractu mandati, licet mox, vel postea desinet in contractum depositi, vel in illud recidat, manet tamen prior actio mandati, & in propria specie legis nostræ, quando negotium incepit à vero contractu mandati bonæ fidei, si postea incidat mutuū, quod illud quoque recidat in actionē mādati, casus est in d. §. apud Iulianum, versiculo plane, qui hāc legē glossat, vt dixi.

Valde autem errauerunt glossa, & DD. circa hūc text. l. qui negotia ibi, (*nuda pactione*) putantes ea verba fuisse per Aphri. appositā ad differentiam stipulationis per quam debitū ex qualibet causa cēsent cōuerti posse in causa mutui, per l. qui ex pretio C. si certum petatur, tum quia d. l. si ex pretio non probat debitū ex alia causa conuerti per stipulationem in mutuum, sed potius oppositum, nec etiam vlla alia lex vt in nouis intellect. dixit Paris. Modern. tum quia d. l. si ex pretio quæ est Diocle. & Maximi, non fuit condita, nisi diu post tempus Aphricani, qui teste Capitolino, & alijs Chronographis floruit sub Aurelio Alexandro filio Māmæ qui apud Maguntiam fraude Maximini occisus est plus quinquaginta annis, antequam Diocle. & Maximi imperium capesserent, & sic dici non potest Aphricanum alluisse ad d. l. si ex pretio, dum ergo dicit (*nuda pactione*) vult dicere, sine alio iuris, vel facti ministerio promiscuè, & indifferenter, vt diximus.

Præterea Iuris Consultus in eodē tex. ibi, *nec huic simile*, respondet tacitæ obiectioni, quæ fieri posset à simili mutui, & dicit non esse simile quæstioni huius legis, & bene: sunt enim magnæ duæ dissimilitudines, nec vtranque tangit Aphric. sed alteram & minorem tantum, & adhuc breuiter, & concisse more suo, præsertim circa

circa hæc incidentia,& leuia obiecta, quæ non nisi obiter,& contemptim
46 attingit.Prima autem & maior dissimilitudo est,quod mandatum ad negotia,de quo in tex.est quid vniuersale.& successiuum,& sic eo durante omne pactum connexum, vel dependens,vel cuius occasione factum inter dominum, & mandatarium cadit in illud mandatum,& illud informat,& semper dicitur in continenti factum,depositum vero est actus par 47
ticularis,& momentaneus,qui re semel cõtrahitur,& sic pactum postea factum non potest dici incontinenti iuxta illum contractum, qui est actus momentaneus, & transiens,sed dicitur factum ex interuallo,quæ est ratio quod in mandato pactum nudum,etiã ex interuallo respectu principij mandati valeat ad agendum,secus in deposito,vt dixim⁹ in ista quæstione .Secunda & minor dissimilitudo est,quod incasu huius legis,non potest absolute, seu omni casu dici pecuniam fieri mere,& stricte creditam, etiam si hoc maxime agerent partes:potest enim accidere procuratorem recepisse non sine suo, & sic eam non esse domini,sed illi debitã, vel procuratorem eam mixcuisse,cõsumpsisse,vel amisisse,& sic cum nõ possit fieri de meo tuum,non potest fieri merum, & strictum mutuum, prout in vero deposito, vbi pecunia est domini, vt hic in hoc vers. (*nec huic simile,&c.*) potest fieri merum 48
mutuum etiam stricte sumptum nudo pacto cum de meo tuum fiat. Hanc autem ideo dixi minorem dissimilitudinem, quia solum ex hoc exemplo,vel obiecto depositi, ostendit non posse colligi pecuniam, etiã mere creditam in themate huius legis,in quo potest esse, pecuniam tñc domini non fuisse,sed nõ concludit hoc in nostro themate vsuras deberi ex nudo pacto, duplici ratione. Aphric. in transcursu huius obiecti, non tetigit primam,& maiorem differentiam,tum quia satis habuit incidens illud obiectum, data instantia illi de re & ostendere,quod non concludit contra responsum suum, tum quia potior illa differentia,quæ est ratio decidendi, satis ex conclusione huius legis,& alijs legibus colligi potest.Eodem modo elidit sequens obiectum in tex.ibi,(*item si à debitore*) quod enim elidendo dicit id benigne receptum esse non alio spectat, quam non esse producendum ad cõsequentiam,nec concludere contra responsum suum, argum.l.1.ad municipalem cum vulgatis:quãuis enim si me rogas mutuum,& tibi delego debitorem meum,a quo recipis,contrahatur inter me & te verum mutuũ licet non fit factum vere de meo tuum,ita quod pactum vsurarũ etiam simul appositum non valet sine stipulatione:tamen non sequitur idem esse in quæstione nostra,prout nec sequitur aliud esse. Aliud autem esse in d.obiecto ostenditur ex eo,quod ibi nullus præcedit inter me,& te cõtractus, in quem recidere,& a quo informari pactum vsurarium possit, prout in quæstione nostra non solũ præcedit,sed etiam permanet successiuum mandatum,& contractus bonæ fidei, a quo pactum informatur.

Deinde Iuris Consultus in eodẽ tex ibi,(*his argumentis.*) Tertio quodam obiectũ simile secundo parifor ma diluit,dicens nihilo magis(scilicet quam priori immediate præcedenti versiculo)esse mutuũ, vt enim in priori versiculo est verum quidẽ mutuum,sed benigne non autem secundum strictas,& formales regulas mutui,quia non fit de meo tuum,ita in hoc vers. his argumentis,quando

roganti

roganti mutuum do rem vendendã, vt pretio vtatur, quam primũ vendidit,& pretium recepit,statim est verum quidem mutuum,sed benigne, quia non est factum de meo tuum,& hoc est quod tex.dicit nihilo magis scilicet quam in priore, immediate præcedenti vers. & sic eadem noua hac interpretatione,vt longe diuersa ab illis,quas varie,& distorte ad vsq, tradiderunt glos. & DD. ita longe dexteriore & conciniore simul ostẽdo & hanc communem veram esse, & genuinam literam,& nullo modo aduersari. l. rogasti in principio, si cert. pet.& eodem verbo multo magis tacite innuit Aphri.quod vltimũ istud obiectum immediate præcedens, vt res ipsa ostendit,nec repete re opus est, ideo tamen dicit pecuniam ex argento redactam periculo eius fore,qui accepisset:quia licet nõ sit mutuum secundum strictam formulam mutui cum ea pecunia non sit de mea tua facta, est tamen in effectu verum mutuum, vt in versicu. lo immediate præcedenti, & in.d.l. rogasti.

Conclusio igitur Iuris Consulti
49 est in tex.ibi (*& in proposito*) vbi posit rationẽ dubitandi in præcedentibus remotam, & obiectorũ dilutionem vera ratio decidendi clare,& diserte explicatur,vt dictum est.

50 Vide,quid etiam ibi Bartol. acciderit,qui dum non capit rationem decidendi putat cum cæteris in hac l.qui negotia vsuras non deberi ex pacto,nec in vim pacti,sed solo iudicis officio, id etiam voluit Ioan. Bap.Lupus de vsuris commentario. 1.§.3.num.62. dicens ex contrectatione ibi deberi vsuras iudicisque officio peti posse,quod est alienum a tota hac lege,in qua non fuit quæsitũ, nec disputatum de vsuris, quæ veniunt iudicis officio,sed de vsuris cõ

51 uentis duntaxat. Sed vt errorerrorẽ trahit,adhuc fædius contra text. labitur.Bartol. dicendo, quod non debẽtur vsuræ conuentæ, quantumuis legitimæ,sed solum prout alias ex nuda mora solo iudicis officio æstimabuntur,videlicet minores earũ, quæ in regione frequentantur. Nec tædet Bartol.tex.clarissimum in dispositione huius legis, in fine sophistico commento distorquere, dicendo,q, illa verba de(quibus(faciunt relationem simplicem,alludẽdo ad ea, quæ notantur in.l. Iulianus de hæred. instituend.id est in genere non autem personalem seu specificam quod est hunc textum penitus destruere,tam in hypothesi quam in decisione, patet quia initio formatur quæstio de sorte,& vsuris conuentis, & quia de sorte superuacaneum erat disputare tota epitasis versatur super vsuris cõuentis,quas tandem respondit Aphri. deberi ibi, *de quibus conuenerit*, rogo quid peruersius quid menti verbis repugnantius, quam exponere non de quibus in specie cõuenerit, sed solum de vsuris in generali,sub quibus continentur vsuræ,de quibus conuentum fuit,si hoc non sit aperte peruertere,nescioquid sit peruersio. Quam autem omnes ignorauerint, & subiectum & scopum.d.l.liquet ex eo,quod putant ibi quæri disputari, & decidi,an debitum ex vna causa possit in causam mutui nudo pacto conuerti: in quo Bartol.& alij ibi,& quidam Saguranus inter commentaria Baldi per.16.colum.Bart.& omnes in.l.singularia misere se se,& auditores:& lectores discruciant,idque non solum frustra,sed maximo,& tẽporis,& ingeniorum detrimento.

52 Hic multæ aliæ leges nouiter explicandæ occurrunt, sed breuitatis causa,& ne præsentis tractatus materiam nimis excedam. Dico primo, quod

53

54

55

quod debitum ex vna causa non magis potest conuerti in mutuũ per stipulationem, quam nudo pacto: hæc enim differẽtia nullo iure probatur. Non obstat l. si ex pretio. C. si cert. pet. quia longe alium scopum habet quã vulgo putãt, vt dixit Paris. Mod. in nouis intellectibus. Secũdo dico, quod nec stipulatione nec pacto potest conuerti verũ mutuũ stricte sumptũ, quia in hac conuersione semper est quædã fictio l. singularia in fine, ibi (*videtur*) si cert. pet. sed fictio nunquam est illud idem, q. veritas, licet quandoque æquiparetur l. quod Nerua ff. de posit. Tertio dico reiecta
53 phantastica, & inutili diuisione mutui naturalis, & ciuilis meri, & cui natura cooperatur, Accurs. in l. 2. in fine & omnium doctorum ibi & in d. l. singularia si cert. pet. & omnibus ambagibus super ea ab eisdem cumulatis, quod duplex tantum est mutuum scilicet merum, & nõ merũ, sed hæc nostra distinctio duplici respectu considerari potest. Primo quantum ad intrinseca siue substantialia, & naturalia mutui. Secundo quantum ad extrinseca, vt quando iungitur cũ alio contractu. Primo respectu merũ mu-
54 tuum est, quod proprie & stricte capitur, videlicet, quando realiter fit de meo tuum, vt liberaliter vtaris, &
55 tãtundem dumtaxat reddas. Mutuũ vero non merum, siue minus proprium est quãdo vere non fit de meo tuum, sed tua fit pecunia aliena, & agitur, vt cedat in mutuum àte mihi debẽdum, siue hoc agatur inter me, & te tantum, vt quando mutuaturus tibi delego debitorem meum, vt quod recipis cedat in mutuum. Idẽ siquemlibet non debitorem nomine meo de suo numerantem interpono, siue inter me & te tantum, siue inter me & te, & numerantem agatur, vt hoc debeas mihi mutuum

l. 1

ex in dicta singularia in principio Idem si tantum inter te, tibi que nomine meo numerantem, hoc agatur me ignorante, sed postea acceptante l. certi condictio. §. si nu- 52
mos, ff. si certum petatur. His enim casibus est verum mutuum, quia vere proficiscitur pecunia, & fit tua titulo mutui, sed paulominus propriũ, quia pecunia non erat mea. Idem è conuerso si vere proficiscatur pecunia, quæ erat mea, sed non fit vere tua, sed eius cui me tuo nomine solu- 52
uere voluisti, siue ei donatam vollebas, siue erat creditor tuus, contrahitur enim verum mutuum inter me, & te, si hoc actum fuit, licet paulominus proprium quam si tibi numerassem alias nisi actum esset de mutuo esset mandatum, & sic soluta est prolixa dubitatio Docto. Saguranis in d. l. qui negotia col. 13. inter cõmenti Baldi.

56 Item adhuc minus merum & minus proprium mutuum est, si pecuniam pure mihi debes, & conuenit, vt crediti nomine eam retineas: est enim verum quidem mutuum. d. l singularia in fin. sed large, & minus proprie magis enim degenerat, quam in prioribus exemplis, vbi vere proficiscitur pecunia vere sit tua, licet vel vere non esset mea, vel sive re erat mea non vere fit tua, sed eius cui nomine tuo solui voluisti, & sic vnum tantum deest de formula, & natura veri mutui, videlicet, q. pecunia nõ erat mea, de quo nil ad te, cũ æquesit facta tua, vel erat mea, sed nõ est vere facta tua, sed eius cui nomine tuo solui voluisti, quod in effectu idem est, ac si vere tua esset facta, & sic vnicus, & modicus defectus, parum est in consideratione. Vnde ista tuta de tacita hypotheca, vel priuilegio, vel de nexu, aut carceratione personę debitoris in mutuo habebũt

æquæ locum in prædictis exemplis, ſed non illo vltimo exemplo, in quo nõ proficiſcitur pecunia ſed retinetur, q̃ ideo lõgius degenerat à natura
57 & integritate meri mutui, quia duo ei' ſubſtãtialia deficiũt, vel tria. Primũ q̃ vere nõ proficiſcitur pecunia, ſed tãtũ retinetur, ſecũdũ quia non erat mea. Tertiũ, quia non fit tua reali, & ſtricta veritate inſpecta, vnde etiam in terminis iuris exceptio nõ numeratæ pecuniæ locũ habet, etiã in dictis prioribus exẽplis, ſed nõ in hoc vltimo: caſus eſt in l. aduerſus. C. de nõ num. pecu. quæ ita debet intelligi.

58 Ex prædictis poſſunt dari tres gradus mutui. Primus meri, in quo proficiſcitur pecunia mea, & fit tua tit. mutui, & ſic omnia concurrunt. Secũdus Paulomin' meri, in quo vere proficiſcitur pecunia, & vere fit tua, licet nõ eſſet mea, vel ſi erat mea, nõ vere fit tua, ſed eius cui tuo nomine ſolui voluiſti. Tertius impropriꝰ mutui, vt in d. vltimo exẽplo, vbi nõ proficiſcitur ſed retinetur, vnde potius eſt fictum quã verũ mutuũ, qui magis accedit dilationi veteris debiti, quãvero mu
59 tuo. Tamen ſi cõſtet partes nõ agere de ſimplici dillatione, ſed etiã velle nouare prius debitũ, & transformare in cauſam mutui, benigne receptum eſt hoc fieri poſſe etiã nudo pacto. d. l. ſingularia in fin. & merito: tũ quia eſt ad cõmodũ debitoris: tum quia ad eſt præcipuum & ſubſtantiale, & finis mutui, q̃ nihil aliud eſt, quã officiũ, & liberalitas vſus, ſiue officioſa cõceſſio vſus rei fungibilis, vt tãtundẽ poſtea reddatur, & iſtud vere interuenit in hoc vltimo gradu, & ſic ſi cõcurrat q̃ partes intẽdãt nouare vt mutuũ ſit ex mutuo deinceps debitũ, admittẽdũ eſt ex benignitate tamẽ, & impropriẽ, vt probat tx. à fortiori in d. l. qui negotia verſ. *Itẽ ſi à debitore*, quia reliqua ſubſtãtialia deficiũt, & ita debet intelligi. d. l. ſingularia in fine, vbi non refert ex quacunque cauſa prius debitũ ſit, nec an pecunia ſit præſens, vel conſumpta, vel ſolutioni parata, vel nõ parata, quia cadẽ ratio & æquitas eſt, & nullo caſu ad hoc requiritur ſtipulatio, quia nullo iure probatur. Nec obſtat, ſed mirũ in modũ conſonat. d. l. qui negotia vſutam clar'. Potes addere quartũ, & remotiſſimum gradũ mutui, vt & ſup. 60 in depoſito iſta quæſ. quando ſit ſub vſuris, tunc enim maximè omnium degenerat a ſimplicitate, & ſubſtantia veri mutui, quæ principaliter in offi. & liberalitate conſiſtit, imo mutuum proprie nihil aliud eſt, quam officiũ, & donatio vſus pecuniæ, ſed ſi fiat ſub vſuris, iã venditur officiũ, & ſic deſinit eſſe officiũ, & trãſit in negotiũ fæneratoriũ, quæ eſt ſpecies oppoſita, quia donatio, ſeu beneficiũ, & negotiũ cõtrarie opponuntur, tx. in. l. interdictũ de precar. nec cauilleris q̃ nõ erit vſura, ſi deſinat eſſe mutuum, quia nõ deſinit eſſe mutuũ materialiter & impure, vſura enim non eſt forma, & prioritas, ſed labes, & inqui
61 natio mutui. Secundo vero reſpectu, de quo ſup. hac, q. n. 52. merũ mutuũ eſt, quando non eſt aliud quã mutuũ, nõ cõcurrente, vel mixta alia obligatione. & actione, vt in. l. ſi rem̃erãdi §. apud Iulianũ in prin. ff. mãdati in. l. cum quid ſi cert. pet. & paſſim in iure. Tripliciter contingit ad mixtã
62 eſſe, vel concurrere aliã obligationẽ & actionẽ. Primo quãdo numeratione pecuniæ, ex cauſa & tit. mutui additur in eõtinẽti ſtipulatio, ſiue præcedat, ſiue ſequat, quia tũc vna eſt obligatio, & vnus cõtractus, nõ ſolũ propter concurſum ſubitaneum, ſed multo magis propter intentionem, & formam, quia creditor nõ erat facturus vnũ ſine alio, & ſic nõ fit nouatio quia ea requirit diuerſa extrema,

ſed

sed vnus contractus,& vnica obligatio censetur.l.si ita vero.§.1.cũ l.seq. de noua.l.si ita stipulatus.§. Chrysogon'.vers.supereſt,de verb.oblig.quę ita debẽt intelligi,vt dixit Paris. Moder.in nouis intell.tamen ille contractus habet vires,& priuilegia vtriusque causæ vt ibi probauit,& attigit ille in annot.ad Philipp. Decium in l.2.§.fi.n.13.& in l.singularia.n.16.si cert.pet.& sic non est merum mutuũ sed mixtum stipulatione, cuius etiã vires habet,nec minus habebit vires & prærrogatiuas mutui,si quæ forte ex statuto loci sint. Secundo modo quando mutuum incidet, & dependet ex mandato generali permanente,& eius occasione, vel contemplatione,quia tũc ex vtraque causa obligatio,& actio oritur.tex in.d.§. apud Iulianum vers.*plane* in illa implicatiua quoque,quę probat nõ solũ mãdati actionem competere,vt in.d.l.qui negotia per totam,sed etiam certicõ dictionem ex mutuo, & sic non est merum,seu solum mandatum, sed etiam mutuum.ad hæc iura allegata sup.Secus si iam mandatum erat finitum,& mandatarius erat reliquator, vnde rogauit mutuum,quia tũc hoc secundo respectu est merum,hoc est nudum,& solum mutuum,sed primo respectu,siquidẽ pecunia erat domini,est verum,& merũ mutuum, etiã primi gradus strictissime sumptum, sicut & si habens depositum, vt speciem rogaret mutuum.At vero pecunia erat tantum in genere debita,& tunc est mutuum improprium tertij gradus.Tertio modo quãdo mutuũ accedit cõtractui nominato reciproco,eiusque contẽplatione fit, vt si dominus locet fundũ colono iusta merce ita vt ei teneatur mutuare cẽtũ, vel aliã summã semel,vel pluries durãte locatione,valet enim pactũ ciuili iure,& informat cõtractũ principalẽ

63 & sic mutuo sequuto,nõ solũ cõpetit certi condictio ex mutuo,sed etiam actio ex locato,quæ omnia pacta & depẽdentia includit,quin etiã actio prælcriptis verbis.arg.l.2.C. de pact. inter emptionẽ &vend.l.labeo.2.de cõtrahẽda emptione,& sic videsquã nulla sit antinomia inter. d.l.singularia in fi. &.d.l.rogasti,quã nulla indigeant hariolatrice subauditione,sed omnia plana sint, & perspicua: quia q̃.d.l.singularia infine ait esse mutuũ, loquitur per quandã fictionẽ,vt probatur in tx.ibi(*videtur*)&intelligitur ex quadã singulari benignitate, non stricto iure,nec secũdũ regulas mutui vt omnes fatentur,sed.d.l. qui negotia negans esse mutuum, loquitur de mero & proprio mutuo stricte sumpto in primo gradu,& sic omnia plana fortius dicimus,q̃ etiã si.d.l.singularia in fine specialiter loqueretur quãdo pecunia esset mãdãtis,nõ tantũ debita,& sic in vero stricto,& proprio mutuo primi grad°(q̃nõ loquit) adhuc nulla esset cõtrarietas,quia.d. l.qui negotia negãs esse mutuũ,loquitur,de mutuo nõ primo,sed secundo respectu,hoc est negat esse mutuũ tãtũ,siue per se solũ,& merito:quia etiã mãdatũ est,& actio mãdati bonæ fidei,non autẽ sola cõditio ex mutuo stricti iuris, vt patet in toto cõtextu, d.l.quę de hoc solũ disputat, ad sciẽdũ,an valeat pactũ nudũ vsurariũ,nõ autẽ disputat,an etiã mutuũ insit,prout inesse quoq; probat tx.in.d.§.apud Iulianũ eod.tit.&d.l. singularia in fi. vbi adhuc proprie loquitur,quãdo pecunia erat tantũ debita,ex qualicũq, vetere mandato,iam finito tempore pacti,sed.dict.l.qui negotia loquitur, quando mandatum erat generale, & permanens tempore pacti.Pariter tantum abest,vt.d.l.rogasti in princ. ff.si cert.pet.discrepet,vt omnino cõueniat cũ.d.l.qui negotia.vers.his at

gumentum,quod enim. d. l. rogasti ait esse mutuũ,debet intelligi de mero,& stricto mutuo,sed paulominus proprio,siue secundi gradus,quod est verum quidem mutuum,sed ex quadam benignitate, quia pecunia non erat mea,licet reliqua omnia substãcialia interueniant,sicut quando iubeo te accipere a debitore meo. Idẽ autẽ dissentit ait.d.l.qui negotia vers. his argumentũ. tantũ enim habest, vt neget prorsus esse mutuum, vt expresse vellit æque esse mutuum,sicut cum iussi te à debitore meo accipere quo casu ait esse mutuum nõ mero, vel stricto iure,sed benigne.Facessãt igitur omnes subauditiones hariolationes,peruersiones omnium glo.& Docto. que non solum inutiles sunt in consulendo,& iudicando,sed etiã perniciose contra legalem æquitatẽ & sensum communem, contra literam, & mentem dictarum legum.

64 Sed quia in trãscursu huius quæst. obiter perstrinximus,receptã ad vsque sentẽtiam de conuersione debiti ex alia causa,in causam mutui,ex interuallo. Quæritur,an de iure vera sit ea communis traditio,cuius(eorũ multi loquio omisso) summa est, q siquidem incontinenti ita conuenerit,posit indistincte,vel nudo pacto conuerti in mutuum.l. si pro mutua. C.si cert.pet.quam ita intelligunt,& l.pro auro.C.de vsur.si vero ex interuallo:tunc si pecunia erat præsens,& solutioni parata, siquidem creditor eam videat,posit nudo pacto cõuerti in mutuum,quod erit verum & naturale per.l. pecuniam de solution.l. 1.§.si nullerim,de adquirenda, vel amit.possessione,sed si non videat,sit tamen solutioni parata,præsens, vel non,sit mutuum naturale,non mere, sed cui ius ciuile cooperatur, vt in.l. singularia.a.respon.si cert.pet.quam iuxta illa,sit,& restringunt,si vero nec solutioni quidẽ parata erat pecunia, tunc nullo modo posit credita fieri, nec in mutuum cõuerti nudo pacto, l.qui negotia.ff.mand.quam ita intelligunt,& restringunt,sed bene per stipulationem indistinctæ: & tunc erit mutuum ciuile.per.l.si ex pretio. C. si cert.pet:quã ita intelligunt & coarctant,sed interim.l.aduersus.C.denõ num.pecunia, relinquitur in medio varijs intellectibus discerpta, ita tamen tenent,distingunt seque expediunt omnes in.d. l.singularia in.d.l. qui negotia in d.l. si ex pretio,& vbi cũque de hoc tractant,nec melius dicere potuit communis scholahumi serpens,& ad legalis æquitatis lucẽ 65 ascendere, nondum valens. Quã autem sit frigida & a genuino sensu legum aliena ea traditio, nolo nũc singulatim discutere,id etiam satis ostẽdit ipsa,qua passim laborat, scnolesxia,& hinc necessitas,hæc figmenta cõminiscendi ad sophisticam quandam legum,prima facie dissidentiũ, conciliationem non minus ineptam ad recte cõsulẽdũ,& iudicandũ, quã à cõmuni sensu, & mẽte legũ alienã litibus tãtum irritãdis,& intricandis idoneam.

66 Breuiter dicimus,quod omne debitum rei fungibilis,siue mutuabilis nudo pacto,vel consensu,siue in continenti,siue ex quocunque interuallo mutuũ fieri,seu in mutuũ conuerti potest,non tamen intelligas,quod semper sit merũ mutuũ, sed propriũ vel impropriũ,prout rei subiectæ materia patietur.Probo,quia cũ mutuũ nihil aliud sit de se,quam liberale officium creditoris, vel domini vsum pecuniæ suæ,vel sibi debitæ ad tẽpus præfixum,vel non præfixum concedentis,vt postea tantundẽ reddatur, vt sup.lib.1.sto.q.4.nõ est dubitãdum quin hoc beneficium quãdocũque dari,velcõcedi possit.l.in re mãdata

C.man

C. mandati, nisi nolenti l. inuito de reg. iur. Siue igitur quis ad hoc numeret pecuniam suam, vel debitam, vel solutioni paratam, & oculis expositam mutuam concedat, erit verum, & naturale mutuum proprie, & stricte sumptum, quod etiam omnes fatẽtur, quia omnia substantialia, & naturalia mutui concurrunt, sed si proficiscitur pecunia, (& idem de quauis re fungibili) & fit tua, quamuis non esset mea, sed vel mihi debita, & iussu meo tibi soluta, vel etiam nec mihi debita, sed ab alio nomine meo, etiã me ignorante tibi numerata. Item si proficiscitur mea, sed nõ fit tua, sed alterius cui nomine tuo datum, vel solutum volebas, eo acto, vt haberes mutuum fit verum mutuum nõ mero, & stricto iure, sed ex benignitate, vt in d. l. singularia in primo responso. Idem si proficiscitur pecunia, & fit tua, sed non erat mea, nec proprie mihi debita, sed orta, seu profecta, ex re mea quam ad hoc tibi tradiderã, vt in l. rogasti in princ. si cert. pet. in his omnibus, & similibus est mutuũ secundi gradus, quia nõ deficit à mera, & stricta formula mutui, nisi in vno, & modico, vt sup. hac q. n. 58. & seq. Idem etiam proprie dicitur mutuũ, large & benigne accipiendo, mutuum. Si vero non proficiscitur pecunia, sed quod mihi pure debes, placuerit, vt mutuum habeas, fiet mutuum indistincte. d. l. singularia in fine, & siquidem ex interuallo, nec pecunia solutioni parata, & ostensa, erit mutuum improprium, & tertij gradus, quia pecunia licet olim forte a me profecta fuerit, sed ex interuallo, tamen tunc non proficiscitur non est mea, nec fit tua vere, sed solum per æquipollentiam datur idem beneficium, seu eadem officiositas mutui exerceatur, & sic non est mutuum stricte & mere, vt in d. l. qui negotia in 1 67 responso, sed bene ex benignitate d. l. singularia secundo responso. Idem dico si incontinenti placeat esse mutuum, sed non proficiscitur pecunia mea, sed alia res mea in specie consistens, & æstimata, vt in l. si pro mutua C. si cert. pera. l. pro auro. C. de vsur. Cũ enim agatur, vt sit mutuum, statim pro quantitate æstimata, antequam species vendatur, & quidquid de illis postea fiat apparet non posse esse mutuum etiam secundi gradus proprie, & large sumptum: quia illud non potest esse nisi tempore mutui proficiscatur pecunia stricte sumpta. l. 2. §. item mutuum de rebus creditis, & sic iste casus multum differt ad l. rogasti in princ. quia ibi agebatur vt non esset mutuum, nisi donec, &, tunc cum pecunia ex re mea redacta proficisceretur, quod congruit naturæ mutui: ideo spectat ad secundum gradũ, sed hic videlicet in. d. l. si pro mutua agitur, vt æstimatio specierũ, statim sit mutua, quod longius degenerat à natura mutui, nec minusquã in exemplo immediate præcedenti de quo in d. l. singularia in fin. & sic vtroque casu non est mutuum, nisi improprie & in tertio gradu. Differunt tamen in alio hęc duo tertij gradus exempla: videlicet d. l. singularia in fine. & dict. l. si pro mutua, quia in primo exemplo videlicet quando ex interuallo ita placet, vt in dict. l. singularia in fin. non nouatur, sed remaneat prior obligatio, nisi expresse facta fuerit nouatio. l. fi. C. de nouatio. Casus est exemplum notabilem. d. l. si ex pretio vbi dicitur, quod siquidem facta fuerit expressa nouatio per stipulationem, valet, & est efficax etiam pro vsuris, in stipulationem deductis pro rata quantitatis nouatæ, licet nulla quantitas tunc enumerata fuerit, ex quo præcesserat iusta causa obligationis, si vero

nõ interuenerit stipulatio, nec nouatio, sed dumtaxat pactum nudũ, pecuniam mutuam fore sub vsuris, remanet pristina obligatio, sed non valet pactum vsurarum quia nudũ, vnde non poterunt peti vsuræ conuentæ, poterunt tamen peti ex priori actione secundum eius naturam videlicet ob moram si actio est bonæ fidei.

68 Aduerte etiam q; d. l. si ex pretio in fine videtur velle, quod dictũ pactum in totum sit nullũ, & nihil esse mutatum de priori obligatione in tãtum, quod prompte possit exigi sors, vt prius poterat, nõ expectata cõgrua dillatione, quæ mutuo inest iuxta notata supra, d. q. 4. lib. 1. sto, ad hoc facit, q; debitor qui detrectat vsuras, non potest se iuuare pacto, quia & mutui, & vsurarum vnum tantum pactũ est nec potest debitor in parte approbare, & in parte reprobare, & sic eo ipso q; contrauenit detrectando vsuras pacti, debet priuari omni commodo pacti per iura vulgaria.

Sed his non obstantibus dicendũ est, q; illud pactum nudũ valet quantum ad beneficiũ mutui, sed non quãtum ad vsuram. l. si remunerandi. §. apud Iulianum in principio. l. idẽque §. siquis Titio mãdati: sunt enim duo distincta, & separabilia, nil de se commune habentia, scilicet pactũ mutui licet improprij, quod per se valet, & parit actionem. d. l. singularia in fine, & pactum nudum vsurarum solum mutuo adhærẽs, & inualidũ, cõsequẽter vtile per inutile non vitiatur.

Non obstat, quod sunt coniuncta, propter intentionem creditoris, qui non erat facturus vnum sine alio, arg. l. pedius. §. 1. de arbitris, quia respondeo quod creditor scit, vel scire debet nõ valere pactũ nudũ vsurarũ in mutuo, licet mutuũ valeat, & tamen procedit ad cõtractũ mutui sub vsuris consequẽter cẽsuræ iuris se subijcit, vt fetur contractui mutui, sed nõ vsurarum. Non obstat verbũ (*simulatis pro infectis*) quia ille ablatiuus absolutus implicat conditionem siqua & quatenus sint simulata, vt notatur in. l. a testatore, de cond. & demonstr. vnde si pactum mutui non fuit simulate factum, sed serio, vt præsumendum est, valet, licet vsura non teneat, & tamẽ verũ est nihil mutari de priori obligatione, scilicet in se, quia non nouatur, nec minuitur, licet exactio temperetur, ad tẽpus cõtractus mutui, q; concurrit, & etiã ex. ille nõ negat cõpetere certi cõditionẽ ex pactis mutui, sed hoc suppletur per. d. l. singularia, quæ pariter nõ negat manere veterem actionẽ, & obligationẽ, vt probatur per l. fi. C. de nouatio & supplet ur. d. l. si ex pretio, in fi. arg. l. non est nouum, cum. l. seq. de legibus.

69 Sed si quæritur, an in. d. l. singularia in fine, pactum nudũ illud informet etiam actionem præcedentẽ, vt si sit factũ sub vsuris, peti possint vsuræ in re actionis recurrendum ad. d. legẽ si remunerandi. §. apud Iul. & ad l. qui negotia mandati, quia aut vetus mãdatũ tunc erat finitũ, vel reuocatũ, & tunc illud pactũ non habet q; informet, & remanet nudũ, seu proprius loquendo solum, non enim omnino nudũ est, cum recidat in contractum nominatũ, mutui cõtracti re, hoc est per retentionẽ pecuniæ debitæ tm. mutui & pariat certi cõdictionẽ, ex mutuo licet improprio, & tertij gradus. d. l. singularia in fine, quę generaliter loquitur, & generaliter debet intelligi, sed illud pactũ est solũ, id est dumtaxat mutuũ impropriũ, & sic adiectũ pactũ nudũ vsurarũ non valet. l. Titius de præscriptis verbis. l. quãuis C. de vsuris. Aut vero vetus mãdatũ adhuc erat in actu suo successiuo, & tũc pactũ mutui, cum vsuris nõ est solum, seu pactum merum mutui, sed

etiam

etiam pars dicti mandati, & sic etiã vsurarũ pactum, actionem mandati
70 informat. d.l. qui negotia. In secundo vero exemplo huius tertij gradus, videlicet. d. l. si pro mutua quando ab initio conuenit esse mutuum, non nascitur nisi vna obligatio, & actio mutui quæ est stricti iuris, & sola, & sic etiam si in continenti fiat pactũ nudum de certis vsuris, non valet, nec potest informari a principali cõtractu, quia cum illud sit mutuum, hoc esset cõtra eius naturã, & contra l. 3. C. de vsur. & sic, vt hoc casu vsuræ debeantur non sufficit pactum etiã in continenti, sed necessaria est stipulatio, vt in. d. l. si pro mutua, quæ ita debet intelligi: non enim ibi agitur de conuertenda vna causa in causam mutui, nudo pacto in continenti, vt male putãt Doctores, quia ab initio non oritur nisi causa mutui, quæ manet.

71 Sed contra istud fortiter opponitur, quod imo in hoc exemplo insit vera venditio, & sic quod etiam citra stipulationem efficax est pactum nudum vsuratum, cum sit in continenti appositũ, & informet actionẽ ex vendito per tx. in. l. in initio de pact. inter empt. & venditor. Probatur maior quia hic sunt datæ res æstimatæ, quæ æstimatio in dubio facit venditionem. l. 1. §. æstimatarum. C. de rei vxor. action. l. quoties. C. de iure dotium, l. 3. & ibi Bartol. ff. locati. l. plerumque. §. sciente. l. quoties de iure dot. Alexand. cons. 39. numero. 2. vbi dixit Paris. Modern. tradit Cou.
72 practicarum quæstio. c. 28. Hoc est certum & indubitatum hoc casu vbi agitur, vt omnino, & perpetuò dominium transferatur, vt notant DD. in locis præfatis. Si igitur hic insit vera rerum æstimatarum venditio, sequitur quod pactum vsurarum est factũ in continenti, & sic efficax. d. l. in initio, & alioquin esset imponere legẽ verbis, quia si creditor dixisset, se dictas res vẽdere, & in vẽditione pactũ esset de certis vsuris, donec summa conuenta solueretur, non dubitaretur de validitate pacti, quia casus est in. d. l. in initio, ergo nisi idẽ dicatur in themate, quod æquipollet veramque vẽditionẽ rerum implicat, lex verbis imponi videtur, contra legem fin. C. de vsur. faciunt, quæ scripsit Parisien. Mod. in consuet. Paris. §. 13. gl. 5. q. 10. n. 47. & in §. 23. q. 19. n. 178. Respõdeo multum refert an partes intendant vendere, vel an cõtractũ mutui, vel lenonis facere. Nec est hæc differentia verborum, sed rerum, seu dispositionũ & contractuũ specie, & effectu differentium, qui enim vendit, magis eget pecunia & vsu pecuniæ, quam vult assequi, quã re, vel vsu rei quam vendit, emptor autem non certat de adquirendo vsu temporario æris alieni, sed de perpetua adquisitione rei pro ære suo, & sic si vendens paciscatur de moderata vsura in casum moræ preti, licite facit, nec fœnus exercet, sed naturam contractus sequitur. d. l. in initio. l. Iulianus §. ex vẽdito, de actio. empt. l. curabit. C. eodem, quod si dilationem quoque pretij det, iustius eam vsurã accipit per notata sup. hoc lib. q. 7. dum modo vsuræ non excedant fructuum rei venditæ quantitatem, licet etiam Bald. præpostere, contra tiũ sentiat, in. d. l. si pro mutua. Cõtra qui mutuat non negotiũ, sed officiũ & liberalitatem exercet, arg. l. interdictũ de præcar. Vnde si paciscatur de vsuris, contra naturam actus facit & quanto de grauioribus vsuris, tanto liberalitatem & honestum officium in negotium illiberale, & odiosum fœnoris commerciũ cõuertit. Merito iura nullo fauore, nullo auxilio dignã tur nudũ pactũ vsurarum in mutuo,

qui vero mutuaturus, sed quia nō habet pecuniā ad manū, vel si habet dare nō vult, ideo dat species ęstimatas, vt statim æstimatio cedat in mutuum, non dicitur venditionem, sed mutuum contrahere, quia principale propositum attenditur. l. siquis, nec causam in principio si cert. per. Facit quod datio quæ ordinatur ad factū, censetur factum, & contra, & qui taliter accepit, non dicitur emere, quia non certat principaliter, de adquirēdo, sed de habendo, mediantibus dictis speciebus, & fruendo aliquo ære alieno, quo indiget, hæ non sunt ver 73
borum, sed rerum differentiæ, sed si hoc vltimo modo, mutuaturus diceret in fraudem mutui se species vendere, & de vsuris pretij pacisci, hæc demū esset verbalis, non realis differentia, & vera simulatio de vero contractu mutui, seu pœnoris, de quibus in. d. l. si promutua, ad fictum contractum venditionis, de quo in. d. l. in initio. C. de pact. inter emptorem, & 74
venditorē, & de recta veritate illi stabitur. l. 1. C. plus valere quod agitur. Mutuum autem de quo in. d. l. si pro mutua etiam cessantibus vsuris, non solum multum degenerat a simplicitate, & officiositate mutui, quia mutuum est antequam, imo etiam si nū quā vlla proficiscatur pecunia, ideo spectat ad tertiū gradū, sed etiā valde captiosum est propter facilitatem debitorum pecunia indigētium, qui res quaslibet, vel minus prōpta recuperatione pretij, idoneas creditorisque arbitrio æstimatas de facili acciunt suo sumptu labore, & periculo distrahendas: quod si vsuræ accedāt, adhuc maior imminet captio, & duricies, vt in. d. l. si pro mutua, vt facile Diocletiani, & Maximi, authorū suorum ingeniū agnoscere valeas, apud quos æquitas non æque, vt rigor valuit, vt diximus sup. lib. 1. q. 10. sed cū d. l. C. Iustiniano inserta sic debet per alias leges intelligi, & temperari vt omnis captio, & duricies amoliatur. Igitur ita demum ciuili iure valebat vsurarum stipulatio, si species, nec plus iusto æstimatæ essent, & æstimationē statim debitor habuisset, vel habere potuisset, integram omni sumptu deducto, vel statim non minus vtiles fuissent vsib' debitoris quā pecunia numerata: quia non poterat incipere cursus vsuræ, nisi à tēpore, quo debitor, & dominium, & vsum sortis habuisset, vel habere potuisset, & pro rata dictæ sortis, l. eos d. fin. C. de vsur. Cum autem hodie non toleremus vsuras in mutuo, d. l. si pro mutua antiquata est, quantum ad stipulationem vsurarum, vt etiam dixi sup. lib. 1. q. 13. & adhuc respectu terrij, cuius interest sola æstimatio pro vera venditione habetur per ea, quę dixit Paris. Mod. in consuetud. Paris. §. 23. glo. 5. q 19.

Modo vt plenius videamus de praxi, circa prædicta occurrit pulchra quæstio Titij procurator de pecunia propria nomine Titij fundū emit, & diu domino absente, vel dissimulāte possedit, & fructus percepit, tandem Titius vendicat: an possit imputare fructus in sortē, & sic habere fundū sine solutione pretij, si fructus illud æquent? Baldus in rub. q. 15. C. de cō trahēda empt. decidit, quod sic, quia ex quo erat factus dominus & possessor, fructus erant sui. Secus autē si procurator emit, & accepit nomine proprio, vel si non expressit, vel nō constet quo nomine, quoniam intelligitur proprio. l. & magis de solutionibus. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus in fine de verb. oblig. quia tunc procurator fructus percepit ex re sua, quā non tenebitur cedere, nisi pretio sibi restituto, & sic non tenetur tunc fructus compensare, vel restituere, & idē

refert

refert & tenet Baldus in l. si procurator. in fi. §. si tutores. ff. mandat. & simpliciter sequuntur Franciscus Cremensis singulari 168. Titius Iaſ. in l. 2. §. 1. col. fi. si cert. pet. l. diuortio. §. ob donationes. ſoluto matrim. & in l. non amplius. §. fi. col. 1. de leg. 1. Thom. Petra. cautela 54. Couar. lib. 3. var. c. 4. nu. 7. Cota in memorabilibus verbo procurator emit.

75 Alciatus vero æquitate tõmotus in d. l. 2. §. 1. ad finem tenet procuratorẽ qui de ſuo emit nomine domini, qui poſtea rem cum fructibus repetit, poſſe etiam hodie vſuras legitimas ei reputare, ſi tamẽ rem ſibi tradita, dominoque à ſe oblata cum interpellauerit de pretio, & in mora conſtituerit, quod etiam tradit Affictus deciſ. 91. & Couar. vbi ſupr. ſed hoc eſt indubitatum de iure etiam ſi nec interpellauerit, nec in mora conſtituerit ex. in fortiori l. at qui natura. §. non tantum de neg. geſt. in l. & in cõtraria de vſur.

76 Plus ſentit Alciatus huno procuratorẽ poſſe à ſe ipſo fructus vice vſurarum exigere, ne officiũ ſuum ſibi ſit damnoſum, & quia videtur actum ne ex perſona procuratoris dominium prius tranſeat, quã ſibi ſatisfactum ſit, quod vltimum non quadrat, quia oporteret fingere, non eſſe interim mandatum impletum, & rem interim ſtaret periculo procuratoris. Mihi vero opinio Baldi in

77 hoc 1. mẽbro, ſemper dubia viſa eſt hac ratione, quia ſi dominus etiã fructus repetit, perinde eſt, ac, ſi ab initio ſibi traditũ fuiſſet, & procurator erga eum fidem ſuam liberaſſet, & ſic procuratori abſque dubio debentur vſuræ per rationem l. curabit. C. de actio. empt. Nunc autem plenius patefacta veritate, dicimus etiam hodie dominij tranſlationem, nullo modo impedire, ſed magis adiuuare vſurarum reputationem, vt clare euicimus ſup. hoc lib. q. 7. & ſic verius eſt contra Bald. in ſpecie tradit. Ioann. Bap. Lup. cõmon. 1. §. 7. n. 15. dicens iſto caſu citra moram regulare venire vſuras iuſta ratione. l. curabit. C. de actio. emp. & dic eo ipſo, quod pro bibatur de ſuo pretium pendit, mandantem cenſeri in mora irregulari conſtitutum, nec poſſe conſiderari in tali actione vſuram lucratoriam,

78 quando quidem nullũ interim inde fit lucrum, hoc in dotarius habuit pro poſito ſi notandi. Pure ergo, quod vſuras reputabit iure remuneratoriã ſi dominum nõ interpellauerit, nec aliter in mora conſtituerit, quia hoc bona fides exigit, alioquin verſaretur in damno pro officio ſuſcepto, & omnino puto, quod vſuræ procuratoris non debent excedere fructus, niſi ea fuerit voluntas domini, vt procurator etiam caro pretio emerit, & pro tiũ

79 de ſuo præmogaret. Quod ſi procurator nomine proprio, vel ſimpliciter emiſſet, & accepiſſet tanquam dominus fructus ſuos faceret, etiã ſi rationem quincuncis excederet, quem ad modũ & de venditore antequã pretio oblato ſit in mora, alias diximus d. quæſt. 7.

80 Aduerte tamẽ ne decipiaris, quod diximus (procuratorẽ ſimpliciter cõtrahentem videri nomine proprio contraxiſſe ex l. & magis ff. de ſolut. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus in fi. de verb.) verum eſt, & procedit in mandato generali ad negotia, vel ad contrahendum, vt tradit Alex. & Iaſ. l. poſt dotem ſoluto matr. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 24. nu. 5. verſ. limitatur ſecundo pro quo facit doctrina Bart. l. gerit n. 12. de acquir. hæred. vbi habet, quod quando actus fieri poteſt nomine proprio, & alieno in dubio præſumitur factus nomine proprio, & ita in ſpecie reſoluit Menoch. de præſumption. 1. parte lib. 3.

præsumptione 49 numer. 22.

§ 1. Si autem mandatum fuit speciale ad aliquam rem emendam, tũc procurator simpliciter emens, cẽsebitur emisse nomine mandãtis l. pignori §. fi. de vsucapionibus alias delinquere fallendo fidem mandantis Bald. l. felicissimæ. C. de ijs quæ a non dominis manu, pro quo etiam est text. in l. is qui suis numis. §. si ab ignoto vers. *Vnde queri poterit*, ff. d manumissionibus, & per eum Bart. l. qui in aliena. §. si is qui putabat de adquiren. hæred. & plurimos in eandem sentẽtiã refert Menoch. præsumpt. 49. & Iosephus Ludouicus inter communes opinio tit. de procurat. cõcl. 2. Quod

§ 2 ampliabat Bart. in d. l. 1. de manumissio d. vers. *Vnde queri*, vt non solum præsumatur res empta nomine mandantis, sed etiam eiusdem pecunia, quod extollit Paulus. d. §. is qui putabat in fine, & ibi Roman. n. 6. Areti. 2. col. 1. af. §. seq. num. 33. de actio. sed hæc ampliatio dura videri potest, quia facta non præsumuntur l. in bello. §. factæ de captiuis, nec tex. in. d. l. 1. vers. *Vnde queri potest*, probat emptionem præsumi factam mandantis pecunia, sed quod si tibi mandaui, vt mihi fundum emeres, & tu festinanter tua emis pecunia teneberis actione mandati mihi fundum restituere si tibi pretium obtulero.

§ 3 Notandum est etiam rem emptã ex speciali mandato non confestim fieri mandantis, nisi postquam mandanti tradita fuerit, vt est tex. in l. si res ex mandato meo. ff. de adquirendo rerum dominio, quod limitandum est quando nomine mandantis, res empta traditur mandatario, quia tũc statim ipsi mandanti, etiam ignoranti adquiritur dominium, vt probat tex. in l. si procurator. 13. ff. eodẽ tit. de adquir. rer. dominio. l. qui mihi donatum. ff. de donatio. Ex quibus Bal. in rub. C. de contrahen. emptione. n. 15. Constituit cautelam, qua possis rem emere absque pretio quę admittenda non est ex his quæ supra dixi-mus, & deduximus ex ratione l. cura bit contra eundem Bald.

§ 4. Nunc occurrit casus practicabilis quem tractat Romanus cons. 500. in principio: quoddam collegium mercatorum instituit, vt pecuniæ cõmunes collegij distribuerentur singulis de collegio dum taxat in commendã & licitam negotiationem cũ onere soluendi collegio annuatim vnum solidum pro libra, vtrum valeat statutum distinguit Roman. aut agitur, vt eadem pecunia in specie reddatur, & sic est depositum, & sic valet statutum quantumcunque contra naturã depositi, & æquitatem. Et mouetur. Primo, quia tunc non est mutuum vel fictum, & sic non est vsura, consequenter nec illicitum. Secũdo quia dominium pecuniæ non transfertur. Tertio, quia casus est in l. Lucius depositi. Aut vero agitur, vt idẽ reddatur in genere, & tunc quia hoc depositum assumit naturam mutui, iudicandum vt de mutuo, & non valet pactum nec statutum, ita enã vulgo adusque senserunt omnes vbique & nominatim comprobant Philip. Decius in. l. 2. in princ. nu. 22. & ibi Franc. Ripa. col. 3. n. 8. si cert. petatur, sic Franciscus Purpuratis in. d. l. 2. §. 1. col. 9. post Scotum in 4. sententiarum dist. 15. admittit vsuram in commodato, vel locatione pecuniæ, sed non in eiusdem mutuo. Breuiter hęc emendanda sunt, & non solum videtur illud statutum esse illicitum. secũdo casu, quo translatum est dominiũ & ius vtendi, sed penitus illicitum priore casu, & licet priori casu nõ sit vsura, vtpote vsu non translato, est tamen iniustus & iniquus cõtractus, & ita intelligenda sunt, quæ tradit

Vin-

Vinc.Carro.de locato in rubr.de vsu ris q.4.nec d.l.Lucius in fin. loquitur hoc casu,sed quando pecuniæ domi niũ cũ iure congruc, & cõmode vtẽ di translatum est,vt diximus sup. ista q.Plus dico q, ea distinctio inepta est quia ex hypothesi distribuitur pecu nia,ad negotiationem,idest in vsum negotiationis,& sic nullo modo est depositum,quia non fit causa custo-diæ,sed vt accipiens pro arbitrio ne-gotietur,& sic est materialiter verũ mutuũ, non purũ,sed feneratorium,

85 Vltimo aduertendũ est quod ho-die in praxi veniunt vsuræ,in actio-ne mandati,non solum directa.l.idẽ que.§.1.ff.mand.sed etiam contraria l.si vero non remunerandi.§.si mihi eodem tit.& eodem modo in actio ne negotiorum gestorum l.& in con traria de vsuris,cum subsit iusta causa.vt in.d.iuribus lucri, vel dãni amis si, vel incursi,vt.d.§.si mihi.d.l. & in contraria,quod interesse necesse est probare,&iudicis arbitrio cõmittere vt etiam legibus cautum est; totum hoc ex bono & æquo iudicem arbi-trari debere inquit tex.in.d.§.si mihi vers.*sed & si*.Nec dubium quin va-leat pactum bona fide factum,eas dẽ metas,vel fines iusti arbitrarij nõ ex cedens,quia in his tantundem valet officium iudicis,quantum stipulatio, l.quia tantundem de neg.gest.d.l.Lu cius,igitur valet stipulatio non exce dens id,quod iudex arbitrari posset, idẽ in similibus negotijs,vel iustis cõ mutationibus,q, tamẽ intelligẽdũ est iuxta ea quæ diximus sup.hoc li.q.8.

86 At in deposito ad numerũ, & sub facultate vtendi,idem omninõ dicẽ dũ est,quod in mutuo diximus sup. d.q.8,& sic. d.l. Lucius.l.publia.§.1, & omnes hodie similes non sunt in vsu,nec debent obseruari quoad vsu ras,non solum negotiatiuas, sed etiã incidentes in casu moræ, ex pacto collatas, nisi prout diximꝰ in mutuo, alioquin esset legem verbis impone re,& vno verbo mutato licere frau-dem facere legibus,quod non est tol lerandum,si vero depositum fiat in specie,vel etiam ad numerum, vt tã tundem reddatur sine vsuris,tũc ma net verum depositum,& contractus bonæ fidei,& pro mora poterant vsu ræ deberi de iure ciuili,de iure autẽ canonico non debebuntur,sed tan-tum id,quod casualiter intererit.

87 Cessante vero interesse nõ potest depositor cum depositario citra vsu ræ crimen pacisci de parte lucri, vel reditus,vt per Fr.D.à Soto de iust.& iure lib.6.q.3.art.1.col.4. vers. aliud enim q, ea ratione fulcitur, quia de-positarius,qui ad numerum pecuniã recepit,tantundem redditurus videtur obligatus in genere, & pecunia fit depositarij.l.in naue Saupheli vers. nã si quis.ff.locati quidquid ergo de-positarius cum eiusmodi pecunia lu cratur,suum est,quia ex sua nõ de po sitoris pecunia percepit,ergo non po test depositor ex eo aliquid stipulari. Vnde non video qua ratione ducti, Soto & Carrocius eum sequutus in tractatu de deposito in 1.p.in rub.ac cessio.4.vsuræ.n.4.dixerunt,q, tene tur depositarius in foro conscientiæ & per honestatem, & gratitudinem, aliquid dare deponenti,ratione vsus depositarũ pecuniarum, nec pro eis facit tx.in.c.per vestras de don.inter. quatenus probat licere deponenti pecunias apud mercatorem aliquam partem honesti lucri stipulari; quia in casu illius text.fuit cõtracta societas,inter deponentem & mercatorẽ & ita non potuit ibi deponens pacis ci,q, mercator teneretur depositã pe cuniam integrã, non deducto dãno negotiationis restituere, quia pactũ hoc vsurariũ esset,vt post Abb.& cõ munẽ resoluit Palat.Rub.ibid.nota

bili.9

bili.6.§.11.verſic.ampliari poteſt ſecundo ſequitur Greg.l.29.tit.11.p.4 gloſ.verb.*ganancias guiſadas*, quod ſi pecunia eſſet ſalua deponenti,& lucri partẽ haberet tunc nec pecuniã, nec operam poneret,& ita non eſſet contracta ſocietas,ſed mutuũ,& per cõſequens quidquid accederet eſſet vſura, vt per Palat.Rub.vbi ſup.n.6. in fin.itaque ſi deponens cum depoſitario ſocietatẽ nõ cõtrahat, non poteſt lucrum ex depoſita pecunia perceptum ſtipulari.

Sed quid dicendum de receptore pecuniarum fiſcaliũ Reip. Regis, vel alterius domini,qui cum ea negotians multum ſuper lucratus fuit, an teneatur pecuniæ reditum Reip. Regi,aut domino reſtituere,vide optime Decium in conſi. 6.vbi tres caſus diſtinguit.

Ex quæſt. ſequent.

Vſure,& fructus dotis, an veniant in hæreditatis herciſcundæ iudicio.n.1. & ſequenti.

Fructus dotis conferendos non eſſe ex aliquorum ſententia.n.2.

Dotis titulum non excuſare à collatione fructuum à tempore mortis paternæ.n.3.

Traditur alia doctorum opinio circa dotalium fructuum collationem.nu.4.

Dotis fructus, & vſuras conferre oportere.n.5.

Declaratur tex.in.l.filius emancipatus.§.filia de collatione dotis ibid.& num.10.

Dotis vſuras hodie conferri non tã quam vſuras, ſed tanquam intereſſe.n.6.

Fructus & vſuræ dotis à quo tempore conferri debeãt.n.7.8.& 9.

Quantæ ſint dotis vſuræ conferẽdæ numero.11.& 12.

Vſuræ dotis ceſſante morã conferũtur,& ita non debent rationem fructuum prædiorum Regionis, vbi bona ſunt.excedere.num.13.

Vſuræ dotis medij temporis quæ filia non egit familiæ herciſcundæ iudicio, non debent in dubio excedere rationem trientalis vſuræ.num.14.

Filia, quæ tantum in dotem recepit,quantum erat legitima ſi bona paterna cũ pater obijt diuiderentur,etiam ſi poſt multos annos ad diuiſionem prouocet,nil amplius conſequetur num.15.

Quæſtio. XII.

De reditibus collationis bonorum in iudicio erciſcundæ hæreditatis

AN erciſcunda hæreditate ſæpius dubitatur,an veniant fructus,& vſuræ dotis in commune latę. Nam ſoro quæ dotem conferre cogitur,petit à fratribus, vt conferant fructus prædiorum à tempore mortis parentum,augent enim hæreditatem.l.item veniunt.§. item non ſolũ verſ.fructus.ff. de petitione hæreditatis

tis fratres vicissim à sorore petunt, vt dotis fructus, & vsuras conferat. Quæro igitur, an fructꝰ, & vsuræ dotis sint conferendi, & qui fructus, quæ ve vsuræ debeantur: Et quoad fructus dotis ex nostris rẽ succinctè nimis attigit Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem. §. 49. num. 5. ad fi. vbi scriptum reliquit sororem mortua matre, quæ simul cum patre sibi dotem promisserat, teneri conferre dimidiam dotis, si velit cũ fratribus maternæ hæreditatis partem consequi: fructus tamen dotis medio tẽpore ante collationem perceptos matrimonij oneribus deseruire, nec cõferendos esse, allegat. l. fundus, qui dotis nomine familiæ ærc. l. cum oportet. §. cum autem, C. de bonis quæ liberis. Hæc iura non probant eius sententiam, quia ibi de dotis collatione verbum nullum, & solum probãt fructꝰ pertinere ad dotalis fundi dominium, quod non negamus, sed quærimus, an cum dominus ipse indiuidẽ dam hæreditatem fundum dotalem contulerit, eiusdem quoque fructus conferre debeat. Nam titulus dotis
3 non potest excusare à fructuum ex mortis tempore collatione, cũ emancipatus filius etiam fructus bonorũ sibi donatorũ à patre cõferat, non obstante titulo suæ donationis. l. filius. §. filia. ff. de collatione dotis. Bal. auth. ex testam. n. 6. vers. nonum caput. C. de collatio. Nec refert q̃ fundi dotalis dominus fructus suos fecerit ad impediendam collationẽ: quia res propriè, non alienæ cõferuntur. Nã collatio est rei propriè in cõmune latio vel communicatio facta in hæreditate gl. in rub. ff. de collatione bonorũ Bart. & alij in. l. si emancipati. C. de collatio. tradit Ioa. Saporta in tract. de collation. c. 1. n. 11. & sequidem, dos profectitia, quæ filiæ propria est. l. 3. §. ergo. ff. de in ius vo. l. Pomponius Philadelph familiæ herciscundæ Tiberius Decian. cons. 55. n. 5. lib. 2. iure optimo confertur. l. filiæ dotem. l. filiam. C. de collationib.

4 Deinde Gaspar Baeça in tract. de non meliorandis ratione dotis filiabus. c. 33. n. 3. habet dotem non esse conferendam cum fructibus. allegat d. l. filius, emancipatus. §. filia de collatione dotis. l. si quis filium. §. stipulatio de collatione bonorum. Quæ iura meo iudicio non probant eius opinionem, nec agunt de fructibus, sed de vsuris dotium, quas conferẽdas docent: cum autem vsuræ fructuum vicem obtineant. vt in. l. vsuræ vicẽ. ff. de vsuris melius posset Baeça ea iura cõtra suam opinionem allegare. allegat etiam Decium in. l. posthumrona to. C. de bonorum possess. contra tab. col. 1. Socinũ cons. 57. n. 4. lib 4. apud quos nõ inueni verbum de dotis fructibus conferẽdis. Accesit Andreas Angulo aduocatus Cordubensis, qui in. l. 1. meliorationum glo. 12. n. 13. Transcribens iura & DD. relata per Baezam in ipsius fide asserit dotem nunquam cum fructibus conferẽdã esse, idem Monterrosius in pract. partitionis bonorũ. 7. tracta. fol. 12. vers. *Y porque de la dicha particion*, vbi adnotat contrarium fuisse iudicatum in hac Regia Chãcellaria. Videsquã miserè scribentes nostri quæstionẽ hanc vsu satis frequentẽ attigerint, quamque leuibus fundamentis fructuum dotalium collationẽ, indistinctè negent, quid dicendum? Cẽseo dotis fructus & vsuras conferri oportere. ex. d. l. filius emancipatus. §. filia, qui male allegatur pro contraria opinione a Baeza vbi sup. Nam text. ille probat filiam viri boni arbitratu cogendam vsuras dotis conferre ea quidem ratione, quia emãcipatus frater etiam fructus confert, & vt seruetur æqualitas cui inititur collationis

ratio

ratio vt dicit l. 4 tit. 15. p. 6. æquum est, vt similiter vsuræ dotis conferantur, & quod subijcit tx. *& filia partis suæ fructus percipiat*) non est intelligendum de dotis fructibus, vt videntur accepisse Accursius ibi verbo fructus & Bacça vbi sup. sed de fructibus eius portionis, quæ ex bonis per emancipatū collatis, filiæ in erciscunda hæreditate adiudicatur. Vult igitur Consultus assignare rationem, quæ viri boni arbitrium mouere debet, vt cogat filiam ad vsuras dotis conferendas, ex eo videlicet, quod similiter emancipatus frater fructus confert, & ipsa filia partis suæ fructus est perceptura, quæ ratio ita cogit ad collationē fructuum dotis, sicut ad collationem vsurarū & vsuras vicem fructuum obtinere docet Iure Cons. in d. l. vsuræ vicē. ff. de vsur. vnde si dos cōsistat in quātitate, vsuræ cōferrentur, si vero consistat in specie, fructus conferendi sunt.

6 Conferuntur enim vsuræ eo casu non tanquā vsuræ, sed magis tanquā interesse, cum filia quę debet cōferre percipiat etiam fructus ex hæreditate, arg. tx. in l. curabit. C. de acti. emp. & tradunt Alber. & Bart. in d. §. filia: vnde inquit Bart. ibi, hodie huiusmodi vsuras peti posse cū sint potius verum interesse, quod venit eo iudicio cum viri boni arbitratu collationem fieri oporteat, vt probat tx. d. l. siquis filiū §. stipulatio. ff. de collatione bonorū, & ibi notat Alberic. & q̄ dotis fructus sint conferendi tenuit etiam Bald. cōs. 37. 2. p. n. 5. & ita iudicatum fuisse in hoc regio Pintiano prætorio testatur Barahona vbi sup. in addit. fi.

7 Iam euicimus dotis fructus, & vsuras cōferendas esse, sed quæris modo à quo tēpore sint conferenda. Breuiter tx. in d. §. à filia inuere videtur vsuras conferendas esse, nō à morte eius de cuius hæreditate erciscunda agitur, sed à tēpore moræ, inquit enim (*filia quæ soluta matrimonio dotem cō ferre debuit morā collationi fecit*) per quē textū ita tenuit Bald. in l. si soror vers. 3. oppono. C. de collationibus vbi expresse loquitur de dotis fructibus, & dicit conferendos esse à tēpore moræ, cuius opinionem sequitur Decius in l. vinum. nu. 14. vers. addo tamen casum singularē. ff. si cert. pet. Ias. in l. si filius familias. §. cum fundū n. 3. vers. confirmo vltra eos. ff. de verborum, quorum non meminit Escouar Muñoz in tractatu quē de ratiotiocinijs summa diligētia edidit qui hanc sententiā tenet. 2. p. in computatione. 5.

8 Egoquidem sic distinguendū censeo, aut tempore mortis patris de cuius hæreditate agitur herciscūda, cōstabat matrimoniū ratione cuius fuerat dos promissa, & soluta, aut solutū erat. Primo casu videtur filiā nō esse fructus dotis collaturā, nec vsuras, nisi postquā morā collationi fecerit, quia fructus hi deseruiebant oneribus matrimonij. l pro oneribus. C. de iure dotiū. c. salubriter de vsuris, & cum filia hos fructus non habeat, non debent ipsi cōputari, vt inquit tex. in l. 1. ibi, *sed id quod ad mulierem potest peruenire*. ff. de collatione dotis, facit. l. 2. versic. deiltis. ff. de collatione bon. & quę tradit Castell. l. 29. Taur. n. 41. l. ea de mun. C. de collatio. ibi, *quæ in bonis eorū fuerūt*, nec marit' filius familias qui seorsū a patre habitans onera matrimonij sustinēs fructus dotis percepit eos tenetur cōferre fratrib' vt per Bal. Nouel. de dote. 6. p. priuileg. 35. & 36. n. 5. Parisiū cōs. 130. n. 23. lib. 1. & cōs. 100, n, 24. lib. 2. vnde prudēter Iure Cōs. loquitur in d. §. filia de filia quæ soluto matr. (intellige suo) dotē

9 conferre debuit. Secundo vero casu quādo erat solutū matrimoniū tēpore mortis eius de cuius hæreditate agitur

agitur fructus dotis indistincte conferendi sunt ab eodem mortis tẽpore, quia ex illo tempore emãcipatus cõfert fruct' suæ donationis, & filia eius partes est accepturа, vt inquit tx.d.§. filia & filia pones se dotis fructus habeat, itaque à tempore mortis patris militat ratio æqualitatis seruandæ inter fratres, & bonus vir arbitrabitur æquum, & iustum esse vt cum filia vidua fructus bonorum, quæ emãcipatus contulit sit habitura, fructus etiã dotis, quos penes se habet conferat. Nec obstat tx.in.d.§.filia in illis verbis moram collationi fecit, quia ibi facti cõtingentia narratur? At in decisione cõsultus non fundatur in mora, sed in illis duabus rationibus quas subijcit ibi. *Cum emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia patris suæ fructus percipiat*, & postquam hæc scripseram inueni ita eum tx.intellexisse additionem ad Decium.d.l.vinum.n.14.ver.mora vbi dicit, q̃ in.d.§.filia non attenditur mora, sed ratio æqualitatis seruãdæ. Vnde nõ solum si filia fuit in mora conferẽdi, sed etiã omni mora cessante, vt quia non prouocata fuit ad diuisionẽ nisi post multos puta.10.vel.15.annos a die mortis paternæ tenebitur dotis fructus, & vsuras conferre. Secundo respondeo, quod tx.in.d.§.filia non dicit quod filia fuit a fratribus interpellata, aut prouocata ad diuisionem, nec in mora cõstituta, sed quod filia morã collationi fecit ideſt ipta filia fuit moratrix & retardauit in petẽda bonorum diuisione, & dote conferẽda: nam moram facere est retardare vt per Ambros.Calep. ver. morator, Prateium in Lexico iuris verb.morari, & probatur in. l. si ea. C.de his quiaccusare non poss.ibi. *Cognitionẽ moratur*, & ita tex.d.§.filia nec loquitur de vera mora nec in ea nititur eius decisio.

11 Superest iam vt videamus quantę sint vsuræ dotis conferẽdæ, quia nullas tetigit in terminis iuris & praxis & de iure vulgo putant esse semisses per.l.eos. C. de vsuris vers. *& eam quantitatem*. Sed non est ita: quia.d.l. eos & quæcumque regularis taxatio vsurarum in iure intelligitur de illis quæ veniunt expacto ad redimendũ vel compensandum vsum æris alieni, vel puniendum moram regularẽ, vel irregularem. Sed hæ vsuræ, videlicet, decem, vel.15.annorum a die obitus vsque ad diuisionis prouocationem non sunt huiusmodi, ideo signatè, & cõsultò ait Papinianus in.d.l. 12 filius fami. boni demum viri arbitratu filiam ad has vsuras cogendam. Si enim statim post obitum patris prouocatum sit ad diuisionem, & filia fuerit in vera mora conferendi dotem, poterit de iure ciuili arbitrari, vt veniant communes legitimæ, scilicet semisses, & sic veræ vsuræ, vt pote post veram moram licet excedãt rationem fructuum, vt notum est, dũmodo eadem mora perseuerauerit, secus si intermissa fuerit instantia diuisionis, quia tunc nec videtur in mora fuisse.l.mora vers.cæterũ de vsur. & in hoc nisi forte fuisset impletum & pars sua prædiorum & fructuũ ei data habita vel non habita fide de conferendo peream, quod conferre debet, quia tunc irregularis mora sufficeret vt teneretur ad vsuras pecuniæ conferendæ, prout de emptore cui res est tradita dictum est sup.lib. 3.q.7. Sed hoc cessante si non fuerit in mora, sed multis annis, vt plerumque fit, non fuit factum de diuisione, tunc bonus vir etiam de iure ciuili, nõ debet arbitrari semisses, vel alias vsuras excedentes rationem fructuũ prædiorum tempore illo medio, quia hoc casu non sunt vsuræ nisi largissimæ, nec veniũt, nisi ex æquitate vice

fructuum

fructuum & ad æqualitatem seruandam dumtaxat. Vnde veniunt etiam si actione stricti iuris agitur, vt per Bart. d. l. filius in fi. tradunt Bald, Decius & Iaſ. ſupra relati & ſic ad ſummum non debent rationem fructuũ prædiorum regionis vbi bona ſunt excedere, puta trientes, vel quadrantes, per notata ſup. lib. 1. q. 6. alioquin ſequeretur magna iniquitas, videlicet ſi ſexdecim annis, & octo menſibus quieuerint hæredes, quod nunc filia quæ habuit in dotem decẽ millia, teneretur conferre vigintimilia, alioquin excluderetur portione hæreditaria. & tamen hæredes qui poſſederunt prędia non tenebuntur cõferre, niſi pro modo communi reditus prædiorum. Vnde dico, quod
14 indubio filia non tenetur pro illo tẽpore medio conferre pro vſuris vltra rationem trientalis vſuræ: quia hæc eſt legitima, & cõmunis indicatura prædiorum & reddituum ex eis percipiendorum, vt probaui ſup. lib. 1. q. 6. Nec debent fratres melioris conditionis eſſe nec durius agere cõtra ſororem, quam ſi totam pecuniã dotalem in emptionem prædiorum contuliſſet ex pacto forſam dotali per patrem appoſito, vel quam ſi pater dotaſſet in prædijs, vel dotis promiſſæ prædia in ſolutũ dediſſet. Nõ ergo ferendi ſunt fratres grauiores vſuras petere, quã eſſent fructus prædiorum regionis tanta pecunia emptorum. Vnde ſi conſtet quod communis prædiorum æſtimatio ibi ſit ad rationẽ vnius in 30. putoquod nõ tenebitur conferre maiorem vſurã, quam ad rationem vnius in, 30. & ſi prædiorum æſtimatio ſit ad rationẽ vnius in. 20. ad eandem rationẽ vſuræ dotis æſtimabuntur. Poſtquam autem conferre, vel minus capere obtulerit ad nullas vſuras tenetur. Poſt quam etiam vere fuit in mora tenebatur de iure ad vſuras communes, videlicet ſemiſſes ſecundum noſtrã computationem ad quincunces tantum.

15 Ex prædictis infertur iuri & æquitati conſonum videri quod ſcripſit Anto. ab Ayora. de partitione bon. 2. p. q. 28. filiam quæ mille aureos in dotem accepit, & eos antequam moram collationi fecerit, cum fratribus in paternæ hæreditatis diuiſione cõfert, ſi tantundẽ erat pro legitima habitura ſi bona diuiſa fuiſſent mortis tempore nihil conſequi ex bonis hæreditarijs, nec ex eorum fructibus, etiam ſi pluribus annis non fuerit ad partitionem prouocatum, ſed debere contentari cum dote recepta. Nec obſtat, quod per collationem dotis, & bonorum hæreditariorum fit confuſio. l. ſi ſoror. C. de collatio. ibi. *Cum bonis dotem confundi iubebit*, fructus que bonorum hæreditatem augent vt prædiximus, ideo filiæ non ſolum ex bonis hæreditarijs, ſed etiam ex fructibus partem legitimam deberi: quia pater potuit legitimam filiæ in dote recepta aſsignare. l. parentibus arbitrium C. de inofficioſ. teſt. & quãuis non aſsignauerit filia vere & realiter à mortis paternæ tempore legitimã poſsidet, & fratribus adæquata eſt, nec vlla emergit inæqualitas inter eos, nec fratres amplius poſsident quam legitimas ſibi ipſis debitas & earum fructus. Quibus finem dicendi facio Deo optimo Maximo immẽſas agens gratias, nunc & in perpetuum.

Finis libri tertij.

BIBLIOTECA DE SALVADOR CABEZA DE SANTIAGO

INDEX EORVM QVAE IN HOC OPE-re continentur.

A.

ACCESSIO accessionis non datur in vsuris, pœnis nec fructibus lib. 1. quæstione, 12. num. 27.

Accessio duplex eiusdem debiti concedi non debet lib. 2. q. 13. n. 45.

Accessio reditus est sicut vsura, cuius est succedaneus simplex reditus. ibid. n. 45.

Accessio rei multiplex. lib. 3. q. 7. n. 11.

Accessiones in quibus rebus versari possint. ibid. n. 14.

Accessorium validare nequit principale quod nullum est. lib. 2. quæstione. 14 num. 15.

ACTIONIS confusio quare inducatur. lib. 2. q. 19. num. 3.

ACTIO stricti iuris quare dicatur arbitraria non idem actio bonæ fidei. lib. 3. q. 7. n. 19.

Actiones an & quando confundantur successione lib. 2. quæstione. 19. nu. 1. & seq.

Actuarij qui dicebantur lib. 3. q. 4. n. 35.

ACTVS in ualidus tempore confirmatur. lib. 1. q. 7. n. 24.

Actus in continenti factus quando censeatur. lib. 2. q. 3. numero. 51. & 54. & sequentibus.

Actus an operetur vltra agentis intentionem. lib. 2. q. 8. n. 2. & n. 5.

Actus nullus, quia contra legem, vel ius publicum non valet eo modo quo valere potest. ibid. n. 4.

ADITIONE hæreditatis extinguitur ciuilis & naturalis obligatio. lib. 2. q. 19. n. 38.

ÆQVITAS certis regulis definiri nequit. lib. 1. q. 13. nu. 48.

ÆQVALITAS in comercijs commutatiuis non consistit in puncto in diuisibili. lib. 1. quæstione. 11. numero. 4.

ÆSTIMATIO in dubio facit emptionem. lib. 3. q. 11 n. 71.

Æstimatio quanti plurimi an debeatur a debitore moroso reditus fructuarij. lib. 1. q. 12. n. 26. & seq.

Æstimatio rei nō attenditur ex eo, quo fuit empta, sed ex eo, quo cōmuniter res æstimatur. lib. 1 q. 8. n. 6.

Æstimatio quanti plurimi fructuū perceptorū a creditore ex antichresi an debeatur. lib. 2. q. 11. n. 18. & seqq.

Æstimatio quanti plurimi quid. lib. 3. q. 7. nu. 13.

Æstimatio quanti plurimi an videatur remissa sublata principali obligatione. lib. 3. q. 9. n. 15.

Æstima-

INDEX.

Æstimatio fructuum quãdo crescat. lib. 1. q. 12. n. 29.

ÆTATIS venia quamuis tollat restitutionem in integrum, non tollit actus nullitatem vbi decretum requiritur lib. 1. q. 14. n. 12.

AGERE differens donec aduersarij probatio deperierit, habet præsumptionem contra se lib. 1. quæstione. 16. num. 8.

AGRICOLA si maiores vsuras promisserat ciuili iure, afferet reductio ad concessum modum. lib. 1. quæst. 7. num. 2.

Agricolis sicut alijs an liceat fænerari ad rationem quatuordecimæ. lib. 1. q. 13. n. 50.

Agricolis quibus vsuris fænerari poterat secundum leges Iustiniani. lib. 3. q. 4. num. 47. & 50.

Agricolarum vsuræ quinque singularia lib. 3. q. 4. n. 49.

Agricultura primas obtinet inter acquisitionis species. lib. 3. quæst. 1. nume. 3.

ALCIATVS qualiter Iustinianum vsuras approbantem excusauerit. lib. 3. q. 4. n. 67.

Alciati error. ibid. n. 68.

ALEA quid sit. lib. 1. quæstione. 11. numero. 42.

Alea si adsit etiam si detur æqualitas nõ est iustus contractus. ibidem. numero. 44.

ALEXANDER Seuerus quam præ oculis habuerit iuris præceptũ quod tibi non vis alteri ne feceris. lib. 3. q. 4. num. 2.

ALIENARE dicitur solutionem recipiens. lib. 2. q. 15. n. 80.

Alienationis prohibitio nõ pertinet ad necessarias alienationes. ibid. nu. 81.

ANATOCISMVS quis lib. 3. q. 4. num. 25.

Anatocismum omnem prorsus sustulit Iustinia. lib. 2. q. 10. n. 50.

ANTATOCA quid sit, & qualiter probet. lib. 1. q. 13. num. 12.

ANNIVERSARII perpetui, onus super fundo inducit hypothecam, & an impediat fundi alienationem. lib. 2. q. 9. n. 65. in fin.

ANTICHRESIS quæ sit. lib. 2. q. 11. n. 1.

Antichresis pactum incontractu reditus an valeat ibid. n. 2. & seqq.

Antichresis ab agricolis exigi prohibetur, & quare ibid. n. 3.

Antichresis quare prohibita in reditibus. ibid. n. 4.

Et quid si non sit perpetua, sed temporaria ibidem. & nu. 13.

Antichresi concessa an creditor habeat retentionem pro pensionibus. ibidẽ. n. 5 & seq. & n. 16.

Antichresis temporaria non est vera antichresis ibid. n. 14.

Antichresis fructus an possint pro pẽsione reditus retineri. ibi. n. 17.

Antichresis iure digestorum, & codicis quando non erat prohibita, etiam in debito vsurario. ibid. nu. 29.

Antichresis ratione quantum sit minuẽdũ de pretio reditus. ibi. n. 32. & seqq.

Antichresis in quo differat ab emptione fundi sub pacto redimẽdi ibi. n. 35.

Antichresim dicitur possidere creditor ad cõmodum debitoris. ibid. n. 36.

Antichresis si nõ sit perpetua, sed temporaria in gratiam debitoris sufficit non excedi quatuordecimam. ibi. n. 38.

Antichresim propriam non potest tutor sine decreto cõstituere. lib. 1. q. 14. n. 26.

Antichresim efficacem quomodo possit tutor sine decreto pro reditu constituere. ibi. n. 27.

Antichresis prohibita exigi ab agricolis. lib. 3. q. 4. n. 51.

Antichresis pactum quando valeat in reditu. lib. 2. q. 11. n. 39.

Antichresis pactum ex interuallo adiectum an vitiet reditum. ibid. n. 42.

APPELLARE an liceat ab ordinario decreto Galliæ et Senatus ad chancellariam Vallisoletan. l. 1. q. 17. n. 53.

INDEX.

Appellatio non in omni cãusa quæ celeritatem requirit denegatur, libr. 1. q. 17. num. 51.

Appellatio, & supplicatio ab ordinario decreto non habent effectum suspensiuum. ibid n. 52.

Appellare an liceat a decreto ordinario ibid. n. 57.

Appellatio friuola quæ dicatur. ibi. n. 68.

Appellationi friuolæ si iudex detulit, an possit causam resumere, & de ea cognoscere. ibid.

Appellationi à mera interlocutoria nõ deferendum. ibid. n. 69.

Appellare non licet, nec supplicare à decreto violentiæ ecclesiasticæ. ibi. n. 73.

Nec de nullitate agitur. ibid.

APPROBATIO contractus illiciti non impedit debitorem agere, & conqueri de eo. lib. 1. q. 9. n. 4.

Etiam si debitor iurauerit se semper approbaturum. ibid. n. 5.

ARGVMENTVM ab vsuris ad reditum quando valeat. lib. 1. quæst. 7. num. 26.

Argumentum à legibus vsurarijs ad reditus annuos, an valeat. lib. 3. quæstione 3. num. 1.

Argumentum de re ad rempus quando valeat. lib. 3. q. 9. n. 8. & seq.

Argumentum a legibus vsurarijs ad reditum nostrum vsitatum, an valeat. lib. 3. q. 10. n. 22.

AS vsurarius, & centesima vsura. lib. 1. q. 2. num. 8.

ASECVRATIO an sit pecunia æstimabilis. lib. 3. q. 5. n. 55.

Asecuratio facta inter mutuantem, & extraneum, an sit licita. ibid. n. 53.

Asecuratio quis contractus sit. ibi. n. 64.

ASSIS vsurarij partes. lib. 1. q. 2. n. 10.

ATTENTATORVM remedio an obsit notorius proprietatis defect⁹ lib. 1. q. 17. n. 31.

B.

BARTOLVS antequam de iure responderet, consulebat mercatores, vel alios rerum peritos secundũ casus exigentiam. lib. 3. q. 10. n. 41.

BENEFICIVM ordinis, an competat ei qui se vt principalem obligauit si pecunia ad eum non peruenit. lib. 2. q. 5. num. 150.

Beneficium, & negotium cõtrarie opponuntur. lib. 3. q. 11. n. 60.

BONA fides successoris defecto vsitæ vitio non prodest. lib. 1. q. 17. n. 13.

BONA coniugum casu perempta constante matrimonio ex acquæsitu restauranda. lib. 1. q. 1. n. 10.

Bona censualia arramitantur, alienatione si fuit pactum de non alienando sub pœna commissi. lib. 2. q. 22. n. 22.

Bona censualia, & reditui consignatiuo obligata possunt sine creditoris licentia amplius obligari: debet tamen secundus creditor certiorari hypothecæ prioris: alias sors duplicata restituitur. lib. 2. q. 22. num. 48.

Bona reditui consignatiuo obligata si vendantur, debet emptor hypothecarũ certiorari: alias crimen stelionatus incurritur, & debitor cogitur priorem reditum redimere si fuerit redimibilis: si tamen fuerit perpetuus, potest emptor ab emptione discedere. ibid. num. 49.

Bona censui reseruatiuo obligata, obligari, & alienari possunt, & generali bonorum obligatione veniunt. ibi. n. 50

Bona emphyteutica, an possint sine consensu domini obligari. ibidem. num 51. & seqq.

Bona emphyteutica, an veniant in generali bonorum obligatione, ibid. n. 52.

C.

CALENDARIA vnde d. lib. 1. q. 2. n. 9.

CAMBIA realia & cãbia sicca li. 3 q. 5. n. 16. vbi vide plura in materia cambiorum.

CAP. ad fidem. 23, q. 5. explicatur. lib. 3. q. 4. n. 74. & 77.

INDEX.

Cap. nauiganti de vsuris lib. 3. q. 5. n. 55. & seqq.

Cap. in ciuitate de vsuris lib. 3 quæstione 7. num. 29.

Cap. salubriter de vsuris lib. 3. q. 7. nu. 49. & seqq.

Cap. 1. de feudis. ibid. n. 50.

Cap. sicut. 1. q. 2. explicatur. lib. 1. quæstione. 3. nu. 24.

Cap. fin. de simonia ibid. num. 25.

Cap. ad nostram de iure iurando libro. 2. q. 18. n. 6.

CAVSAE generalis allegatio, an sufficiat in præstationib⁹. li. 1. q. 15. n. 32.

Causa in seruitutibus quæsit alleganda propinqua, an remota. ibidem. numero. 34.

Causa mediata & specifica & concludens præstationum probanda. ibid ē. num. 35.

Causa vsuraria, an compromitti possit in laicum. lib. 3. q. 4. n. 138.

Causa licet non repetatur expresse in singulis decem annorum prestationibus sufficit si constet tacite ex eadem solutum. lib. 1. q. 15. n. 30.

Causa quæ in præstationibus requiritur, an accipiatur pro titulo, an pro causa propinqua obligationis, & qualiter intelligatur. ibid. n. 31. & seq.

Causa vsuraria mixti fori. lib. 3. quæst. 4 num. 124.

Causa prophana quæ dicatur. lib. 1. q. 17. num. 72.

Causę violentiæ & eorum praxis. ibid. n. 38. & seqq.

Causæ visitationis & correctionis religiosorum & bullæ cruciatæ non trahuntur ad senatum pro tollendis earum iudicum violentijs. ibid. n. 75.

Nec causæ spectantes ad hæreticæ pravitatis inquisitores. ibid.

CEDENS, iusitum non videtur cessisse contra se. libro. 2. quæstione. 9. numero. 2.

Cedi debent actiones efficaces soluenti pro alio lib. 2. q. 9. n. 9.

Cedere actiones efficaces non tenetur creditor nisi quales habet. ibid. n. 11. 23. & 34.

Cedendarum exceptio opponi an possit in executione sententiæ. ibidem. num. 23.

Cedendarum exceptio qualiter fundetur ex æquitate ibidem. numero. 13. & num. 46.

Cedere an teneatur creditor reditus tertio possessori fundi hypothecati contra se. ibid. n. 32. & 33. & 36.

Cedere an teneatur creditor contra fideiussori reditus. ibid. n. 32.

Cedere non tenetur creditor reditus, qui prius emit hypothecarū sibi fundum, alterius hypothecæ possessori, nec contribuere, secus si tertius possessor prius emit quam creditor. ibid. num. 36.

Et quid si creditor iure retractus, vel excessiuo pretio comparauit. ibidem. num. 37.

Et quid si creditor fundum à se emptum mox alienauerit, & non possideat quando agit contra alterius fundi possessorem. ibid. n. 38.

Et quid si creditor non emerit, sed liberaliter vnam ex hypothecis remiserit. ibid. n. 39.

Et quid si fundus emptus creditori generaliter tantum esset hypothecatus reditui. ibid. n. 40. & 45.

Cedere, aut contribuere pro rata alijs possessoribus hypothecarum non tenetur creditor si vnū ex obligatis fundis reditui acquisiuit in solutum partis debiti sui, vel alterius prioris debiti hypothecarij ibid. n. 42.

Cedere vel cōtribuere, an teneatur credi torredit⁹ qui vnā ex rebus hypothecatis distraxit, cū postea agit contra alia rū hypothecarū possessores. ibi. n. 43.

Cedere nō cogitur creditor reditus, vel tradere pignora quę tenet ex posteriori debito fideiussori sibi soluenti, nisi post excussum principalem. ibi. n. 45.

Cedere

INDEX.

Cedere ius suum an teneatur creditor reditus redimentibus correis, vel fideiussoribus, & alijs quibus competit cedendarum ius lib. 2. q. 16. num. 11. & 16. & seq.

Cedere an teneatur creditor reditus extraneo offerenti. ibid. n. 7.

Cedere tenetur creditor reditus ius suũ correo fideiussori, vel hypothecæ possessori offerenti sortem cum reliquis ibid. n. 16. & n. 34.

Cedere, an possit creditor debitori soluẽti contra vsucaptorem, vel habentem ius posterius ab alio quam à debitore. ibidem. n. 18.

Cedendarum beneficium non dari nisi contra eos qui tanquam sibi debitum, & exigibile recipiunt, & ijs qui soluunt, quod à se & ab alijs exigi poterat. ibid. n. 19.

Cedendarum beneficium non competit possessori fundi hypothecati, qui illũ acquisiuit cum onere luendi, seu reditum soluendi. lib. 2. quæstione 19. numero. 44.

Cedere quando teneatur creditor ius suũ fideiussori redimenti. lib. 2. quæs. 16. numero. 24.

Cedere quod teneatur creditor debitori nullo iure cautum ibid. n. 26.

Cedere tenetur creditor debitori suo si eius interfit. ibid. n. 27. & seq.

Cedere an teneatur creditor reditus creditori chyrographario offerenti, & cessionem petenti ibidem. nu. 35. & 40. & 41.

Cedere tenetur creditor reditus redimẽti si opus sit, & petatur. ibidem. numero. 28.

Cedere an teneatur creditor iniusto possessori. ibid. n. 38.

Cedere tenetur creditor reditus possessori iusto, seu detentori offerenti, & cessionem petenti, etiam antequam conueniatur pro reditus pensionibus. lib. 2. q. 16. nu. 44.

Cedere an teneatur creditor reditus chyrographario creditori nihil de bonis debitoris possidenti & offerenti, & cessionem petẽti eo quia propter reditus incrementum debitor fiat non solũdo. ibid. n. 45.

Cedens an possit agere post cessionem inuito cessionario. lib. 3. q. 4. n. 46.

Cedens nomen reditus non liberatur nisi soluatur reditus. lib. 2. q. 21. n. 4.

Cedi quæ dure possint. ibid. n. 45.

CENSVS nomen æquiuocum est. lib. 2. q. 22. num. 66.

Census dicitur reditus reseruatiuus, reditus emphyteuticus, reditus consignatiuus, reditus colonalis. ibidem.

Censuarius ob periurium, an incidat in commissum. lib. 2. q. 22. num. 13. & sequenti.

CESSIO est vera venditio, & etiam contra cedentem effectum habet. lib. 2. q. 9. num. 5.

Cessio facta fideiussori reditus, qui colludens cum debitore, & cum illius pecunia redemit, an noceat priori creditori. ibid. n. 6.

Cessioni bonorum, an possit renunciari. lib. 2. q. 10. n. 12.

Cessio bonorum cum iuramento, an possit renunciari à debitore reditus obligante se ad carceres. ibidem. numero. 13.

Cessionis bonorum beneficium non datur debitori qui dolũ cõmisit. ibi. numero. 14.

Cessio habet tacitam conditionẽ quatenus cessionario soluatur. lib. 2. q. 21. numero. 4.

Cessio quando præsumatur fraudulenta. libro. 3. quæstione. 4 nu. 44.

Cessione facta secundo creditori qui soluit sortem cum reliquis priori creditori reddituali, an secundus possit reditum exigere. lib. 2. quæstione 17. nu. 1. & seqq.

Cessionem petendi ius non habet creditor cui non cõpetit hypotheca. ibid. num. 6.

INDEX

Cessio ex iuris necessitate facta, & spontanea venditio multo differunt. ibid. num. 10.

Cessio ex iuris necessitate facta creditori posteriori non solum pignus eius cõfirmat, sed etiam facit, quod creditor succedat in ius exigendi reditum, & omne cedenti competens, ibidem. numero. 11.

Idem in omni creditore chyrographario & iusto possessore. ibid. n. 12.

Idem in detentore iusto, qui ius retentionis habet. ibid. n. 13.

Cessionẽ iuste postulat correus debendi etiam contra correos deducta sua portione. ibid. n. 14.

Quod limitatur multipliciter. ibid. numero. 15.

Cessionem accepto debito factam iure optimo venditionem appellari. ibid. num. 16.

Cessionis iuris creditoris hypothecarij, & venditionis pignoris & venditionis alterius rei, constituitur quadruplex differentia. ibid. nume. 17. & numero. 20. & seq.

Cessio in dubio, an venditio à creditore facta iudicanda sit. ibid. n. 24.

Cessionario prioris creditoris potest offerri ab eo qui offerre poterat cedenti, emptori tamen pignoris solemniter venditi offerri non potest. ibid. numero. 21.

Cessionarius qui soluit reditum non agit iure cesso nisi deducta rata eum, vel bona ab eo possessa contingente. lib. 2. q. 9. n. 62.

Cessionarius mercatoris, an posset bessibus fœnerari, lib. 3. quæstione. 4. numero. 41.

Cessionarius pauperis, aut viduæ, an possit debitorem in curia Regis conuenire. ibid. n. 42.

Et quid si creditor non priuilegiatus cedat habenti casum curiæ, an possit cessionarius curiam adire. ibid

Cessionarius subrogatur in ius & priuilegium cedentis lib. 2. quæstione. 19. numero. 48.

Cessionarius in omne ius cedentis succedit, lib. 2. q. 17. n. 2.

Cessionarius cui vi pignoris cessum est non debet habere duplex commodũ ex cessione. ibid. n. 3.

Cessionarius agens, an debeat onera omnia cessionem prodire, lib. 2. q. 17. num. 34.

Cessionarius mariti, an possit exigere interesse dotis non solitæ. lib. 3. quæst. 3. num. 39.

Cessionario debetur interesse sicut cedenti. ibid. nu. 87.

Cessionarius, aut hæres vtrum agant ad dotis vsuras lib. 3. quæstione. 8. numero. 19.

Cessionarius cui creditor reditus cessit actionem contra reditus debitorem, an non excusso nomine cesso, possit contra creditorem agere. lib. 2. quæst. 17. num. 33.

CIVILIS scientia vide in verbo scientia.

CIVITAS sine Regis licencia, an possit super bonis publicis reditum constituere lib. 1. q. 14. n. 67.

Et an possit obligare bona publica ad reditum reseruatiuum. ibid. n. 68.

Et an possit bona publica obligare ad solutionem canonis emphyteutici. ibid num. 69.

Et an possit eadem bona dare in emphyteusim, ibid. n. 70.

CLERICVS aduersus laicum agens de perturbata possessione beneficij patrimonialis, quid probare debeat lib. 1. q. 17. n. 37.

Clerici ita legibus taxãtibus pretium reditus obligãtur sicut laici lib. 1. q. 6. n. 49.

Clerici tenẽtur legibus quæ de reditibus fructuarijs in pecuniarios reducendis agũt. ibid. n. 50.

COLONIAE perpetuæ ius annis triginta non præscribitur contra Bald. lib. 2. q. 22. n. 69.

Quod

INDEX.

Quod intellige nisi solutiones factæ sint iure coloniæ perpetuæ ibidem.

Baldi opinionem de colonia perpetua præscribenda iure canonico defendi non posse ibid.n.70.

Baldi eandem opinionem in bonis eccle fiæ non posse obtinere, ibidem nume ro.71.

Coloniam perpetuam non præsumi etiã si non constet de colonali ingressu,& longissimo tempore quis rem alienam possiderit,singulis annis pensionem soluens, ibid..n.72.

Colonia perpetua,seu perpetua emphy teusis præsumitur si res aliena possessa sit tempore immemoriali,quo fuit vni formis pensio persoluta.ibidem nume ro.73.

COLONVS simplex præsumitur qui longissimo tempore rẽ alienã possedit, pensionem difformem modo maiorem,modo minorem soluens,ibidem num.74.

Colonus qui vt talis possidet nunquam præscribit lib.1.quæstione 15. num.51.

Colonus ipso iure sine interpellatione tenetur ad vsuras pensionum retardarum,lib.1.q.13.n.43.

Non tamen soluet vsuras si dominus petat æstimationem quanti plurimi fructuum debitorum. ibidem. numero.44.

Colono turbato agenti remedio possessorio an obsterdefectus notorius proprietatis,lib.1.q.17.n.30.

COMMISSI pactum in reditu consignatiuo non valet lib.2 quæstio. 22. num.12.

Commissoria lex vnde dicta.lib.2.q.2.n. 23.& vide in verb.pactum legis commissoriæ.

COMMODATVM pecuniæ vel argenti ad aparatum,vt aliqui dissoluatur cõmodãti an vsuræ vitium contineat lib.2 q.3.n.69.

COMMVTATIO honesta quid sit lib.3.q.1.n.3.

COMPENSATIO,an fiat ipso iure ad impediendũ cursum reditus lib.2. q.18.n.1.& seqq.

Compensatio, fit ipso iure ad impedien dum cursum vsurarum,ibid.n.2.& lib. 2.q.19.n.2.

Compensatio fit ipso iure ad vitandam commissionem pœnæ.d.q.18.ibid.n.3. & n.13.& d.q.19.n.2.

Compensatio fit ipso iure vbicumque defectus solutionis possit afferre damnũ debitori,ibid.n.4.

Compensatio fit ipso iure ad impediendũ periurũ in debito iurato ibid.n. 5.

Compensatione impletur soluendi conditio cõtra Canonistas.ibid.n.6.

Compensatio ipso iure non fit ad vitãdũ emphyteutæ cõmissum.ibid.n.7.

Compensatio facta intelligitur prius in vsuras si quæ debeantur, reliquum in sortem,ibid.n.8.

Cõpẽsatio ipso iure nulla fit in annuis reditibus,sed demũ congrua oppositione facta ab homine quæ vice oblationis sit.ibid.n.9.

Compensatio particularis seu pro rata admittitur,non tamen particularis solutio.ibid.n. 10.

Compensatio tũc demum locum habet, quando hinc inde versatur debitum purum,liquidum,& exigibile ibid.

Compensatio proprie,& stricte sumpta non est in annuis reditibus ibidem.numero. 11.

Compensatio quando locum habeat ipso iure in annuis reditibus ibidem. numero.14.

Compensatio ipso iure in reliquis non in sorte reditus locum habeat ibidem. num.15

Ampliatur etiam si vterque debeat reditum eiusdem quantitatis.ibidem.numero.16.

Compensatio congrue oblata plus operatur quam realis oblatio ibidem. numero.19.

INDEX.

Compensatio congrue oblata cũ summa per reditus creditorem debita an extingat reditum ipso iure.ibid.nu.17. & 18.

Compensatio fit ipso iure si à parte opponatur.lib.2.q.19.n.21.

Compensatio in verisvsuris fiebat ipso iure, sic fiet in improprijs si fors sit exigibilis.lib.3.q.3.n.5.

COMPROMITTI, an possit causa vsuraria in laicum lib.3. quæstio.4. num.138.

Compromissum in causa vsuraria,an valeat lib.3.q.16.n.21.

CONDITIO posita in voluntate debitoris tunc impedit obligationem cũ fertur in meram voluntatem: secus si voluntas non sit libera,sed certo casu restricta.lib.2.q.16.n.30.

CONFESSIONIBVS partiũ non statur in prohibitis lib.3. quæstione.5. num.40.

Confessio extrajud.cl alis parte præsente & acceptante probat.lib.1.quæsti.15. num.11.

Cõfessio incidens solutionicausatæ licet plene non probet,facit magnam præsumptionem,ibid.n.29.

Confiteri videtur quis talem,si recipit aliquid ab eo tanquam a tali.ibid.numero.19.

CONFVSSIO reditus per successionem quando fit lib.2.q.19.

Confusio actionum per successionem locum habet in successione vniuersali,non in particulari.lib.2. quæstio.19. num.30.

CONSIGNATIO non valet nisi fiat præcedẽti debiti oblatione ei cui debetur lib.2.q.15.n.63.

Consignatio an sit necessaria si debitor reditus nollit tutori, vel curatori recipere parato soluere metu restitutionis ibid.n.57.

Consignatio nihil operatur antequam sit intimata creditori ibidem. numero.59.

Consignatio facta ab extraneo pro redimendo reditu, an possit,ab eo reuocari lib.2.q.16 n.6.

Consignatiuus reditus quis sit lib.2.q.22. num.4.

Consignatiuo reditu nullum rei hypothecatæ dominium,nec possessio transfertur.ibid. n.7.

CONSTITVTVM ratione loci,& quotæ incertum non valere lib.2.q.7. num.15.

Constituti clausulam in reditibus ineptã esse.ibid.

CONSVETVDO conueniendi clericos coram seculari iudice quando valeat.lib.1.q.17.n.62.

Consuetudo immemorialis habet vim priuilegij.ibid.n.63.

Consuetudo tantumhabet de essentia & potentia,quantum devsu.lib.2.q.10 num.9.

Consuetudo contra ius non extenditur, etiam ex identitate rationis. ibid. numero.10.

Consuetudo regionis interpretatur contractum dubium lib.1.quæstione. 15. num.42.

Consueta,& vsitata clausula, & iusta reputata communiter in reditibus licita videri debet lib.2.quæstione.13.numero.15.

CONTRACTVS in fraudem vsurarum reducuntur ad vsuram interpretatiuam lib.3.q.1.n.12.

Contractus & distractus sunt eiusdem naturæ lib.3.q.10.n.24.

Contractus vsurarius, & contractus excessiuus quomodo differant lib.1.q.7 num.17.

Contractus tempore æstimanda sunt rerum pretia ibid.n.23.

Contractus diuidi non debet etiam restitutionis beneficio lib.1.quæstione.9. num.2.

Contractus vsurarius,an possit transactione confirmari,libr.1.quæstione.16. num.21.

Con

INDEX.

Contractus emptionis, an pertineat ad negociationem quæstuariam. lib. 1. q. 16. n. 26.

Contractus quibus coniecturis censeatur vsurarius lib. 2. q. 1. n. 23.

Contractus eodem tempore celebrati censentur correspectiui lib. 2. quæs. 3. num. 52.

Contractus alias validus ad vitandum abusum inualidatur a legislatore lib. 1. q. 13. n. 7.

Contractus qui tractu temporis factus est iniquus reformari & reduci debet per iudicem lib. 2. q. 15. num. 95.

Contractus natura inspicienda est vbi de mente contrahentium dubitatur lib. 2. q. 21. n. 15.

Contrahẽtibus, an liceat se decipere lib. 1. q. 8. n. 9. & lib. 1. q. 11. num. 5. & 7. & seq.

Et quare dicatur naturaliter licere cõtrahentibus se decipere ibidem. numero. 6.

CORREVS, cohæres, & consors rei communis si emat à creditore rẽ pignoratam non sibi acquirit, sed luit, & consortium rem agit lib. 2. quæst. 17. num. 25.

Idem in grauato restituere hæreditatem qui pecunia hæreditaria luere valens sibi per interpositam personam, emit. ibid.

Correo debendi etiam contra correos deducta sua portione. cedendum an sit lib. 2. q. 17. n. 14. & seqq.

Correi, an videantur fideiubere, lib. 2. q. 5 nu. 21. & seqq.

Correi si fiant eiusdem reditus mulier, & extraneus, an teneatur mulier ibid. n. 25. & 26. & seq.

Correum qui cepit labi facultatibus ad denunciationem alterius correi, nõ tenetur creditor reditus conuenire lib. 2 q. 9. num. 12.

Correum vergentem ad inopiam si creditor non conueniat, quia de alio correo conſdit non imputatur creditori ibidem. numero. 15.

Correus pro reditu obligatus si conueniatur, an alij correi qui contra creditorem præscripserunt possint venire ad conuenti defensionem ibid. n. 16. num. 20. & 21.

Correus qui insolidum conuentus reditum soluit, an possit agere de euictione contra cohæredes qui præscripserunt contra creditorem. ibid. n. 17. & 18. & 19.

Correi plures obligati insolidum licite paciscuntur inter se de reditu redimẽdo intra certum tempus. lib. 2. quæst. 13. num. 27.

CREDITOR cuius pecunia res hypothecata reditui empta fuit eo pacto vt pro sorte mutuata constitueretur reditus, an in ea re anterioribus creditoribus sit præferendus. lib. 2. q. 20. n. 1. & seqq.

Creditor qui mutuauit pecuniam ad rei emptionem cũ pacto, vt res ipsa esset obligata, in ea prioribus creditoribus præferendus est. ibidem. n. 3.

Creditor vsurarius non habet antellationis priuilegium ibid. n. 4.

Creditor qui mutuauit pecuniam ad emptionem eo pacto, vt pro ea constitueretur reditus super re empta, in ea præferendus est prioribus creditoribus, etiam ex causa dotis ibid. n. 6.

Creditor mutuans ad emendam mille etiam, in ea tacitam hypothecam habet cum antellationis priuilegio ibidem. n. 8.

Et an præferatur doti priori ibidem. numero 9.

Creditor vsurarius non habet priuilegiũ personale inter personales actiones: potest tamen habere realem hypothecam. ibid. n. 10.

Creditor vsurarius qui mutuauit ad refectionem nauis vel edificiorum restitutionem, habet priuilegium quoad sortem, non quoad vsuras ibidem. numero. 11.

INDEX.

Creditor vsurarius qui mutuauit ad rei emptionem cum pacto quod esset res sibi obligata, habet hypothecæ priui legium,& præfertur anterioribus hypothecarijs creditoribus ibidem. nu mero.12.

Creditor qui mutuauit pecuniã ad refi ciendum,vel conseruandam rem eo pacto vt pro credita pecunia sibi con stitueretur reditus super re ita refecta, vel cõseruata,an præferri debeat prio ribus creditoribus ibid. n.13.

Creditori mutuãti pecuniam ad emptio nem rei ea lege,vt pro sorte credita res empta hypothecata esset,an sit do ti præferendus,ibidem.n.2.& 5.

Creditor reditus nõ est creditor nisi quo ad exactionem reliquorum lib.2.q.16 num,20.

Creditor reditus respectu redemptionis debitor est, ibidem.n.22.

Creditor quando teneatur de euictione ibid.n.25.

Creditor quando teneatur cedere ius suũ fideiussori redimenti ibidem. numero.24.

Creditor reditus qualiter censeatur sortis creditor ibid.n.29.

Creditor non potest plus iuris habere in exigendo debitore debitoris,quam haberet suus debitor.lib.2.q.19. numero.19.

Creditor secundus qui soluta sorte cum reliquis cessionem habuit,an possit re ditum exigere lib.2.quæst.17.nu.1.& seq.

Creditor secundus hypothecarius soluẽs priori etiam sine pacto expresso succe dit in locum prioris ac si ab eo expres sam cessionem habuisset lib. 1.q. 14. num.21.

Creditor secũdus in louum prioris quan doque subrogatur, etiã priore creditore ignorante.ibid.n.22.

Quod procedit etiamsi debitor sit minor & respectu hypothecarum suae decre to.ibidem.numero.23.

Creditorem oportet esse curiosum de versione in rem quatenus contrahit cum persona prohibita, vel inhabili. ibid.n.42.

Idem si mutuet tutori,seu curatori mino ris in causam voluntariam,ibid. numero.43.

Creditor quando agat ex mutuo facto ec clesiæ,ciuitati seu administratori. lib. 1.q.14.n.56.

Creditor,an possit aliquid accipere, vt fideiussorem eximat ab obligatione re ditus.lib.2.q.12.n.16.

Creditor an possit aliquid accipere, vt eximat ab hypotheca vnum ex pluri bus hypothecatis fundis.ibid.num.20. & seqq.

Creditori nunquam licet pacisci quod venditor reditus teneatur redimere, etiam si ipse creditor pecuniã habuit ex venditione alterius reditus cum pacto redimendo intra tempus lib. 2 q. 13.n.28.

Creditor posterior non potest fundum à debitore sub redimendi pacto vendi tum redimere sibi acquirendo, vt fru ctus suos faciat,sed luendo,vt reponat in bonis debitoris.lib.2.quæstione.17. num.4.

Creditor posterior redimens reditũ non debet esse melioris conditionis,quam redimens fundum. ibid.n.5.

Creditor reditus luibilis certus non est de lucro,sicuti nõ erat creditor vsurarius ciuili iure lib.3. quæstione. 2. numero.5.

Creditor reditualis,& vsurarius creditor, vsuram vsurarum petere non possunt, ibid.n.6.

Creditoris reditualis, aut vsurarij excessus vsucapione non confirmantur. ibi dem.

Creditor an compelli possit fideiussorẽ alio æque idoneo accepto liberare li. 2.q.12.n.25.

CRIMEN ecclesiasticum quod dica tur lib.3.q.4.n.125.

Crimen

INDEX.

Crimen vsurarum minuti fxri, ibidem nu mero.128.

D.

DAMNVM quod creditor passus sit propter non solutam pensionem, & tempore, & loco cõuentis potest iuste stipulari lib. 2. quæstione. 6. numero.10.

DEBITVM ex vna causa non posse magis in mutuum per stipulationem, quam per nudum pactum cõuerti lib. 3.q.11.n.52.

Debitor reditus non est sortis debitor lib. 2.q.19.n.10.

Debitor reditus est debitor pensionis annuæ dum reditum non redemerit, lib. 2.q.19.n. 27.

Debitor reditus, an possit personali conueniri omissis hypothecarum possessoribus, lib.2.q.9.n.51.

Debitor reditus, an possit se obligare ad carceres publicos si non soluerit lib.2. q.10.n.1.& seqq.

DECIMANDI facultas, an locari possit.lib.1.q.3.n.13.

DECREMENTVM artificij suppellectilis, cuius pretio comparatur reditus, ad quem pertineat.lib.1.q.13.numero.23.

DECRETVM ordinarium Gallæci Senatus(quod autoordinario appellãt) & eius praxis & forma lib.1.q.17.n.39 & 45.

Decreti ordinarij iustitia,& æquitas. ibi. num.40.

Decretum ordinarium,& interdictum interim in quibus conueniant. ibidem. num.41.

Et in quibus differant.ibid. numer.42.& seqq.

Decretum ordinarium ante, & post motam litem peti consueuit. ibidem. numero.43.

Decreto ordinario non solum possidenti turbato, sed etiam spoliato intra annum subueniri.ibid.n.44.

Decretum ordinarium, an competat hæredi spoliati, & contra hæredem recusantem soluere reditum quem defunctus soluebat. ibid.

Decretum ordinarium petens non fatea tur se spoliatum ibid. n.45.

Decretum ordinarium non præcise auocat rem à possessione, sed causatiue. ibid.n.46.

Decreto ordinario detentus, si adhuc possessioni incumbat quid actori agẽdum erit.ibidem.n.47.

Decreti ordinarij cognitioni non est testium numerus præfinitus, nec ex officio aliqui recipiuntur. ibidem. numero.48.

Decretum ordinarium, an suspendatur appellatione, aut suplicatione, vide in ver.appellatio.

Decreti ordinarij effectus finitur lata sententia diffinitiua pro reo, etiam si ab ea sit appellatum.lib.1.quæs.17.numero.54.

Decretum ordinarium, an decernatur pro restituendo spoliato iudicis authoritate.ibid.

Decretum ordinarium decerni in Senatu Gallæco contra ecclesiasticos perturbantes laicum, aut clericum in rei prophanæ, seu spiritualis possessione. ibid.n.55.

Et si violentus sit indignitate constitutus quomodo procedatur contra eum,ibi. num.56.

Decretum laicorum, quod, auto delegos pragmatici appellant, & eius praxis. ibid.n.70.& seqq.

Et an petenti laicorum decretum oporteat iudicis ecclesiastici forum declinasse.ibid.n.71.

DEFINITIO reditus à Feliciano tradita impugnatur.lib. 1.quæstione. 3. num.2.

Definitiones reditus.ibidem.numer.1.& seq.

Defini-

INDEX.

Definitur causa per effectum quandoque ibidem.n.5.

DELICATVS nimium debitor, & nimium oneroſus creditor nō audiū tur.lib.2.q.15.nu.50.

DENVNCIARI an poſsit pupillo, abſenti,furioſo,vel iacenti hæreditati pro regreſſu euictionis,lib.2.q.15.nu. 47.& ſeq.

DEPOSITVM gratia depoſitarij factum eius eſt periculo.libr.1.q.13. numero.21.

Depoſitum pecuniæ aliud verum,& purum,aliud non purum quando abit in creditum.lib.3.q.11.n.2.

Depoſitum apud bancherios noſtri temporis,an pariat depoſiti actionem & habeat eius priuilegia.ibidem. numero.37.

Depoſitarius tenetur ad vſuras ciuili iure triplici caſu.lib.3.quæſtione.11.num. 1.& ſeqq.

Depoſitarius verus non tenetur ad vſuras niſi poſt morā, vel niſi in proprios vſus pecuniam conuerterit.ibi.n. 3.& num.26.

Depoſitarius ſi in ſuos vſus cōuertat, duo actionum genera cōpetunt domino. ibi.num.4.

Depoſitarius in ſuos vſus conuertens quas vſuras pendebat.ibid.nu.5.

Depoſitarius qui in alterius vſus conuertit,an teneatur ad vſuras, ibidem. numero.8.

Depoſitarius qui illicite vſus,& negotiatus pecunia depoſita multa ſuperlucratur,an teneatur omne lucrum reſtituere.ibi.n.10.& n.15.

Depoſitor ſi damnificatur dolo depoſitarij,tenetur depoſitarius ad intereſſe caſuale,ibi.n.16.

Depoſitarius qui cum depoſito lucrum reſtituit,an lucrum repetat.ibidem.numero.17.

Depoſitarius poteſt in ſuos vſus conuertere ſi id ex pacto tacite,vel expreſſe permittatur.ibi.n.18.

Depoſita pecunia ad numerum tacite actum videtur,vt in creditū abeat,quod limitatur.ibi.n.19.

Et quid ſi pecunia deponitur,& fit pactū de vſuris,an abeat in creditum. ibi.n. 20.& n.37.& n.40.

Depoſitarius non tenetur ad vſuras ſi tacite,vel expreſſe conuentū fuit,quod poſsit in vſus ſuos conuertere. ibidem. num.21.

Quod limitatur poſt moram, vel ex pacto.ibidem.

Depoſitor permiſſione vtendi non amittit actionem depoſiti.ibidem. numero.22.

Depoſiti priuilegia.ibid.& quando locū habeant.ibidem.numero.29.& 38.& 39.& 40.

Depoſitæ pecuniæ quatuor gradus, ibid. num.26.

Depoſitum verum contrahitur ſi pecunia deponitur ad numerum, vel menſuram hoc acto quod tantundem reddere ſufficiat.ibi.n.27.

Amplia etiam ſi depoſitarius omne periculum in ſe ſuſcipiat.ibi.n.28.

Depoſitum mixtum quod ſit. ibi. numero.30.

Depoſita pecunia ad numerum hoc acto quod depoſitario liceat gratis vti, an ſit depoſitum,an mutuum.ibid.nu.30. 31.& 32.

Et quæ actio, tunc deponenti competat. ibi.n.30.

Depoſitum reſtituendum ad nutum depoſitarij,an ſit depoſitum. ibidem. numero.31.

Depoſiti periculum ad depoſitarium pertinere,cum ipſius tantum gratia factū fuerit.ibi.num.33.

Depoſitum an eſſe deſinat ſi depoſitarius accipiat mercedem cuſtodiæ. ibi. nu, 39.& an debeatur ſalarium depoſitario.ibi.

Deponens ſi accipiat vſuras non habet depoſiti priuilegium, quod limitatur. ibi.n.40.

Depoſi

INDEX

Depositum & mandatum ad negotia qualiter differant quoad interusurium pactum ipsis adiectum. ibidem numero 46.

Depositi vsuræ, an hodie exigi possint. ibidem. num. 86.

Depositor, an possit partem lucri ex deposita pecunia percipiendi à depositario stipulari. ibid. n. 87.

Deposita pecunia Regis, Reipublicæ, vel domini villæ receptor lucrum facit ex deposito, an teneatur domino restituere. ibid. n. 88.

DESCRIPTIONIBVS potissimum I. Consulti veteres vtebantur. lib. 1. q. 3. n. 1.

DILLATIO in dubio non operatur nisi inducias. lib. 3. quæstione 9. numero 14.

DIVISIONIS beneficium an censeatur remissum per clausulam qui libet in solidum. libro 2. q. 5. numero. 11. & 13.

Diuisio obligationis reditus, an fiat cum creditor ab vno ex pluribus in solidum obligatis partem recipit. lib. 2. quæst. 5. num. 40.

DOMINVS quando possit rem propriam emere, vel conducere. libr. 3. q. 7. num. 82.

Dominis vassallorum, an sufficiat quadragenaria possessio cum titulo, & bona fide in exactionibus contra vassallos. lib. 1. q. 15. n. 74.

DOMINIVM vtile & directum in eadem persona non concurrunt. lib. 2. q. 22. n. 5.

Dominij quæritur ex contractu in fraudem vsurarũ, non ex contractu simulato. lib. 1. q. 17. n. 97.

Dominium directum vendi posse, vt venditor emptoris emphyteuta maneat. lib. 2. q. 3. n. 37.

DONATVS reditus qualiter æstimandus. lib. 1. q. 6. n. 28.

Donatione reditus annuus creari potest contra Felicia. lib. 3. q. 6. n. 3.

DOTIS promissæ solutæ dies terminus etiam si nõ dicatur currit ex die nuptiarum. lib. 2. q. 26.

Dotis nomine cum a patre, & extraneo promissa, an teneatur extraneus in exactionibus. ibidem.

Dotis omissa, an non soluta interim ex nunc, prout ex tunc currendus sit reditus ad rationem quindecimæ debitore non soluente intra annum, an vsuras exigi possit. lib. 2. q. 21. & 26.

Dotis vsuræ cessante mora vicem reditus conferuntur, & non debet factorum prædiorum receptis vsuris excedere. lib. 3. quæstione 2. numero 4.

Dotis vsuræ medij temporis quo filia nõ egit familiæ erciscundæ iudicio non debent in debito excedere rationem instrumentalis vsuræ. ibid. n. 24.

Dotis solutio dũ differatur, an possit prouinitur certa pensio. lib. 3. q. 7. numero 44. & seqq.

Dotis non solutæ interesse peti posse à secundo marito cui nupsit vidua constituendo dotem cum primo marito promissam. ibid. n. 57.

Dotis non solutæ interesse, an possit prætaxari à contrahentibus, vel statuto. ibid. n. 60.

Dotis vsuras pluribus annis non exigens à marito, an videatur eas remittere. ibidem. n. 61. & 65.

Dotis promissæ interesse nullis acceptis pignoribus ante moram regularem exigi non potest. ibid. n. 62.

Dotis promissæ interesse exigi non potest pro tempore quo maritus onera matrimonij non sustinuit. ibidem. numero. 64.

Dotis vsuras promissas deberi absque vlterà mora. lib. 3. q. 8. n. 15.

Dotis promissor qualiter constituatur in mora irregulari. ibidem. numero. 15. & 16.

Dotis

Dotis vsuras petentem nõ oportere esse solitum negotiari. ibid. n. 17.
Dotem inofficiosam petens, & eius vsuras, an repellatur a socero in officiosæ dotis exceptione. ibid. n. 21.
Dotis vsuræ, & fructus, an veniant in hæreditatis erciscundæ iudicio. lib. 3. q. 12. n. 1. & seqq.
Dotis fructus conferendos non esse ex sententia Ioan. Lupi. ibi. n. 2.
Dotis titulum non excusare à collatione fructuum à tempore mortis paternæ. ibid. n. 3.
Dotis fructus & vsuras conferri oportere. ibid. n. 5.
Dotis vsuras conferri non tanquam vsuras, sed tanquam interesse, & an hodie earum collatio locum habeat. ibi. num. 6.
Dotis vsuræ, & fructus à quo tempore cõferri debeant, ibi. n. 7. 8. & 9.
Dotis vsuræ conferendæ quantæ sint. ibi. num. 11. & 12.
DVPLI cõputatione erravit Budeus. lib. 3. q. 4. n. 34.
Dupli limitatio in ducta, in vero fœnore an & quando produci possit ad incidens fœnus. lib. 3. q. 10. n. 59.

E

EDERE instrumentum reditus, an teneatur creditor debitori. lib. 1. q. 16 num. 17.
Edere propria vel cõmunia instrumenta quando quis teneatur. ibidem. numero. 19.
EGESTAS excludit voluntarium simpliciter. lib. 1. q. 8. n. 8.
ELEEMOSYNAM non deberi iure actionis, sed officio iudicis. lib. 3. q. 4 num. 75.
EMERE merces maiori pretio ad creditum quam valeant tempore cõtractus, an liceat, & quid si emantur anticipata solutione viliori pretio, libro 3. quæstione. 12. numero. 45.
Emere vilis nomen debitoris an liceat ibidem.
EMPHYTEVTA, an cadat à iure suo ob venditionem reditus super bonis emphyteuticis. lib. 1. quæstione 3. num. 7.
Emphyteusis, an & quate nus præsumatur. lib. 1. quæstione. 15. numero. 50. & seqq.
Emphyteusis præsumpta eisdem modis amittitur quibus & vera emphyteusis amittitur ibid. n. 52.
Emphyteusis ecclesiastica quando, & qualiter præsumatur. ibid.
Emphyteusis ecclesiastica quanto tempore præsumatur. ibi. n. 53.
Emphyteusis contractus an sit reducendus ad æquitatem si tractu temporis sit iniquus quia fructus rei sunt adeo diminuti quod non sufficiunt ad soluendam pensionem. lib. 2. quæstione. 15. n. 95.
Emphyteusis aduersus priuatum quanto tempore præsumatur. ibidem. numero. 54.
Emphyteusis priuati in dubio perpetua censenda erit. ibid. n. 55.
Emphyteusis titulus, vt præsumatur præstatio vniformis & causata requiritur ibid. n. 56.
Emphyteusis præsumptæ quatuor requisita. ibid.
Emphyteusi præsumpta, instrumentum emphyteuticum quoque interuenisse præsumitur. ibid. n. 57.
Emphyteusis præsumptio, an probationem in contrarium admittat. ibidem. num. 58.
Emphyteuta, an colonus præsumatur, qui aliena prædia possedit singulis annis pensionem soluens. ibidem. numero. 59.
Emphyteusis renouata à domino directo vni ex emphyteutis, an alijs communicanda sit. lib. 2. quæstione. 17 num. 25.

INDEX.

Emphyteusis dominus qui rem emphyteuticam in pignus accepit, an tenea tur fructus in sortem imputare. lib. 3. q. 7. n. 51.

Emphyteusi dominus an videatur caducitatem remittere, si tacuit dum vixit. ibid. n. 67.

Emphyteuticus reditus quis sit. lib. 2. q. 22. n. 3.

Emphyteutico reditu solum vtile dominium, & naturalis possessio transfertur. ibid. n. 6.

Emphyteuticus reditus si non solvitur per biennium, vel triennium, amittitur emphyteusis. ibid. n. 9.

Emphyteuticus reditus in dubio iudicandus est, si in contractu census apponatur pactum commissi. ibidem. numero. 11.

Emphyteuta qui iurauit pensionem soluere, an incidat in commissum ob non solutum Canonem vnius anni. ibid. num. 18.

Emphyteutica res amittitur, si alienetur absque domini consensu: secus si sit res censualis reseruatiui, aut consignatiui reditus. ibid. n. 21.

Emphyteusis præsumitur ex pacto de soluendo laudemio ex venditione rei censualis. ibid. n. 27.

Emphyteuta an possit filijs in emphyteusi præiudicare. ibidem. numer. 37. & seqq.

Emphyteuta an possit prohibere alienationem emphyteusis in domini præiudicium. ibidem. numero. 38. & sequentibus.

Emphyteutica bona non sunt pro canone hypothecata. ibidem. numero. 43. quod limitatur tripliciter. ibidem. numero. 44.

Emphyteutica bona an sint pro laudemio obligata. ibid. n. 45.

Emphyteutica bona, vide in verbo bona emphyteutica.

Emphyteuticus reditus præsumitur ex pacto commissi, etiam si nomen contrahentium repugnet. ibidem. numero. 58.

Emphyteuticus reditus præsumitur ex pacto de soluendo laudemio. ibidem. num. 59.

Emphyteuticus, aut colonalis reditus præsumitur ex quantitate pensionis. ibid. n. 60.

Emphyteuticus reditus, vel reseruatiuus ex Regionis more præsumitur. ibid. num. 63.

Emphyteuticus reditus, vel consignatiuus præsumitur ex antiquo rei dominio. ibid. num. 64.

EMPTOR qui obtulit pretium exigit fructus rei venditæ a morosо vendito re non habita ratione interusurij pretij. lib. 3. q. 7. n. 103.

Et quid si emptor eo casu cum pecunia lucratus sit. ibi. n. 104.

Emptores reditus plus lucrantur, quam fundi emptores. lib. 1. q. 6. num. 22. & vide. n. 33.

Emptio an pertineat ad quæstuariam negotiationem. lib. 1. quæstione. 16. num. 26.

Emptio in mentis voluntate poni non debet: eius tamen electioni committi potest. quam rem ex certis emptam habeat. lib. 2. quæstione. 2. numero. 41.

Emptor pacisci potest etiam ab initio, quod si res vendita non tradatur in termino, alia sit sibi empta. ibid. n. 41. & sequent.

Emptor reditus annui, & eius successor tenetur de euictione sortis. lib. 2. q. 13. num. 5.

ERROR iuris quando prosit ad lucrū fructuum. lib. 1. q. 17. n. 83.

EVICTIONIS actio quando locū habeat. lib. 2. q. 9. n. 19.

Euictio quando debeatur à creditore. li. 2. q. 16. n. 23.

Euictio nominis reditus venditi, vide verbo nomen.

EXCEPTIO vsuræ an impediat sententiæ

INDEX.

sententię executionem.lib. 1. quæst. 16.n.3.

Exceptio competens contra authorem datur contra successorem.lib.2.q. 19. num.18.

Exceptio vsuræ rei cohæret: ideo fideiussori,& tertio possessori competit. lib. 1.q.17.n.19.

Exceptio peremptoria principali reo quæsita statim extenditur ad omnes accessoriæ obligatos.lib. 2 quæstio.9, num.27.

EXCESSVS si separari potest, & nõ respicit totum contractum,non vitiat sed vitiatur.lib. 1. quæstione.18. numero.29.

Excessus nullus tolleratur in adictione hypothecarum creditori facta pro pẽsionibus reditus.lib. 2. quæstione.9. num.43.

Excessus reditus non purgatur tempore. lib.1.q.17.n.5.idem si reditus sit constitutus a centum annis. ibidem.numero.6.

EXCVSSIO specialis hypothecæ an fieri debeat prius quam ad generalem perueniatur.lib. 2. q.9.num. 62. & num.29.

EXECVTIO vitiatur si bona debitoris addicãtur plura quam pro debiti quantitate,vel pro maiori quantitate quam debita, & bona cum fructibus restituuntur lib.1. quæstione.14. num.61.

Executio si reuocatur ob iuris solemnitates omissas bona subhastata restituuntur cum fructibus pecunia cum interusurio creditori soluta.lib.1.quæst.14 num.61.

Executio instrumenti reditus an locum habeat contra tertium hypothecarũ possessorem.lib.2.quæst.9. nume. 53. & seqq.

Exequendi ius quanto tempore præscribatur.ibid.n.69.& quando interrumpatur eiusmodi prescriptio. ibidem. num.70.

EXHIBITIONIS iudiciũ summe rium, & quam probationem requirat.lib.1.q.16 n.20.

EXPENSARVM condemnatio in causis ecclesiasticis per viam violentiæ ad Senatum delatis.lib.1 quæstio. 17.n. 73.

EXTENSIO interpretatiua fit etiã in pœnalibus,ne lex sit illusoria.lib.2. q.3 n.17.

EXTRANEVS reditum redimens, an possit petere a creditore,vt sibi actiones cedat.lib.2.quæstione.16. numero.8.

Extraneus qui debitoris negotiũ gerens reditum redemit,quatenus possit debitorem conuenire.ibidem. numero.92.

EXTRAVAGANTES de reditibus non pertinere ad reditum testamento constitutum, lib. 3.q.6.n.2.& 4.vbi limitatur.

F.

FACVLTAS redimendi vide ver. redimendi facultas.

FICTIO non operatur in tertij præiudicium.lib.2.q.19.n.2.

FIDEIVSSOR an possit accedere obligationi reditus annui,lib.2.quæs. 12.& n.2.& num.9.

Fideiussor si non agit de acquirendo rei hypothecatæ dominio, sed ex simplici nomine,seu succedendo iure creditoris, vt ipsius nomen & fructus nominis habeat,non est prohibitum. lib. 2.q.17.num.27.

Fideiussor reditus per cessionem creditoris fit creditor.ibid.

Fideiussor reditus cui a creditore cessum est,an possit reditum exigere a debitore lib.2.q.17.n.3.

Fideiussor,correus,aut cohæres non tutò emit pignus:quia conquerente debitore,vẽditio resoluitur in cessionẽ, & debi

INDEX.

& debitor ius offerendi habet. ibid. num. 22.

Fideiussor si queat, debet potius luere, quam sibi acquirere bona debitoris, & si acquirat tenetur actione mandati. ibid.

Idem in procuratore, administratore, & gestore. ibid.

FIDEIVBERE an liceat. lib. 2. q. 12. num. 1.

Fideiussionem frequentem & in consultam fugiendam esse Salomonis cõsilio. ibid. num. 31.

Fideiussores dotium quare prohibeãtur ibid. num. 4.

Fideiussionem quandoque ob vtilitatẽ publicam, quandoque ob facilitatem prohiberi. ibid. n. 5.

Fideiussionem esse actum honestum, necessarium, & pium. ibid. n. 6.

Fideiussio laudatur. ibid.

Fideiussori an liceat aliquid accipere pro fideiussione. ibid. n. 7. & sequentibus.

Et quid in fideiussore reditus. ibidem. num. 9.

Fideiussori tantum licet indemnitatem stipulari. ibid. n. 12.

Fideiussorem remunerari liberaliter, & sponte licet debitori. ibid. n. 13.

Fideiussionem esse pecunia æstimabilẽ iure nõ probari. ibid. n. 11. & 14.

Fideiussorem si debitor associet in contractu principali, an fideiussor possit aliquid accipere pro fideiussione. ibi. num. 15.

Et quid in fideiussoribus obligationum incertarum. ibid.

Fideiussor an possit aliquid promittere creditori, vt eum à fideiussione eximat. ibid. n. 16. & seqq.

Fideiussor an possit repetere quod dedit creditori iniuste, vt eum liberaret. ibidem. 18.

Fideiussor qui reditum emit cessis actionibus, an cogat debitorem redimere & interim pensiones exigat. lib. 2. q. 13. num. 1. & sequentibus.

Fideiussori datur exceptio vsuræ sicut principali. ibid. n. 30.

Et an fideiussor soluens vsuras repetat à principali. ibid.

Fideiussionis officium gratuitum esse oportere. lib. 2. q. 2. n. 8.

Fideiussor verus creditor indemnitatis. ibid. num. 10.

Fideiussor an principalis censeatur, qui accedit obligationi alterius se vt principalem obligans. lib. 2. q. 5. n. 7. & 10.

Fideiubere an videantur plures rei debendi. ibid. n. 21.

Et quid si sint correi ex causa lucratiua ibid. n. 22.

Fideiussor liberatur si debitor succedat creditori. lib. 2. q. 19. n. 16.

Fideiussor primi reditus qui illum redemit, & cessionem habuit a creditore an præferatur eidem creditori respectu secundi posterioris reditus. lib. 2. q. 9. num. 1. & seqq.

Fideiussor indemnitatis, vel habens beneficium excussionis cui cessum est à creditore prioris reditus, an præferatur eidem respectu secundi reditus. ibidem num. 4.

Fideiussor reditus qui redemit absque cessione ex capite suo non præfertur posteriori debito, nisi pro sorte, & reliquis præteritis. ibid. n. 5.

Fideiussor si reditum redemit, & alij edit, vel vendit reditum, an reuiuiscat obligatio fideiussoria. lib. 2. q. 13. n. 8 & seqq.

Fideiussor quibus casibus compellat debitorem reditus ad redimendum. lib. 2. q. 13. n. 30.

Fideiussor si non proprio, sed alieno nomine emit reditum, an extingatur fideiussoria obligatio. lib. 2. q. 13. n. 9.

Et si reditus à fideiussore ex vetustiore causa euincatur, an fideiussio restituẽda sit. ibid. n. 10.

Et quid si fideiussor succedat creditori per redẽptionẽ reditꝰ. ibi. n. 11. & seqq.

INDEX

Fideiussori officium fraudi verti non debet.ibid.n.12.

Fideiussori si promittitur,quod a fideiussione eximetur,an valeat pactum.ibi. nu.n.13.

Fideiussor qui vt solueret accepit pecuniam sub vsuris consuetis , an possit sortem cum vsuris repetere.ibidem. num.14.

Fideiussor qui din stetit in obligatione momentanea, potest agere contra debitorem vt eum eximat,secus si obligatio sit successiua. ibidem. numero.17.

Et quid in fideiussore euictionis.ibidem

Fideiussor reditus cui tantum indemnitas promissa est,non potest agere cõtra debitorem vt eum eximat. ibid. num.18.

Fideiussor cui promissum est quod eximetur ab obligatione, si coluit cum creditore reditus,an valeat pactum. ibid.n.20.

Fideiussor si sit socius omnium bonorũ creditoris,an præsumatur fraus ex pacto de eximendo.ibid.n.21.

Et quid si fideiussor post pactum de eximendo succedit creditori in partem reditus ibid.n.22.

Et quid si fideiussor reditum dicto pacto venditum redemit,vel oneroso titulo acquisiuit.ibid.n.23.

Et quid si fideiussor reditu à se redempto pensiones vnius anni à debitore recipiat,an videatur remittere pactum de se eximendo. ibidem. numero.24.

Fideiussor ab initio potest limitare tempus,quo tenebitur stare obligationi. ibid.n.25.

Fideiussorem alio æque idoneo accepto,an creditor liberare compellatur. lib.2 quæstione.12.numero.25.

FIDE SVBLATA nulla est respublica.libro.2. quæstione. 3. numero.45.

FILIVS cuius mater. 2. nupsit,an tacendo dum vixit videatur illatam iniuriam remisisse. lib. 3. quæstione.7. num.68.

FISCVS tunc habet priuilegium reuocandi solutionem quando fuit facta posteriori creditori , secus si solutum est priori.lib.2.quæstione. 19.numero.23.

Fisci priuilegium,an competat doti. lib. 2.q.19.n.26.

Et an possit trahi ad materiam confessionis.ibid.

FOENERATORES Asselium prætorem ipsis aduersantem occiderunt. libro. 3. quæstione. 4. numero.19.

Fœneratorum crudelitate plebs a patribus secessit.ibid.n.20.

Fœnerator improbus, & modice excedens in quo differant.lib.1.quæstione 9.n.20.& 25.& 26.

Fœneratorem peiorem quam furem censuerũt antiqui. lib.3.quæstione. 4. numero.15.

Fœnoris etymologia.libro.1. quæstione. 1.n.21.

Fœnoris stipulatio tacitam conditionem habet si debitor sit in mora.lib.3.q.9. num.12.

FOENVS annuum tempore Iustiniani inuentum.lib.3.q.4.n.49.

Fœnus ad semiuncium redactum tribunitia rogatione lib.3.q.4.nu.18.

Fœnus vnciarium permissum lege duodecim tabularum.lib.3.q.4.n.17.

Fœnus homicidio comparatum. lib.3.q. 4.num.16.

FORVM conscientiæ simplicem veritatem , & rerum effectus attendit, non verborum formulam.lib.2.q.14. num.7.

FRATER qui negotiatur cum pecunia fratris nomine proprio sibi non fratri acquirit.libro.3. quæstione. 11. num.13.

Fratres prædicatores reditum incapaces.lib.1.q.3.n.8.

Fraudare

INDEX.

FRAVDARE creditores, an dicatur debitor obæratus soluens ante tempus lib. 3. q. 7. n. 2,

Fraudis vitandæ causa fit prohibitionis extensio. lib. 1. q. 8. n. 13.

Fraus maior est quę occulte, & per interpositam personam fit. lib 2. quæstio. 12. num. 10.

FRVCTVS rei pignoratæ pro dote, an debeant in sortem imputari. lib. 3. q. 7. num. 43.

Et quid si non fiat pactum de lucrandis fructibus rei pignoratæ pro dote sed gener accepto pignore dedit dillationem soluendi. ibid. n. 46.

Fructus qui attendēdi sint quo ad nullitatem, vel moderationem reditus. li. 2. q. 11. n. 10.

Fructuum æstimatio qualiter fiet in pensionibus colonorum constito demora. lib. 1. c. 12. n. 16.

Fructuum debitor quando compelli possit soluere fructus, aut ipsorum æstimationem, & quando crescat æstimatio. ibid. n. 29.

Fructus ante tempus emere, an sit vsura. ibid. n. 38.

Fructus beneficij an conducere liceat viliori pretio solutione anticipata. ibidem. n. 46.

Fructuum vsuræ peti non possunt. lib. 1. q. 3. n. 41. & 43.

Fructuum interusurium non dari ne detur accessio accessionis. lib. 1. q. 14. num. 46.

Fructus a tempore contractus nulli, & mala fide celebrati restituuntur. ibid. num. 60.

Fructus pecuniæ perpetuo alienatæ, & ad libitum repetibilis longe differūt. lib. 2. q. 13. n. 6.

Fructus deberi a tempore litis contestatæ quantumcumque reus sit in bona fide, & iustam causam litigandi habeat. lib. 2. q. 15. n. 71.

Fructus an veniant a tempore obligationis vendito fundo sub redimendi pacto, & minori pretio, sicut in annuo reditu. ibid. n. 72.

Fructuum æstimatio differt in bonæ fidei possessore, & malæ fidei possessore. ibid. num. 73.

Fructus pignorum pro dote acceptorū si excedāt expensas onerum matrimonij, an sint imputandi, lib. 3. quæstione. 7. num. 48.

Fructus emphyteusis pignoratæ domino an debeant in sortem imputari. lib. 3. q. 7. n. 51.

Fructus rei venditæ, & pignoratæ venditori dum soluitur pretium, an sint imputādi venditori in pretio. ibidem. num. 80.

Fructuum, vel vsurarum accessio, an cēseatur remissa sublata obligatione principali. libro. 3. quæstione. 3. numero. 15.

Fructuū pupillarium vsuras, an tutor debeat. libro. 3. quæstione. 10. numero. 19.

Fructuum crebrior æstimatio qualiter colligenda sit. lib. 1. quæstione. 6. numero. 17.

Fructuum valor si multum crescit tractu temporis, an sit habenda ratio incrementi in reditu fructuario. lib. 2. q. 15. n. 94.

Fructus rei emphyteuticæ si adeo minuantur tractu temporis, vt non sufficiant ad soluendam pensionem, an sit reducendus contractus ad æquitatem. lib. 2. q. 15. n. 95.

FRVMENTI emptio anticipata, an & quo pretio in Hispania liceat. libro. 1. quæstione. 12. numero. 38.

Et quid si ematur in herua. ibidem. numero. 41.

Et quid si pretium non soluatur à principio, sed sit soluēdum tempore messis collectæ. ibid. n. 42.

Frumentum in mesorio aceruo an vēdi possit, & qualiter tunc probetur lęsio ibid. n. 47.

INDEX

GABELLARVM, & laudemiorum solutio iure communi spectat ad emptorem. lib. 2. q. 4. n. 2

Gabellam deberi in Hispania ex venditione reditus. ibid. n. 7.

Gabellæ onus ad venditorem reditus pertinere. ibid. n. 8.

Gabellam non deberi ex redemptione reditus. ibid. n. 9.

Gabella an soluenda sit in loco contractus, an vbi sunt bona reditui hypothecata. ibid. n. 23.

Gabella debetur ex venditione reditus reseruatiui: non tamen debetur ex reditu emphyteutico, nec reseruatiuo. lib. 2. q. 22. n. 28.

Gabella an debeatur ex contractu reditus reseruatiui si pactum sit quod reditus possit redimi certa numorum summa. ibid. n. 29.

Et quid si partes conuenerunt de vendendo, aut æstimando fundo certo pretio, & pro eo reditum redimibilem super fundo constituerunt. ibidem. nu. 30. & seq.

Gabella debetur ex redemptione pensionis reditus reseruatiui. n. 32.

GALLÆCVS Senatus cognoscit de violentijs clericorum. lib. 1. q. 17. num. 35.

Gallæcus Senatus triplici via de causis violentiæ cognoscit. ibid. n. 38.

Gallæci Senatus decretum ordinarium, & eius praxis. ibid. n. 39.

Gallæci Senatus decretum ordinarium vide ver. decretum ordinarium.

Gallæci Senatus consuetudo qua de clericorum violentijs cognoscit, an iure defendi possit. lib. 1. q. 17. n. 58. & sequentibus.

Gallæcus Senatus non solum de tenuta beneficij ecclesiastici, sed etiam de possessione cognoscit. ibid. n. 59.

Gallæci Senatus consuetudo, qua de clericorum violentijs cognoscit, pluribus Regijs obtenta. ibid. n. 61.

Gallæcus Senatus cognoscit de violentijs iudicum ecclesiasticorum legitimis appellationibus non deferentium, & de earum praxi. ibid. n. 66. & seq.

Gallæcus Senatus non cognoscit de iustitia, aut iniustitia sententiæ iudicis ecclesiastici, sed an iure aut iniuria appellationi non deferat. ibid. n. 74.

GESTOR omnis domino in acquirendo potest præiudicare lib. 1. q. 10. n. 7.

GLO. in clementina sæpe. §. & quia verbo non obstante de verb. sig. litera emendata. lib. 1. q. 16. n. 8.

Glo. in c. quoniam multi. 47. distinctione improbatur. lib. 3. q. 4. numero. 9. & num. 29.

H

HÆREDITATIS venditor tenetur præstare se hæredem. lib. 2. q. 21. num. 10.

HÆRES fæneratoris an possit præscribere ius percipiendi reditum vsurarum. lib. 1. q. 17. n. 81.

Hæres fæneratoris an præsumatur solutis pensionibus locupletior factus. ibi. num. 84.

Et quid si hæres sciens reditum vsurarij recepit pensiones. ibid. n. 85.

Hæres an compellatur liberare rem legatam reditui antea obligatam. lib. 2. q. 1. num. 6.

HÆRETICVS censendus non est qui in aliquo casu vsuram non dari asserit, si contrarium non est decisum per ecclesiam. lib. 3. quæstione 4. numero. 108.

Hæreticæ prauitatis domini Inquisitores non se intromittunt de quæstionibus vsurarum. ibid. n. 109.

HYPOTHECAS reditus emptas non videri in emptione reditus. lib. 1. q. 3. num. 6.

Hypothecarum clausula an valeat si vitiose reditus vendatur debitoris calliditate. lib. 1. q. 10. n. 9.

Hypo

INDEX.

Hypotheca plurium prædiorum pro reditu cui vnum prædium sufficiebat non viciat reditum. lib. 2. q. 5. n. 3.

Hypothecas reditus fore idoneas si debitor promisit, quid operetur. lib. 2. q. 7. num. 1.

Hypothecarum reditus periculum ad emptorem pertinere. ibid n. 3.

Hypothecis extinctis, an maneat reditus obligatio. ibid. n. 4. & n. 13. & lib. 2 q. 19. n. 15. & 29.

Hypothecæ reditus si prioribus debitis sint exhaustæ, vel bona hypothecata sint aliena, qualiter teneatur debitor ipsius reditus. ibi. lib. 2. q. 7. n. 7.

Hypothecam fore idoneam si promittat singularis fundi successor quid operetur. ibi. num. 11.

Et quid si singularis successor fundum hypothecatum reditui desinat possidere. ibid. n. 12.

Hypotheca generalis omnium bonorũ pro reditu an valeat. ibid. n. 13.

Hypothecata bona pro reditu an oporteat certis limitibus designari, & eorum fructus reditui æquiualere. ibidem.

Hypotheca specialis an sit, si reditus cõstituatur super omnibus, & singulis bonis. ibid. n. 14.

Hypothecati fundi tertius possessor an possit via executiua conueniri pro pẽsione reditus stante clausula de ingrediendo possessionem propria authoritate. ibid. n. 18.

Hypothecas reditus si debitor cedat creditori, an liberetur. ibid. n. 19.

Hypothecæ an subsistãt, si contractus reditus sit nullus lib. 2. q. 8. numero, n. & seq.

Hypothecæ, & alia accessoria corruunt contractu nullo. ibid. n. 3.

Hypothecæ an sustineantur quando reditus venit moderandus, aut reducendus. ibid. n. 6.

Hypothecæ, & fideiussorum obligationes sustinentur, si reditus fructuarius ad pecuniam reducitur iuxta legem Regiam. ibid. n. 7.

Hypothecæ an teneant si improbus generator velit purgare vitium, & quod reditus ad rationem quindecimæ cõstituatur. ibid. n. 8.

Hypothecæ an teneant si contractus sit nullus & vsurarius. ibidem. n. 9.

Hypothecæ an teneant pro sortis restitutione si quis alterius ignorantis nomine nulliter, & fraudulenter contraxit. ibid. nu. 10.

Hypothecati fundi tertius possessor quando possit personaliter, & in solidũ cõueniri ad solutionem reditus lib. 2. q. 9. n. 7. 26. & 29.

Hypotheca an subsistat principali obligatione sublata. ibid. n. 25.

Hypothecaria quando duret vsque quadragesimum annum. ibid. & n. 28.

Hypothecati fundi tertius possessor si conuenitur a creditore reditus qui alterum ex fundis hypothecatis acquisiuit, an possit eum cogere ad contributionem, vel cessionem actionum. ibid. n. 30. & seqq.

Hypothecarũ addictio creditori facta pro pensionib' reditus cum excessu, an tolleretur. ibid. n. 43.

Hypothecis specialibus pro decursis pẽsionibus creditori addictis, an possit creditor postea decursas pẽsiones exigere ab alijs bonis generaliter obligatis. ibid.

Hypotheca an videatur remissa a creditore qui consensit posterioris reditus hypothecæ. ibidem. numero. 47. & sequentibus.

Hypothecæ posteriori consentiens creditor, fit posterior omnibus hypothecam habentibus tempore consensus ibid. n. 49.

Hoc tamen limitatur. ibid. n. 50.

Hypothecaria an detur aduersus tertium fundi pro reditu obligati possessorem absque excussione principalis debitoris. idid. n. 51. & seq.

INDEX.

Hypothecaria in causa dotis, vel fisci an agi possit sine excussione principalis contra tertium possessorem. ibidem. num. 52.

Hypotheca generalis, an sufficiat cum pacto de non alienando, vt executio contra tertium possessorem locum habeat. ibid. n. 59.

Hypothecarum plures possessores an in solidum an pro rata reditus cõueniri debeant. ibid. n. 60.

Hypothecaria quilibet ex hæredibus debitoris conuenitur in solidum. ibi. num. 61.

Hypothecati fundi possessor quanto tẽpore præscribat liberationem reditus ibid. n. 64.

Hypotheca inducitur super prædijs super quibus reditus constituitur. ibid. n. 65. ad finem.

Hypothecas in solutum reditus accipere an cogi possit creditor. ibidem. numero. 68.

Hypothecata prædia a prædecessore pupilli potest tutor hypothecare sine decreto dummodo non induriorem causam. lib. 1. q. 14. n. 18.

Hypothecatis prædijs pupilli à tutore sine decreto pro mutuo vsurario constituebatur ius retentionis creditori. ibi. i. n. 19.

Hypothecam quasi constituit tutor sine decreto tradẽdo prædia minoris creditori cui constituitur ius retentionis ibid. n. 18. & 25.

Hypothecis qualiter sibi consulet creditor emens a minore reditum. ibidem. num. 29.

Hypothecam quasi per traditionem prædiorum minoris acquirens ius retentionis habet quo præfertur omnibus posterius ius prætendentibus. ibi. num. 30.

Hypothecatum fundum vt eximat creditor ab obligatione reditus an possit aliquid accipere. lib. 2. q. 12. nu. 20. & seqq.

Hypothecatum fundum pro reditu qui possidet personaliter conuenitur pro reditu, & absque excusione apud Gallos. lib. 2. q. 16. n. 13.

Hypothecati fundi tertius possessor, an possit ipsum liberare soluendo ratam sortis & reliquorum fundum contingentem inuito creditori. ibidem. numero. 34.

Hypothecarius creditor potest offerre alij etiam possidenti pignus, & illud auocare, non tamen id licet creditori non hypothecario, nec conuento. ibi. num. 42.

Hypothecæ anniuersarij an possint cum suo onere alienari. lib. 2. quæstione. 9. num. 65.

Hypotheca an tollatur per successionẽ lib. 2. q. 19. n. 5. & seq.

Hypothecam non habenti non datur ius offerendi, nec cessionem petendi lib. 2. q. 17. n. 6.

Hypothecæ, aut pignoris venditio quando, & qualiter fiat à creditore. ibid. num. 18. & seqq.

Hypotheca inducitur in re empta per tutorem ex pupillari pecunia ipsi pupillo pro pretio, & vsuris. lib. 3. q. 11. num. 8.

Hypothecæ specialis an sit facienda excusio prius quam ad generalem hypothecam perueniatur. lib. 1. q. 9. nu. 62. & n. 29.

Hypotheca sine personali obligatione à principio non subsistit, cõstituta tamẽ sustinetur sine ea. lib. 2. q. 19. n. 12.

Hypotheca est rei suppositio ad certiorem debiti solutionem. ibid. n. 15.

Hypotheca non prius quæritur creditori quam res quæratur debitori. ibidẽ. num. 25.

Hypothecaria in bonis fideiussoris non cõfunditur, quamuis debitor reditus fideiussori suo succedat. li. 2. q. 19. n. 31

Hypothecaria obligatio confunditur si debitor reditus succedit creditori suo lib. 2. q. 19. n. 32.

INDEX I.

Id tamen limitatur si creditor ante mor-
tem rem hypothecæ in alium trãstulisset
& postea reliquerit hæredem debito-
rem reditus, quia non confunditur hy-
potheca vtilis in tertium trãslata ibi
eiusdem.
Hypothecaria an confundatur si cre-
ditor reditus debitori succedat lib. 2.
q. 19. num. 33. & sequenti.
Hypotheca in quanto conseruetur cre-
ditori anteriori, qui succesit debitori
vt defendat res fortuna hypothecas
ab posteriores ibidem n. 34.
Hypothecæ confusio obstat creditori
reditus qui succesit debitori absque
inuentario, & agit hypothecaria ad-
uersus tertium possessorem. ibidem.
num. 36.
Hypothecaria extinguitur extincta per-
sonali. ibid.
Hypothecaria non censetur præscripta
personali præscripta, cum sit longioris
vitæ. ibidem. num. 37.
Hypotheca non confunditur si defun-
ctus obligauit rem suam proprietatis
debito ei, qui sibi succedit. ibidem.
num. 40.
Hypotheca pro debito hæredi ab alio
quam a defuncto non confunditur
per successionem, quamuis hæres in
hæreditate inueniat rem sibi hypo-
thecatam. ibidem. n. 41.
Hypotheca non confunditur si credi
tor reditus succedat reuocabiliter in
rem hypothecatam. ibid. n. 42.
Hypotheca an confundatur si dominus
bonorum mutabilis rei hypothecatæ succe
dat in iure reditus. ibi. n. 43.
Hypothecæ an extinguantur, si possessor
bonorum maioratus cuius bona sunt re
gia facultate reditui obligata succe-
dat creditori reditus, & an reuiuiscãt
hypothecæ, si idem possessor maiora
tus alium hæredem quam maioratus
successorẽ relinquat. lib. 2. q. 19. nu-
mero. 45.
Hypothecaria an agi possit an vero exẽ
pto actione agẽdum sit creditori eu
dare re ipsi creditori data in solutum
ibidem. num. 44.
Hypothecarum nominis venditi, peri-
culum ad emptorem pertinet. lib. 2.
q. 21. num. 41.
Hypotheca inducitur in bonis super qui
bus reditus consignatur, aut relega-
tur, & bona transeunt cum eo onere
in quemcumque possessorem lib. 2. q.
21. nu. 42. etiam cum onere reditum
qui pro tempore præterito debebãn
tur, quod tamen limitatur. ibid.

I.

IMMEMORIALIS sine titulo &
causa probata an tueatur dominũ a
vassallorũ querelis super exactioni
bus. lib. 1. q. 9. num. 70.
Et quid si vassalli probentur compul sos
& arrestatos per iudices. ibid. n. 71.
IMPENSÆ reditus vide in verbi fun-
damentum & verbo pactum.
INCLVSIO vnius alterius exclusio
lib. 1. q. 12. n. 31.
INSTRVMENTI originalis redi
tus impensæ ad quem spectent. lib. 2.
q. 4. n. 191.
Instrumentum reditus an mãdetur exe
cutioni contra tertium hypothecæ il
lius possessorem. lib. 2. q. 9. n. 53.
Et quid si tertius possessor faciat recogni
tionis instrumentum. ibid.
Et quid si in instrumento reditus sit pa-
ctum de non alienandis hypothecis.
ibid. n. 54.
Instrumentum an sit de substantia redi
tus. lib. 1. q. 15. n. 1.
Instrumentum reditus an creditor tene-
atur edere debitori. lib. 1. quæstio. 16.
num. 17.
Instrumentum reditus in registro non
descriptum an probet. lib. 2. quæst. 1.
num. 53.
Instrumentorum multiplicatio non mi
nuit fidem augetur suspicione fraudis. lib.
2. q. 3. n. 53.

INDEX

INTERDICTVM summarium, & præparatorium (quod auto ordinario appellant) non respicit tam veră possessionem, quam rei statum tempore motæ litis, aut paulo ante lib. 1. q. 17. num. 25.

Interdictum summarium præparatoriũ esse ad possessorium ordinarium ibi. num. 26.

Interdicto summario, an obstet vehemens iuris præsumptio. ibidem. numero 29.

Interdicto à colono proposito an obstet notorius proprietatis defectus. ibidẽ. num. 30.

Interdictum, an competat laicis perturbatis a clericis in quasi possessione beneficij patrimonialis. ibid. nu. 32. & 34.

Interdicto interim damnatus, an appellare, & supplicare possit. ibidẽ. numero 49.

Interdicti interim damnum non omnino reparari per diffinitiuam. ibidem, num. 50.

Interdictum summarium (quod auto ordinario appellant) vide in verbo decretum ordinarium.

INTERESSE alterius interesse, & interusurium interusurij an peti possint lib. 3. q. 7. n. 27. & seqq.

Interesse dotis genero promissæ an exigi possit. ibid. n. 41. & seqq.

Interesse dotis, vide in verbo dotis.

Interesse casuale non pertinet ad vsurarum moderationem. ibi. n. 95.

Interesse excedens fructuum rei traditæ quantitatem, an & quando a venditore exigi possit. ibi. n. 100.

Interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, an possit creditor reditus stipulari. lib. 3. q. 8. n. 22.

Interesse taxando quid perpendendum sit. lib. 3. q. 10. n. 40.

Interesse pupilli propter pecuniam in tutoris vsus cõsumptam, an possit duplum excedere. ibid. n. 57.

Interesse refundendum non est propterea quod reditus statim redimatur, nec de hoc paciscì licet; quamuis sit secus in mutuo. lib. 1. quæstione. 13. num. 34.

Et quid si interueniat dolus debitoris, ibidem.

Interesse vltra duplum non exigitur. lib. 3. q. 4. nu. 32.

Interesse quasi vsura dicitur, & quare, ibidem. n. 83.

Interesse non subest vsurarum moderationi nisi in hoc quod non potest duplum excedere sicut vsura, ibidem. num. 84.

Interesse nulla regula, nec lege definiri valet. ibid. n. 87.

Interesse non datur in omni mutuanti ibid. n. 89.

Interesse lucri cessantis quando dicatur. ibidem.

Interesse propter quod pena in mutuo exigi potest, vnde oriatur. lib. 3. quæst. 5. dub. 12.

Interesse meticendum esse ex parte creditoris, non ex parte debitoris. ibidẽ. num. 13.

Interesse creditoris non solum ex dãno incurso, sed etiam ex cessanti lucro considerandum fore. ibidem. numero 21.

Interesse vbi extenditur, aut restringitur solum aut extenditur an sit circa rem. ibi num. 29.

Interesse damni, aut lucri nullum venire nisi post moram. ibid. n. 30.

Interesse secundum vsum mercãtiæ ad rationem decimæ taxatur. lib. 1. q. 13. num. 1.

Interesse casuale nihil commune habet cum re cui accedit, nec cum fructibus eius. lib. 3. q. 7. num. 11.

Interesse casuale non deberi nisi positiuam moram & iusta & propinqua causa. ibid. n. 16.

Interesse casuale, an possit excedere duplum. ibid.

INDEX

Interesse casuale in omni obligatione ... versum. ibid. n. 17.

Interesse casuale omni iure exigi potest ... ibid. num. 20.

Et an tempore mutui, & cessante mora possit in pactum deduci. ibidem. numero 22.

Interesse casuale frequenter ex bono, & aequo aestimari. ibid. n. 27.

INTERPRETATIO in dubio facienda est contra eum, qui locutus est. ibid. in verbis. Ita in quaestione. 14. numero. 20.

INTERVSVRII ratio habenda in venditione quantumcumque fructus excedant etiam eorum aestimationem ad pretium. lib. 3. quaestione. 7. num. 74.

Interusurij ratio habenda etiam si venditor dominium absolute transtulerit. ibid. n. 75.

Interusurij ratio an habenda sit pro venditi & tradita & per emptorem non soluto pretio. ibidem. n. 76.

Interusurij ratio an habeatur si venditor rem in mora non tradiderit differentiationem pretio non soluto. ibidem num. 77.

Interusurij ratio habenda si venditor rem tradiderit data, vel non data soluendi pretij dilatione. ibid. n. 78.

Interusurij pretij non soluti ratio habenda non est in obdilationem rei ante usus venerit. ibid. n. 79.

Interusurij pactum venditori factum usque ad concursum fructuum pro rata pretij hactenus valet. ibid. n. 85.

Ampliatio etiam si emptori vel ipse probate venditoris non interfuisse. ibidem numero. 86.

Interusurij ratio habenda etiam in venditione rei mobilis, aut incorporalis. ibid. n. 88.

Et quid si res mobilis vendita facile pe à re potest, an interusurij non soluti pretij ratio habenda sit? ibidem numero. 89.

Interusurij pretij non soluti ratio haberi non debet in venditione mercium minutatim ad vsus hominum venditarum. ibidem. n. 90.

Interusurij pretij ratione non habita, emptor quomodo solvat pretium exigente fructus rei venditae a non soluto vendit. ibi. n. 93. & seq.

Interusurium medij temporis deducitur quando exigitur ante tempus. lib. 5. q. 9. n. 29.

Interusurium pretij restituendi quomodo aestimandum. lib. 5. q. 14. numero. 59.

Interusurium pecuniae quam tutor pupillo suo indigenti erogauit, an debeatur ipsi tutori, & possit in rationibus adscribi? lib. 1. q. 14. n. 66.

Interusurij modo an habenda sit. lib. 3. q. 7. num. 80. seqq.

Interusurij ratio habenda non est in dilatione solutionis. ibid. n. 5.

Interusurij rationem habendam non esse. ibid. n. 7.

Interusurium, & interesse quid. ibidem. num. 8.

Interusurium, & interesse quomodo differant. ibid. n. 9.

Interusurium, & interesse casuale in quibus conueniant. ibid. n. 10.

Interusurij ratio hodie in mutuo habenda non est. ibid. n. 25.

Et an extra mutuum in alijs obligationib⁹ habenda sit. ibid. numer. 26. & sequentibus.

Interusurij ratio an habenda sit in ea quae vendita ad creditum. ibid. numero. 29. & seqq.

Interusurij ratio an haberi possit vendita res fungibilia ad creditum. ibidem. num. 31.

Et quid si res venditae non soleant venditi nisi ad creditum. ibid. n. 32.

Et quid si sit dubium an res vendita ad creditum plus, vel minus sit valitura tempore solutionis. ibidem. numero. 33

INDEX.

Et quid si venditor subeat periculũ egẽ no, aut forensi credendo pretium ibi. num. 34.

Et quid si dillatio concedatur ad velita tem emptoris ibid. n. 35.

Et quid in mercibus maritimis in magna copia aductis ibid. n. 36.

Interusurij ratio an habenda sit emptore in mora regulariter vel irregulari cõstituto ibi. num. 71. & seqq.

Et quid in venditione rerum fungibiliũ ibidem.

Et quid in venditione rei sterilis ibid. n. 72. & 84.

Interusurij ratio vt habeatur vẽdito fundo non sterili, & tradito pretio nõ soluto quatenus postulant ibidem, numero 73.

Interusurij ratio an sit habenda in materia l. 2. C. de rescind. vend. cum emptor restituit rem cum fructibus & petit pretij vsuras. lib. 3. quæstione 7. numero. 114.

INDEX quis competens dum quæritur an reditus sit vsurarius. lib. 1. q. 7. num. 43.

Iudex pacti non debet occultari veritatem. lib. 1. q. 16. n. 18.

Iudex an possit cõdemnare in alio quã sit petitum. ibi. n. 23.

Iudex laicus qualiter de titulo beneficij ecclesiastici cognoscat. lib. 1. quæst. 17 num. 64.

Iudex competens causæ vsurariæ, an sæcularis, an ecclesiasticus. lib. 3. q. 4 nu. 122. & seq.

Iudicem sæcularem de vsuraria quæstione iuris cognoscere. ibid. num. 131. & seq.

Iudex sæcularis an possit cognoscere de contractu simulato in fraudem vsurarum ibid. n. 134.

Iudex sæcularis cognoscit de vsuris cõpensatiuis, & restauratiuis, & de restituendis vsuris ibid. n. 135.

Iudicis factum habetur pro facto partis. lib. 3. q. 9. n. 22.

Iuramentum regulatur secundum naturam contractus. lib. 2. quæstione. 22. num. 14.

Iuramentum non extenditur nisi ad expressa & cogitata ibidem. numero. 16.

IVRECONSVLTOS non solum philosophiæ, sed etiam commerciorum praxis, & politicarum rerũ fuisse peritissimos. lib. 1. q. 6. fi. 10.

Iure ciuili habenda erat ratio interusurij, & vsurarum contra Couar. lib. 3. q. 7. nu. 24.

Iuris stricti, & æquitatis certamen. lib. 2. q. 3. n. 29.

Iuris prudentia quare dicta diuinarum rerum notitia. lib. 3. quæstione 4. numero. 56.

Iuris sacerdos non est nisi qui encyclopediam absoluit. ibid. n. 57.

Iuris prudentiæ virtus in quo consistat. lib. 3. q. 4. n. 63.

Iuris prudentiam versari principaliter circa iusti & iniusti scientiam. ibidẽ. num. 58.

Ius reditus non est seruitus formalis, nec proprie. lib. 2. q. 19. n. 28.

Ius offerendi quod iuri excipiendi coniunctum est nunquam præscribitur. lib. 1. q. 17. n. 78.

Ius excipiendi non præscribitur. lib. 1. q. 19. num. 5.

Ius redimendi non coniunctum cũ iure excipiendi, sed in iure actionis consistens præscriptione tollitur. ibidem. num. 10.

Ius redimendi reditum, & redimendi fundum an differant. ibidem. numero. 11.

Ius ciuile finitum esse, & posse, & debere. lib. 1. q. 18. n. 19.

Ius redimendi non solum in excipiendo, sed etiam in agendo consistit, & trãsit in singularem hypothecarii fundi possessorem. lib. 2. quæstione. 16 num. 17.

Ius offerendi, aut cessionem petendi non

INDEX.

non datur non habenti hypothecam lib.2.q.17.n.6.

Ius offerendi & cessionē petēdi esse effectum & veluti fructum hypothecæ secundi creditoris.ibid.n.7.

IVSTINIANVS non determinauit iustum pretium reditus annui.lib. 3.q.3.n.11.

Iustinianus vsuram lucratoriam, & punitoriam taxauit, in l.eos. C. de vsuris, non verum interesse.lib.3.quæstio.4. num.37.

Iustinianus dum vsuras approbauit ex.c. ignorantiæ excusatur.ibid.n.71.

Iustinianus a multis excusatus quod vsuras permisserit ad maiora vitanda mala.ibid.n.96.

L.

LAICVS contra clericum an obtineat probata immemoriali beneficij patrimonialis possessione.li.1. q. 17.num.35.

Et quid si laicus a laico perturbatur in possessione beneficij patrimonialis. ibid.n.36.

Laicum conquerentem de iudice ecclesiastico eo quod de causa prophana contra ipsum cognoscat, an oporteat forum ecclesiasticum declinasse.lib. 1.q.17.n.71.

Laicis perturbatis in possessione beneficij patrimonialis an concedatur interdictum vide in verbo interdictum.

LAVDEMIA, & alia iura non deberi dominis directis hypothecarum ex venditione reditus.lib.2.quæst.4. num.4.

Laudemium, an debeatur directo domino, si venditur reditus super fundo emphyteutico constitutus.lib.2.quæstione.4.n.13.

Laudemium an debeatur domino reditus, si debitor eiusdem reditus vendat reditus hypothecas. ibid.n.14.

Laudemium an soluat venditor, an emptor.ibid.n.14.

Laudemium an debeatur ex venditione reditus, si fundus reditui hypothecatus sit feudalis.ibid.n.15.

Laudemium an debeatur si fundus reditualis de licentia domini directi venditur.ibid.n.16.

Laudemium vnde dictum ibidem. numero.14.

Laudemium debetur ex rei emphyteuticæ venditione.lib.2.quæstione.32. num.23.

Laudemium quid sit & quis soluere teneatur.24.

Laudemium ex venditione rei obligatæ reditui reseruatiuo, aut consignatiuo non debetur.n.25.

Laudemium si ex pacto censui adiecto soluendum est, præsumitur emphyteusis.ibidem.n.26.

Laudemij pactum in reseruatiuo, aut consignatiuo reditu, an valeat. ibidē. num.27.

Laudemium si debeatur ex venditione bonorum, an possint bona ipsa subijci vinculo maioratus.ibidem.nu.34. & seqq.

Laudemio an sint bona emphyteutica obligata.ibid.n.45.

LÆSSIO qualiter consideranda in venditione cum redimendi pacto. lib.2.q.3.n.6.& seqq.

Et an debeat considerari habita ratione eius quod pactum de retrouendendo minuit.ibidem.n.8.

Læsione enormissima interuenienti debentur fructus a tempore contractus.lib.1.q.14.n.62.

LEGATA quantitate, aut reditu alternatiue, an sit vsura. lib.3.quæst.6. num.20.

Legata pensio accessorie non veluti vsura sed pro iusta causa compensanda, an exigi possit.ibid.n.21.

Legato reditu accessorie ad quantitatē

si non

INDEX.

si non apparet de iusta causa quam testator voluerit dispensare censetur vsurarius.ibid.n.22.

Legata sors si peti non potest vsque ad certum tempus, reditus interim legatus non est vsurarius.ibid.n.23.

Legata re hypothecata reditui an possit legatarius compellere debitorem, vt redimat reditum, aut rem legatam liberet.lib.2.q.1.n.6

Legatorum vsuræ an debeantur ciuili iure & quatenus hodie exigi possint. lib.3.q.7.n.115.

Legato reditu testatori debito, an debeãtur pensiones viuo testatore decutlæ. lib.3.q.6.n.5.

Legata quantitas si nunquam exigi potest, sed reditus ex ea legatis an sit vsura.ibid.n.7.& seq.

Legatę quantitati adiecta pœna, an sit vsura.ibi.n.10.& seq

Legata pensio si non sit vice vsurarum an exigi possit.ibid.n.19.& seq.

Legatum vsusfructus vide verbo vsus fructus.

Legatum & promissio reditus in quibus differant.libr.1.quæstione. 17. numero.104.

Legatum reditus factum Reipublicæ qualiter æstimandum.lib.1.q.6. num. 5.& seq.

Et quid si fiat priuato.ibid.

Et quid si legetur reditus non tuto collocatus.ibid.n.9.

Legatum reditus principaliter qui certa summa extingui potest, an sit vsurarius.ibid.

Legatum reditus annui an & qualiter præscribatur.lib.1. quæstione. 17 numero.102.

LEGES vsurariæ iniquæ adeo, vt non possint Pontificis dispensatione suscitari.lib.3.q.4.n.66.

Leges de diuortio Euangelio repugnantes non posse Pontificis dispensatione suscitari contra Alciatum. ibid. num.69.

Leges ciuiles vsuras approbantes, an intelligendæ sint de lucratorijs, an de compensatorijs veri & probabilis interesse.ibid.numero.79. & sequentibus.

Leges Iustiniani vsuras lucratorias approbasse & ipsis modum imposuisse. ibid.n.81.

Leges easdem iniquas esse nec seruandas in vtroque foro.ibid.

Leges ciuiles de nautico fœnore an sint correctæ per ius canonicum.lib.3.q. 5.num.63.

Leges ciuiles de pupillaribus vsuris quatenus hodie admitti debeant.lib.3.q. 10.num.17.

Lege nullus sapientior lib.2.quæstione, 3.num.43.

Legis authoritate quis decipi non debet ibid.n.44.

Leges quæ in hoc opere declarantur speciali aliqua ratione.

Ex.ff.veteri.

L. Paulus.§.1.de vsuris lib.1. quæstione.1.num.5.

L.2.§.mutuidatio.si cert.peta.lib.1.q.4. num.7.

L.Iulianus.§.siquis colludente de actio. empt.lib.1.q.9.n.7.

L.Patri pro filio.§.1.vers.item ex diuerso de minoribus lib.1.quæstione.10.numero.17.

L.in causæ.2.§.idem Pomponius de mino.lib.1.q.11.n.6.

L.1.de vsuris.lib.1 quæstione.16.numero.27.

L.si non sortem. §. libertus de condit indebiti.lib.1.q.17.n.86.

L.finalis de contrahenda emptione.lib. 2.q.2.n.6.& n.12.

L.Titius de pignoratia.ibid.numero.23 & 27.

L.vir & vxor.§.mulier ad Velleian.lib.2 q.5.n.24.& 28.

L.Scia

INDEX.

L. Seia. §. fundum ad Velleian. ibid. n. 34 & seq.
L. Idemque. §. generaliter. ff. mandati. lib. 2. q. 9. n. 22.
L. si non sortem. §. si centum de conditione indebiti. lib. 2. quæstione. 11. num. 21.
L. verum. §. sciendum de minoribus. lib. 1. q. 14. n. 41.
L. patri. §. prædium vers. item ex diuerso de minoribus. ibid. n. 49.
L. cum de in rem verso de vsuris declaratur late lib. 1. quæstione. 15. numer. 9. & seqq.
L. cum quidam in principio de vsuris. lib 2. q. 14. n. 17.
L. & prætor vers. cæterum de minoribus lib. 2. q. 15. n. 19. & seqq.
L. pecuniæ de vsuris. ibid. n. 23.
L. cum quidam. §. si pupillo de vsuris. ibidem. n. 39. & 42.
L. pecuniæ de vsuris. lib. 2. quæstione. 15 num. 45.
L. lecta si cert. pet. ibid. n. 46.
L. si dictum §. pupillo de euictionibus. ibid. num. 47.
L. si reus paratus de procuratoribus. ibi. num. 58.
L. In creditore de euictionibus, & eius æquitas. lib. 2. quæstione. 16. numero. 16. & 23.
L. Paulus. §. fi. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. ibid. n. 39.
L. mulier qui potiores in pignore habeãtur ibid. n. 43.
L. creditur. §. sciendum qui potiores in pignore habeantur cum alijs legibus lib. 2. q. 17. n. 27. & seq.
L. si bene. ff. de vsuris. lib. 3. quæstione. 3. num. 9.
L. cum quidam. §. si pupillo de vsuris. lib. 3. q. 4. n. 95.
L. si sterilis. §. cum per venditorem de actionibus empti. lib. 3. q. 5. numero. 28. & seq.
L. aut si mutuo de eo quod certo loco. lib. 3. q. 7. n. 6.
L. sicut emptio. ff. locati. lib. 3. quæstione. 7. num. 76.
L. fi. de periculo & commodo rei venditæ. lib. 3. q. 7. n. 96.
L. Iulianus. §. ibid. de actionibus empti. num. 77.
L. vsuræ vicem de vsuris. ibidem. numero. 99.
L. finalis in fi. de fundo dotali. ibidem num. 106.
L. 1. §. si rem. ff. depositi. lib. 3. quæstione 11. num. 6. & 9.
L. qui sine de negot. gestis. ibidem. numero. 17.
L. certi conditio. §. fin. cum l. seq. lib. 3. q. 11. numero. 25. & sequentibus vsque ad num. 36.
L. Lucius depositi. ibi. n. 27.
L. si quis nec causam in principio. si cert. pet. ibi. n. 34.
L. qui negotia. ff. mandati. ibi. num. 41. & sequent.
L. si remunerandi. §. apud Iulianum. ff. mandati. ibi. num. 43. vsque ad numerũ. 51.
L. singularia si cert. pet. ibi. n. 59. & numero. 63.

Ex. ff. nouo.

L. qui Romæ de verb. vera litera & verus intellectus. lib. 1, quæst. 18. n. 14. & seqq.
L. qui Romæ litera & glossema analiticũ ibid. n. 31. n. & seq.
L. hoc iure. §. ductus aquæ de aqua quotid. & æstiua. libr. 1. quæstione. 17. numero. 8.
L. Sticum, aut Pamphilum. §. si creditor de solutionibus. lib. 2. q. 9. numero. 14. & 34.
L. qui Romæ. §, Seia de verbo. lib. 2. q. 15 num. 6.
L. eum qui. §. te & Titium de verborum lib. 2. q. 9. n. 62.
L. hoc iure. §. labeo. ff. de donationibus, lib. 2. q. 12. num. 11.

L.

INDEX.

L.obligationum fere.§.placet de actionibus & obligationibus.lib.2.quæst.15. num.36.

L.Paulus de fideiussoribus. ibidem. numero.29.

L.quamuis de solutionibus.lib.2.q.2.n. 57.& seqq.

Ex infortiato.

L. deducta.§.hæreditatem ad Trebel. lib.1.q.1.n.6.

L.si fundus in dotem soluto matr.lib.1. q.13.num.17.

L.diuortio.§.si vir in fundo soluto matr. ibidem.

L.hæreditatum ad legem falcid.explicatur.lib.1.quæstione.5.numero.15. & sequenti.

Et an illius taxatio locum hebeat extra casum falcidiæ.ibid.n 17.

Et quod non respiciat veram legati æstimationem.ibid.n.18.

Et cuius fauore facta fuerit. ibidem. numero.19.

Et quod non mathematice & indistincte accipienda sit.ibi.n.20.

Et quare vitã sexaginta annos egressi ad quinquennium taxauerit. ibid.numero.22.

L.3.§.item si Reipublicæ ad legem falci d.lib.1.q.6.n.3.& seq.

L.tutor pro pupillo in fin.de administratione.tutorum.lib.2.q.15.n,11. & nu. 22.& 26.& seq.

L.ita autem. §. si tutor de administratione tutorum. ibid.n.16.

L.3.§.fi.de annuis legatis.lib.3.q.6.n.12. & seqq.

L.quoties.§.item si temporali de administratione tutorum.lib.3.q.10.numero.52.

L.qui negotiationem.§. ex duobus &.§. fi.de administratione tutorum.ibidẽ. num.53.

L.filius emancipatus.§. filia de collatione dotis.lib.3.quæstione. 12.nu.5.& numero.10.

Ex codice.

L. siquis argumentum.§.sin autem donator.C.de donatio.lib.1. quæst. 6.num.28.

L.per diuersas cum.l.sequen. C.mandati declaratur.libro.1. quæstione.8.numero.26.

L.2.C.de rescind. vend.an locũ habeat in vera aut interpretatiua vsura. lib.1 q.11.n.1.& n.34.

Et an locum habeat in annuis reditibus ibid.n.2.& 35.& 36.

Et quod non sit lata ad terminandum medium iustum contractuum cõmutatiuorum.ibid.n.3.

Et quod cohibeat contrahentibus licentiam se decipiendi. ibidem. numero.9.

Duricies eius, l.ibid.n.11.

Et qualiter mathematicam rationem sit sequuta.ibid.n.12.

Et quamuis duriuscula non tamen irrationabilis.ibid.n.13.

Et quod non oporteat iudicis scrupulosam excessus vltra dimidiam probationem exigere.ibid.n.14.

Duricies eius.l.errorum causa ibidem.n. 15.& seqq.

Qualiter in emptore sit computanda læsio vltra dimidiam. ibid. numero. 16.& 18.

In casu illius legis quæ doctrina generalis,& methodica dari poterat.ibidem num.21.

Et cur potius ibi consideratur læsio ex parte venditoris quam emptoris. ibi. num.22.

Et quod.l.illa sit condita pro veris cõtractibus commutatiuis,ibidem. numero.29.

Et quod non habeat locum in contractibus lucratiuis.ibid.n.30.

INDEX.

Nec in contractibus reciprocis & respectiuis.ibid.n.31.

Nec in ratione rationum vbi calculus versatur.ibid.n.32.

Et an locum habeat in familia erciscunda ibid.n.33.

Et quod læsio vltra dimidiam restauretur si constet partes egisse de præcisa ex æquatione ibi.

Et an locum habeat huius legis remedium tantum in emptore qui bona fide cõtraxit non autem in sciẽte se decipere venditorem.lib.2.quæstione.5.numero.22.

Et quod non habet locum in materia vsurarum.ibid.n.27.

L.si fundus in fin.C.de pigno.lib.2.q.2.num.13.

L.cum dominam.C.de pigno. ibidem, num.37.

L.si non singuli. C.si cert.pet.lib.2.q.5 num.4.

L.incendium.C.si certum petatur.lib.2 q.7.num.4.

L.si absentis.C.si certum petatur. lib.2. q.8.num.5.

L.fi.C.de duobus reis.lib.2.quæstione.9. num.8.

L.si pro mutua.C.si certum petatur.lib. 1.q.13.n.25.

L.nulla.C.de solutionibus.lib. 2. quæst. 12.num.19.

L.1.C.de dolo.lib,2.q.13.n.3.

L.si creditrici.C.de vsuris.lib. 2. quæst. 15.num.17.

L.acceptam.C.de vsuris.lib.2.q.15.n.9.

L.fin.C. de vsuris pupillaribus. lib.2.q. 15.n.15. & 27.

L.2.C.de pactis inter emptorem.lib.2.q. 15.n.69.

L.nulla.C.de actionibus limitatur. lib.2. quæst.16.n.10.

L.eos. C. de vsuris.lib.3.q. 4.numer.36. & seqq.

L.cum oportet.§.fin autem res.C,de bonisque liberis.lib.3.q.7.n. 68.

L.fructus in principio. C. de actionibus empti ibid.numero.102.

L.curabit.C.de actionibus empti. ibid. num.107.

L.3.C.depositi lib.3.quæst.11.n.6.

L.si ex pretio.C. si cert.pet. ibid.n.45.& num.68.& num.69.& num.70.

L.aduersus.C.de non numerata pecunia ibid.n.57.

L.si pro mutua.C.si cert.pet. ibid.nu.67. & 73.

L.pro auro.C.de vsuris.ibid.

L.in initio.C.de pactis inter emptorem ibi.n.71.& seq.

L.si quis maior. C. de transactio.lib.2.q. 22.num.20.

Ex authenticis.

AVthentico de non alienandis.§.si vero alicuius collatione.2.lib.1.q.6 num.27.

Auth.de alienatione emphyteusis.§.sanctissimas.ibid.n.29.

Authen.ad hæc.C.de vsuris.lib.3.q.4.n. 47.& seq.

Ex institutionibus.

§. ex contrario,instituta quibus aliena re licet,declaratur.lib.1.quæs.14. num.40.

§interdum instituta de retum diuisione lib.3.q.11.n.33.

Leges Regiæ.

L. 3.tit.1.p.5.declaratur.lib.1.quæs.14 num.56.

L.58.tit.6.part.1.lib.3.q.4.n.126.

L.3.tit.15.lib. 5.Recopilationis emendata litera.lib.2.q.3.n.7.

L.6.tit.15.lib.5.recop.declaratur. lib. 1. q.7.n.5.& n.29.& n.34.& ampliatur. lib.1.q.16.n.12.& lib.2.q.1.n.13.

INDEX.

L.7.tit.15.lib.5.recop.declaratur.ibid n. 21.& lib.1.c.12.n.4.& seq.

Eadem.l.ampliatur notabiliter. lib.1.q. 16.n.141.& q.17.n.7.& n.80. & lib.2. q.16.n.36.

L.4.tit.15.lib.5.recop.declaratur.lib. 1 q.17. nu.7.& lib.1.q.12.n.3.

L.68.Tauri rigor ab aula discessit. lib.2 .q.2.n.74.

L.1.tit.16.lib.5.recop.lib.2.q.5.nu.6.& num.14.

L.3.titul.18.lib.3.fori an sit vsu recepta ibid.num.9.

L.fi.tit.15.lib.5.recop.lib.1.c.12.n. 20. &. 24.

L.fi.tit.15.lib.4.recop.lib.1.q.13.n. 15.

L.17.tit.11.lib.5.recop.lib.1.q.12.n.40.

Et an locum habeat in emente triticum in herua.ibid.n.41.

Et quid si pretium non soluatur à principio. sed soluendum sit tempore messis collectæ ibid.n.42.

LIBER homo non potest se obligare ad perpetuam seruitutem.lib.2.q.10. num.6.

LOCARI an possit reditus annuus. lib.1.q.3.n.12.

Locari an possit facultas percipiendi decimas.ibid.n.13.

Locatio quando censeatur facta in fraudem vsurarum.lib.2.q.3.n.46.& 48. & 62.

Locatio an censeatur pars venditionis si ambo contractus fiant diuersis instrumentis.ibid.n.50.& 52.

Locatio fundi venditi data dillatione ad soluendum pretium, an sit licita ibid.num.62.

Locatio rei emptæ venditori pro minori pensione quam valeat, an faciat præsumi vsuram.ibid.n.63.

Locatio rei iusto pretio æstimatæ cũ pacto quod si pereat vel deterioretur pretium rei domino soluatur,an sit licita.ibid.n.64.

Locatio quibus coniecturis præsumatur vsuraria.ibid.

Locatio etiam iusta mercede facta ratione tamen mutui, vel reditus extorta est vsuraria,& an vitiet reditum.lib. 2 q. 11.num.24.

Et quid si debitor potuit pluris locare quia ab alio plus iusta mercede offerebatur,an vitietur reditus.ibidem. num.25.

Et quid si locatio facta sit mercede defectitia, an vitietur reditus. ibidem. num.26.

Et quid si debitor reditus non erat tanti locaturus,an vitietur locatio.ibidem. num.28.

LVCRVM taxatur ad rationem decimæ partis fortis secundum vsum bonæ mercantiæ.lib.1.quæstione.13. num.1.

Lucrum quod creditor percipit occasione hypothecæ im putandum in sorte.lib.2.q.17.n.8.

Lucri honesti arbitrio boni viri partem soluendum post moram debitoris taxari posse dummodo creditor probet sua tantum interfuisse.lib.3.q.5.n.50.

Lucri cessantis rationem habendã esse, etiam in non solito negotiari.lib.1.q. 16.num.24.

Lucri cessantis ratio vtrum habenda sit quando creditor probat se habuisse paratum prædij fructiferi venditorẽ post moram debitoris. ibid.n.25.

Lucrum cessans,aut damnum emergẽs adiudicari non debet creditori prius quam de eo constet.lib.3.q.5.n.22.

Lucrum cessans si exigatur quid probare oporteat. ibid.n.23.

Lucri cessantis æstimatio an restringenda sit ad homines solitos negotiari, ibid.nu.26.

Lucri cessantis, aut damni emergentis æstimatio ita fit in pecunia mutuata, sicut in alijs speciebus fungibilibus. ibid.n.27.

Lucri cessantis interesse an debeatur ab eo qui propter egestatem non soluit in termino. ibid.n.35.

INDEX.

M.

MAIORATVS possessor cuius bona sunt Regia facultate reditui obligata, si succedat creditori reditus an extinguantur hypothecæ, & an reuiuiscãt, si alium hæredem relinquat lib. 2. q. 19. n. 43.

Maioratus super quo reditus imponitur est loco fideiussoris ideo successori maioratus datur actio contra imponentis successorem in bonis liberis, vt reddimat. lib. 2. q. 19. n. 18.

Et an creditor teneatur cedere actionem contra successorem in bonis liberis, ibid.

Maioratus fieri potest ex bonis reditui consignatiuo, aut reseruatiuo obligatis lib. 2. q. 22. n. 33.

Maioratus an institui possit ex bonis emphyteuticis, aut reditui reseruatiuo obligatis quando ex eorum venditione debetur laudemium. ibi. num. 34. & seqq.

MARITVS non exigens dotis vsuras pluribus annis an videatur eas remittere. lib. 3. q. 7. n. 61. & 65.

Maritum petentẽ interesse dotis non solutæ, an oporteat probare se matrimonij onera sustinuisse. ibid. n. 63.

Maritus si dum vixit nõ petijt dotis promissæ vsuras, an videatur eas remisisse. ibid. n. 66. & seq.

Maritus dotem recipiens absque protestatione vsurarum, an videatur eas remittere. ibid. n. 69.

Et quid si ignorat dotis vsuras sibi deberi. ibid. n. 70.

Maritus an possit stipulari certam quantitatem annuam dum differtur promissæ dotis solutio. lib. 3. q. 8. num. 13. & seqq.

MATRIMONIVM consummatũ an possit per summum Pontificem dissolui. lib. 3. q. 4. n. 70.

MERCATVRA an odio, an laude digna. lib. 3. q. 1. n. 4.

METVS præsumptio cessat probata immemoriali. lib. 1. q. 15. n. 68.

Metus præsumptio an locum habeat in vassallis domini recognoscentis superiorem. ibid. n. 69.

MILITIBVS quæ negotiatio prohibeatur. lib. 3. q. 1. n. 3.

Milites vbi conueniri possint. ibid.

MINOR iure communi vtitur, & ligatur statutis. lib. 1. q. 10. n. 2.

Minor capax delicti, pœnæ quoq; capax est. ibid. n. 4.

Minor qui emit reditum excessiuum, an habeat restitutionis beneficium. ibid. num. 13. & seq.

Minor pecuniam alienat sine decreto. ibid. n. 14.

Minor an restituatur ad lucrum. ibidem num. 15.

Minor læsus in pretio, an eo restituto per restitutionem rem præcise auocet. ibid. n. 17.

Minor si læsus sit pluris emendo reditum, qualiter eo restituto fiet reductio reditus. ibid. n. 18.

Minor læsus emendo quia indiget pecunia, an ad eam consequendam restituatur. ibid. n. 19.

Minori indulget restitutionem non dãni euentus, sed inconsulta facilitas. ibi. n. 20.

Minor ita restituẽdus, vt neutra pars indebite capiatur. ibid. n. 21.

Minorum interest ne temere cõtractus suos reuocent. ibid. n. 22.

Minor pro parte restitui postulans audiẽdus non est. ibid. n. 23.

Minor si reditũ sine decreto vẽdidit, per quinquẽnij silẽtiũ post minorẽ ætatẽ cõfirmatur redit⁹. lib. 1. q. 17. n. 87.

Minori an detur restitutio aduersus solutionem pretij reditus factam tutori, & ad solutionem pensionum reditus redemptia tutore. lib. 2. q. 15. n. 83.

Minor non potest eligere continuationem reditus, quem tutor pupillari pecunia redemit. lib. 3. q. 10. n. 34.

INDEX.

Et an posſit ſortem cum reliquis ex tempore redemptionis a tutore exire.ibid.n.35.

Minor non poteſt reditum ſibi debitum ſine iudicis decreto vendere. lib.1.q 14.num.2.

Minor ſine decreto ciuili iure poterat mutuare ſub vſuris,nec reſtituebatur ibid.n.3.

Miner ſine decreto poterat ſi indigebat debitum fæneratorium contrahere ſine decreto.ibid.n.4.

Minor non poteſt ſine decreto iudicis reditum vendere,etiam ſi vendat leuiori vſura.ibi.n.11.

Etiam ſi veniam ætatis impetrauerit vel alias ſit induſtrius.ibid.n.12.

Etiam ſi pecunia in rem minoris verſa ſit.ibid.n.3.

Sed vide in contrarium.n.15.& ſeqq.

Minor ſi indigebat poterat tutor pecuniam ſub vſuris accipere, vel etiam ſuam pupillo fænerari ſine decreto. ibid.n.16.

Minor vendens reditum ſine decreto, & promittens quod maior factus,vel eius hæres teneantur prędia hypothecare pro reditu,an valeat pactum.ibi. num.28.

Et an hypotheca tunc trahetur ad tẽpus pacti. ibid.

Minor non poteſt conueniri ex contractu reditus niſi conſtet ſortem in eius vtilitatem verſam eſſe.ibi.n.33.

Idem in reditu empto per creditorẽ ciuitatis,collegij aut eccleſiæ.ibid.

Minor quando reſtituatur aduerſus ſortem receptam.ibid.n.38.

Minor quaratione teneatur aduſuras pretij cum fundum ſine decreto venditũ recuperat.ibid.n.45.& 47.

Minor non tenetur ad vſuras pretij ſi illud habuit ocioſum,etiã ſi fundũ cum fructibus recuperet.ibi.n.48.

Minor ſi reditum emit cum decreto, an pretium præſumatur in rem minoris verſum.ibi.n.50.& ſeqq.

Et qualiter creditori conſuletur eo caſu vt ſit ſecurus.ibid.n.53.

MOATRA maxime execranda lib.1 q.13.n.10.

MODERATIO reditus,vide in verbo reditus.

Moderatio reditus exceſsiui qualiter fiet.lib.1.q.9.n.9.

Et quomodo ſit moderandus de iure Regio.ibid.n.21.& q.10.n.12.

Moderatio reditus exceſsiui a minore empti qualiter fiet.lib.1.q.10. num.1 & ſeq.

Moderatio & annullatio reditus creditoris eſt pęna.ibid.n.3.

Et an locum habeat etiã ſi alieno,& ignorãtis nomine cõtrahatur.ibi.n.6.

Et quid ſi vitioſe contrahiturdebitoris calliditate.

Moderationis aut nullitatis pęna an locum habeat in eccleſia reditus emptrice.ibi.n.10.

Et quid in collegio,aut ciuitate. ibid.

MONETÆ valor ſi augetur,aut minuitur an eius mutationis ratio habenda ſit in ſolutione redit⁹.lib.2.q.15.n.92.

MONS pietatis an ſit licitus.lib.3.q.7 num.116.

MORA regularis efficit vt habeatur ratio non ſolũ fructuum,ſed etiam interesſe extra rem ex lucro ceſſanti, vel damno emergenti.lib.3.q.7.n.94.

Mora remiſſa ſimpliciter,an cenſeatur remiſſa vſura præteriti temporis.lib.3 q.9.n.1.& ſeqq.

Mora an ſit purgata ſi creditor promittit nõ in carcerare debitorem,nec bona pignorare vſq,ad certũ tẽpus.ibi.n.5.

Mora irregularis priuilegiata,& eius effect⁹ quãdo ceſſet.lib.2.q.15.n.40.& ſeq.

Et quid ſi mora irregularis ipſo iure cõtrahitur,an ceſſet ei⁹ effect⁹ ſi pupillus fiat maior.ibid,nu.41.& ſeq.

Et quid ſi pupillus veniam ætatis impetrauit.ibid.n.44.

Mora irregularis non ſolutæ dotis quando committatur.lib.3.q.7.n.63.

Mora

INDEX.

Mora regularis, & irregularis. ibi. n. 91.

Mora irregularis solum operatur vt morosus non locupletetur cum iactura alienа: non tamen vt vsurarum ratio habeatur. ibi. & n. seq. & n. 100.

Amplia etiam si creditor sit minor. ibid. n. 92.

Mora irregularis non facit haberi rationem interesse lucri cessantis, vel damni emergentis. ibi. n. 93.

Mora, & eius effectus an cesset si detur vera, & formalis dilatio. lib. 3. q. 5. num. 7.

Et an eo casu impediatur vsurarum ex conuentione currentium cursus. ibi. n. 8. & 9. & seq.

MORATORIVM rescriptum vide in verbo rescriptum moratorium.

MOTVS proprius Pij. V. de censibus vsu receptus non est apud Hispanos lib. 1. q. 4. n. 28.

Motus proprius Pij. V. de censibus declaratur. lib. 2. q. 2. nu. 73. & lib. 2. q. 6. nu. 8. & 9.

MVLIER & extraneus si obligentur pro eodem reditu, an teneatur mulier vide lib. 2. q. 5. n. 23. & seqq.

Mulier si promittit creditori pro suo fideiussore, non est locus Velleiano. lib. 2. q. 5. n. 30.

Mulier nō prohibetur dare, nec pro alio soluere. ibid. n. 35.

MVTVATARIVS qualiter obligetur ad restituendum idem genus. lib. 1. q. 4. n. 6.

Mutuatarium constitui in mora lapsu certæ diei, vel interpellatione absque litis contestatione contra Socinum. lib. 3. q. 5. n. 31.

Et in foro conscientiæ constituitur in mora signis, egestate, vel reuerentiali metu creditoris. ibid. n. 32.

Mutuatarius an teneatur in foro conscientiæ soluere quod creditoris interfuit ante moram. ibid. n. 33.

Mutuatarius qualiter obligetur ad antidora. ibid. n. 34.

Mutuatarius in foro conscientiæ quibus casibus tenetur ad interesse creditoris citra moram. ibi. n. 35.

MVTVANTI an liceat paciſci de pendendo eo quod sua interfit pendē te dillatione, & ante moram. ibi. n. 36

Mutuans an iuste stipuletur se indemnē seruari. ibid. n. 37.

Hoc tamen fallit quibusdam casibus ibid. n. 38.

Mutuans compulsus a Principe, vel Rep. an possit aliquid accipere vltra sortē ibid. num. 51.

Mutuare omnes compelluntur pro militum subsidijs. ibid.

Mutuans cum pacto quod si statuta die non soluatur, præstetur aliquid annuū an sit vsurarius. lib. 3. q. 8. n. 6.

Et quid si conueniat quod non soluta pecunia in termino præstetur aliquis reditus non redimibilis, an valeat cō tractus. ibi. n. 7.

Et an possit valere in vim reditus rēdimibilis. ibid. n. 8.

Et quid si pactum fuit, sortem non fore alienatam, sed post terminum aliquid successiue præstandū. ibid. n. 9.

Et quid si à principio mutui pactū est de aliquo interusurio successiuo; an aliquo tempore pactū sustineri possit ibid. n. 10.

Mutuans negotianti lucraturo an possit partem lucri stipulari. lib. 3. q. 4. n. 80. & seqq. & n. 98. & n. 102.

Mutuans pro beneficio mutuandi nihil potest stipulari. ibid. n. 99.

Mutuans ex mutuatarij obligatione antidorali nō dicitur factus locupletior ibid. n. 100.

Mutuans non ex conuentione tacite, vel expresse, sed gratuito recipiens vltra sortem, an sit vsurarius. ibi. n. 101.

Mutuanti, an & quando liceat recipere vltra sortem. lib. 3. q. 5. n. 1. & seq.

Mutuanti an liceat moderatam pœnam stipulari si statuta die mutuum nō restituatur. ibid. n. 3.

INDEX.

Mutuanti an liceat adijcere pactum indemnitatis.ibid.n.15.&20.

Mutuans si suscipiat sortis periculum,an possit aliquid vltra sortem stipulari. ibid.n.16.& 52.& seq.

Mutuans cum pacto de certo interesse præstando si statuta die non soluatur an sit vsurarius lib.3.q.8.numer.5.& sequentibus.

Et quid si pactum fiat in obligatione orienti ex iusta commutatione. ibid. num.11.

Et quæ requirantur,vt sustineaturpræ dictum pactum à principio de certo interesse præstando.ibi.n. 12.

Mutuans ad emptionem,vel refectionẽ rei an in ea præferendus sit doti & anteriotibus creditoribus,vide in verbo creditor.

Mutui obligatio non contrahi potest vltra quam mutuatum sit. lib.1.q.18. num.16.

Mutui tres gradus.lib.3.q.11.nume.58. adde quartum gradum.ibid.n.6.

Mutui a gesumpti triplex vsus. lib.3.q. 4.num.72.

Mutuare egenti quando teneamur. ibi num.73.

Mutui,& emptionis reditus differentia lib.1.q.4.n.1.& seqq.

Mutui definitio.ibid.n.3.

Mutui quatuor requisita.ibid.n.4.

Mutui substantialia.ibid.n.10.

Mutuo adiectum pactum de reddendo aliquid vltra sortem vitiatur.ibidem num.11.

Mutuo tripliciter admiscetur alia obligatio,& actio.lib.3.q.11.num.62.

Et quando obligatio ex alia causa nudo pacto in mutuum conuertatur ex communi tra ditione. ibid.n. 64.

Mutuum fieri posse omne debitum rei fungibilis nudo pacto in continenti seu ex intervallo ibid.n.66.

Mutuum duplex.merum,& non merum lib.3.q.1.n.53.

Mutuum merum quid.ibi.numero. 54. & 56.& 61.

Mutuum non merum quid.ibid.n. 55.

Mutuum sub vsuris non est vere mutuũ ibi.num.60.

Mutuum obligare accipientem ad antidora.lib.3.q.5.n.14.

Mutuũ an contrahatur,an societas suscepto sortis periculo.ibid.n.17.

Mutuum verum vel fictum vsuram recipit,non alij contractus,& quare.lib.1 q.4.n.2.& seqq.

Mutuum non transit in aliam speciem cõtractus propter pactũ de reddendo aliquid vltra sortem.ibi.n.12.

N.

NEGOTIATIO duplex, altera rerum,altera vsus seu fruitionis ipsarum.lib.3.q.1.n.1.

Negotiatio fruitionis rerum duplex. ibid. n.2.

Negotiatio fæneratoria merito odiosa. idid.num.4.

Negotiationum differentiæ effectus.ibi. num.9.

NEXVS prohibitus.lib. 3. quæstione. 4.num.21.

NOMINIS venditio vera & permissa.lib.1.q.8.n.2.

Nomen litigiosi debitoris si fuit cessum in partem pretij reditus,aut nomen difficilis exactionis,an valeat contractus.lib.1.q.13.n.35.& seqq.

Nomen suum vendere quando teneatur creditor.lib.2.q.16.n.12.

Nominis venditio vera,& permissa est lib.2.q.21.n.1.

Nominis venditor tenetur de euictione ibid.n.2.

Nomen si datur in solutum,& euincitur cessionarius agit de euictione contra cedentem.ibid.n.5.

Nomen vendere videtur qui reditum sibi debitum vendit,& trasfert vtilem actionem absque cessione. ibidem num.6.

INDEX.

Nomine vendito, aut in solutum dato, periculum nominis ad cessionarium non ad cedentem pertinet.ibi.n. 7.

Nomine reditus acceptato videtur cessionario satisfactum.ibi.n.8.

Nominis venditor tenetur praestare esse debitum,non autem esse debitum exigibile.ibi.n.9.

Nominis reditus venditi debetur euictio si ius reditus euincatur.ibid.n. 12. & num.19.

Nomen reditus qui vendidit non tenetur de euictione hypothecarum, neq; ex eo quod debitor reditus soluendo non sit.ibid.n.13.

Et quid si venditor nominis reditus promisit reditum fore certum,verum & securum,& de defensione, & conseruatione indemnitatis ibi.n.14.

Nomen reditus vendens nõ tenetur soluere,sed cedere ius reditus.ibi.n. 17.

Nomen quando sit periculo cedentis. ibi. num,18.

Nominis venditor qui promisit hypothecas fore idoneas, tenetur si debitoris bona soluendo non sint,& hypothecæ sint exhaustę.ibid.n. 20.

Nomen bonum, vel idoneum qui promisit,tenetur si debitor soluendo nõ sit. ibid.n.21.

Nominis venditor tenetur si dolo versatus sit.ibid.n.22.

Nominis emptor,aut ille cui insolutum nomen datum est:an debeat authori denunciare litem, vt contra eum euictionis recursum habeat, ibidem. num.23.

Nomen minus idoneum ignoranter emens an sibi præiudicet.ibidem.numero.22.

NOVELLA constitutio.32.vt nullũ credentem agricolis exolebit cũ sua pęna.lib.2.q.11.n.9.

Nouellæ nequis mutuum dans agricolę nun quam tuerunt vsu receptæ.lib.1. q.13 num.49.

Nouella Iustiniani constitutio. 160.late declaratur.lib.3.quæstione. 3. numero.10.

Nullitas manifesta quæ , & an opponi possit lapso termino a lege Regia cõstituto nullitatibus. lib.1.q.16.n.6.

Nullitas allegari non potest contra Regia decreta violentiæ lata in causis ecclesiasticis.lib.1.q.17.n.73.

NVMVS inuentus vt sit medium in commutationibus,& quare medium dicatur.lib.3.q.1.n. 5.

Numorum omnis ordo,& naturæ, & artis , & instituti peruertitur in vsura. ibid.num.6.

Numus est veluti fideiussor præsentis,& futuræ indigentiæ. ibid.n.7.

O.

OBLATIO congrua non solum debitum principale, sed etia vsuras elidit.lib.1.q.18.n.8.

Oblatione sortis,& reliquorum , an impediatur cursus reditus.lib.2.q.15.n.1 & seqq.

Oblatio sola non impedit cursum vsurarum quæ currere cæperunt. ibidem. num.2.

Oblatio sola etiam realis non sufficit vbi agitur de resolutione contractus.ibi. num.3.

Oblatio sola realis debite facta impedit cursum reditus. ibidem. numero.4. & 29.

Oblatio realis actionem,& exceptionẽ parit.ibid.n.5.

Oblatio verbalis, an sufficiat ad impediendum cursum vsurarum. ibidem. num.8.

Et quid si debitum non sit liquidum, sed intricatum. ibid.

Oblatio facta à debitore morosо & litis contestatione an impediat vsurarum cursum.ibid.n.10.

Oblatio nouo epheuo facta an liberet tutorẽ ab vsurarũ cursu.ibi.n.12.&18.

Oblatio realis debite facta ipso iure impedit vsurarũ cursum,& moram prę-

INDEX.

cedentem purgat.ibi.n.28.

Oblatio realis impedit cursum reditus luibilis, etiam constituti ad rationem vsuræ trientariæ, vel fundi datione, vel legato,vel alias.ibid.n.30.

Oblatio,an impediat vsurarum cursum in debitore moroso ibidem.n.31.

Oblationis natura non est obligationẽ tollere,sed creditorem in mora constituere,& in eum periculum transferre.ibid.n.34.

Oblatio qualiter facienda si creditor reditus decesit relictis pupillis, vel iacente hæreditate,aut furere cæpit, vt impediatur cursus reditus.ibid.n. 37. & seqq.

Oblatio an possit fieri in bonis æstimatis pro reditu redimendo.ibidem. num. 42.& 50.

Oblatio sequens trahitur ad initium interpellationis feriæ, serioque prosequutæ.ibi.n.38.& 52.

Oblatio facienda personæ legitimę,quæ in mora constitui possit. ibidem, numero.49.

Oblatio reditus,& reliquorum facienda est ei qui potest recipere,& debitorẽ liberare.ibidem.n.54.

Oblatio cui fiet si debitor reditus mutauit domicilium,& nescitur vbi sit.ibi. num.55.

Et an sit necessaria consignatio. ibid. num.56.

Oblatio facienda in loco solutioni destinato,& quid si fiet ad impediendum iudicium.ibid.n.60.

Oblatio qualiter fiet, & quid operetur siquis fundum sub redimendi facultate venditum velit redimere.ibidem. num.61.

Oblatio facta hæredi creditoris reditus detrectanti pecuniam recipere, quia ignorat reditus qualitatem, seu quantitatem,an impediat cursum reditus. ibid.n.62.& 64.

Oblatio pretij non constituit hæredem emptoris in mora,dum de pacto redimendi non docetur.ibid.n.63.

Oblatio realis extra iudicium debitæ facta sufficit ad recuperandum fundũ sub redimendi pacto venditum cum fructibus contra Tiraquel.& alios.ibidem.n. 67.

Quod limitatur nisi ob iustam ignorãtiam, vel imperfectam oblationem emptor, vel eius hæres in mora non constituitur.ibid.n.68.

Oblatio partis sortis an impediat cursũ reditus.ibid.n.74.

Oblatio sortis an sit facienda cum reliquis ad extinguendum reditum. ibi. n.75.& seq.

Oblatam,& consignatam sortem si creditor recuset accipere sine iusta causa,multa eum circunueniunt incommoda.ibid.n.77.

Oblatio sortis quibus personis facienda sit, & a quibus reditus redimi possit, ibid.n.78.& seqq.

Oblatio facienda ei qui potest recipere solutionem. ibid.n.85.

Oblatio facienda ei qui bonorum administrationem mandatam habeat.ibi.

Oblatio an possit fieri ab extraneo pro debitore reditus.lib.2.quæst.16.nu.1. & seqq.

Oblatione facta ab extraneo creditor in mora constituitur.ibid.n.2.

Oblatione & consignatione posse extraneum debitorem reditus liberare.ibidem.n.3.

Oblatio ab extraneo facta ei qui fundũ emit sub redimendi pacto non cõstituit emptorem in mora. ibid.n.5.

Oblatione & consignatione facta ab extraneo resoluitur reditus, & non currit ipso iure.ibid.n.6.

Oblatione facta ab extraneo non tenetur creditor reditus illi actiones cedere.ibid.n.7.

Oblatio an fieri possit a creditore chyrographario etiam in diem vt fundũ à suo debitore sub redimendi pacto venditum redimat.ibid.n.46.

Obla

INDEX.

Oblatione congrua purgari moram quo ad futurum tempus non quoad præteritum. lib. 3. q. 9. n. 2.

Et an oporteat offerre vsuras præteriti temporis ad moram purgandam ibid. n. 3.

Et quid si vsuræ sint incertæ & non liquidæ quid offerendum erit. ibid.

Et an tunc satisdatio requiratur pro incertis accessionibus soluendis. ibid num. 4.

OBLIGATIONE personali tantum an possit reditus constitui. lib. 1. q. 4. n. 27. 29. & n. 34.

Et an solitus locare operas possit reditum super obligatione personali constituere. ibid. n. 33.

Obligatione reali tantum non posse reditum constitui à principio. ibidem num. 35.

Obligatio personalis, an realis, vtra sit principalis in reditu. lib. 2. q. 19. n. 11. & n. 15. & n. 29.

Obligatio plurium venditorum reditus an possit fieri insolidum. lib. 2. q. 5. n. 1. & seq.

Obligatio reditus non potest in plus cõtrahi quam pro rata sortis quam quis vere recipit. ibid. n. 2.

Obligatio sub guarentigia non vitiat reditum. ibid. n. 3.

Obligati plures in solidum à principio quorum simul creditor fidem sequitur omnes respectu creditoris dicuntur principales quamuis pecunia ad vnum tantum peruenit ibidem. numero 5. & 8.

Et an eo casu habeant diuisionis beneficium. ibid. n. 6.

Obligatis pluribus in solidum si pecunia ad vnum tantum peruenit, ille solus est inter eos principalis alij fideiussores sunt ibid. n. 8.

Obligatio ad carceres publicos non tenet in obligationib⁹ perpetuis & successiuis. libro. 2. quæstione. 10. numero. 11.

Amplia etiam si per debitorem sit bonorum cessioni renunciatum. ibidẽ. num. 12.

Obligatio ad carceres an teneat si probetur dolus debitoris, & creditor non certet de reditu, sed de sorte recuperanda. ibid. n. 14.

Obligatio principalis, & fideiussoria non concurrunt in eodem subiecto, sed fideiussoria extinguitur, lib. 2. q. 13. num. 7.

Obligatiõ personalis reditus an pereat peremptis hypothecis lib. 2. q. 19. nu. 15. & num. 29.

Obligatio vsuratum futuri temporis conditionalis. lib. 2. q. 15. num. 33.

Obligatio annua in contractibus, est vna licet sit successiua: secus in legatis. ibidem. nu. 35.

Obligationi reditus ineſt tacita cõditio nisi fors cũ reliquis offeratur. ibidem. num. 66.

Obligatio reuendendi quæ tacite ineſt contractui reditus luibilis; qualiter intelligatur. lib. 2. q. 16. n. 21.

Obligatio emphyteutæ nõ est mere personalis, sed respectiua ad rem, & perit re peremptа. lib. 2. quæstione. 19. num. 15.

Obligatio principalis non extinguitur confusione obligationis fideiussoriæ ibid. n. 12.

Obligatio reditus annui pro omnibus annis est vna & ad hæredes transmittitur & vna præscriptione, & per successionem tollitur. lib. 2. quæstione. 19. num. 27.

OFFERRI potest cessionario prioris creditoris ab eo qui offerre poterat cedenti, emptori tamen pignoris venditi solemniter offerri nõ potest. libro. 2. quæstione. 17. numero. 21.

ONVS quod venit extrinsecus a contractu reditus. & natura rei, nõ debet imputari creditori. lib. 2. quæstione. 6. num. 7.

INDEX.

ORATIO Seueri de confirmandis donationibus morte coniugis, non pertinet ad promisiones, sed ad reales rerum traditarum donationes. lib. 2. q. 2. n. 59.

P.

PACTVM quod creditor non soluto reditu possit aprehendere possessionem bonorum debitoris, an valeat lib. 2 q. 7. n. 16.

Et quid si debitor cõstituat se certum fundum nomine creditoris possidere ibid. n. 17.

Pactum quod debitor promittit reditum soluere in domicilio creditoris, an valeat. lib. 2. q. 6. n. 1. & seqq.

Pactum quod si reditus statuta die non soluatur, mittatur nuncius expensis debitoris certo salario, an valeat. ibid. num. 9. & 10.

Pactum de non alienandis reditus hypothecis, an valeat stante motu proprio. lib. 2. q 9. n. 55. & seqq.

Pactum de ingrediendo possessionem rei hypothecatæ pro reditu an faciat executioni locum cõtra tertium. lib. 2. q. 9. n. 57. & seq.

Pactum de non alienando qualiter concipiendum, vt executio contra tertiũ possessorem hypothecæ locũ habeat. ibid. n. 59.

Et an requiratur cum eo pacto specialis hypotheca, an sufficiat generalis. ibid.

Pactum quod si prædia reditui obligata in plures hæredes aut tertios possessores perueniant, in solidum conueniãtur, an valeat ibidem. n. 61.

Pactum quod reditus pensiones a quolibet hærede debitoris exigi possint insolidum, an valeat. ibid. n. 62.

Pactum quo quis se obligat ad carcerem si non soluat in termino, an valeat. lib. 2. q. 10. n. 2. & 3. & 8.

Pactum quo vendens reditum obligatur ad carcerem, vitiatur. ibid. n. 4.

Etiam si reditus sit constitutus ad rationem vnius in viginti. ibid. n. 5.

Pactum de refundendo interesse, & dãna adiectum reditibus annuis, qualiter accipiendum. lib. 1. q. 12. num. 28. & sequenti.

Pactum de refundendo interesse casu, quo reditus statim redimatur, non valet, licet sit secus in mutuo. lib. 1. q. 13. n. 34.

Pactum quod cessante debitore in solutione pensionis aliquo anno, teneatur soluere quatuordecimam à tempore constituti reditus ad rationem vnius in viginti, an valeat. lib. 2. q. 14. n. 16.

Pactũ quod si pecunia debita ex mutuo legato, deposito, vel alias non soluatur in termino, pendatur reditus, an valeat. ibid. n. 24. & seqq.

Pactum de soluendo reditu adiectum censetur fauore creditoris. ibidem. num. 25.

Pactum cum emptore mei fundi vt pro me soluat reditum redimibilem à me debitum dum differt residui pretij fundi venditi solutionem, & intracertum terminum teneatur residuũ pretij soluere, vel reditum à me debitũ redimere, an valeat ibidem. num. 31. & sequenti.

Pacto, & confessionibus partium in mutuo non statur durante causa prohibitionis, & suspicionis. lib. 3. quæst. 5. num. 40.

Pactum pœnale moderatum, & absque mutuantis intentione praua mutuo adiectum validum esse. ibidem. numero. 43.

Pactum de rependẽdo interesse mutuo adiectum nihil operari contra communem. ibid. n. 47.

Pactum pœnale sine fraude appositum non esse contra naturam mutui. ibid. num. 48.

Pactum de refundendo interesse post tẽpus appositũ mutuo, aut post morã debitoris, non esse contra naturam

mutui

INDEX

mutui.ibid.num.49.

Pactum non ratione mutui, sed sponte factum cũ mutuatario de periculo sortis iusta mercede,an sit vsurarium ibid.n.58.

Pactum ex interuallo post contractum mutui cum debitore de suscipiendo periculo sortis iusta mercede,an sit vsurarium.ibid.n.62.

Pactum assecurationis mutuatę sortis an sit licitum cum extraneo. ibidem. num.64.

Pactum assecurationis traiectitiæ pecuniæ an rescindi possit remedio l.2.C. de rescend.ven. ibid.n.66.

Pactum assecurationis inter duos extraneos recidit in aleam,& non est validum.ibid.n.65.

Pactum de lucrandis fructibus rei pignoratæ pro dote data dillatione soluendi socero,an valeat.lib.3.q.7.n.47.

Pactum de aliqua prestatione successiua in debito quantitatis propter dillationem vel moram , an valeat.libro.3. q.8.n.5.& seq.

Pactuo redimendi vendita re quomodo sit considerandalæsio.lib.2.q.3.nu.6. & seqq.

Et an considerari debeat valor rei habita ratione eius,quod pactum de retrouendendo minuit.ibid.n.8.

Pactum redimendi cum vilitate pretij an sufficiat ad præsumendam vsurã. ibid.n.9. & seqq.

Pactum redimendi cum enormi pretij modicitate an reddat cõtractum nullum.ibid.n.47.

Pactum quod venditor reditus teneatur ad laudemiorum,& gabellarum solutionem,an valeat.lib.2.q.4.numero. 1.& seqq.

Pactum de soluendis gabellis, aut laudemijs à reditus venditore,an vitiet,an vitietur.ibid.n.3.& 11.

Pactum laudemiorum , & gabellarum superuacuum esse in contractu emptionis reditus, & quandoque nocere posse.ibid.n.5.

Pactum quod venditor in casu redemptionis reditus teneatur ad legales sumptus,an valeat.ibid.n.12.

Et quos sumptus comprehendat eiusmodi pactum.ibid.n.13.& 14.

Pactum reijciens in venditorem reditus impensam indictionis decimationis seu tributi imponendi,an valeat. ibi. num.21.

Pactum antichresis,vide in verbo antichresis.

Pactum seorsum factum cum fideiussore reditus de aliquo dando propter fideiussionem,an vitiet reditum. lib. 2.q.12.n.9.

Pactum de eximendo fideiussore ab obligatione reditus,an valeat.lib.2.q. 13. n.13.& seqq.

Pactum quod debitori reditus soluenti in termino remittatur pars pensionis an valeat,& an liceat debitori morã purgare.lib.2.q.14.n.1.

Pactum indemnitatis an licite adijciatur in mutuo.lib.3.q.5.n.15.& 20.

Pactum de certa summa soluenda per debitorem nomine interesse, quatenus valeat.lib.3.q.5.n.39.& seqq.

Pactum legis commissoriæ potest valere secundum naturam hypothecæ.lib.2 q.2.num.65.

Pactum legis commissoriæ,an vitiet contractum.ibid.n.66.& an vitiet reditum. ibid.n.67.& seq.

Pactum quod si reliqua non soluantur duobus annis fundus debitoris cedat in solutum pro reliquis,an valeat in reditu.ibid.n.72.

Pactum de retrouendendo in se licitum lib.2.q.3.n.4.

Etiam si restringatur redimendi facultas.ibid.n.5.

Pactum de reddendo aliquid vltra sortem in mutuo vitiatur lib.1.q.4.n.11.

Pactum eiusmodi non efficit vt mutuũ transeat in aliam speciem contractus ibid.n.12.

INDEX.

Pactum quod nõ liceat ante annum ſolucre mutuum ſub vſuris acceptum, an valeat.libr.4.q.18.n.1.& ſeq.

Et quid ſi eo caſu creditor fundum ſub antichreſi acceperit. ibid. n.2.

Et quid ſi fiat pactum quod luere non liceat ante 30. annos. ibidem num.3. & ſeq.

Pactum quod debitor non poſsit ſe liberare niſi ad beneplacitum creditoris non valere contra Alexand. ibidem. num.10.

Pacta,& vltimæ voluntates, quibus deformantur vrbis ædificia, non valent. ibid.num.11.

Pactum quod debitor non poſsit ſe liberare ab vſuris promiſsis niſi poſt certum tempus,an vitiet an vitietur. ibi. num. 28.

Pactum quod debitor reditus non poſsit luere niſi poſt certum,tempus, an vitiet contractum.ibid.n.30.

Pactum quod ſi reditus non redimatur intra certum tempus,ſit irredimibilis an valeat.ibid.n. 34.

Pactum de non luendo reditu pro parte an valeat.ibid.n.35.

Pacta reditibus adiecta quædam vitiant quædam vitiantur.lib.2.q.1.n.1.

Pacta contra ſubſtantiam reditus ipſum vitiant.ibid.n.2.

Pacta contra ſubſtantiale negatiuum de nunquam repetenda ſorte, vitiant reditum.ibi.n.3.

Pactum quod ſi reditus non ſoluatur intra biennium, liceat creditori ſortem repetere,an valeat.ibidem.numer.4 & ſeqq.

Et an vitiet contractum an vitietur. ibid.num.7.

Pactum contra iuſtitiam pretij reditus, an vitiet contractum.ibidem.numero.8.& 10. & 11.

Pactum de ſoluenda integra penſione reditus ante lapſum anni,an vitiet reditum.ibi.n.9.

Pactum de non redimendo reditum intra certum tempus vitiat cõtractum ibi.num.14.

Pactum quod non liceat redimere poſt certum tempus, an vitiet reditum. ibidem.

Pactum quod creditor tempore redemptionis lueretur fructus integri anni inchoati,vel ſequentis,an vitiet contractum.ibi.n. 15.

Pactum quod ſi reditus non redimatur intra aliquod tempus, maneat perpetuus venditus, & irredimibilis iuſto pretio,an valeat. ibid. n.18.

Pactum de redimendo reditum maiori, quam accepto pretio,an vitiet. ibidē. num.20.

Pactum contra ſubſtantiã actus,an vitiet an vitietur.ibi.n.22.

Pacta plura vitiant,quæ ſingula non vitiarent,in quo iudicis arbitrium verſatur.ibi.n. 23.

Pacta plura referuntur,quæ ſola de perſe vitiant contractum reditus. ibidem. num.24.

Pacta ſexdecim,quæ adiecta reditui vitiantur,& non vitiant.ibi.numer.26. & ſequen.

Pactum quod ex ſorte reditus debeant prius redimi priores hypothecæ, an, & quatenus valeat, & an ſuſpendat curſum reditus.ibid.n.27.

Et quid ſi debitor rogat creditorẽ reditus citra pactũ arctatiuũ,vt ſortem retineat ſoluendam tali,aut tali creditori,an ſuſpendatur curſus reditus ante veram ſolutionem.ibi.n. 28.

Pactum de non petenda reductione reditus fructuarij ad pecuniam, an valeat.ibid.n.29.

Pactum de vendendo rem reditui ſuppoſitam potius creditori, quam alteri vitiari.ibid.

Pactum quod liceat creditori rem hypothecatam cenſui, venditam retrahere,an valeat.ibi.

Pactum commiſsi an valeat,ibid.

Pacta quinque ex quibus reditus fit le

uior

uior ex parte creditoris ibi.n.30.
Pactum contra substantialia reditus, an valeat si reditus fuit emptus maiori pretio quam ad rationem quatuordecimæ.ibid.n.31.
Pactum quod reditus non possit pro parte redimi,an valeat.ibid.n.34.
Pactum quod si cessatum sit in solutione reditus aliquibus annis res hypothecata cedat in solutum creditori an valeat.lib.2.q.2.nu.1.& 72.& seq.
Pactum legis commissoriæ inter debitorem,& fideiussorem vel extraneum an valeat.ibid.n.3.& 6.& 27.
Pactum legis commissoriæ inter debitorem, & creditorem an,& quando valeat.ibid.n.4.& seq.
Pactum de vendendo iusto pretio,an sit venditio.ibid.n.12.
Pactum de vendēdo pro debito ita prohiberi sicut directum pactum legiscōmissoriæ.ibid.n.14.
Pactum vt res creditori mutuanti sit empta iusto pretio,an valeat.ibidem.numero.15.& 17.
Pactum vendendi rem iusto pretio continet lucrum considerabile,& rei æstimationem minuit.ibid.n.16.
Pactum quod non soluto mutuo in termino domus debitoris sit empta iusto pretio, an sit vsuratium.ibid.n.18. & seqq.
Pactum legiscommissoriæ ex interuallo factum reprobatur.ibidem.num.22. & num.23.
Pactum legis commissoriæ quid sit,ibid. num.24.
Pactum legis commissoriæ reprobatum iure.C.ibid.n.25.
Et quare prohibetur huiusmodi pactum.num.26.
Pactum vt debito non soluto pignus sit emptum iusto pretio,an valeat. ibid. num.28.& 38.
Pactum de vendendo pro debito,an valeat.ibid.
Pactum legis commissoriæ super re obligata generaliter pro debito,an valeat ibid.n.29.
Pactum legis commissoriæ super re non obligata pro debito, an valeat.ibidē. num.30.
Pactum simile legi commissoriæ prohibitum.ibid.n.31.
Pactum legis commissoriæ etiam reprobatur in alio debito citra mutuum. ibid.n.32.
Pactum legis commissoriæ ciuili iure etiam intra metas legalis vsuræ reprobatur.ibid.n.33.
Pactum legis commissoriæ non confirmari iuramento.ibid.n.34.
Pactum legis commissoriæ iuratum an faciat videri rem venditam iusto prētio. ibid.n.35.
Pactum legis commissoriæ de præsenti non suspensum in futurum an valeat ibid.n.36.
Pactum quod pignus de præsenti cedat pro debito non est pactum legis commissoriæ,sed datio in solutum. ibidē. num.38.
Pactum legis commissoriæ damnosum creditori,& lucrosum debitori, an valeat.ibid.n.39.
Pactum legis commissoriæ, quod nō fit ad redimendam dilationem, sed est pars legitimæ cōuentionis,an valeat ibid.n.40.& seqq.
Pactum venditoris cum emptore ex interuallo quod pretio nō soluto in termino,sit sibi empta domus pro pretio debito,an valeat.ibid.n.42.
Pactum legis commissoriæ ex interuallo à diectū ab emptore,& a venditore differunt.ibi.n.43.& 44.
Pactum legis commissoriæ in promissione dotis,an valeat.ibidem.nume.45. & seqq.
Pactum legis commissoriæ non prohiberi,nisi respectu creditoris, qui pecuniam numerauit indigenti.ibidem. num.47.
Et quando prohibitio extēdi debeat ad

INDEX.

ad debita alias quam ex mutuo. ibid. num.48.

Pactum quod domus data in dotem sit redimibilis intra terminum, multum differt ab eo quo promittitur pecunia,& si non soluatur in termino domus cedat iuri commissi pro pecunia ibid.n.50.

Pactum.l.commissoriæ in mutuo a principio positum odiosius est, quam ex post facto.ibid. n.61.

Et quid in alijs contractibus. ibidem. num.62.

Pactum redimendi quandocunque an præscribatur triginta annis.lib.1.q.19 num.14.

PATER qui passus est filium fructus aduentitiorum percipere, an videatur eos remittere.lib.3.q.7.n.66.

PAENA promissa a debitore reditus si non soluerit in termino,an debeatur. lib.2.q.14.n.2.

Pœnarum vsuræ,nec vsurarum pœnæ peti non possunt.ibid.n. 3.

Pœna dationi quantitatis apposita non valet.ibid.n.4.

Pœnam adijci posse in reditibus etiã pecuniarijs.ibid.n.6.n.7.& 10.

Pœna vsurarum non dicitur,sed legitima vsura,quæ modum legitimum nõ excedit.ibid.n.8.

Pœnam intra legitimum modum dationi quantitatis adiectam valere ciuili iure.ibid.n. 9.

Pœna adiecta quantitati an,& quando exigi possit ibidem.

Pœna successiua & multiplicata respectu eiusdem prestationis in reditibus adijci non potest.ibid.n.11.

Pœna cum pensione in reditibus nõ potest excedere rationem quatuordecimæ.ibid.n.12.

Et quid si reditus sit emptus ad rationem vnius in viginti.ibid.

Pœna si excedit rationem quatuordecimæ an reditus sit nullus,an moderandus.ibid.n.13.& 14.

Pœnam nemo incurrit pro eo tempore pro quo obtemperauit.lib.1.quæst.14 num.8.

Pœnæ commissio siue ex sententia, siue ex contractu impeditur oblatione reali.lib.2.q.15.n.28.

Pœnæ a iure canonico constitutæ contra vsurarios.lib.3.q.4.n.5.

Pœnam vsurarijs ciuili iure non fuisse constitutam nisi duobus casibus.ibid. num.115.

Pœna iure Regio vsurarijs constituta.ibi. num.116.

Pœna mutuo adiecta an præsumatur in fraudem vsurarum.lib.3.q. 5.n.4.

Et quid si adijciatur facto seu dationi speciei.ibid.n.5.

Et quid si adijciatur in promissione quantitatis.ibid.n.6.

Pœna adiecta in promissione quantitatis a solito fœnerati,an præsumatur in fraudem vsurarum lib.3.q.5.n.7.

Et quid si adijciatur per dinumerationem mensium vel annorum.ibidem. num.8.

Pœna conuentionalis quatenus mandetur executioni. ibid.n. 10.

Pœna adiecta contractui, an & quando liceat moram purgare.ibi.n.11.

Pœna omnis dationi quantitatis apposita præsumitur in fraudem vsurarum.lib. 3.q.5.n.44.

Pœna de se proprie non est vsura. lib.3.q. 8.num.1.

Pœna succedit loco interesse casualis.ibidem.num.2.

Pœna successiua ad boni viri arbitrium reducenda ibid.n. 3.

Pœna in fraudem vsurarum adiecta quatenus valebat de iure ciuili. ibid.n.4

Pœna priuationis non inducitur, nisi in casibus a iure expressis.libro.2. q. 22 num.15.

PARTVS ancillarum, an sint in fructu.lib.1.q.2.n.3.

Partus ancillarum an sint reditus.ibi. & num.seq.

Partus

INDEX

Partus ancillarum an veniant in fideicō missi vniuersalis restitutione. ibi n.6.

Partus ancillarum dotalium an cōmunicari debeant inter virum & vxorē. num.7.

Partus ancillarum quate non sint in fructu. ibid. n.8.

Partus ancillarum ad fructuarium non pertinere. ibid. n.9.

Partus ancillarum an sint obuentiones ibidem.

PECVNIA vel argentum si commoderetur ad apparatum vt aliquid propterea pendatur commodanti, an sit licitus contractus. lib.2.q.3.n.65.

Pecunia a marito, & vxore recepta, an præsumatur in vtilitatem vxoris conuersa, si ipsa velint partem acquæstus. lib.2.q.5.n.20.

Pecunia quando dicatur versa in rem minoris. lib.1.q.14.n.31.

PENSIO, an inuito creditore possit pro parte solui. lib.1.quæst.18.nu.39.

Pensionibus tot solutis vt sortem æquauerint, an liberatus sit debitor reditus nulli. lib.1.q.9.n.17.

Et quid si nullæ sint solutæ tot annis quos eorum pensiones sortem æquassent an creditor possit sortem exigere reditu nullo. ibi n.18.

Et quid si reditus sint constituti ad rationem decimæ an sint pensiones solutæ imputandæ in sortem. ibidem num.22.& 23.

Pensionem pro parte solutis an in parte non soluta præscribat vide in verbo præscriptio.

Pensionum ex reditu vsurario præceptarum condictionem an præscribatur. lib.1.q.17.n.78.

Pensiones solutæ hæredi fæneratoris a 30. annis an condici possint. ibi n.84

Pensiones decursæ tempore prædecessorum an exigi possint a tertio possessore. lib.2.q.9.n.51.

Pensionum debito reditus constitui nō potest. lib.1.q.13.n.32.

Pensionem fructibus rei venditæ congruentem stipulari licet, donec pretium soluitur. lib.2.q.14.n.35.

Et quid si fructus rei venditæ sint minores vsuris legitimis. ibidem n.36.

Pensiones reditus annui an veniant appellatione mobilium, aut immobilium lib.3.q.3.n.11.

Pensiones reditus doralis an sint in dote an in acquæstu cōputandæ. lib.1.q.3. num.14.& seqq.

Pensiones reditus dotalis eius anni quo soluetur matrimonium qualiter diuidantur inter coniuges. ibidem. numero 19.

Pensio reditus non exacta, an debeatur vsufructuario hæredibus. lib.3.quæst.6. num.5.

Pensiones an possit debitor inuito creditori soluere, vt in sortem imputentur reditu nullius constituto. lib.1.q.9. num.14.

Et an possit debitor inuitus ad hoc cogi. ibid. n.15.

Peritia ratione an censuarij ius pereat. lib.2.q.22.n.13.& seqq.

PIGNVS datum creditori reditus an possit retineri pro pensionibus. lib.2. q.11.n.17.

Pignora si accipiat creditor reditus pretiosa, & vendibilia vsque ad quantitatem sortis donec reditus redimatur, vitiatur reditus. ibid.n.40

Et quid si creditor accipiat pignora donec fideiussori b. caueatur. ibi. n.4.

Pignus vnum, aut fideiussorem pro alio non tenetur creditor accipere. lib.2. q.16.n.8.

Pignoris venditio, an, & qualiter fiat à creditore. lib.2.q.17.n.18.

Et quid si actum sit ne creditor pignus vendat. ibid.

Pignorum seu hypothecarum venditionis solemnitas seruanda. ibid.n.19.

Pignoris venditio quæ cuilibet iusto pretio ementi fieri potest, nō fit tuto fideiussori vel correo, aut cohæredi, quia

eo quo-

conquerente debitore resolutur in cessionem, & debitor ius offerendi habet.ibidem.n.22.
POSSESSIO,aut quasi possessio nulla acquiritur in incorporalibus quando lex resistit, lib.1.q.17.n.20.
Possessio cui ius resistit an prosit ad interdictum.ibid.n.21.
Possessorem tuendum esse lite pendẽte in possessione etiam iniusta,& cui ius resistit.ibid. n.22.
Possessorem,& detentatorem iniustum lite pendente defendendum nõ esse in possessione,aut detentatione quando notorie constat in iudicio de iniusta possessione,aut detentatione. ibi num.33.& seq.
Possessio prædonis non dicitur possessio sed iniusta occupatio.ibi.n.27.
Possessorio ordinario ad summariam,an valeat argumentum negatiue. ibidẽ num.28.
Possessio an sit coloranda agenti possessorio in beneficialibus.ibi.n.37.
Possessio rei spiritualis an sit temporalis ibid.n.60.
Possessionis,& proprietatis continentia non attenditur quando actor,& reus sunt diuersi fori.ibid.n.65.
Possessionis causa nullo tempore censetur immutata nisi iusta causa interuenerit.lib.1.q.19.n.3.
Possessionis causa in incorporalibus nõ mutatur etiam causa interueniente nisi sciente,& patiente debitore.ibi. num.4.
Possessio quadragenaria cum titulo & bona fide an tueatur dominos contra vassallos in exactionibus.lib.1. q.15. num.74.
POTENTIA propinqua actui habetur pro actu.lib.3.q.9.n.20.
PVPILLVS,an possit petere reliqua & continuare reditum per tutorem redemptũ eius pecunia a tutoris creditore.lib.3.q.10.n.26.
Pupillus quando possit rem acquisitam ex pecunia pupillari cum fructib⁹ au pecuniã cũ vsuris eligere.lib.3. q.10 num.6.
Et quid si tutor certam rẽ dolosè acquisierit ex pupillari pecunia.ibi.n.7.
Pupillarem pecuniã fœnerari non licet etiam pro pupilli alimentis.ibi.n. 10.
Pupillo soli si tutor non apparet denunciari potest in his quæ competunt iure actionis.lib.2.q.15.n.47.
Pupillares vsuræ an currant vltra duplũ quandiu tutela durat vel tutela non restituta.lib.3.q.10.n.44.
Pupillaris vsura an currat finita tutela ante rationem redditam.ibi.n.55.
Pupillares vsuræ finita tutela non cõuertuntur in sortem vsurariã,& fructiferam respectu tutoris,bene tamen respetu alterius noui debitoris.ibi.n.56
PRAGMATICA de præscriptione salarij aduocato seu procuratori debiti declaratur.lib.1.q.13.n.17.
PRÆSCRIPTIO an locũ habeat in materia vsuraria.lib.1.q.17.nu. 1. & seq.
Præscriptio legitima præiudicat veritati.ibid.n.9.
Præscriptio cessat cum lex cõtinuo prohibet & resistit.ibi.n.10.
Præscribi an possit condictio pẽsionum ex reditu nullo perceptarũ. ibi.n.79.
Præscriptione tolluntur vitia reditus præter vsuræ vitium.ibi.n.88.
Præscribitur a tertio bonæ fidei possessore res per fraudem vsurariam quæsita ibi.n.90.
Præscriptio longissimi temporis cum bona fide debitorem excludit a repetitione & condictione solutarum pensionum.ibi.n.91.
Præscribi an possit ius reditus cõstituti a non domino super alieno fundo pensionibus persolutis.ibi.n.92.& 94.
Præscriptioni prodest quãdoque titulus putatiuus possessio putatiua nũquam prodest.ibid.
Præscriptio longi temporis quamuis

locum non habeat contra debitorem reditus vsurarij: procedit tamen contra tertium creditorem eundem reditum suum prætendentem. ibi. n. 95.

Præscribi an possit fundus vsuraria fraude quæsitus a fœneratore, vel successore eius, ibid. n. 96.

Præscriptio pacti redimēdi vide in ver. redimendi.

Præscribi an possit pars reditus, si altera pars tantum fuit exacta lib. 1. q. 17. n. 105. adde Aurelium Corbulum de causis emphyteuticis de causa priuationis ob non solutum canonem ampliatione. 42. Franciscum Aretin. cons. 112. vbi dicit quod ad hanc præscriptionem requiritur bona fides debitoris, & quod creditor reditus credat sibi maiorem quantitatem non deberi.

Præscribere paciens censetur alienare, vel remittere lib. 2. q. 9. n. 10.

Præscriptio completa a principali debitore reditus pendente iuditio inter creditorem & tertium possessorem hypothecarum an ipsi tertio possessori prosit lib. 2. q. 9. n. 24.

Præscribere si creditor patiatur ab aliquib⁹ possessoribus hypothecarū reditus non ipsi imputatur. ibid. n. 41.

Præscriptio liberationis redit⁹ super fundo a tertio possessore quanto tempore causetur. lib. 2. q. 9. n. 63. & seqq.

Et quando incipiat eiusmodi præscriptio. ibid. n. 64.

Et quid si debitor reditus semper soluit pensiones an tertius possessor hypothecæ præscribat. ibid. n. 65.

Præscribi quanto tempore possit ius exequendi instrumentum reditus. ibid. num. 69.

Præscriptio iuris exequendi reditū quādo interrumpatur. ibid. n. 70.

Præscriptiones breuissimi temporis locū non habent vbi debitor bonam fidē agnoscit. lib. 1. q. 13. n. 16.

Præscriptionē breuissimi temporis obijciens an teneatur iurare de calumnia bona fide & veritate. ibid.

Præscriptione an & quādo reditus amittatur. lib. 1. q. 17. n. 101. & seq.

Præstatione causata in qualitate emphyteusis decēnali non obstante, reus absoluendus erit si probet de libero, & veteri dominio. lib. 1. q. 15. n. 23.

Præstatio simplex decēnalis nihil infert in futurum, sed præsumitur donatio, quæ in futurum nō obligat. ibid. n. 38.

Præstatio ex causa reditus simpliciter, nō expressa qualitate reditus, an obliget in futurum. ibid. n. 39.

Præstatio si probetur facta iure reditus perpetui ex tali fundo, an præsumetur reditus fundarius, an impositicius. ibi. num. 40.

Præstatione annua, & longęua, & causata, etiam pro soluente præsumitur. ibidem. n. 49.

Præstationibus factis a vassalis dominis locorum, an locum habeat. l. cum de in rem verso. ibid. n. 60. & seq.

Præstationes vassallorum sine iusta causa (quas impositiones vocant) an obligent vassalos. ibid. n. 62. & seq.

Et quid si fiant per tempus lōgissimū ibid. n. 63. & seq.

Et quid si fiant immemoriali tempore. ibid. n. 67.

Præstatio longissimi temporis non sufficit cum iuris præsumptio resistit. ibi. num. 66.

Præstatio reditus annua non expressa causa, non inducit obligationem in futurum. lib. 1. q. 15. n. 2.

Præstatio informis quæ dicatur. ibi. n. 3.

Præstatio temporis immemorialis si probatur non requiritur causæ expressio ibid. n. 4.

Præstatio causata per decēnium obligat in futurum. ibid. n. 5.

Præstatione diuturna reditus non inducitur titulus vere, sed præsumptioque veritati cedit. ibid. n. 6.

Et quod quælibet legitima probatio admitta

admittatur contra præsumptionem ex præstatione prouenientem. ibid.
Præstatio si sit causata tanquam de reditu perpetuo,& continuata per longissimum tempus,an admittatur probatio erroris,vel preteritivitij.ibi.n.7
Præstatione immemoriali insurgit præsumptio iuris & de iure,& nõ admittit probationem in cõtrariũ.ibid.n.8.
Corruet tamen immemorialis si constet de titulo vitioso.
Præstatione vnica causata recipiens cõstituitur in quasi possessione reditus, lib.1.q.15.n.21. ibi.
In petitorio tamen requiruntur longi temporis præstationes certæ,&causatæ.ibid.
Et si de conditione, vel statu personæ agatur longissimũ tempus requiritur.ibid.n.22.
Præsumitur iusta reditus origo quando aliud non apparet.lib.1.q.17.n.89.
Et qualis origo præsumatur,& quantũ tempus requiratur ad eam præsumptionem.ibid.
Præsumitur potius fraus,& dolus, quam simulatio.ibid.n.97.
Præsumitur male de malo homine, & malo verbo.lib.2.q.3.n.60.
Præsumendum in dubio de maiori,& leuiori reditu.lib.1.q.15.n.36.
Pretium reditus requiritur in pecunia numerata.lib.1.q.6.n.43.
Pretij modicitas,etiã minor dimidia bene consideratur cum alijs coniecturis ad præsumptionem doli vel vsuræ.li.2.q.3.n.23.
Pretium numeratum non prodest,si probatur reditus minoris venditus.lib.1.q.17.n.14.& seq.
Pretij tantum modicitas an reddat contractum vsurarium.lib.1.q.7.n.4.& 6. & seq.
Pretia rerum æstimanda secundum tempus contractus.ibid.n.25.
Pretij modicitas an faciat reditum vsurarium.lib.1.q.7.n.1.
Pretium reditus redimibilis.lib.1.q.6.n.1.& seqq.
Pretium rei iustum quod lege taxatur. ibid.n.2.
Pretium reditus perpetui iure æstimari quantum pensionum. 25. annorum cumulus ascendit.ibi.n.11.
Pretium fundi æstimari quantum ascendit cumulus fructuum eius in 30. annis.ibid.n.12.
Idque ex causa minui quandoq, ibi. num.13.
Pretij iustitia tam reditus quam fundi probabilem recipit latitudinẽ,diuersi mode tamen, ibi.n.15.
Pretium reditus fructuarij in pane, aue vino,aut alijs fructibus soluendi.ibid. num.16.
Pretium reditus non posse melius æstimari quã collatione fundi similem reditũ in fructibus afferentis.ibid.n.19.
Pretium rei minui propter liberam redimendi facultatẽ,& quantum minuatur.ibid.n.21.
Pretium fundorum non determinatur communi iure.ibi.n.25.
Pretium reditus perpetui taxatum.ibid. num.31.& seq.
Pretium reditus potest esse maius, non minus quam sit taxatum.ibidẽ.n.14 & 34.
Pretium reditus minoris æstimandũ vbi rariora sunt commercia.ibi.n.42.
Pretium reditus perpetuo alienandum esse.lib.1.q.4.n.5.
Pretium reditus lege Hispanorum determinatum. ibid.n.17.
Pretium reditus vitalitij lege Regia taxatum, lib.1.q.5.n.10.
Pretium reditus vitalitij fore subtriplum ad pretium perpetui reditus.ibidem. num.13.
Et sub duplũ ad pretiũ redimibilis.ibi & ob incertitudinẽ diminutum. ibi. num.14.
Pretium iustum est quod taxatur a superiore.lib.2.q.3.n.42.

INDEX.

Pretij iustitia ad mercedem assumenda secundum tempus contractus. lib. 1. q. 12. num. 7.

Preti rei venditæ & non soluti vsuræ debentur. lib. 1. q. 13. n. 1.

Pretium reditus si soluitur in massa argẽti, aut alia specie æstimata an valeat reditus. lib. 1. q. 13. n. 3.

Pretia rerum non consistere in indiuisibili sed in mediocritate habente latitudinem per gradus. lib. 1 q. 13. n. 13.

Pretium reditus empti sine decreto si ob cioſum feruetur a minore, nec de rigore, nec de equitate reditus defendi potest lib. 1 q. 14. n. 32.

Pretij vsuræ an pro parte exigi possint tradita parte rei venditæ. libro. 3. q. 7. num. 105.

PRIVILEGIA concessa posterioribus creditoribus intelligũtur quoad sortem non quoad vsuram. lib. 2. quæstione. 20.

PROBANDI onus quod sors reditus in vtilitatem minoris ecclesiæ aut rei publicæ conuersa sit, cui incumbat. lib. 1. q. 14. n. 34. & seqq.

Probatio in rẽ minoris versum esse quo modo fiat. lib. 1. q. 14. n. 55. & 57.

Probatio vsuræ & animi fænerandi qualiter fiat. lib. 3. q. 4. n. 121.

Probatio lucri cessantis qualiter fiat lib. 3. q. 5. n. 24. & seq.

PROCVRATOR simpliciter contrahens an videatur nomine proprio contraxisse. lib. 3. q. 11. n. 80.

Procurator specialiter constitutus ad rẽ aliquam emẽdam, simpliciter emẽs, an videatur proprio nomine contraxisse. ibid. n. 81.

Et an eo casu præsumatur res empta mandantis pecunia. ibi. n. 82.

Procuratori tradita res empta speciali mandato, an fiat mandantis. ibid. numero 83.

Procurator si propria pecunia, & mandato Titij fundum emit, & possedit, an possit Titius fructus in sortem imputare, & sic habere fundum sine solutione pretij. lib. 3. q. 11. n. 74. & 75. & 76.

Et quid si procurator non interpellauerit dominum de pretio, nec eum in mora constituerit, an possit pretij vsuras petere. ibid. n. 76.

Et an possit eo casu à se ipso fructus vice vsurarum exigere. ibid. n. 76.

Procurator qui mandato domini & ex propria pecunia rem emit potest retentionis iure vsuras pretij reputare. ibi. num. 78.

Et an vsuræ pretij a procuratore impẽsi possint fructuum rei emptæ quantitatem excedere. ibid.

Procurator si nomine proprio, vel simpliciter emat, & accipiat rei emptæ fructus suos facit. ibid. n. 79.

PROMISSIONE vendendi interueniente, & re tradita emptor pro rata pretij soluti facit fructus suos. lib. 3. q. 7. n. 110. & seqq.

PROTOCOLLORVM reditus an sit quod ex eorum exemplatione percipitur. libro. 1. quæstione. 1. numero. 3.

Q.

QVÆSTIO vsuraria ad Theologos, an ad Iurisperitos pertineat. lib. 3. q. 4. n. 64.

Quæstionem facti in causa vsuraria ad sæcularem, quęstionem iuris ad ecclesiasticum iudicem pertinere. ibidem. num. 122.

Quæstione iuris super vsuris proposita coram sæculari iudice, an supersedendum sit in lite donec ecclesasticus definierit. ibidem. n. 123. & seqq. & num. 132.

Quæstio an contractus sit vsurarius an decidi possit ex legibus ciuilibus. ibi. num. 136.

QVÆSTVS fæneratorius omnium maxime execrabilis. lib. 3 q. 1. n. 4.

INDEX

QVATVORDECIMA in reditibus gerit typum asis vsurarij sicut centesima in vsuris. lib. 1. q. 2. n. 14.

Et ideo non licet vltra quatuordecimam stipulari in reditibus. lib. 1. q. 6. num. 37. & 48.

Quod limitatur nisi reditus sit emptus minoris quam ad rationem quatuordecimæ. ibid. n. 38.

Quatuordecima nõ ex cõmodo sed ex incommodo debitoris æstimãda est, ibid. n. 39.

Nec attenditur incommodum debitoris reditus extrinsecus, & non ex facto emptoris proueniens. ibid. n. 40.

Quatuordecima an transgredi liceat si reditus sit leuior ex parte creditoris lib. 2. q. 1. n. 32.

Quatuordecimæ onus non aliud subit vendens reditum lib. 2. quæstione. 4. num. 10.

Quatuordecimam quod excedit est vsurarium, saltim interpretatiue in reditibus sicut in mutuo quod accedit forti. lib. 2. q. 11. n. 27.

Quatuordecima in reditu redimibili est agmi, & summum ipsius incremẽtũ apud Hispanos, lib. 1. c. 12. n. 8.

Quatuordecimam excedi non potest debitoris iuramento, nec præscriptione, aut re iudicata, ibi n. 21.

Quatuordecimam excedere non licet, etiam ob fortuitum, & inopinatum fructuum valorem. ibid. n. 25.

Quatuordecimam (quę est summus quęstus reditualis) & quoduis aliud prætensum interesse stipulari non potest creditor, lib. 1. q. 13. n. 24.

Quatuordecimam currere impossibile nisi forte perpetuo alienata. lib. 2. q. 14. n. 22. & 23.

Quatuordecimam excedere non licet nec reditibus etiam ob maius interesse creditoris. ibid. n. 38.

Quatuordecima seu duodecima qualiter proportionentur bessilegali, lib. 3 q. 2. num. 14.

R.

RATIO non clauditur loco. lib. 1. q. 7. num. 16.

RECEPTOR pecuniæ Regis Reip. vel domini, an teneatur lucrum ex pecunia deposita perceptum domino restituere. lib. 3. q. 11. n. 88.

RECOGNOSCENS suũ prædiũ in emphyteusim a creditore nõ amittit eius dominium, aut possessionem. lib. 1. q. 12. n. 35.

Recognoscere reditũ an cõpellantur hypothecarũ possessiones. li. 2. q. 9. n. 56.

Recognitio reditus perpetui erronea, quia reditus erat redimibilis, an præiudicet errore detecto, lib. 1. q. 19. n. 8.

Recognitio verus titulus nõ est. ibi. n. 9.

Recognitio in emphyteusim rei propriæ abegente pro pecunia facta, an, & quando censeatur in fraudem vsurarum. lib. 2. q. 3. n. 37. & seqq.

Recognitio reditus an probet reditum esse creditoris lib. 2. q. 9. n. 56.

Recognitio facta quid operetur & an fieri debeat subguarentigia. lib. 2. q. 9. num. 56.

Recognitio simplex emphyteusis quid operetur lib. 1, q. 15. n. 18.

Recognitio formalis alicuius iuris successiui quomodo differat a simplici vnius termini solutione pro vna vice. ibid. num. 24.

Recognitio principalis reditus quam fidem faciat. ibidem. n. 26.

REDEMPTIO reditus semper fieri potest etiam si ita cautum non sit si pretium non ascendit ad rationem vnius in viginti. lib. 1. q. 6. n. 46.

Redemptio reditus an fieri possit non vocatis alijs creditoribus, quib' nomẽ reditus est hypothecatum, & an dicatur in eorum fraudẽ facta. li. 1. q. 17. num. 53.

Redemptio reditus a quibus personis fieri possit, & quibus sit facienda oblatio lib. 2. q. 15. n. 78. & seqq.

Redemptio

INDEX.

Redemptio reditus an posit fieri ab vsu fructuario omnium bonorum creditoris.ibid.n.84.

Redemptio reditus ab vsu fructuario particulari eiusdem reditus an fieri possit.ibid.n.86.

Redemptio reditus an fieri posit ab hærede grauato de restituendo reditu. ibid.n.87.

Redemptio reditus dotalis an recte fiat à marito.ibid.n.88.

Redemptio reditus an recte fiat a maioratus possessore.ibi.n.89.

Et an fiat a prælato,administratore ciuitatis,aut orphanotrophij.ibi.n.90.

Et an fiat redeptio ab executore testamẽti,& curatore hæreditatis.ibi.n.91

Redemptio reditus an fieri posit datis bonis æstimatis inuito creditori.lib.1. q.18.n.42.&n. 50.

Redemptio reditus coram quo iudice facienda sit.ibid.n.54.

Redemptio reditus an posit pro parte fieri.ibidem.n.55.

Redemptio reditus quibus numis facienda sit.lib.2.q.15.n.92.

Redemptio reditus an posit fieri per extraneum.lib.2.q.16.n.12.&seqq.

Redemptioni reditus inest remenditio ibid.n.15.

Redeptio annui reditus non est proprie solutio debiti,sed merę facultatis restitutio,quæ non potest fieri nec offeri pro parte.lib.2.q.18.n.12.

Redimendi facultas iusto pretio non reddit contractum pignoratitium, nec simplex pactum de vendendo etiam cum antichresi,& lucro fructuum pro rata pretij numerati.lib.3.q.7.n.114.

Redimendi facultas quatum minuat de iusto rei pretio.lib.1.q.6.n.21.

Redimendi facultas in reditibus necessario requiritur,nec pacto, aut præscriptione tolli potest.ibid.n.44.

Quod limitatur si pretium ascendat ad rationem quincuncis vsuræ. ibid. num.45.

Redimendi reditus facultas præscriptione non tollitur.lib.1.q.17.n.76.

Redimendi facultas est de substantia reditus ad rationem 14.constituti.ibid.

Redimendi ius non solum in agendo, sed etiam in excipiendo consistit.ibi. num.77.

Redimendi facultas seu pactum quanto tempore præscribatur.ibi.n.98.

Et quid si pactum est de redimendo toties quoties in infinitum.ibid.n.99. & 100.

Redimendi facultas cum necessaria nó est ad iustitiam contractus,an tollatur præscriptione.lib.1.q.19.nume.1. & seqq.

Et quid si non fuit adiecta contractui sed ex interuallo,aut ex legato. an tẽpore tolli posit.ibi.n.12.

Et quid si per errorem pactione coarctetur an condici possit pactum erroneum.ibid.n.13.

Redimendi facultas an posit conferri in voluntatem creditoris.lib.1. q.18. num.34.

Et an valeat pactum quod si reditus non redimatur intra certum tempus sit irredimibilis.ibid.

Redimendi quandocunque facultas extra materiam reditũ an triginta annis præscribatur.lib.1.q.19.n.14.

Redimere reditum pro parte an possint plures debitoris hæredes. lib.1.q.18. num.36.

Et quid si debitor fideiussori reditum intra certum tempus redimere promisisset.ibid.n.37.

Redimere reditum pro parte citra pactum in contractu adiectum non licet.ibid.n.38.

Redimendi facultas collata in voluntatem creditoris vitiat reditum.lib.2.q. 1.num.3.

Limitatur tamen si dicitur quod reditus percepti imputentur in sortem volente creditore a contractu discedere.ibid.

INDEX.

Redimendi facultas tũc coarctari potest cum pretium reditus perpetui à creditore soluitur.lib.2.q.1.n.16.

Redimẽdi facultas restricta à principio an vitiet contractum.ibid.n.19.

Redimens reditum tenetur emptorem ab omni onere indemnem seruare. lib.2.q.4.n.15.& 16.

Redimens reditum an teneatur soluere impensas instrumenti reditualis. ibi. num.18.

Redimere reditum, & cessionem petere,an possit tertius fundi hypothecati possessor.lib.1. quæstione. 12. numero.30.

Redimere reditum obligari possunt plures in solidum venditores inter se. lib.2.q.13.n.27.

Redimere non tenetur debitor etiam si hoc promiserit fideiussori, si contractus sit nullus. ibid.n.29.

Redimere quando compellatur debitor reditus.lib.2.q.15.nu.51.& lib.2.q.1. num.6.

Redimi an possit reditus debitus minori à tutore.ibid.nu.82.

Et quid si pretium reditus redempti culpa minoris pericrit.ibi. n.83.

Redimendi ius non solum in excipiendo,sed etiam in agendo consistit, & transit in singularem fundi hypothecati possessorem.lib.2.q.16.n.17.

Redimendi ius esse in bonis debitoris reditus ibid.n.25.

REDITVS constitutus ex eo quod tradito fundum in reditum quem tenetur accipiens redimere pro certo pretio infra certum terminum an valeat.lib.2.q.14.n.28.

Reditus promissus pro pecunia debita ex traditione fundi vẽditi si excedat fructuum fundi quantitatem, an valeat.ibid.n.29.& seq.

Et quid si prædicto casu actum sit, q emptor totius pretij debitor reditum redimibilem constituat,& eius quatuordecimã soluat, an valeat reditus si fructuũ quãtitatẽ excedat.ibi.n.80.

Reditus redimibilis debitor,si vendat rẽ suam,& paciscatur cũ emptore vt pro eo soluat reditum dum differt residui pretij rei vẽditæ solutionem,& intra certum terminum teneatur residuũ pretij soluere,vel reditum a venditore debitum redimere,an valeat contractus.ibi.n.31.& 32.

Reditus ab antiquo contractus sub redimendi pacto acceptis prædibus euictionis,& reditus nouæ creatus sub eo dẽ pacto nõ differũt.lib.2.q.16.n.32.

Reditus annui quare quoad compensationem magis accedant pœnæ, quam vsuræ.lib.2.q.18.n.13.

Reditus annui vsurarũ succedanei sunt, & ad vltimam negotiationis speciem pertinent.lib.3.q.1.n.13.

Reditus annui alia fraude non admixta non sunt proprie vsura vera,nec interpretatiua.ibid.n.16.

Reditus annui luibiles in quibus conueniant cum vera vsura.ibi.n.17.& 18. Et in quibus differant ab vsura. numero.19.

Reditus annui perpetui pertinent ad speciem contractuũ commutatiuorum rerum non ad materiam vsurariam. ibid.num.20.

Et quid si reditus ematur ad rationẽ quincuncis vsuræ cum pacto redimẽdi.ibid.n.21.& 22.

Reditus perpetui in quo differant a triẽtali vsura.ibid.n.23.& 24.

Reditus annui,& legales vsuræ conueniunt in materia.lib.3.q.2.n.1. Et in eadem materia differunt a pœnis.ibidem.

Reditus annui,& legales vsuræ qualiter in fine conueniant.ibid.n.2.

Reditus annui an spectent ad negotiationem successiuam quæstuariã vsus pecuniæ,sicut legales vsuræ.ibid.n.3.

Reditus annui limites habent excessus, non defectus sicut vsuræ.ibid.n.4.

Reditus luibilis creditor certus non est de

INDEX

de lucro sicut creditor vsurarius non erat certus de lucro ciuili iure ibi n. 5
Reditus annui, & legalis vsura qualitèr in forma differant. ibid. n. 7.
Reditus annui duplum excedunt, vsuræ autem legales non item. ibid. n. 8.
Reditus annui & vsura quoad repetitionem sortis differunt. ibi. n. 9.
Reditus annui, & vsura differunt quo ad compensationem. ibid. n. 10.
Reditus menstrui esse possunt sicut vsuræ, & vsura annua esse poterat, sicut reditus. ibid. n. 11.
Reditus annui & vsuræ legalis summa differentia. ibid. n. 12. & 13.
Reditus annui leuiores, & commodiores sunt legalibus vsuris. ibid. n. 15.
Reditus annui merito rerenti & admissi ibid. n. 17.
Reditus annui non sunt veræ vsuræ, sed verarum vsurarũ medicinæ. ibi. n. 19.
Reditus annui non sunt fauorabiles, sed odiosi. ibid. n. 20.
Reditus annui vltra duplum, & in infinitum currunt. lib. 3. q. 3. n. 3.
Reditus annui an cogniti fuerint a legũ ciuilium conditoribus. ibid. n. 7.
Reditus annuos lege Iustiniani fuisse cõprobatos. ibid. n. 8. & n. 12.
Reditus vsurarius naturali iure prohibitus. lib. 3. q. 4. n. 1.
Reditus vsurarius iure gentium prohibitus. ibid. n. 3.
Reditus vsurarius iure diuino prohibitus ibid. n. 4.
Idem iure canonum. ibid. n. 5.
Idem iure Regio Hispanorum. ibidẽ. num. 6.
Idẽ apud Græcos, & Persas. ibid. n. 7.
Reditus vnde dictus. lib. 1. q. 1. n. 1.
Reditus, & fructus sunt synonyma. ibid. num. 2.
Reditus appellatione multa contineri. ibidem.
Reditus appellatio generalissima. ibidẽ. num. 12.
Reditus an sit quod ex prothocollorum exemplationibus percipitur. ibi. n. 13.
Reditus appellatio propriè, & stricte. ibidem. num. 14.
Reditus pecuniæ vsura dicitur. ibi. n. 15.
Reditus annui eo magis accedunt, vel recedunt fœneri quo maiore, vel minore constituuntur pretio. ibid. n. 17.
Reditus annui odiosi. ibi.
Reditus iustitia ex eo perpenditur an ad quam vsuræ rationem complicent. ibi.
Reditus non vsurarius multiplex. lib. 2. q. 2. num. 1.
Reditus vsurarius large. ibid. n. 2.
Reditus vsurarius largissime. ibidem. numero. 3.
Reditus vsurarius proprie & stricte. ibi. num. 4.
Reditus fœneratitius in solo mutuo, ibidem.
Reditus vsurarius formaliter. ibidem. numero. 5.
Reditus vsurarius minus propriè. ibidẽ. num. 6.
Reditus vsurarius legalis & improbus ibid. n. 8.
Reditus reseruatiuus & consignatiuus differunt multo contra Gome. ibid. num. 15.
Reditus reseruatiuus quid sit. ibidem. numero. 16.
Reditus consignatiuus quis. ibidem. numero. 17.
Reditus reseruatiuus si alius non interueniat contractus non potest esse vsura. ibidem. n. 18.
Reditus consignatiuus facile in vsuram prolabitur si suis limitibus non contineatur. ibid. n. 19.
Reditus variæ diffinitiones. lib. 1. q. 3. n. 1 & seqq.
Reditus an veniant mobilium, aut immobilium appellatione. ibid. num. 8. & seq.
Reditus annuus an locari possit. lib. 1 q. 3. num. 12.
Reditu in dotem dato an pensiones constante matrimonio perceptæ sint

INDEX.

In dote an in ac quæstu computãdæ. ibid.num.14.
Reditus vsurarij definitio. ibidem. numero.21.
Reditus emptio, & mutuum quomodo differant.lib.1.q.4.n.2.& seqq.
Reditus pretiũ perpetuo alienari oportet.ibid.n.5.
Reditus contractus alio cessante vitio nullam vsuram continet.ibid.n.16.
Reditus annui multum symbolizant.cũ sorte & pecunia numerata & hinc plurium errorum causa.ibi.n.18.
Reditus non est vsura,sed vera merx, & res empta.ibid.n.22.
Reditus computantur inter immobilia ibid.n.23.
Reditus emptio comprobata Pontificũ extrauagantibus & motu proprio.ibi. num.24.
Reditus emptio octo conditionibus cõ probata,ibi.n.25.
Et an omnes octoconditiones sint necessariæ ad reditus iustificationẽ. ibi.
Reditus an constitui possit sub obligatione personali absque bonorum hypotheca.ibid.n.27.& 29.& 34.
Et an possit reditus super hypothecis absque personali obligatione constitui a principio. ibid n. 35.
Reditus temporarij diuisio.li.1.q.5.n.1.
Reditus vitalitius quis.ibid.n.2.
Reditum vitalitium qui vsurarium censuerunt.n.3.
Reditus vitalitius potest in fraudem vsurarum emi. ibid.n.6.
Reditus vitalitius habet speciem aleæ. ibidem.
Reditus vitalitius quibus coniecturis præsumatur in fraudẽ vsurarum emptus. ibid.n.7.
Reditus vitalitius probabilem modum & causam habens non est reprobandus.ibid n.8.
Reditus vitalitij modus & causa probabilis.ibid.nu.9.
Reditus vitalitij pretium controuersum hodie lege Regia taxatum. ibi.n. 10. De quo vide alia in verbo pretium.
Reditus vitalitij forma iure Regio constituta,ibid.n.11.
Reditus ad duorum aut plurium vitas prohibitus.ibid.n.12.
Reditus ad certum tempus constitutus parum frequentatus apud Gallæcos. ibi.n.24.
Reditus certi temporis vt suspectus fugiendus est.ibid.n.25.
Reditus redimibilis pretium, vide verb. pretium.
Reditus legatum,vide verb.legatum.
Reditus perpetui pretium vide verbo pretium.
Reditus fructuarij pretium vide verbo pretium.
Reditꝰ redimibilis habitu perpetui sunt lib.1.q.6.n.18.
Reditus vsurarum succedanei.ibi. n.24.
Reditus donatus aut legatus qualiter æstimandus.ibid.n. 28.
Reditus redimibilis semisses vsuras excedunt sed septuncibus sunt leuiores ibid.n.35.
Reditus licite emuntur in vtroque foro si legum taxa non excedatur.ibi.n.43
Reditus redemptio vide verb.redẽptio.
Reditus odiosi eo magis quo minore pretio constituti lib.1.q.6.n.47.
Reditus emptus legis taxa an possit postea minoris vendi.ibi.n.51.
Reditu minoris empto quam lege Regia taxatum est an contractus sit vsurarius an moderandus.lib.1.q.7. n. 1. & seq.
Reditus minoris emptus qualiter sit moderandus.ibi.n.10.& 15.& seq.
Reditu minoris empto, an & quando emptor forte mulctetur.ibid.n.11.
Reditus vnius pro 10 emptus olim iustus habitus.ibid. n.13.
Postea receptum.vt non excederet rationem vnius in 12.ibi.n.14.
Reditus fructuarius magis suspectus & fraudibus obnoxius quã pecuniarius. ibid.

INDEX.

ibid.num.21. & libro.1.quæſt. 16. numero.15.

Reditus antiquus&exceſsiuusan ſit moderandus,ibi.n. 24.& 30. & ſequent.

Reditus annui odioſi,libr.1.q.7.nu. 27.

Redituum reſtrictio & moderatio fauorabilis,ibid.num.28.

Reditus noue & exceſsiue cõſtituti moderatio,ibid.n.32.&.33.

Reditus moderatio à quibus iudicibus fieri poſsit,ibid.nu.41. & ſeq.

Reditus iam conſtitutus an poſsit vendi infra rationẽ quatuor decimæ,lib. 1.quæſt.8.nu.1.& ſeqq.

Et quid ſi ſit reditus minus tuto collocatus,ibid num.4.

Et quid ſi ſit ligitioſus, ibid. numero.22.

Quid ſi venditor euictionem iuris & facti promittit,ibid.nume.23.

Reditu tuto collocato minoris vendito qualiter ſit contractus reformandus, ibid.num.25.

Reditu minoris vendito an poſsit emptor agere, vt pretium reddatur aut ſtetur contractui lib.1.q.9.n.1.

Reditus annullatur fauore debitoris & in pœnam creditoris, ibid. numero.6.

Reditus nullus propter exceſſum à quo tempore ſit reducendus, ibid.nu.10.

Reditu nullo propter exceſſum an amittatur ſors,ibid.nu.8.& ſeq.

Reditus exceſsiuus an ſit moderandus & qualiter,ibid.nu.19.

Reditu ad rationem decimæ conſtituto an ſint penſiones ſolute inſortem imputandæ,ibid.n.22.& 23.

Reditus exceſsiuus à minore emptus qualiter moderandus,lib.1.q.10.n.1. & ſeq.

Reditus ad rationem decimæ fuerũt in Hiſpania tollerati,lib.1.q.16.nu.11.

Reditus tanto maioris eſt æſtimationis, quanto magis redimendi libertas reſtringitur lib.2.q.1.nu.5.

Reditu fructuario in perpetuum vendito cum iure dominij directi minoris quam ad rationem decimę,vt ſæpius in Gallæcia contingit, an contractus vſurarius cenſendus ſit,lib.2.q.3.numero.40.

Reditu publico edicto vendito à principe ad rationem decimæ an valeat contractus,ibid.nu.41.

Reditus nõ currit niſi pro rata pretij realiter ad venditorem peruenti quando abinitio contractus ex pacto ſoluit aliquid pro emptore,lib. 2.quæſt. 4.num.6.

Reditu ſemel bona fide conſtituto liberatuseſt debitor à noua conſtitutione etiam ob cauſas futuras,lib.2.c.7.n.8.

Et an valeat pactum in contrarium, ibid.n.9.

Reditu conſtituto limitatim ſuper certo fundo multum operati clauſulam qua debitor promittit hypothecam idoneam,ibid.nu.10.

Reditus à principio an conſtitui poſsit ſine obligatione perſonali lib. 2.q.9. nu.52.

Reditus fructuarij eodem iure quo pecuniarij cenſendi ſunt,lib. 1. quæſt. 12. num.1.

Reditus fructuarij liciti,ibid.

Et an excedant rationem quatuor decimæ,ibid.

Reditus fructuarij maioribus fraudibus & exceſsibus obnoxij quam pecuniarij,ibid.nu.2.

Reditus fructuarij quare reducantur ad pecuniam,ibid.nu.4.

Reditus fructuarius recte emitur ad rationem quincuncis vſuræ,ibid.nu.3.

Reditus fructuarij perpetui venditio nõ prohibetur ſimpliciter iure regio, ibid.

Reditus fructuarius venditus maiori pretio quam ad rationem quatuordecimæ & minori quam ad rationem vigeſimæ non reducitur ad pecuniariũ niſi volente debitore,ibid.numer.6.

Et quid ſi debitor eligat ſolucre in

INDEX.

fructibus postea tamen ipsorum valor adeo creuerit, vt excedatur quatuordecima, an possit debitor soluendo quatuordecimam pretij in pecunia liberari, ibid.nu.7.& seq.

Reditus fructuarius si sit emptus iusto pretio & tempore solutionis fructuũ valor ita creuerit quod excedatur quatuordecima satis est debitori quatuordecimam pretij soluere, ibi.n.9.

Reditus fructuarij sumptus in vectura facti ad quem pertineãt, ibid.nu.10.

Reditus fructuarij valor si minuitur & quatuordecimam non attingãt fructus, an possit creditor supplementũ exigere, ibid.n.11.& 19.

Reditus fructuarij magis captiosi & restringendi quam pecuniarij, ibid.nu.12.& quare.nũ.14.ibid.

Reditus fructuarij iustitia postulat, quod debitor soluendo pecuniã ad rationẽ quatuordecimæ liberetur, ibid.n.15.

Reditus fructuarij. ll. Regiæ commendantur, ibid.n.16.

Reditus fructuarij debitor quando ob morã teneatur ad fructuũ æstimationem qualiter fiat ista æstimatio,& an possit quatuordecimam excedere, ibid. num.17.

Reditus fructuarij debitor si pro reliquis offerat quatuordecimam pretij euitabit experias executionis, ibid.nu.18.

Reditus fructuarij emptio minus vtilis quam reditus pecuniarij, ibid.nu.21.

Reditus fructuarij debitor an teneatur quanti plurimi à tempore moræ, ibid.nũ.26.& seq.

Reditus fructuarius ante annum. 1534. constitutus an reduci debeat ad pecuniam lib.1.q.12,n.31.

Reditus fructuarius si rationem decimæ non attingit non est necessaria reductio in quo notatur aduocatorum error, ibid.nu.32.

Reditus fructuarij reductio qualiter petenda sit, ibidem.

Et quid si non constet quo pretio reditus fuerit constitutus, ibid. num. 3.

Reditus fructuarius antiquus si vendatur nunc an sit reducendus ad pecuniam, ibid.n.34.

Reditus fructuarij Regia lex qualiter fraudetur in Regno Gallęcię, ibi.n.35

Reditus fructuarij reliqua, an & quando reduci debeant, ibid.num.36.

Reditus vitalitius in fructibus soluẽdus iure Regio vẽdi non potest, ibi.n.37.

Reditus constitutus pro summa debita mercatori ex mercium venditione, an valeat, lib.1.q.13.n.1.& seqq.

Reditus an valeat si pretium conuentũ in pecunia soluitur in massa argenti aut alia specie æstimata, ibid. n.3.

Reditus an constitui possit pro pecunia debita à venditore, ibid.

Reditus transactione constitui potest pro pecunia vere debita, & antea recepta, ibid.n.4.

Reditus valide constituitur si recipiens pecuniã promittat soluere pensionẽ quatuor decimæ super suis bonis vlquequo reditum redemerit, ibid.n.4.

Reditus non constituitur nõ habita mẽtione pretij in pecunia, & pro specie æstimata vel non æstimata, ibid.n.5.

Reditus incontinenti post mercium vẽditionem constitutus pro earum pretio non valet, ibid.n.6.

Reditus ex modico interuallo promercium pretio mercatori cõstitutus nõ tenet lib.1.q.13.n.8.

Reditus promercium pretio ex magno interuallo an teneat, ibid.n.9.

Et quid si merces rõe dillatæ solutionis caro & excessiuo pretio vẽnierũt, ibi.

Et quid si mercator non mercatori magnam mercium quantitatem vendat ita quod appareat emptorem nõ emere ad suum vsum an teneat reditus pro earũ pretio cõstitutus ibi n.10

Reditus an valeat si merces iusto pretio vẽdãtur pluribus vicibus& habito calculo pro summa restanti reditus constituitur, ibid.n.11.

INDEX.

Et quid si pluribus vicibus traditæ sint merces,& vltimæ tradantur tempore reditus constituti,ibid.num.14.

Reditus pro mercium pretio constitutus si merces particulatim venditæ sint nõ tamen distantibus interuallis an teneat, ibidem.num.18.

Reditus constitutus pro pretio suppellectilis æstimatæ,& egenti pecunijs traditæ an valeat,ibidem.num. 19,& seq.

Reditus essentia consistit in hypothecis, lib.2.quæst.21.num.3. contra tamen num.16.

Reditus non potest currere nisi pro rata sortis quæ remanet & à tempore quo libere remanet debitori,li.1.q.13.n.22

Reditus excessiuus etiam vltra rationẽ decimæ quando non cassetur sed reducatur,ibid.num.29.

Reditus centum non recte constituitur pro mille etiam cum pacto quod non currat reditus nisi post quadriẽnium, ibidem.num.31.& seq.

Reditus an valeat si emptor cessit in parem pretij nomẽ debitoris litigiosum aut difficilis exactionis, ibidem num. 35.& 37.

Et quid si creditor caueat debonitate nominis cessi,ibidem.num. 36.

Et quid si creditor putabat nomẽ bonum & fuit in bona fide,ibid.num.38

Et quid si venditor reditus erat fideiussor cessi debitoris,ibidem num. 39.

Reditus per collonum constitutus quando infringi possit, ibidem num.47.

Reditus constitutus pro pecunia debita ex mutuo depositõ,vel alias non soluta int ermino an valeat,li.2.q.14.n.24.

Reditus alienari non potest sine solemnitate quæ in alienatione immobiliũ desideratur,lib.1.q.14.num.2.

Reditus pecunia emptus inter immobilia computatur,ibidem num. 5.

Reditum constituere non potest qui non potest alienare,ibid.num.9. amplia etiam si minor vendat reditum leuiori vsura,ibidem num.11.

Amplia etiam si minor veniam ætatis impetrauerit,vel alias sit industrius, ibidem num. 12.

Reditus redimibilis ad rationem quatuordecimę cõstitutus super bonis maioratus aut alienari prohibitis cum assensu Regio aut solemnitate debita an possit sine eodẽ assensu,vel solemnitate ad rationem vigesimæ constitui,lib.2.q.16.nu.53.& seq.

Reditus an, & quanto tempore deberi probetur,lib.1.q.15.nu.1.

Reditus in dubio præsumitur leuior, & minor,ibidem num.36.

Reditus fisci ecclesiæ debitus an in dubio leuior,& minor præsumatur,ib.n. 37.

Et quid in votis Beati Iacobi, ibidem.

Reditus de quo constat an præsumatur pecunia constitutus,ibid.num. 41.

Reditus constitutus creditori qui suę rei dominium transtulit ob reditum præsumitur perpetuus,ibid.num.43.

Reditus pecunia constitutus præsumitur si apparet aliqua pretij mentio,lib. 1.q.15.num.44.

Reditus qui apparet pecunia cõstitutus an præsumatur redimibilis an perpetuus,ibid.num.45.

Reditus decuius origine non apparet & nescitur an perpetuus an redimibilis sit qualis præsumendus erit.ibi.nu.46.

Reditus cuius pretium est reditus redimibilis talis iudicabitur etiã si contrahentes dixerint fore perpetuũ,ib.n.47

Reditus qui apparet pecunia constitutus & non constat quanto pretio, an sit iudicandus perpetuus an redimibilis, ibid.num.48.

Reditum currere & deberi impossibile est si debitor cogi potest sortem restituere,lib.2.q.13.num.4.

Reditus constitutus sub conditione si nõ soluetur quantitas promissa pro dote intermino ex nunc pro vt ex tunc an debeatur a tempore contractus nõ soluta dote,lib.2.quæst.14.numer.19. & 21.

INDEX.

Reditus reseruatiuus quis sit lib. 2, q. 22. num. 1.

Reditus reseruatiuus an sit quando concedo tibi rem in emphytheusim & quid quid iuris habeo in ea, ibidem num. 2.

Reditu reseruatiuo plenum dominium ciuilis & naturalis possessio transferũtur & solum ius pensionis reseruatur, ibidem. num. 5.

Reditum reseruatiuum, & consignatiuum soluimus de re nostra: emphyteuticum vero soluimus de re aliena, ibidem. num. 8.

Reditus reseruatiuus aut consignatiuus etiam si mille annis non soluatur, non amittuntur res censuales, nec reditus hipothecæ ibidem. num. 10.

Reditus reseruatiui debitor an cadat àiure contractus ratione periurij. ib. n. 13.

Reditus reseruatiui bona an amittantur per alienationem si pactum sit denon alienando subpęna commissi ibidem num. 22.

Reditus consignatiuus fructuarius redimibilis, vel ad vitam, constitui non potest iure Regio, ibidem. num. 40.

Reditus reseruatiuus etiam redimibilis & advitam in fructibus, & alias quam in pecunia soluendus constitui potest, ibidem. num. 41.

Reditus fructuarij Regiarum legum prohibitio locum habet in consignatiuo, non in reseruatiuo reditu, ibidem.

Reditus consignatiuus sublata vel restricta ab initio redimendi facultate fit vsurarius, ibidem num. 46. secus si reditus sit reseruatiuus aut emphyteoticus ibidem. num. 47.

Reditus qualitas si non apparet & dubitatur an sit reseruatiuus, an consignatiuus, an emphyteoticus, an colonalis ad coniecturas recurrendum est, ibidem. num. 54. & si adsint contrariæ coniecturę secundum fortiorem iudicatur, ibidem. num. 55.

Reditus talis præsumitur qualem contrahentes nominarunt, ibidem numero. 56.

Reditus ex tempore iudicatur colonalis aut emphyteuticus aut reseruatiuus ibidem. num. 57.

Reditus reseruatiuus, est si fundus cõceditur vt recipiens possit de eo sicut de re propria disponere, velsi conceditur omne ius creditoris pensione reseruata. num. 61. quod ampliatur etiam si contrahentes eo modo emphyteusim appellauerint. nu. 62.

Reditus in dubio qualis præsumendus erit emphyteuticus, reseruatiuus, an colonalis ibidem num. 65. & seqq.

Reditus consignatiuus præsumitur si solutus fuit ex re quam constat ab antiquo fuisse debitoris, & suorũ maiorũ, ibidem. num. 67.

Reditus colonalis præsumitur si a principio fuit res ad modicum tempus locata, quamuis postea colonus eam longissimo tempore possederit, eandem pensionem soluens, & se colonum perpetuum contendat, ibid. num. 68.

Reditus reseruatiuus, non emphyteuticus in dubio præsumitur quando longissimo tempore pro re aliena tanquam reditus perpetuus fuit persolutus ibidem. num. 75.

Et si res sit ecclesiæ an eo casu præsumatur reditus emphyteuticus, an reseruatiuus ibid. num. 76.

REDVCTIO reditus fructuarij ad pecuniariũ an cẽseatur facta si creditor reditus fiat pupilli debitoris tutor, lib. 1. quæst. 7. num. 37.

Reductio reditus excessiui aquo tempore facienda sit lib. 1. q. 9. num. 10.

Reductionem debitor reditus excessiui non tenetur petere, ibid. num. 11.

Et quid si creditor reductionem recusset, ibid. num. 12.

Et quid si postea acceptet ibid. nu. 13.

Reductionem reditus fructuarij ad pecuniam quandoque vtilius est non petere lib. 1. q. 12. nu. 25.

Re-

INDEX.

Reductionem reditus fructuarij ad pecuniã an posit petere tertius possessor fundi pro reditu fructuario hypothecati.ibid.n.30.

Reductio reditus fructuarij vide in verb. reditus fructuarius.

Reductionem reditus fructuarij ad pecuniam an petere posit tertius fundi hypothecati pro reditu possessor.lib. 2.q.16.nu.36.

Et quid siquis detineat tãtum ipsum fundum hypothecatum.ibidem. numero.37.

Reivendicatione agit venditor si cõtra ctus venditionis fuit vsurarius.lib.2.q. 3.num.17.

Reliqua præterita reditus excessiui qualiter moderanda.lib.1.q.7. nume.35. & 39.

Et quid de iure Regio.ibidem. numero.36.

Reliquorum solutio diuidua est lib. 1.q 18.num.39.

Reliqua reditus fructuarij an,& quando reduci debeant ad pecuniam.lib.1.q 12.n.36.

Reliquorum alicuius temporis remissio compensari non potest cum aliqua diminutione.lib.1.q.13.num.32.

Reliquorum debito non potest reditus constitui.ibid.

Reliqua si debeantur ex conductione& pro his vendatur reditus a colono an valeat contractus. ibidem numero. 40.& 42.

Reliquis debitis ex emphyteusi an pro eis posit reditus constitui. ibidem. num.51.

RES empta per tutorem ex pupillari pecunia,est pupillo pro pretio & vsuris hypothecata.lib.3.quæstione.10. num.8.

Res ex pecunia mea etiam immediate & mala fide acquisita non est mihi restituenda lib.3.q.11.n.11.

Etiam si fit quæsita per socium extra tamen societatis causam.ibi.n.12.

Res empta mea pecunia non est mihi obligata nisi sim miles vel pupill', lib. 2. q.20.n.6.

RESCRIPTO moratorio Principis data dillatione an impediatur accessionum cursus.lib.3. q.9.n.16.

Et quid si pendente dillatione rescripti damnum creditori emergat autluctum cesset,an non obstante rescripto peti posit.ibi.n.17.

Rescriptum moratoriũ stricte interpretandum.ibid.nu.18.

Rescripti moratorij pendente dillatione non committitur interesse etiam damni incursi ibid.n.21.

Rescripti moratorij dillatione pendente an impediatur commissio pęnę cõuentionalis.ibid.n.23.

Et quid si rescriptum appareat postea fraude vel subreptione obtentum ibid.n.25.

Rescriptum moratorium in quibus debitis locum habeat.ibi.n.26.

Rescriptum moratorium fauore pauperum agricolarum concessum a Senatu Galliæ,o anno.1598,ibid.

RESTITVTIO vide in verbo minor.

Restituere an teneatur vsurarius cum pecunia vsuraria acquisita. lib.3.q.41. num.14.

RETRACTVS an locum habeat in venditione reditus antiqui aut noui.lib.1.q.3.n.11.

Retractus an competat creditori reditus venditis hypothecis.lib.2.quæst.1 num.29.

Retractus locum non habet vendit ore ditu antiquitus constituto. ibidem. num. 8.

S.

SALARIVM nuncij missi ad exigẽdum reditum an posit creditor stipulari.lib.2.q.6.n.9.& 10.

Satius

INDEX.

SATIVS esse patrem patrimonij vendere quam vsuris succumbere. lib. 1. q. 14. n. 10.

SCIENTIA superualentiæ rei nõ data in emptore, nulla fraus nec vsura cadit. lib. 2. q. 3. n. 15.

Et qualis scientia intelligenda sit. ibidem.

Scientia legalis quare iuris prudentia appellatur. lib. 3. q. 4. n. 59.

Scientiam esse iuris ciuilis facultatem. ibid. num. 60.

Scientiam legalem principem esse & dominam scientiarum ex Aristotele ibid. n. 61.

Scientia ciuilis quantum præstet artimilitari. ibid. n. 62.

Scientia ciuilis & prudentia idem animi habitus non tamen eadem vis & natura. ibid. num. 63.

SENTENTIA an possit contractũ vsurarium confirmare lib. 1. q. 16. n. 1. & seq. & lib. 1. q. 17. n. 18.

Sententia lata super pensione an pariat exceptionẽ rei iudicatæ si postea agatur de eodem reditu. lib. 1. quæstione. 15. num. 28.

Sententię executio an impediri possit vsuræ exceptione. lib. 1. quæstione. 16. num. 3.

Sententia an transeat in rem iudicatã in materia vsuraria. ibid. numero. 4. 5. 7. & 9.

Sententia contra debitam reditus moderationem non transit in rem iudicatam. ibid. n. 10.

Sententia qua reditus redimibilis pronunciatur non redimibilis non transit in rem iudicatam. ibid. n. 13.

Sententia etiam abhinc. 100. annis lata contractum vsurarium seu reditum excessiuum an confirmet. ibidem. numero. 16.

Sententia iudicis an possit reditus creari ibid. num. 22.

Sententia iudicis an possit condemnare in alio quam sit petitum. ibid. n. 23

SEQVÆSTRO an debeatur salarium lib. 2. q. 15. n. 77.

SERVITIA vassallorum præsumi extorta per metum. lib. 1. quæstione. 15. num. 65.

Seruitus prædialis an cedi, vendi, locari, aut pignori dari possit. lib. 2. quæstio. 17. num. 1.

Seruitus tollitur confusione per successionem, lib. 2. q. 19. num. 17.

SIMONIA mentalis cur non obliget ad restitutionem, vsura vero mentalis obliget lib. 1. q. 3. n. 26.

SOCIETAS coniugalis non est omnium bonorum. lib. 1. q. 1. n. 11.

Socio expendẽti in refectionem domus communis soluebatur centesima vsura & post quatuor menses poterat socius partem socij vendicare & quid hodie obseruetur. lib. 3. quæstione. 4. num. 39.

SOLON sanxit ne cui liceret ob vsuras ius in corpus habere. li. 2. q. 10. n. 4.

Solutio ficta non includitur per additionem hæreditatis nisi ad hoc ne hæres sit in damno. lib. 2. quæstione. 19. num. 4.

Solutio mutui creditori fieri non potest alio loco & tẽpore quam promissum est, lib. 1. q. 18. nu. 21.

Solutio reliquorum diuidua ibidem. numero. 39.

Solutio quãdo sit facienda in domo creditoris. lib. 2. q. 6. n. 2. & seqq.

Et quod domicilium attendi debeat an quod habuit creditor tempore cõtractus an quod habet tempore solutionis. ibi. n. 4.

Et quid si debitor & creditor tempore contractus sint diuersi fori. ibidem, num. 5. & 6.

Soluens partem mutui confessi ex interuallo super toto mutuo videtur consiteri & exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ amittit. lib. 1. quæstione. 15. numero. 16.

Soluẽs quædam legata sine deductione falci

INDEX.

falcidiæ in omnibus amittit falcidiã ibid.n.17.

Solutio simplex causata & eius instrumẽtum quid probent cõtra soluentẽ ibidem.numero.27.

Solutionis instrumentum, vt plene probet reditum contra soluentem cautela.ex Bal.lo.ibi.n.28.

Solui an possit pro parte pensio reditus creditori inuito.lib.1.q.18.n.39.

Soluens ante tempus an possit condicere.lib.3.q.7.n.3.

SORTEM restituere nullo casu obligatur debitor reditus.li.1.quæstione.4.num.13.

Etiam si labi incipiat facultatibus.lib.1.q.6.n.36.

Sors minuenda non est a creditore sportularum nec alia quacunque ratione.ibid.num.41.

Sorte an mulctetur creditor reditu minoris empto.lib.1.q.7.n.11.

Sors an amittatur propter excessum reditus.lib.1.q.9.n.8.& seq.

Sors an possit repeti reditu nulliter constituto.ibid.n.1.& seq.

Et quid si creditor tot pensiones exegit vt sortem æquauerint.ibidem.numero.18.

Sors minuitur ipso iure si creditor ab initio aliquid vsurarum nomine de mutuo.lib.1.q.18.n.12.& 20.

Sors duobus tantum casibus a creditore reditus exigi potest lib.2.quæstione.1.num.6.

Sors an amittatur ex contractu in fraudẽ vsurarum celebrato.lib.2.quæstione.3.num.61.

Sortis & vsurarum solutione debitor liberabatur nec amplius grauari poterat ciuili iure.lib.2.quæstione.4.numero.17.

Sortis loco dari poterat species æstimata sub vsuris iure ciuili.lib.1.quæst.13.num.20.

Sortem reditus in vtilitatem minoris ecclesiæ aut Reip.conuersam esse cui incumbat probare.lib.1.quæstione.14.n.34.& seqq.

Sors an præsumatur in rem minoris versa si reditus fuit ab eo emptus cum decreto.ibid.n.50.& seq.

Et qualiter creditori consuletur eo casu vt sit securus.ibid.n.53.

Sors an præsumatur versa in rem minoris si longum tempus effluxit post eõtractum reditus.ibid.n.54.

Sors reditus si numeretur tutori creditor non agit contra minorem nisi in rem eius versum probet.ibi.n.63.

Aget tamen contra tutorem cui numerauit si non doceat in rem minoris versisse.ibid.

Sors reditus an præsumatur in minoris vtilitatẽ versa si minor maiori fructu soluit pensiones reditus nulliter cõstituti.ibid.n.65.

Sortis damno mulctabatur agricolæ tuas sub immodicis vsuris.lib.3.q.4.num.52.

Sortem reditus cum reliquis exigere est impossibile.lib.3.quæstione.10.numero.25.

SPORTVLARVM ratione sortem minuendam non esse.lib.1.quæst.6.num.41.

STATVTVM loquens de pecunia fæneranda an extendi possit ad species fungibiles.lib.1.quæstione.12.num.13.

STIPVLATIO regulatur secũdum naturam rei super qua interponitur.lib.1.q.18.n.17.

SVBROGATIO in locum prioris creditoris reditus qualiter fiat.lib.2.q.16.n.50.

Subrogatio in locum prioris creditoris reditus super bonis maioratus, cuiuscunque tis, minoris aut ecclesiæ an fiat sine nouo Regio assensu, decreto aut solemnitate ad alienandum necessaria lib.2.q.16.n.51.

SVBSTANTIALIA reditus tria.lib.2.q.1.n.2.

Sub-

INDEX.

Substantiale reditus est sortem perpetuo alienari vt repeti non possit. lib. 2. q. 7. num. 2.

SVBTILITATES nimiæ æquitatem vulnerant & non sunt à iudicibus admittendæ. lib. 2. quæstione. 16. num. 31.

SVCCESSIONE debitoris fideiussori confunditur personalis fideiussoria in principalem obligationē, hypothecaria tamen in bonis fideiussoris non confunditur. lib. 2. quæstione. 19. num. 31.

Successio non habet vim solutionis quando ex eo causatur damnum hæredi vel creditoribus & quomodo intelligatur. lib. 2. q. 19. n. 39.

SVMMVS Pontifex super moderatis vsuris non potest dispensare. lib. 3. q. 4 num. 105.

Quod locum habet etiam in præteritis & exactis vsuris. ibid. num. 106.

SVPPELLECTILI vendita sine fraude eam ad proprium vsum indigenti potest reditus pro iusto eius pretio constitui. lib. 1. q. 13. n. 26.

Et quid si reditus constituitur pro pretio suppellectilis sine deductione decrementi ipsius artificij vbi deducendum erat qualiter reditus moderabitur. ibid. n. 27. & 28.

Suppellectili vendita & per interpositā personam vilius redempta a vendito re non valet reditus pro eius pretio impositus & creditor punitur. ibidem num. 30.

Suppellectili vendita deducto decremento artificij si reditus constituitur an teneatur debitor vltra pretium soluere artificij æstimationem creditori. ibid. num. 33.

T.

TEMPORIS spatium qualiter prosit quando non constat de principio lib. 1. quæstione. 17. n. 11.

TERTIVS fūdi hypothecati possessor an possit conueniri via executiua pro pensione reditus lib. 2. quæstione. 7. num. 18.

Tertius fundi hypothecati possessor an compelli possit ad reditus recognitionem. lib. 2. q. 9. n. 56.

Tertij hypothecarum possessores an in solidum, an pro rata reditus conueniri debeant ibi. n. 60.

Tertius hypothecarum possessor quanto tempore præscribat liberationem reditus. lib. 2. quæstione. 9. numer. 64. & seqq.

Tertius fundi pro reditu fructuario hypothecati possessor an possit petere reditum ad pecuniam reduci. lib. 1. q. 12. num. 30.

Et an possit reditum redimere & cessionem reditus a creditore consequi. ibid.

Tertius vnius ex pluribus hypothecatis fundis pro reditu possessor an possit suum fundum liberare offerendo sortis & reliquorum ratam inuito creditori. lib. 2. q. 16. n. 34.

Tertius possessor fundi pro reditu fructuario obligati an possit reductionē petere ad pecuniam vel cessionem offerendo creditori. ibid. n. 36.

Tertius cuius pecunia reditus redimitur an & quando subrogetur in locum & priuilegium prioris creditoris. lib. 2. q. 16. n. 47.

TESTAMENTVM censetur approbare ille cui querela inofficiosi competebat si actum gessit cum hærede tanquam hærede. lib. 1. quæst. 15. num. 15.

TESTATOR an possit vsurarium reditum legare. lib. 3. quæstione. 6. n. 1. & seqq.

Testamento reditus annuus valide constituitur. ibid. n. 2.

Testator si fatetur in testamento vsuras extorsisse an ipse vel hæredes ex confessione

fessione conuenti possint. ibidem. num.24.

TITVLVM non ostendere præstat quam vitiosum ostendere.lib.1.q.17. num.12

Titulus de prædijs minorum sine decreto non alienandis declaratur. lib.1. q.14.n.7.

Titulus de his qui in priorum creditorũ locum succedunt procedit etiã quando debitor est minor & absque decreto fit subrogatio.lib.1. quæstione. 14. num.20.

Titulus.C.si aduersus creditorem,limitatur.ibid.39.

Titulus de eo quod certo loco, explicatur.lib.3.q.7.n.18.& 20.

TVTOR qui pecuniam pupillarem in suos vsus conuertit & non est soluẽdo extra ordinem coercetur.lib.3.q. 10.n.42.

Tutor qui furandi animo in suos vsus pecuniam cõuertit,aut res pupillares, furti accusari potest.ibid.n.43.

Tutor pupilli debitor debet a semetipso exigere.ibid.n.46.

Tutor qui diu pupillarem pecuniam in suos vsus conuertit an teneatur ad vsurarum vsuras.ibid n.47.& seqq.

Tutor qui in suos vsus pupilli pecuniam conuertit,quamuis soluat vsuras etiã vltra duplum,non tamen soluit vsurarum vsuras.ibid. n.54.

Tutori indulgentur sex menses ad collocandas pecunias pupillares in prædiorum emptiones & si non collocauerit,an illius temporis vsuras pẽdat ibid.n.64.

Tutorem non teneri ad vsuras pecuniarum pupillo debitarum si eas nõ exegit.ibid.n.65.

Tutor pupilli nomine,vel adultus curatore carens an possit reditum vendere sine decreto.lib.1. quæstione. 14, num.1. & seqq.

Tutor qui pupilli rẽ agens proprio nomine constituendo obligauit,cõtra

riam actionem habet contra minorẽ vt eum ab obligatione eximat lib. 2.q.13.n.26.

Tutor an liberetur ab vsurarum cursu oblatione facta nouo epheuo.lib.2.q. 15.num.18.

Tutor statim finita tutela agit vt adultus curatorem petat & rationes audiat. ibid.n.14.

Tutela apud Gallos durat vsque ad vigesimum quintum annum.ibid. num.17.

Tutorem finita tutela & omissa administratione teneri ad multa gerenda ex bona fide.n.26.

Tutor qui pupillarem pecuniam in suos vsus conuerterat centesimam vsurã pendebat.lib.3.q.4.n.38.

Tutor debet refundere quantum damnum pupillus senserit ex eius pecunia in tutoris vsus consumpta.licet duplũ excedat.lib. 3.q.10.n.1.

Et quid si non constat de specifico dãno pupilli & tutor dolose ipsius pecuniam consumpsit ibid.n.2.

Tutor qui absque dolo pupilli pecuniam consumpsit pendit legitimas vsuras ciuili iure.ibid.n.3.

Et quid si tutor ex pupilli pecunia plus commodi habuit quam sit legitima vsura.ibid.n.5.

Tutor si nihil acquisiuit pupillari pecunia in suos vsus consumpta cessat minoris electio, & debetur pecunia cũ vsuris.ibid.n.9.

Tutor tenetur pupillarem pecuniam in prædiorum emptionem vel honestũ lucrum colocare.ibid.num.11. Idem dicendum de bonis mobilibus pupilli ibid.

Tutor qui ociosam pecuniam pupillarẽ habuit tenetur ad interesse. ibidem. num.12.

Et qualiter constabit de pupilli interesse & tutoris negligentia & cui incumbit onus probandi.ibid. n.15.

Tutor quando teneatur cum pupilli pecunia

cunia negotiari.ibid.n.14.& n.18.
Et an excusetur ex ignorantia. ibid. num.15.
Tutor tenetur negociari cum pecunia pupillari.ibid.n.18.
Tutor tenetur fructus pupillares vendere & cum pecunia ex eis redacta negotiari.ibid.n.19.
Et an debeãtur vsuræ fructuum. ibidem.
Tutoris hæres an, & quando teneatur ad interesse pupilli propter pecuniã pupillarem.ibid.n.20.
Tutor an teneatur pupillo ad interesse oportuni retractus omissi.ibi.n.21.
Tutor qui pupillari pecunia reditum a se alteri debitum redemit,ad quid teneatur pupillo ibid. numero. 23. & 32.& 33.
Tutor quas vsuras pendebat si empto fundo proprio nomine ex pupillari pecunia,minor maior factus eligeret pecuniam cum vsuris.ibidem. nume 10.27.& 31.
Tutor qui pupillari pecunia proprio nomine fundum emit,nequit minorem cogere vt fundum cum fructibus recipiat.ibid.n.28.
Tutori acquirenti cum pupillari pecunia regulariter vtilius est nomine minoris quam proprio acquirere. ibidẽ. num.29.
Tutor non tenetur de subsequta deterioratione rei pro pupillo vtiliter emptæ.ibid.n.30.
Tutor si nomine proprio fundum auitũ retraxit pupillari pecunia, an possit pupillum maiorem factum eligentẽ fundum excludere iure proximitatis & retractus. ibid. n. 36.
Tutor finita tutela an teneatur reddere rationem de lucro mercaturæ si pater pupilli erat mercator & tutor eiusdẽ professionis.ibid.n.37.
Tutor an,& quando possit patris pupilli mercaturam,seu negotiationem continuare.ibid.n.38.& seq.
TRANSACTIONE an possit vsurarius reditus confirmari.lib.1. q.16. num.21.
Transactio an valeat quoad præteritas vsuras.ibid.
Transactione an constitui possit reditus pro pecunia vere debita & antea recepta.lib.1.q.13.n.4.
Tremis vsura quæ.libro.3.quæstione. 4. num.35.

V.

VASSALLVS veniens contra sacramentum fidelitatis non amittit feudum nisi in casibus a iure expressis.lib.2.q.22.n.16.
Vassallorum præstationes vide verbo præstationes.
Vassallorum conuentio cum dominis super exactionibus an valeat.lib.1.q.15.n.72.& seq.
VECTIGALIS venditor solum tenetur præstare quod extet ius venditum.li.2.q.21.n.11.
VELLEIANI prohibitionis ratio. lib.2.q.5.n.35.
Velleiano an sit locus muliere obligata pro reditu cum extraneo.ibid. nu.23. & seqq.
VENDENS scienter rem minoris an habeat remedium.l.2.C.de rescind.vend.lib.1.q.8.n.10.
Vendens reditum an possit partem pretij dare alicui ea lege vt partem ratam reditus soluat pro eo creditori.lib.2. q.13.num.28.
Vendens rem carius ob dillationem datam ad soluendum pretium an,& quãdo in foro exteriori vsurarius sit censendus.lib.3.q.7.n.37.& seq.
Vendens tem carius ad creditum ob dãnum emergens, aut lucrum cessans an sit vsurarius.ibid.n.39.& seq.
Et quid si venditur carius ad creditũ, sed intra limites pretij rigurosi.ibi.n.40

INDEX.

Venditio nominis vera, & permissa.lib. 1.q.8.n.2.

Vēditio reditus antiqui & noui differāt. ibid.n.3.& vide.n.12.& 17.& 18.

Venditio nominis reditus reponi nō potest inter contractus fœneratorię negotiationis.lib.1.q.8.n.17.

Venditio nominis reditus minori pretio an sit vsuraria an in fraudem vsurę ibid.n.20.

Et quid si venditori nominis reditus reseruetur redimendi facultas. ibid. nume.21.

Venditor reditus qui mentitus est dicēs se esse soluendo ad quid teneatur creditori.lib.2.q.7.n.5.

Venditor nominis sciens actionem inanem esse an teneatur. ibid.n.6.

Venditor fundo tradito an possit repetere fructus & vsuras ab emptore moroso.lib.3.q.7.n.98.

Venditor si non tradidit sed obtulit rem emptori,an pretij vsuras possit exigere ibid.n.101.

Venditor si rei venditæ partem tradidit an exigat vsuras pretij pro parte.ibid num.105.

Venditori re tradita quando currāt pretij vsuræ vsque ad fructuum concurrentiam.lib.3.q.10.n 60.

Et quid si fundus venditus nullos fructus ferebat.ibid.n.61.

Et quid si ferebat fructus quos vsura quincuns excedebat.ibi n.62.

Et quid si fundi venditi fructus singulari industria emptoris aucti fuerunt ibid.n.63.

VERBA enuntiatiua in solutione apposita an disponant.lib.1.q.19.n.7.

Verba enuntiatiua in contractibus inter easdem partes probāt.lib.1.quæs.35. num.13.

Verba enuntiatiua per modum causæ prolata disponunt. ibidem. numero.14.

Verba enuntiatiua non plene probant enuntiatum,nisi adv aliditatem actus qui tunc gerebatur inter easdem personas.ibid.n.25.

Vidua an agat aduersus debitorem reditus empti a marito absque cessione hæredum mariti.lib.2.q.6.numer.66. & seq.

Vidua cui maritus legat vsuras dotis dū ipsius solutio differtur, an possit eas exigere.lib.3.q.6.n.18.

Vidua an possit exigere interesse dotis non solutæ matrimonio iam soluto. lib.3.q.7.n.53.

Vidua soluto matrimonio an teneatur imputare in dotem fructus pignorū. ibid.n.54.

Vidua an possit pacisci vt sibi soluatur reditus certus dum differtur dotis solutio.ibid.n.55.

Vidua cui debentur alimenta ab hæredibus mariti,potest ab eis stipulari quantitatem alimenta non excedentem, dum differtur dotis solutio.ibid.n.56.

Vidua soluto matrimonio an possit dotem marito promissam & interesse absque cessione hæredum mariti exigere.ibid.n.58.

Vidua an possit aliquid annuum stipulari dum differtur dotis solutio.lib.3.q. 8.num.20.

VIOLENTIÆ causa,vide in verbo Gallæcus Senatus.

VITIA reditus præter vsuræ vitium tolluntur præscriptione.libro.1.q.17. num.88.

VOLVNTAS mutata non præsumitur.lib.3.q.9.n.11.

Voluntas promittentis vsuras probata nihil releuat.lib.2. quæstione, 3.numero.58.

VSVSFRVCTVS per confusionem extinctus restituitur si vsufructuarius reuocabiliter proprietatem quæsuit.lib.2.q.19.n.42.

VSVFRVCTVARIVS nō potest fundum in quo vsumfructum habet,reditui obligare.lib.1.quæstione. 17.n.93.

INDEX

Vsufructus emptionem ad vitam quidã vsurariam existimarunt. libro. 1. q. 5. num. 4.

Vsufructu legato vxori ab eo qui filios habet legitimos, quantum debeatur ex legato. ibid. n. 23.

VSVRA reditus appellatur. lib. 1. q. 1. num. 15.

Vsura reditus menstruus & annuus appellari potest ibid. n. 16.

Vsuræ etymologia ibid. n. 18.

Vsura an sit idem quod vsus. ibid. & numero. 19.

Vsura an idem sit quod abusus. ibidem. num. 20.

Vsura quare magis in mutuo quam in alijs contractibus locum habeat. ibidem.

Vsura stricte sumpta & fœnus sunt synonima. ibid. n. 22.

Vsuræ multiplex diuisio. lib. 1. q. 2. nu. 2. & seqq.

Vsura restauratoria & compensatoria ibid. n. 9.

Vsura punitoria. ibid. n. 7.

Vsura centesima & as vsurarius. lib. 1. q. 2. num. 28.

Vsura centesima vnde dicta. ibid. numero. 9.

Vsura vnciaria. ibid n. 10.

Vsuræ singulæ species quo tempore sortem æquabant. ibid. n. 12.

Vsura centesima quemadmodum gerit typum asis ita in reditibus quatuordecima. ibid. n. 14.

Vsuræ difinitio. lib. 1. q. 3. n. 21.

Vsura mentalis quæ. ibid. n. 22.

Vsura exterior. ibid. n. 23.

Vsura mentalis cur ad restitutionẽ obliget non tamen mentalis simonia. ibi. num. 26.

Vsura vt sit, oportet quod contractus cõplicet rationem mutui. lib. 1. q. 4. n. 1.

Vsura cur in mutuo vero vel ficto non in alijs contractibus locum habeat ibi. num. 10.

Vsuræ ratio. ibid. n. 15.

Vsuræ vltra taxam permissæ ad concessum modum reducebantur ciuiliter. lib. 1. q. 7. n. 2.

Et quid in vsuris ab agricola promissis ibidem.

Vsuræ vitium non purgari, sed augeri tempore. lib. 1. q. 17. n. 4.

Vsuræ vitium non purgatur si debitor se cognouerit reditum vel sponte condemnationem subijt. ibid. nu. 17.

Et quid si condemnetur in contradictorio iudicio. ibid. n. 18.

Vsuræ sunt accessio & veluti fructus obligationis principalis. lib. 1. q. 18. nu. 7.

Vsuræ non currũt nisi pro rata sortis quæ cum effectu peruenit ad debitorem. ibid. n. 12. & 20.

Vsuræ ex mutuo non debantur ciuili iure nisi per stipulationem promissæ fuissent ibid. n. 23.

Vsuræ per retentionem quando seruari poterant. ibid. n. 24.

Vsura serpit per contractus. libro. 2. q. 3. num. 1.

Vsura quandoque adumbratur sub nomine reditus. ibid. n. 2.

Vsura paliatur sub venditione rei nõ fungibilis. ibid. n. 3.

Vsura vsuræ de iure ciuili non admittitur. lib. 2. q. 14. n. 5.

Vsuræ currentes citra moram & quæ propter moram iudicis officio, vel iure actionis currunt qualiter differant lib. 2. q. 15. n. 32.

Vsura omnis ordo & naturæ & artis & instituti numorum peruertitur. lib. 3 q. 1. n. 6.

Vsurariæ. ll. spectant ad vltimam speciẽ. negotiationis æris alieni. ibid. n. 8.

Vsura vera quæ dicatur. ibid. n. 10. & 14.

Vsura interpretatiua quæ, ibid nu. 11. & num. 15.

Vsuræ ratio formalis est quod debitor sit obligatus & cogi possit ad restitutionem. ibid. n. 14.

Vsuræ legales merito reprobatæ & eiectæ. lib. 3. q. 2. n. 16.

INDEX.

Vſura miſera debitorum ſeruitus.ibidē. num.18.

Vſuræ legales ſicut non poterant vltra duplum currere,ſic etiam incidentes & impropriæ.lib.3.q.3.n.2.

Vſura vera ſicut non currebat niſi pro rata temporis & ſortis ita impropria vſura ratione intereſſe debita.ibi n.4.

Vſuræ veræ debitori ſemper dabatur libera facultas ſe liberandi ſortis & reliquorum ſolutione ita datur impropriæ vſuræ debitori lib.3.q.3.n.6.

Vſura quo iure prohibita,vide in verbo reditus vſurarius.

Vſura centeſima apud veteres Athenienſes lib.3.q.4.n.8.

Vſura centeſima vnde dicta drachmalis.ibid.

Vſura centeſima apud veteres Athenienſes ſordida & probroſa.ibid.n.10.

Vſura ſexcupla & hemiola in Nicena ſinodo damnata.ibid.n.11.

Vſura ſexcupla & hemiola quæ dicebatur.ibid.

Vſura centeſima quæ dicebatur.ibid.n.12.& 29.

Vſura maior centeſima nulla communiter licebat apud Romanos.ibid.n.13.

Vſura maior centeſima quando pendebatur apud Romanos.ibid.n.14.

Vſuræ modus nullus fuit apud antiquiſſimos Romanos.ibid.n.15.

Vſurarum moderatio triplex a Romanorum magiſtratibus facta.li.3.q.4.n.22.

Vſuræ vſurarum a Iuſtiniano moderatæ. ibid. num.26.

Vſuræ vſurarum non infamabant de iure ciuili niſi cum vſuris principalibus legitimum modum excederent.ibid. num.27.

Vſuræ vſurarum an infamiam irrogent de iure canonico.ibi.n.28.& 30.

Vſuræ vltra duplum exigi non poterant. ibid.n.32.

Vſurarū moderatio quoad duplum à Iuſti.abſoluta.ibi.n.33.

Vſura actuarij cum militibus non excedebat tremiſſem.ibid.n.35.

Vſurarum moderatio a Iuſti.facta. ibid. num.36.& ſeqq.

Vſura centeſima tribus tantum caſibus conceſſa a ciuili iure.ibid.n.38.

Vſura rei iudicatæ centeſima.ibid.n.40.

Vſuræ modus in agricolis metiebatur ex qualitate debitoris.ibid.n.53.

Vſura lucratoria an fuerit ciuili iure prohibita.ibid.n.54.

Vſuræ moderatæ ſecundum Iuſtinianū an exigi poſſint in vtroque foro ibid. n.55.& ſeq.

Vſurariæ leges iniquæ adeo vt non poſſint Pontificis diſpenſatione ſuſcitari lib.3.q.4.n.66.

Vſura in mutuo dupliciter contingit.li. 3.q.4.n.78.

Vſuræ & intereſſe maxime differunt.ibidem.n.82.

Vſura de ſe mala & in quacunque quantitate reprobata.ibid.n.97.

Vſura ob commune bonum permitti non poteſt.ibid.n.103.

Vſuras etiam moderatas a Chriſtiana Rep.relegandas. ibid.n.104.

Vſura etiam in vno numo eſt illicita & cōtrariū aſſerens eſt hæreticus,& excommunicatus.ibid.n.107.

Vſuraria iniquitas ex multis conſpicitur ibid n.110.

Vſurarius fur dictus.ibid.n.111.

Vſuram exigere dulce eſt. ibid.

Vſura peccatum contra naturam & principaliter in Deum committitur. ibi. num.112.

Vſura facultates exaurit & animas deuorat.ibid.n.113.

Vſurarij communiter moriuntur vt animalia bruta.ibid.n.114.

Vſurarius occultus an ſit infamis.ibidē. num.117.

Vſurarius occultus an ſit ſortis amiſſione damnādus. ibidem.n.119.

Vſurarius occultus ſi eius crimen probatur extra ordinem punitur,ibi,n.120 & 129.

INDEX.

Et quid si semel tantum fuerit fœnerauis.ibid.

Vsurarius præsumptus an puniri debeat ibid.n.121.

Et qualiter probetur vsura & fœnerandi animus.ibid.

Vsurarius criminaliter puniri potest.ibi. num.129.

Et an torqueri possit ftãtibus indicijs vsuræ.ibid.n.130.

Vsuræ nomen analogum.lib.3.quæst.6. num.14.

Vsura non solum dicitur quod ex pacto à principio accedit sorti sed etiam si accedat ex post facto vsque ad tempus quo soluitur propter mutuum,vel eius dillationem.ibid.n.17.

Vsuræ cur vicem fructuum habeant.lib. 3.q.7.n.12.

Vsuræ quando exigi poterant ciuili iure ibid.n.15.

Vsura non est quod datur ob dillationẽ pretij quatenus cum fructibus rei traditæ concurrit.ibid.n.83.

Vsuræ ex mora emptoris an differant hodie à ciuilibus vsuris.ibid.n.109.

Vsurarum cursus an cesset data facultate purgandi moram.lib.3.q.9.n.6.

Vsuræ legitimæ & grauissimæ quæ fuerint.lib.3.q.10.n.4.

Vsura an debeatur vltra duplum in fœnore incidenti.lib.3.q.10.n.45.

Vsuræ quas tutor a se ipso debuit exigere non exactæ efficiuntur pupilli fors. ibid.nu.48.& vide.n.51.

Vsurarum vsuræ nullo casu in iure permissæ.ibid.n.49.

Vsuræ vẽditori debitæ propter pretium non solutum an tubsint duplilimitationi.ibi.n.58.

Vsurarium non teneri restituere quæsita cum pecunia vsuraria. libro.3.q.11. num.14.

Vsura est labes & inquinatio mutui.lib. 3.q.11.n.60.

Vsuræ an veniãt hodie in praxi in actione mandati negotiorum iustorum & similium commutationum.ibi.n.85.

Vsuræ in deposito an hodie exigi possint ibid.n.86.

Vsuræ dotis vide in verbo dotis.

Vsuræ depositi vide in verbo depositum & verbo depositarius.

Vsuræ mandati vide in verbo procurator.

VTILE per inutile an vitietur in materia vsuraria.lib.1.q.7.n.3.

VXOR obligata cum viro in solidum ad reditum an teneatur.lib.2.q.5.n. 16.& seq.& 31.& seq.

Et ad quem præsumatur pecunia peruenisse.ibid.n.17.

Vxor soluto matrimonio recuperat pretium dotis cum iuramento alienatæ ab hæredibus mariti.ibid.n.18.& 19.

Et quid si non supersint hæredes nec bona mariti an habeat recursum ad bona dotalia iuramento alienata.ibi

Vxor pro dote an præferatur mutuãti in emptionem rei eo pacto,vt esset res empta pro sorte hypothecata. lib.2. q.20.n.2.& 5.

FINIS.